MATTHÆVS
ET
MARCVS
EXPENSI
A R. P. ALOYSIO
NOVARINO.

Digitized by Google

MATTHÆVS
ET
MARCVS
EXPENSI,

NOTIS MONITISQVE ſacris, quà ex LINGVARVM fontibus, quà ex variarum VERSIONVM collatione, quà ex SANCTORVM PATRVM, aliorúmque AVCTORVM obſeruationibus, quæ ad mores informandos præcipuè ſpectant, illuſtrati;

Adeò, vt melior ſalubriórque ſuccus, *qui ex ſacroſanctis horum Euangeliſtarum verbis vel leui* Auctoris contactu *fluxit, vel multorum Doctorum labore velut quodam* Torculari *eſt expreſſus, hîc omnibus ad omnium vtilitatem & guſtum exhibeatur; &, quæcumque nouè dicuntur, aut adducuntur nouè,* vitæ nouitati *ſuadendæ & exercendæ ſeruiant.*

Additâ Lectionum varietate *Vulgatæ editioni ad verbum reſpondente, ex* Sanctorum Patrum *monumentis, variiſque* Interpretibus *non exiguo labore collectâ, & in ordinem redactâ.*

Omnia nunc primùm offert, R. P. D. ALOYSIVS NOVARINVS, Veronenſis, Clericus Regul.



LVGDVNI,

Sumpt. hæred. GABR. BOISSAT, & LAVRENTII ANISSON,

M. DC. XLII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

MATTHÆO
IESV CHRISTI
EVANGELISTÆ.

TIBI ſiſto quod tuum eſt,& nomini tuo tua verba dico. Munus quodlibet infra iſtuc infra tuam dignitatem eſſet. Tu tibi par. Matthæo Matthæi opus offero; quæ à calamo tuo prodiere ad te redeunt: nimirum opus tibi & in cultum, & in obſequium lito, quod tu nobis prius & in vtilitatem, & in medelam præbuiſti. Verbis tuis & mea veluti vmbras appoſui, quas ſol tuus, denſam ingenij mei opacitatem feriens, parturiuit; erunt hæ vmbræ exiguitatis meæ indices, non magnitudinis tuæ, ſcribentis affectum prodent, verborum tuorum lumini nil officient. Notas adieci;& monita ſacra, Euangelium tuum verſans, & expendens, dedi in lectoris profectum,& in meum: quicquid hic

vtile, & aliqua laude dignum, debetur tibi, omnia ex verbis tuis vel nullo, vel exiguo meo labore proſilierunt. Vix verba tua, fidelis IESV CHRISTI Euangeliſta, diuini amoris igne grauida rudis ingenij mei chalybe tetigi, & ſtatim hæ vtilium monitorum ſcintillæ, quibus legentis mens accenderetur, emicuerunt. Opus tuum accipe, quod meum ornat, & animat. Quod in te ſcripſi inſcribo tibi, mea verba à tuis non ſeiunxi, non debui nec à te. Boni laborem meum conſule, & ſi quid hîc peccaui clemens ignoſce. Vtinam qui Euangelium tuum volui, Euangelicam mentem per te ebibam, & vitam Euangelicam inſtituam, vt exemplo tuo rerum perituͬrarum amorem exuens inenodabili vinculo Amori nectar, iungar Chriſto. Hoc votum, hæc mens dicatiſſimi tibi ſerui,

ALOYSII NOVARINI
Clerici Regularis.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDIS.
PRÆSVLI

IOAN. BAPTISTÆ SFONDRATO, PAPIENSIVM EPISCOPO.

RÆFIXI, vt vides, huic volumini tuum nomen. Ne damna. Debetur hoc obſequium viris magnis; & cultu ceteris merentur præferri, quos merita ſuper alios efferunt. Miraris ab eo, quem non videris, & qui te non viderit, hoc præſtari? Deſine. Latiùs ſe morum tuorum candor porrigit, quàm præſentia corporis; & pleraque mentis oculis obiiciuntur, quæ corporeis oculis non fuere obiecta. Poſſum te illis verbis alloqui, quibus Iacobum quendam eſt alloquutus S. Gregorius Nazianz. Meam tibi mentem alienis verbis aperiam: [Auditione quidem ac famâ duntaxat excellentiam tuam cognitam habeo. Tantùm autem eam ſuſpicio atque admiror, quantùm pauci ex iis, qui diuturnam tecum cõſuetudinem habuerunt. Tanto videlicèt omnium ſermone probitas tua prædicatur.] Aliena hæc verba à meis non ſunt ſenſibus aliena. Sine me aptare tibi, quæ tam aptè in te quadrant, etiamſi ab illo non aptentur. Potiori tuî parte ante me ſtetiſti. Probè te noui, quia non ignota mihi tua probitas fuit. Fama

eò quoque te defert, quò te nunquam contuliſti. Plura in tuî laudem me hîc afferre non ſuffert modeſtia, quæ te exornat, ceterarumque virtutum decor & color eſt. Calamum igitur coërceo, & affectum nudum ſiſto, quo litterarium hoc munuſculum dito atque etiam animo. Non leue putabis, ſi præter offerentis mentem cum eo ea quoque verba pendas, quæ hîc expenduntur. Nihil ergo exile in hac oblatione habes, nihil vile; niſi quòd à meâ exilitate eſt. Sed nec iſtud, ſi affectum ſpectes, & verba, quibus mea innituntur; nam ſacra, pondus & ſanctitatem quandam affricare non ſacris (vt ita loquar) poſſunt. Accipe, magne Præſul, quæ tibi offero; & monumentum eſſe cenſe, quo non ego ſolus, ſed omnes noſtri Ordinis viri apertè ſignificant, nunquam tuæ in nos beneuolentiæ memoriam apud nos intermorituram; altéque illud nomen in omnium pectore ſculptum iri, quo hoc volumen (vt ſic loquar) redimîtur, quod has paginas illuſtrat & exornat. Interim Deum precor, vt iis te donis pergat onerare, quæ hominem majorem homine ſolent reddere, & degentem in Mundo Mundo ipſo grandiorem efficere.

Veronæ Kal. Aprilis 1641.

Illuſtriſſimæ, ac Reuerendiſſimæ Dominationi tuæ,

Addictiſſimus ſeruus D. ALOYSIVS NOVARINVS,
Clericus Regularis.

LECTORI

LECTORI MEO.

PRÆLO me non ſemel credidi, & ancipitem iudiciorum aleam iam ſubiui, exuit calamus frontem, pudorem poſuit. Pergo, & in publicum rurſus prodeo, communi vtilitati nouo labore litaturus: potuit ſola profectus ſpes omnem verecundiam deuorare. Multa in primo ſacrorum electorum volumine ſpopondi, cur fidem fallam? Non fallo. Matthæum nunc emitto curſim expenſum, & notis illuſtratum, hic ſi in guſtum tuum, & in profectum aduocabit ſtatim alia, quæ iam parata.

Plures in hunc, & in alios ſacros Scriptores ſcripſerint, ſcribantur quotidie; nullius labor me reuocat à labore; nullius ſcriptio à ſcriptione deterret, vrget potiùs, & animat. Major, ditiorque ſacrarum litterarum theſaurus eſt, quàm vt exhauriri multorum calamis, multorum ſcriptione poſſit. Nullis limitibus Scripturæ diuitiæ coercentur; nec inquiſitionis labor ſcribentium multitudine finitur: poſt ſcriptionem omnem maius eſt, quod intactum remanet, & illibatum, quàm quod in lucem publicam ad communem vſum profertur. Prouocent ergo aliorum ſcriptiones, non à ſcribendo deterreant.

Sed fors poſt tantam commentariorum copiam aliquis nobis illud occinat: Actum agis. Non puto; quùm ſtatim appareat, nos aliam ab aliis viam inſiſtere, alio ordine pergere, aliò ſpectare. Fusè quæ ad litteralem ſenſum pertinent, tractarunt alij, difficultatum nodos diſſoluerunt, omnia explanarunt: Iſti ab hoc labore nos liberarunt, hac cura nos exemerunt: adiri auctores poſſunt, qui omnibus obuij. Nobis alia mens, alius finis; litteræ ſenſum ſupponimus potius quàm exponamus, & explicemus; licet quandoque hoc poſtremum à nobis præſtetur, ad mores informandos omnia flectimus, & vitæ probè inſtituendæ ferè ſubſternimus. Litteralem ſenſum ita tangimus, vt tangamus duntaxat, & à contactu vtilia monita velut à ſilice ſcintillæ, naſcantur. Proba documenta litteræ vt ita dicam inoculamus, vt abiungi difficile poſſint, ac ſecerni. Denique hic ea in huius Euangeliſtæ lucem, lectoriſque compendium & vtilitatem præſtamus, vt nouus, & ab aliis diſſitus noſter iſte labor cenſeatur, ac propterea tanquam ſuperfluus non inſuper habendus.

Expendimus verba, verborum ordinem, ſententiarum cohærentiam, multarum vocum vim ex ſuis fontibus explicamus; varia ſcripturæ loca inter ſe conferimus, omnia huc ferè ſpectant, vt mens ad bonum informetur, & benè inſtituatur. Animus mihi ſanè fuit ad virtutem ducere, à vitijs deducere, ad ſalubria hortari, dehortari à noxijs, & vt verbo dicam, vitæ verba ita expendere, vt æternæ vitæ, felicique æternitati, cui nati, præluderem.

Singula verba, ſingulas ſententias non expendo, nec ex omnibus vtile monitum exſculpo, fors id maiori ſtudio, ac ſolicitudine conſequi potuiſſem, ſed nec tentaui quidem, quà vt breuitati conſulerem, quà ne coactum aliquid, & aliqua violentia expreſſum lectori offerre cogeremur; ea ferè damus, quæ ſua ſponte, & nulla coactione ex verbis ipſis fluxerunt, quæque ſub calamo nata, non longè petita videantur: denique cura nobis fuit, ne nimiam curam, atque ſolicitudinem noſter hic labor præſeferret. Multa lector deſiderabit: ſed meminerit, me hic magna non dediſſe, atque perfecta, ſed rudia, & naſcentibus ſimilia, quæque docti lectoris pumicem repoſcant, diuite aliorum manu locupletari quærant.

Breuitas hic mihi familiaris; Lacinioſos, plenoſque commentarios ſi quis cupiat; proſtant, & adiri facile poſſunt; mens mihi ab omni prolixitate abſtinere. Pleraque indicamus potiùs quàm dicamus; omnes diuinæ Scripturæ libros in hunc modum expendere meditor, ſi in ſingulis diutiùs immorarer, ſpes mihi omnis rei abſoluendæ præcideretur.

Matthæi verba expendens, Matthæi verba præmittenda duximus, quibus varias lectiones adiecimus ex linguarum fontibus hauſtas, exque Sanctorum Patrum libris, aliſque interpretibus diligenter collectas. Vtilis hic labor, opinor, erit, & vt à nullo hucuſque ſuſceptus ita ſuam à docto Lectore inibit gratiam. Vel à nudis verſionibus multorum locorum intelligentia

tia pendebit, ſacrorum verborum vis, & fœcunditas apparebit, exque variarum lectionum collatione & nexu vtilia monita pullulabunt: vel ex vnius voculæ diuerſis aduerſiſque notionibus ex linguarum fontibus deſumptis, & inter ſe copulatis ſalutaria documenta ferè ſua ſponte fluent; cui rei collectio iſta verſionum mirificè deſeruit.

Nec inſolens, ac peregrinus iſte arguendi modus cenſeri debet; vtuntur Sancti Patres; poſſem in rei probationem exempla plura congerere. Duo in duabus voculis, aut litteris apponam, vt ſtatim conſtet & vſitatum hunc modum fuiſſe, & nihil adeo minimum in ſacris litteris eſſe, quod compendio ſuo careat, & negligi debeat. Sanctus Ambroſius octon. 10. in Pſal. 118. de littera, Iod, quæ omnium minima apud Hebræos eſt, ita philoſophatur: Decima littera apud Hebræos Iod, quæ Latina ſignificatione confeſſio dicitur, vel certè deſolatio. *Habes vnius vocis verſiones diuerſas; Ex harum diuerſarum notionum nexu colligit Sanctus Pater, deſolatos, & rebus aduerſis preſſos citius confiteri; ſic enim ille pergit:* Nec diſcors, ac diſſonans videtur interpretatio, ſiquidem qui deſolati ſunt citius confitentur. Magis enim ſecundis rebus animus extolli ſolet, cum autem vrgetur aduerſis, tunc demùm implorat auxilium. *Poterat acutius, & in rem noſtram opportunius? Idem Sanctus Pater octon. 5. litteram ה He ita expendit.* Sequitur quinta littera He, quæ Latinè ſignificat eſt, vel vt alibi inuenimus viuit. Conuenit ſibi vtraque interpretatio, qui enim eſt viuit, & qui viuit eſt. Denique gentiles non ſunt, & ideo non viuunt, ſed mortui ſunt. *Sic ille, cuius veſtigia premere tutò poſſumus. Nos hic, vt videt, preſſimus, & vt idem ab aliis facilè præſtaretur, verſionum collectione fecimus; vt alia interim commoda, quæ à noſtro hoc labore ſacræ ſcripturæ tractatoribus prouenient, omittamus.*

S. Amb. oct. 10. in Pſal. 118.

S. Amb. oct. 5. in Pſalm. 118.

In variis verſionibus ea tantum verba appoſui, in quibus à vulgata noſtra diſcrepant, ea, in quibus conueniunt, conſultò ſuppreſſi, idque à Lectore probatum iri non ambigo; cum & tempori, ac labori ſine vllo incommodo, ſed maiori facilitate ita conſultum ſit.

Verſiones, quas ex Patribus citamus, ferè ſparſim in eorum operibus exſtant, vt non ſine magno labore collecta à nobis ſint. Græcis etiam auctoribus vtimur, eorumque interpretibus; & vt locupletior hæc verſionum collectio eſſet noſtram quoque plerumque adhibuimus, aut ex Græco, vbi nihil additur, aut ex Syriaco, quod exprimitur cum fit.

Hæc nunc in Matthæum præſtamus, eadem in alios Euangeliſtas deinceps præſtaturi. In omnium vtilitatem ſemina hæc iacio, fructum exſpecto, eúmque vberem, & copioſum. Salubris ſolus Euangeliorum contactus, cur non ad ſalutem lectio ſit, & meditatio? Ab aureo ore eſt: Simulatque tetigit aliquis Euangelium mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & à rebus mundanis abduxit, idque ex ipſo ſolo aſpectu; quid ſi acceſſerit diligens lectio? *quid ſi aſſidua meditatio, aſſiduum ſtudium? Euangelicam mentem induat qui Euangelij expendit verba, aut habet expenſa: abundè meo labori ſatisfactum erit, ſi vel vnus iſtuc præſtiterit, & melior à noſtri laboris lectione, ſanctiorque abierit.*

S Chryſoſt. conc. 3. de Lazaro.

Quoad dictionis elegantiam, & venuſtatem ſpectat, lectorem moneo, quod & alibi feci, ne ſpecioſa hic quærat, ſed vſa neceſſaria, ſententiarum pulchritudini vtilitas præponderauit, quæ ferè certior à calamo, qui fœmina mollitiem neſcit, virum præfert. Monentem audi: Te volo vt potius veri conſideres ſenſum, quàm aucuperis lenocinia falerata verborum; *idem à me tibi dictum puta. Abſtinemus à lenociniis, ſalutaria damus; religio nobis fuit ſacroſancta Scripturæ verba ornatu nimio, & cultu nimis exquiſito polluere; incultus mihi ille cultus viſus eſt, & diuinorum verborum ſanctitati minimè conueniens, qui fucatus, flexuoſus, & nimis elaboratus: menti hæc ſcribimus, non auribus: denique quod ex animo prodit, & ad animum dirigitur fuci expers eſt.*

S. Petr. Dam. opuſc. 47.

Finio, & magni Saluiani verbis rem obſigno: Supereſt, vt quicquid pro affectu Dei à nobis dicitur, cum affectu Dei recipiatur. *Hoc ſi fiat, nec ſuperciliosarum mentium frontem ego timebo, aut moroſiora iudicia pertimeſcam, nec lector ſine magna vtilitate ab huius operis lectione abibit, quam ferè vellicandi ſcabies aut impedit, aut minuit. In Dei gloriam, tuique profectum laboraui, nos ſupera ſua gratia in ſui gloriam Chriſtus elaboret; iunge vota, & preces, vt eandem nos cæleſtis patriæ æterna beatitate æternùm fruituros ſimul iungat. O quando!*

Salu. lib. 1. ad Eccleſ. Cathol.

Digitized by Google

Operis Approbatio.

Nos hic ſubſcripti iuſſu admodum *R.P.D. Philippi Mariæ Guadagni* Præpoſiti Generalis noſtræ Congregationis perlegimus hoc volumen, quo expenduntur Sancti MATTHÆVS & MARCVS Ieſu Chriſti Euangeliſtæ, à P.D. ALOYSIO NOVARINO eiuſdem Congregationis; nihilque in illo repertum à nobis eſt, quod non probam ſolidamque doctrinam ſapiat, moribuſque informandis aptam, vt iurè in publicam vtilitatem edi poſſe cenſeamus. VERONÆ 8. Kal. Octobris 1638.

Ita cenſeo ego D. FRANCISCVS ALDRISIVS Viſitator Cler. Regular. & Sacræ Theologiæ Profeſſor.

Ita cenſeo ego D. DOMINICVS MERLVS C. R. Sacræ Theologiæ Profeſſor.

D. PHILIPPVS MARIA GVADAGNIVS
Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis.

HOc opus, quo expenduntur Sancti MATTHÆVS & MARCVS Ieſu Chriſti Euangeliſtæ, à R.P.D. ALOYSIO NOVARINO noſtræ Congregationis Theologo compoſitum, & iuxta præfixam aſſertionem Patrum, quibus id commiſimus, approbatum, vt typis mandetur (quoad nos ſpectat) facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes litteras manu propriâ ſubſcripſimus, & ſolito noſtro ſigillo firmauimus. Romæ Nonis Nouembris 1638.

D. PHILIPPVS MARIA GVADAGNIVS Præpoſitus Generalis Cler. Regul.

D. Andreas Soltanus Secretarius.

APPROBATIO.

NOs infraſcripti Facultatis Pariſienſis Doctores, fidem facimus perlegiſſe R.P.D. ALOYSII NOVARINI Commentarios in MATTHÆVM & MARCVM, nihilque in eis fidei Orthodoxæ contrarium reperiſſe. Lugduni die 28. Martij 1642.

Fr. CL. COCHET Prior Prædic. Lugdunenſ.

Fr. M. MICARD Guardian. Conuentus S. Bonauenturæ.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus Litteris cautum, ne quis in Regno ſuo, aliíſve locis ditioni ſuæ ſubiectis; intra proximos annos decem, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione curet, Librum, qui inſcribitur, R. P. ALOYSII NOVARINI, *Commentarij in nouum Teſtamentum*, præter LAVRENTIVM ANISSON, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem Librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quemquam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti LAVRENTII ANISSON. Idque omne ſub confiſcatione Librorum, aliíſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Lugduni, die 31. Auguſti 1642.

De mandato Regis,

Signatum,

FAVVRE.

Deſiit prælum 10. Octobris 1642.

SYLLABVS AVCTORVM, EX QVIBVS VARIÆ VERSIONES DESVMPTÆ SVNT.

MVLTIS variiſque, tùm Græcis, tùm Latinis Auctoribus in hac variarum verſionum collectione vſi fuimus: conſultum duximus hic eos alphabeticâ ſerie recenſere, ac eorum nomina, quæ in ipſo opere, vt breuitati conſuleremus, dimidiata dedimus, integra ſubiicere, ne error aliquis, aut aliqua dubietas Lectorem corripiat, & remoretur; & vt primo aſpectu appareat, quanto labore nobis opus iſtue conſtiterit, cui Sacrarum litterarum ſtudioſum exemimus; collecta quippè hic in vnum magno ſuo commodo, nullo labore habet, quæ in tot voluminibus non ſolum ſparſa, ſed ferè inobſeruata latebant. Hoc ſi Lector probauerit, & ad ſacrarum litterarum intelligentiam, & diuitias conducere cenſuerit; idem in ſingulis libris, quos expendemus, & pleniùs, & accuratiùs à nobis fiet.

Interim, ſi quidpiam vel domi ſuæ natum, vel ſuo ſtudio aliundè collectum, quod obuium minimè ſit, nobis eruditus Lector offerat, ſingularis beneficij loco habebimus, & ea, quæ exhibebit, ſicut & exibentis nomen, noſtro huic variarum lectionum operi inſeremus; hac enim de cauſâ, vt alias omittam, etiam nuperos auctores produco, vt alios ad paria alliceram, & prouocarem. Porrò auctores, quibus hîc vtimur, hi ſunt,

Adam. C. ADAMVS Conzen, quis ſuis in Euangelia commentariis peculiares aliquas verſiones offert.

Alb. M. Albertus Magnus in Matthæum.

Al. Alius. Alium voco Eraſmum Roterodamum, ne damnari Auctoris nomine has paginas polluerem: eius interpretatio in nouum Teſtamentum permiſſa: eâ quandoque nos vtimur.

S. Ambr. Sanctus Ambroſius ſparſim in ſuis operibus.

Arabis. Arabica verſio, quàm Typographia Medicea nobis exhibuit.

Ar. M. Arias Montanus, qui nouum Teſtamentum, ad verbum ex Græco tranſtulit; &, licèt alicubi duriuſculè verbis nimis adhæreos; ſincerè tamen omnia vertit.

Auct. Auctor. Nos quoque aliqua & ex Græco, & ex Syriaco vertimus: ſed omnem verſiooem, ſicuti reliqua, docti Lectoris iudicio ſubmittimus.

Auct. op. Imp. Auctor operis imperfecti, qui ſub nomine Chryſoſtomi circumfertur, & eius operibus inſeritur: ex commentariiis eius in Matthæum varias aliquas lectiones collegimus eò libentius, quò probabilior cenſio eſt, Latinè hunc auctorem ſcripſiſſe.

S. August. S. Auguſtinus ſparſim in ſuis operibus; præſertim in ſuis ſermonibus, & enarrationibus in Pſalmos: aliter ac Vulgatus habeat, ſacræ Scripturæ loca citat pleraque.

Cæsar. Cæſarius.

Caietan. Caietanus. Edidit in quatuor Euangeliſtas commentarios, in quibus ſæpè verſionem ex Græco affert. Placet, quia poſuit; diſplicet quia ſæpè vulgatæ præponit, vulgatâ reiectâ.

Cerd. Ludouicus de la Cerda in ſuis aduerſariis verſiones nobis aliquas obtulit, quas paſſim dedimus.

Cle. Alex. Clemens Alexandrinus.

S. Chrom. S. Chromatius.

Cod. m. ſ. Codices manuſcripti.

S. Cypr. S. Cyprianus, hic quoque variè in ſuis operibus multa ſacræ Scripturæ loca vertit.

S. Cyrillus Ieroſolymitanus: Hic in ſuis Catecheſibus lectiones varias exhibet, quas collegimus. *S. Cyr. Ier.*

S. Dionyſius Alexandrinus. Exſtant huius Patris opera in Bibliothecâ Sanctorum Patrum, ex hoc quoque aliquas verſiones promplimus; ſed aliquas tantùm. *S. Dion. Alex.*

S. Eligius, Nouiomenſis Epiſcopus doctas & pias conſcripſit homilias, ex quibus nos aliquas peculiares verſiones de prompſimus. *S. Elig.*

S. Epiphanius. *S. Epiph.*

Euthymius. Breues in quatuor Euangeliſtas Cōmentarios dedit, ſed eruditos: variat quandoque in citandis verbis à noſtrâ vulgatâ, licèt plerumque varietas ab interprete ipſo, vt infra dico, orta ſit. *Euth.*

Fauſtus Preſbyter. *Fauſt. Preſ.*

Ferrandus Diaconus, hic quoque aliquando acerſitus, ſed rarò. *Ferr.*

Franciſcus Lucas Brugenſis. Edidit auctor iſte luculentos in quatuor Euangelia Commentarios; & paſſim propriam verſionem quà ex Græco, quà ex Syriaco ſuis operibus inſerit. *Franc. Luc.*

Gothica Biblia ex D. Thomâ Tamaio de Vargas Hiſtoriographo primario Hiſpaniarum & Indiarum Regio. *Goth.*

S. Gregorius Nyſſenus. *S. Gr. Nyſ.*

S. Gaudentius Brixienſis in ſuis tractatibus. *S. Gaud.*

S. Gregorius Thaumaturgus. *S. Gr. Thā.*

S. Hieronymus in ſuis operibus ſparſim. *S. Hier.*

Hieronymus Marranga Clericus Regularis Linguarum peritiâ ornatus Peculiares aliquas verſiones ex Syriaco nobis obtulit; plures deinceps exſpectamus, tu alia quoque maiora. *Hier. Marr.*

S. Hilarius. Canones in Matthæum edidit doctos, & elegantes, in quibus à vulgata verſione plerumque abit, nouam exhibens. *S. Hil.*

Iacobus Tyrinus in vniuerſam Scripturam breues notas edidit, magnoque labore à magno labore Sacrarum Litterarum amatorem exemit; & paſſim verſiones varias recenſet, qua-

Syllabus Auctorum,

rum aliquas & nos ſelegimus.

Ianſ. Ianſenius. Nobilis hic auctor quaudoque à nobis producitur.

Int. S. Chryſ. Interpres S. Chryſoſtomi. Plerumque verſionum diuerſitas non a Græcis auctoribus orta eſt; ſed ab eorum interpretibus, quibus liberum fuit ob verbi Græci fœcunditatem diuersè vertere.

Int. Eut. Interpres Euthymij.

Int. Orig. Interpres Origenis.

Int. Theop. Interpres Theophylacti.

Ioan. Benz. Ioannes Benze Doctor Sorbonicus in ſacra Euangelia breue Manuale conſcripſit, & aliquas verſiones habet, quarũ nonnullæ à nobis próptæ.

Ioan. Caſſ. Ioannes Caſſianus.

S. Io. Chry. S. Ioannes Chryſoſtomus.

Ioa. Gagn. Ioannes Gagnæus. Hic quoque auctor, qui in quatuor Euangelia docta edidit commentaria variantes aliquas lectiones dedit, quarum aliquæ à nobis datæ.

S. Iſidor. Hiſpal. S. Iſidorus Hiſpalenſis. Ex huius quoque S. Patris operibus aliquas verſiones deſumpſimus.

S. Iuſt. M. S. Iuſtinus Martyr.

S. Leo. Sanctus Leo in ſuis ſermonibus. Aliter non rarò Scripturæ verba citat, ac nos in noſtrâ vulgatâ habeamus.

Luc. Epiſ. Lucifer Epiſcopus.

S. Mach. Sanctus Macharius.

Mald. Maldonatus. Probæ notæ auctor, qui Sancta quatuor Euangelia doctiſſimis Commentariis illuſtrauit; pleraque ex Græco transfert, vt ſuis locis habes.

M.S. Manuſcriptum.

Menoch. Menochius. In vniuerſam Scripturam ſacram breues edidit hic auctor annotationes, ex quibus nonnullas verſiones collegimus, & ſuis locis inſeruimus.

Multi lib. Multi libri.

Oleaſ. Hieronymus Oleaſter.

S. Opt. Mi. Sanctus Optatus Mileuitanus.

Orig. Origenes. In Matthæum ſcripſit; &, vt ab eius interprete, ſic & ab ipſo verſiones aliquas hauſimus.

S. Pac. Ep. S. Pacianus Epiſcopus.

Pagn. Pagninus. Peculiarem in totam Scripturam verſionem edidit, quam nos ſæpè aduocamus.

S. Paſc. Rat. Sanctus Paſchaſius Ratbertus. Matthæum commentariis illuſtrauit, in quibus varietas aliqua lectionum reperitur.

S. Paul. S. Paulinus. In elegantiſſimis epiſtolis, quas nobis reliquit, ſæpe aliter legit, ac vulgata noſtra habeat.

Paul. de Pal. Paulus de Palatio. Auctoritate Matthæum enarrauit, & ex Græco quædam transfert, licet rariſſimè, cùm aliò ſpectet.

S. P. Alex. S. Petrus Alexandrinus.

S. Petr. Chryſoſt. Sanctus Petrus Chryſologus. In aureis ſuis ſermonibus aliter quandoque, ac nos habeamus, ſacræ Scripturæ loca refert.

Phil. Carp. Philo Carpatius.

S. Proc. Sanctus Proculus. Et pauca ingenij ſui monumenta ad nos tranſmiſit, & pauca in rem noſtram ex illo deſumere potuimus; deſumpſimus tamen aliqua: exſtant eius opera in Bibliotheca Sanctorum Patrum.

S. Proſp. Sanctus Proſper. Multus in ſacræ Scripturæ auctoritatibus recenſendis hic Pater eſt: in aliquibus variat à Vulgatâ, quæ ſuis locis inſeruimus.

Syr. Syrus. Eâ verſione ferè vtimur, quam Guido Fabricius nobis elaborauit.

Tert. Tertullianus. In ſuis operibus ſparſim peculiares verſiones habet, vt nos hic ſuo loco notamus.

S. Theop. Sanctus Theophilus Patriarcha Antiochenus.

Theoph. Theophylactus. Græcus Auctor: in quatuor Euangelia doctè ſcripſit, & variat plerumque in Scripturæ citatione; licèt ferè varietas non tam ab ipſo, quàm ab eius interprete fit.

Tigurin. Tigurina Biblia. Ex hac varias verſiones adducimus, quia id & ab aliis paſſim fieri vidimus, & hoc titulo citari.

S. Val. Sanctus Valerianus. Ex huius quoque Patris Homiliis aliqua in rem noſtram deſumpſimus.

Vat. Vatablus. Circumfertur huius auctoris Tranſlatio, quam nobis Theologi Complutenſes, & Salmanticenſes repurgatam obtulerunt.

Vinc. Lir. Vincentius Lirinenſis. Hôc quoque vſi fuimus; ſed pauca ſuppeditauit.

Zeno. Sanctus Zeno. In doctis, & elegantiſſimis huius Patris ſermonibus pleraque exſtant, quibus variarum verſionum opus locupletauimus.

INDEX

Google

INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

Quæ in hoc opere explicantur, illuſtrantur, expenduntur.

Productus numerus eſt marginalis.

VETVS TESTAMENTVM.

Ex Geneſi.

CAP. I. VIDIT *Deus lucem, quod eſſet bona.* 370
6. 9. *Noë perfectus in generationibus ſuis.* 5. & 6
16. 11. *Ecce concepiſti, & paries filium.* 37
17. 17. *Cecidit Abraham in faciem ſuam & riſit.* 105
25. 22. *Collidebantur in vtero eius paruuli.* 14
40. 14. *Memento mei, vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere.* 646
49. 4. *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* 33
21. *Nephtali ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis.* 307

Ex Exodo.

15. 13. *Dux fuiſti in miſericordia populo quem redemiſti.* 86
19. 17. *Steterunt ad radices montis.* 420
30. 25. & 26. *Facies vnctionis oleum Sanctum, vngeſque ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam Teſtamenti.* 455
32. 7. *Vade, deſcende, peccauit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti.* 44
10. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos.* 113
33. 26. *Non videbit me homo, & viuet.* 356

Ex Leuitico.

2. 13. *Quidquid obtuleris ſacrificij ſale condies.* 367
11. 44. *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.* 436

Ex Deuteronomio.

6. 7. *Narrabis ea filiis tuis.* 771
16. 3. *Septem diebus comedes abſque fermento afflictionis panem.* 1143
33. 18. *Lætare Zabulon in exitu tuo.* 304
23. *Nephthali abundantia perfruetur & plenus erit benedictionibus Domini.* 308

Ex Ioſuë.

4. 9. *Duodecim lapides poſuit Ieſuë in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis.* 189

Ex libro Iudicum.

9. 48. 49. *Quod me videtis facere cito facite: igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem.* 87

Ex I. Regum.

15. 1. *Vt vngerem te in Regem.* 456
24. 21. *Nunc quia ſcio quod certiſſimè regnaturus ſis.* 21
30. 13. *Puer Ægyptius ego ſum ſeruus viri Amalecitæ, dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius.* 514

Ex II. Regum.

5. 3. *Vnxerunt Dauid in regem.* 456
11. 3. *Et de calice eius bibens.* 1030
23. 15. *Si quis mihi daret potum aquæ de ciſterna quæ eſt in Bethlehem.* 47

Ex Eſther.

5. 3. *Oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.* 1512

Ex Iob.

5. 16. *Iniquitas autem contrahet os ſuum.* 334
40. 18. *Habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* 206

Ex Pſalmis.

16. 11. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* 649
22. 5. & 6. *Paraſti in conſpectu meo menſam: impinguaſti, in oleo caput meum.* 454
23. 4. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in monte ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde.* 355
24. 4. *Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.* 162
28. 9. *Vox Domini præparantis ceruos.* 197
43. 9. *In nomine tuo confitebimur in ſæculum.* 619
44. 8. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* 1252
48. 19. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* 668
54. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.* 218
65. 7. *Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt.* 1351
68. 11. *Operui in ieiunio animam meam.* 584
22. *Dederunt in eſcam meam fel.* 1349
27. *Quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* 1355
70. 7. *Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.* 201
71. 7. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis.* 630
10. *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent.* 67
72. 16. 17. *Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc, labor eſt ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum.* 384
76. 4. *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* 347
11. *Et dixi nunc cœpi.* 8

Index Locorum

80.13. *Ibunt in adinuentionibus ſuis.* 164

84.11. *Iuſtitia & pax oſculata ſunt.* 1277

102.5. *Renoaabitur vt aquila iuuentus tua.* 1150

18. *Miſericordia autem Domini ab Æterno ſuper timentes eam, & iuſtitia illius in filios filiorum.* 409

103.30. *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terra.* 37

108.19 *Sicut zona qua ſemper pracingitur.* 169

118.32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* 485

60. *Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.* 75

127.3. *Filij tui ſicut nouella oliuarum in circuitu menſa tua.* 1251

128. 3. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* 1336

131.1. *Memento Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius.* 11

11. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* 21

150. 3. *Laudate eum in ſono tuba.* 414

Ex Prouerbiis.

4. 4. *Fili mi, ſi ſuſceperis verba mea cor tuum.* 1514

4.7. *Comedant panem impietatis.* 1144

12. 14. *De fructu oris tui.* 184

18. 20. *De fructu oris viri.* ibid.

31. 17. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos.* 171

31. *Date ei de fructu manuum ſuarum.* 184

Ex Eccleſiaſte.

2.2. *Suſcipe verba intellectus.* 1514

1.4. *Generatio preterit, & generatio aduenit.* 5

Ex Canticis.

1. 7. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* 1367

2. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea, &c.* 464

3. 11. *Egredimini filia Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die letitia cordis eius.* 15

4. 6. *Vadam ad montem myrrha, & ad collem Thuris.* 216

5. 8. *Nuntietis ei, quia amore langueo.* 3

8. 15. *Que eſt iſta, qua aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.* 230

Ex Eccleſiaſtico.

1. 11. *Et corona exultationis.* 1340

10. 2. *Qualis rector eſt ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* 75

18. 6. *Cum conſummauerit homo, tunc incipiet.* 350

22. 33. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me.* 331

Ex Iſaia.

1. 1. *Viſio Iſaia filij Amos.* 2

5.18. *Quaſi vinculum plauſtri peccatum.* 638

9. 1. *In nouiſſimo aggrauata eſt via maris.* 308

2. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* 309

6. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius.* 118

25. 17. *Eleuare, eleuare conſurge Ieruſalem, qua bibiſti de manu Domini calicem ira eius.* 1246

28. 19. *Vexatio intellectum dat auditui.* 639

40. 2. *Conſolamini conſolamini popule meus dicit Deus veſter.* 160

31. *Qui autem ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, vt aquila volabunt, & non deficient.* 1150

42.1. *Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea; dedi ſpiritum meum ſuper eum.* 220

46.11. *Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis mea.* 59

47. 7. *Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos verbum autem Domini manet in aeternum.* 303

49. 18. *His omnibus velut ornamento veſtiris.* 588

51. 3. *Ponet deſertum quaſi delicias, & ſolitudinem quaſi hortum Domini.* 219

56. 7. *Quia domus mea, domus orationis vocabitur, cunctis populis.* 1056

58. 3. *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, numquid tale eſt ieiunium quod elegi?* 235

60.6. *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.* 67

66.13. *Ego conſolabor vos, videbitis, & gaudebit cor veſtrum.* 348

Ex Hieremia.

1. 1. *Verba Hieremia filij Helcia.* 2

2. 10. *A ſeculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti; non ſeruiam.* 639

6. 19. *Fructum cogitationum eius.* 184

12. 6. *Quid facies in ſuperbia Iordanis.* 207

17. 16. *Ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens; & diem hominis non deſideraui, tu ſcis.* 75

18. 17. *Dorſum, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum.* 1351

22.30. *Hac dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem.* 31

25.15. *Dicit Dominus exercituum Deus Iſraël; ſume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus.* 1246

31. 22. *Quia creauit Dominus nouum ſuper terram fœmina circumdabit virum.* 37

49. 9. *Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis.* 207

5.30. *Dabit percutienti ſe maxillam ſaturabitur opprobriis.* 1296

Ex Baruch.

1. 1. *Hac verba libri, qua ſcripſit Baruch filij, Neria, filij Maaſia.* 2

Ezechiele.

8. 16. *Viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem.* 58

Ex Oſea.

5. 1. *Rete expanſum eſt ſuper Thabor.* 894

Ex Ioële.

1. 14. *Sanctificate ieiunium.* 217

2. 15. *Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium.* 234

3. 17. 18. *Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter habitans in Sion in monte ſancto meo, & erit Ieruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* 70

3. 18. *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel.* 327

Ex Michæa.

5. 2. *Et egreſſus eius ab initio Æternitatis.* 85

7. 5. *Nolite confidere in Duce.* 87

Ex Nahum.

1. 15. *Ecce ſuper montes pedes Euangelizantis, & annunciantis pacem,* 612

Ex

Ex Zacharia.

6. 12. *Ecce vir oriens nomen eius.* 58

11. 12. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me: proyce illud ad ſtatuarios: & proiecı illud in domum Domini ad ſtatuarium.* 1319

NOVVM TESTAMENTVM.

Ex Matthæo præter ea, quæ in ſuis ſedibus.

CAP. 3. 1. *VEnit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ.* 1416

7. 7. *Pulſate & aperietur vobis.* 106. & 111

8. 26. *Surgens, increpauit ventos: & mare.* 878

17. *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres.* 1248

10. 9. *Nolite poſſidere aurum, neque pecuniam in zonis veſtris.* 170

11. 11. *Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.* 151

19. *Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicunt, ecce homo vorax, & potator vini.* 581

28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* 1009

29. *Mitis ſum, & humilis corde.* 11. 341. & 357

14. 15. *Dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.* 846

23. *Aſcendit in montem ſolus orare.* 893

15. 22. *Miſerere mei Fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur.* 926

16. 11. *Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.* 1609

16. 17. *Beatus es Simon Bar-Iona, qui caro & ſanguis non reuelauit tibi; ſed Pater meus qui in Cœlis eſt.* 1616

19. 2. *Secutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.* 1635

19. 24. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum Cœlorum.* 167

21. 5. *Rex tuus venit tibi manſuetus.* 11

22. 35. *Interrogauit eum vnus ex eis, legis doctor, tentans eum.* 1670

24. 29. *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum, & Stellæ de cœlo cadent.* 856

25. 34. *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* 414

40. *Quandiu feciſtis vni ex minimis meis: mihi feciſtis.* 536

29. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis.* 7

33. *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* 1302

35. *Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* 1302

27. 40. & 42. *Si Filius Dei es deſcende de Cruce.* 295

Ex Marco.

4. 21. *Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur?* 376

19. & 20. *Herodias inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat: Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, & cuſtodiebat eum.* 766

9. 48. *Omnis victima ſale ſalietur.* 367

35. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo.* 974. & 1030

Ex Luca.

1. 13. *Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* 42

2. 10. 11. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus.* 12

14. *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* 630

29. *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* 198

3. 8. *Dignos pœnitentiæ fructus.* 183

20. *Interrogabant eum turbæ dicentes: quid ergo faciemus?* 179

12. & 14. *Magiſter quid faciemus? quid faciemus & nos.* ibid.

5. 8. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum.* 38

30. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis?* 578

6. 12. *Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* 893

7. 5. *Et ſynagogam ipſe ædificauit nobis.* 523

8. 12. *Non ſum ſicut cæteri hominum.* 181

9. 3. *Et miſit illos prædicare Regnum Dei.* 1558

9. 29. *Facta eſt dum oraret facies vultus eius altera.* 893

10. 14. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis.* 729

42. *Vnum neceſſarium eſt.* 419

11. 13. *Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter de Cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* 482

19. 46. *Domus mea domus orationis eſt.* 1057

20. 36. & 37. *Neque nubent, neque ducent vxores, neque vltra mori poterunt.* 110

21. 25. *Erant ſigna in Sole, Luna & Stellis.* 856

2. 2. *Timebant verò plebem.* 1211

5. *Gauiſi ſunt, & ex pacti ſunt pecuniam dare.* 1228

33. *Tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire.* 1302

59. *Et interuallo facto quaſi hora vnius.* 1303

24. 29. *Mane nobiſcum quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies.* 538

Ex Ioanne.

1. 26. *Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis.* 219

2. 11. *Et crediderunt in eum diſcipuli eius.* 249

8. 22. *Quo ego vado, vos non poteſtis venire.* 1712

8. 56. *Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt.* 11

12. 6. *Dixit hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; ſed quia fur erat & loculos habens, ea, quæ mittebantur portabat.* 1700

14. 6. *Ego ſum via veritas & vita.* 122

19. 39. *Tulit Nicodemus mixturam myrrhæ, & aloes quaſi libras centum.* 117

Ex Actibus Apoſtolorum.

1. 7. *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* 1687

1. 18. *Suſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.* 585

5. 41. *Ibant quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* 203. & 125

14. 21. *Per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei.* 900

26. 29. *Opto apud Deum, omnes fieri tales qualis, &*

ego ſum, exceptis vinculis his. 638

Ex Epiſtola ad Romanos.

6. 12. *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* 436
7. 4. *Vt fructificemus Deo.* 185
10. 15. *Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* 612
12. 8. *Qui praeſt in ſolicitudine.* 88
14. 17. *Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* 159

Ex Epiſtola 1. ad Corinthios.

4. 5. *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* 1173
4. 5. *Laus erit vnicuique à Deo.* 1174
9. 27. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar.* 375
15. 10. *Gratia autem Dei ſum id quod ſum.* 151

Ex Epiſtola 11. ad Corinthios.

6. 11. *Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.* 333
8. 9. *Chriſtus propter vos egenus factus eſt cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.* 83
12. 14. *Non enim quærimus quæ veſtra ſunt, ſed vos.* 318

Ex Epiſtola ad Epheſios.

14. *Ipſe enim pax noſtra eſt, qui fecit vtraque vnum.* 218. & 630
4. 15. *Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.* 32
22. *Deponite vos, ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem.* 618

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

2. 10. *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, celeſtium, terreſtrium, & infernorum.* 1344

Ex Epiſtola ad Titum.

3. 5. *Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* 1252

Ex Epiſtola ad Hebræos.

2. 9. *Vidimus Ieſum per paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.* 1252

Ex Epiſtola prima Petri.

4. 13. *Sed communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.* 13

Apocalypſi.

1. 8. *Ego ſum α & ω.* 8
8. 6. *Angeli qui habent ſeptem tubas. & verſic. 7. Primus Angelus tuba cecinit.* 415
10. 11. *Cecidit de cælo ſtella magna, & nomen ſtellæ dicitur Abſinthium.* 70
21. 4. *Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* 348

Digitized by Google

INDEX GRÆCARVM VOCVM, QVARVM VIS, AC PROPRIETAS IN HOC OPERE

explicatur, & expenditur.

Productus numerus eſt marginalis.

A

Ἀγαθὸν de arbore cur dicatur. 490

Ἀγαπᾶν magnam dilectionis vim notat. 113

Ἄγειν de iugo propriè dicitur, & ad diuitias transfertur, quia veloti ingum habendæ ſunt. 674

Αἰτεῖν *mendicare, poſtulare*, non remiſsè Deus rogandus. 480

Ἀκέραιος *innocens*, abſque cornibus, ſimplex. 619

Ἀκολουθεῖν *ſequi, imitari.* Verè ſequitur Chriſtum qui illum imitatur. 574

Ἀκούειν, *audire, obtemperare.* 287

Ἀμελεῖν *negligere, contemnere* ſecurum eſſe. 1084

Ἀμπαίζειν, *percutere, irridere.* Illuſio verberibus pariatur. 142

Ἀνέτειλεν quid. 310

Ἀνοίγω, *pateſacio, reſigno, aperio*; quæ Deo offerimus, non facilè hominum oculis ſunt exponenda. 40

Ἀνοίξας *reſignans*; os velut ſigillo muniendum. 331

Ἀπαγάγοι iudiciale verbum. 1312

Ἀπάτη, *deceptio, ſeductio, fraus*; ad diuitias eur transferatur. 730

Ἀπατᾶν, sedncere, *extra viam ducere*. ibid.

Ἀπέχειν quid. 416

Ἀποδίδωμι quid. 887

Ἀποκρὶ *reſponſio, digeſtio.* Nectuntur hæ duæ notiones. 668

Ἀποκριθεὶς, *reſpondens, digerens.* 668

Ἄφεντες quid. 322

B

Βασανίζειν huius verbi vis expenditur. 513

Βαττολογεῖν quid. 428

Βέβληται. Variæ huius verbi notiones. 512

Βλέπειν de qua viſione. 427. & 473

Βοήθει quid. 829

Γ

Γένεσις generatio, & de toto vitæ tempore dicitur. 3. H

Δ

Δαιμονίζεσθαι, quid; Dæmonis eſt eum vexare, quem corripit. 821

Δεδιωγμένοι quid. 359

Διδάσκειν *docere* eos, qui iam diſcipuli redditi ſunt. 1404

Διεγερθεὶς *expergefactus, excitatus, exſurgens.* 46

Δοξασθῶσιν, variæ huius verbi ſignificationes expenduntur. 415

Δυκνύω, de qua oſtenſione, & explicatione. 507

E

Ἐκπλήσσεσθαι. Hoc verbum expenditur. 758

Ἐκλείπειν quid. 500

Ἐκτρωτοὶ qui dicantur. 450

Ἐλέγχειν quid. 950

Ἐλπιστὴ quid. 775

Ἐξέρχομαι ad bellicas paraturas. 86. & 716 De quibus dicatur. ibid.

Ἐπιπειράζειν ad quos transferatur. 400

Ἐπιστρέπτειν quid propriè. 708

Ἐπιτιμᾶν *increpare, coërcere, refrænare.* 878

Ἐταράχθη quid importet. 74

Εὐαγγελίζεσθαι quid. Obediat Euangelio qui Euangelium annunciat. 650

Εὑρέθη de qua inuentione. 36

Εὑρίσκειν de quibus dicatur. 886

Ἐφιμώθη huius verbi proprietas expenditur. 1092

Ζητεῖν

Z

Ζητεῖν, hoc verbum expenditur. 468. & 481

H

Ἤλθομεν, inſtantiam, & feſtinationem quandam notat. 25

Θ

Θεαθῆναι quid, inanis gloriæ amor ſæuiſſima fera. 410
Θεραπεύειν de infirmis cur dicatur. 324
Θύειν de ſacrificiis propriè dicitur. Ad conuiuium transfertur quia ad illud velut ad ſacrificiûm accedendum, adeo vt gulæ mactetur appetitus. 1084

K

Καλέω *voco, inuito* expenditur. 90
Καλὸς quid. 489.490.& 1216
Κεῖται. Huius verbi vis explicatur. 191
Κρατεῖν quid propriè importet. 765.& 1276
Κτᾶσθαι, expenditur. 603
Κτήματα de poſſeſſionibus, & mancipiis. Perſtricti qui facultatum mancipia fiunt. 997

Λ

Λαλία de loquacitate. Ab inconſiderato ſermone ingentia mala. 1304
Λαμβάνειν quid. 632

M

Μαθητεύειν *docere & diſcere.* 754 & 1404
De quibus diſcipulis dicatur. 585
Μακρόθυμος quis dicatur; patiens magnanimus audire poteſt. 959
Μεριμνᾶν à quo deriuetur. 469
Μεταμελεῖν quid. 537
Μετανοεῖν huius verbi notio expenditur. 155
Μετεωρίζεσθαι quid. De terrenis ſicut de cœleſtibus non cogitandum. 469

Ξ

Ζήτειν quid. 138

O

Ορχίομαι vnde dicatur. Ebrius Bacchi victima. 770

Π

Παγιδεύειν; huius verbi vis expenditur. 1099
Παραγίνεται quid. 54
Πάσχειν quid ſignificet. 927
Πένης, de quo paupere. 335
Περιάγειν de quibus dicatur. 323
Πεσόντες quid. Iuſti Dei victimæ. 108
Πεσὼν *cadens, peſſumiens.* 282
Πέχειν quid ſignificet. 153
Πίστις; huius vocis vis expenditur. 932
Πειρασθῆναι ad captioſam tentationem refertur. 231
Προβιβάζειν de qua inſtructione dicatur. 771
Προσέχειν quid, & de quibus dicatur. 406
Προσεύχειν quid ſignificet. Oratio attentè fundatur. 422
Προσκαλεσάμενος quid. 595
Προσφέρειν de manus iniectione, & ad munerum oblationem refertur. 113
Πτωχὸς de quo paupere. 335

P

Ῥίπτειν; huius verbi vis expenditur. 839

Σ

Σπλαγχνισθεὶς quid propriè. 980
Συμφωνεῖν; huius verbi vis expenditur. 952
Σώζεσθαι quid. Qui ſanitati reſtituitur ad bonam frugem redeat, deſerat vitia. 588

T

Ταμιεῖον; huius nominis vis expenditur. 425
Τέκτων de quo fabro ſoleat dici. 760
Τρώγειν de quibus dicatur. 1254

Υ

Ὑμνεῖν quid propriè ſignificet. 1249
Ὑπάρχοντα, quæ dicantur: ſubiectæ nobis diuitiæ ſint, non nos diuitiis. 993
Ὑπέδειξεν quid. Cautio in magnis, doctiſque monendis. 181
Ὑπομένειν quid. Tanquam ſtrenuus miles Chriſti ſeruus ſit. 625

Φ

φαίνεσθαι quid notet. 421

X

Χαθήμενος quid. Inanis peccatoris labor. 310
Χαίρειν; huius verbi vis explicatur. 471

MATTHÆVS EXPENSVS
ET NOTIS, MONITISQVE SACRIS ILLVSTRATVS

A R. P.

ALOYSIO NOVARINO VERONENSI CLERICO REGVLARI.

Vulgata Editio.

Sanctum IESV CHRISTI Euangelium ſecundùm Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

Verſ. 1.

LIBER generationis IESV CHRISTI filij Dauid, filij Abraham.

Verſ. 2.

Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.

Verſ. 3.

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Heſron. Heſron autem genuit Aram.

Verſ. 4.

Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.

Verſ. 5.

Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid Regem.

Verſ. 6.

Dauid autem Rex genuit Salomonem ex eâ, quæ fuit Vriæ.

Verſ. 7.

Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Aſa.

Verſ. 8.

Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

Lectionum Varietas.

Arab Euangelium IESV CHRISTI *quemadmodum ſcripſit Matthæus vnus ex duodecim Diſcipulis eius.*

Generationis. *Tert. Genitura. Fr. Luc. Progenies.*

Iſaac. a. *Syr. Iſaac.*
Iacob. a. *Syr. Iacob.*

De Thamar. *S. Ambr. Ex Thamar. Pagn. è Thamar.*

De Rahab. *Fr. Luc. ex Rahab. Al. è Rahab. Pagn. De Rahab.*
Ex Ruth. *Al. è Ruth.*

Ex eâ *q. f. V. Syr. Ex uxore Vriæ. Al. Ex eâ, quæ fuerat uxor Vriæ. Fr. Luc. Ex eâ, quæ Vriæ.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 9.

Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.

Verſ. 10.

Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.

Verſ. 11.

Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.

In tranſ. Ba. *Caiet. In exilio Babylonico Pagn. In tranſmigratione Babel.*

Verſ. 12.

Et, poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

Poſt t. *B. Syr. Poſt exilium Babylonicum. Ioan. Benc. Sub tranſmigrationem Babylonis. Pagn. Poſt tranſmigrationem.*

Verſ. 13.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

Verſ. 14.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

Verſ. 15.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.

Verſ. 16.

Iacob autem genuit Ioſeph virum MARIÆ, de qua natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus.

Genuit. *Tert. Generauit.*
Virum. *Arab. ſponſum. Al. maritum.*
De qua. *Tert. Ex qua.*
Natus eſt. *Tert. Naſcitur. Pagn. Genitus eſt.*
Vocatur. *Tert. Dicitur. Ar. M. Dictus. Fr. Luc. Ille, qui dicitur.*

Verſ. 17.

Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim.

Babylonis. *Pagn. Babel.*

Verſ. 18.

Chriſti autem generatio ſic erat. Cùm eſſet deſponſata Mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens, de Spiritu Sancto.

Chriſti autem. *Ar. M. At Ieſu Chriſti. Pagn. Ieſu verò Chriſti.*
Generatio. *Al. Natiuitas.*
Cùm eſſet d. *Ar. M. Deſponſatâ enim Matre eius Mariâ.*
Antequam con. *Syr. Prinſquam ſocietatem inirent. Arab. Antequam ſe ſe cognoſcerent. Al. Prinſquam congreſſi fuiſſent. Ar. M. Ante concipere ipſos. Fr. Luc. Antequam conueniſſent.*
Inuenta eſt. *Pagn. Reperta eſt. Auct. Deprehenſa eſt.*
In vtero habens. *Arab. Grauida.*
De Spiritu Sancto. *Syr. de Spiritu ſanctitatis. S. Ambr. ex Spiritu Sancto.*

Verſ. 19.

Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere; voluit occultè dimittere eam.

Vir. *Syr. Maritus. Arab. ſponſus.*
Cùm eſſet iuſtus. *Ar. M. iuſtus exiſtens. Al. Quoniam erat iuſtus.*
Tráducere. *Arab. Diuulgare. Ar. M. Exemplum facere. Al. infamare. Pagn. Vituperare. Auct. Oſtentui habere,* ſeu *in exemplum vertere.*
Dimittere. *Syr. Derelinquere. Al. Ab eâ diuertere. Vat. Repudiare.*

Verſ. 20.

Vulgata Editio.

Verſ. 20.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in eâ natum eſt, de Spiritu Sancto eſt.

Verſ. 21.

Pariet autem Filium: & vocabis nomen eius IESVM: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Verſ. 22.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem.

Verſ. 23.

Ecce virgo in vtero habebit, & pariet Filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.

Verſ. 24.

Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem ſuam.

Verſ. 25.

Et non cognoſcebat eam, donec peperit Filium ſuum primogenitum: & vocauit nomen eius IESVM.

Lectionum Varietas.

Hæc autem e. c. *Syr. Cùm autem hæc illi veniſſent in mentem. Al. Hæc autem cùm is in animo verſaret. Arab. Dum autem cogitaret hoc. Menoch. Cùm hæc cogitaret. Auth. Animo voluitante,* ſeu, *animo concipiente.*

Ecce. A. *S. Cypr. Gabriel Angelus.*

Apparuit. *Al. Viſus eſt. Auct. Illuxit.*

In ſomnis. *Ar. M. Per ſomnium. Syr. in ſomno.*

Noli timere. *S. Cypr. Ne timueris. S. Aug. Ne metueris. Arab. Ne timeas. Vat. Ne metuas.*

Accipere. *S. Cypr. Aſſumere. Al. Adiungere tibi. Auth. Suſcipere. Mariam S. Epiph. omittit.*

Coniugem. *Arab. Sponſam. Al. Vxorem.*

Natum eſt. *Syr. Genitum eſt. S. Cypr. Natum fuerit. S. Epiph. Eſt. Auth. Conceptum eſt.*

De Spiritu S. e. *S. Epiph. de Spiritu Sancto natum eſt. Orig. ex Spiritu Sancto eſt.*

Ipſe. *S. Cypr. Hic. Syr. Quippe qui.*

Saluum faciet. *Ar. M. Saluabit. Fr. Lu. Liberabit. Syr. Seruaturus ſit. Auct. ex Syr. Viuificabit.*

Adimpleretur. *Al. perficeretur. Pagn. Impleretur Fr. Lu. Vt præſtaretur. Auct. Compleretur.*

Dictum eſt. *Pagn. Dictum fuerat.*

Dicentem. *Fr. Lu. Dicente.*

In *vt. hab. Syr. Vterum feret. S. Leo. Accipiet in vtero. Al. Eris pragnans. Arab. concipiet. Fr. Luc. Vterum geret.*

Et vocabunt. *S. Cypr. Et vocabitis. Tert. vocabitur.*

Eſt interpr. *Tert. Interpretatur. Syr. Exponitur. Fr. Luc. Eſt traductum.*

Nobiſcum Deus. *Syr. Nobiſcum Deus noſter.*

Exurgens. *Syr. Cùm ſurrexiſſet. Ar. M. Excitatus. Arab. ſurrexit. Auct. Experrectus vel Expergefactus.*

Præcepit. *Pag. Mandauit. Vat. Iniunxerat. Fr. Luc. Præceperat.*

Accepit. *Pagn. Aſſumpſit. Fr. Lu. Libens admiſit. Vat. Adiunxit.*

Coniugem ſuam. *Vat. Sibi vxorem.*

Cognoſcebat. *S. Ambr. Cognouit.*

Filium. ſu. *Fr. Luc. Filium illum ſuum.*

Primogenitum. *Fr. Luc. Illum primogenitum.*

Et vo. n. e. I. *Fr. Luc. Quem vocauit* IESVM *nomine.*

CAPVT PRIMVM

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Cur primus inter alios Matthæus Euangelium ediderit. 1

Bono exemplo aliis præire debet, qui malo præiuit. 1

In mundi huius calamitatibus cæleſtium rerum notitia ad ſolamen. 1

Qui peccauit peccatoribus conſulat,. 1

Cognatorum obliuio laudata. 2

Inuitatio ad Matthæi doctrinam audiendam. 2

Cur primùm erudierit Æthiopes S. Matthæus. 2

Sola fælix Nuntiatio, quæ ſalutem continet. 3

בשר *quid, & vnde.* 4

Incarnationis, & Euangelij nexus. 4

Caro pro Euangelio Plutarcho. 4

מבשר *cur de triſti nuntio 1. Reg. locus Illuſtratus.* 4

Lætum, fauſtumque, cum Dei Eccleſia ab impiis ſacerdotibus liberatur. 4

Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium ſecundùm Matthæum.

PRIMVS omnium ſcripſit Euangelium Mat- 1.
thæus, ſicut & primo loco ponitur. Sed cur prior edidit? Quia ita cæteris Apoſtolis placuit, qui id muneris ipſi impoſuerunt. Sed cur primò? Vt, ad

exemplum aliorum, vitæ verbo priùs annuntiaret, qui exemplo, & ipſâ publicani profeſſione, ac nomine alios læſerat. Nempè docemur, præire in bono aliis debere, qui in malo præiuerat, & ſtatim bonis operibus prauæ vitæ maculas eluendas. Prius rectè ſcribit, qui non rectè egerat; vt diuinarum rerum ſcriptione, & narratione præteritæ vitæ ſordes ablueret. Matthæum in bono imitetur, qui imitatus in malo eſt.

Matthæus primus ſcripſit, vt fideles in Paleſtina, graui à Iudæis perſecutione preſſi doctrinæ ſolatio, ac munimine non carerent; nimirum inter huius mundi calamitates, ac preſſuras nullum ſolamen maius, quàm cœleſtium rerum notitiâ animum paſcere, & Chriſti vitam, mortémque cogitare: quod Euangelij huius auxilio fideles in perſecutione illâ præſtitiſſe par eſt credere.

Qui ad telonium pecunias collecturus ſedebat, nunc diuinorum verborum theſauros omnibus effundit, vt ſuo exemplo peccatores ad pœnitentiam inuitaret, doceretque veras diuitias tunc poſſideri, cùm falſæ contemnuntur.

Peccauit Matthæus, ſed ad Deum ſuum rediens peccatoribus didicit conſulere, *quem ſi rectè inſpiciemus*, verba ſunt ſancti Paſchaſij, *per totum textum Euangelij curam peccatorum ſpecialiùs gerit, vnde & mores inſtituit, atque fontem veræ conuerſionis patenter vbique oſtendit*: nimirum, qui peccauit peccatoribus promptiùs debet ignoſcere, & cautiùs conſulere ſolicitiùſque.

2. Vel à libri titulo vtile monitum habes: breuis inſcriptio, ſed magno compendio non caret. Nullam generis, nullam auorum mentionem fieri audis. Non ita illi qui ſub lege veteri fuere: hinc illud: *Viſio Iſaiæ filij Amos.* &: *Verba Ieremiæ filij Helciæ.* &: *Hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch filius Neriæ, filij Maaſiæ* Parentum ſuorum plures ſcriptores veteris Teſtamenti meminere: ſub nouo ferè obliuiſcuntur: nudum nomen ad firmitatem apponunt, nihil præterea. Audis: Euangelium ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Ioannem. Quid? Quod ne ipſi Euangeliſtæ ſuum nomen præfixerunt, præfixit Eccleſia; vt aliqui putarunt. Nempè docere voluerunt, Euangelici ſpiritus eſſe, ſuorum obliuiſci, patris domum non re tantùm, ſed & affectu relinquere. Vetus Chriſti ſeruus parentum memoriam oblitterat, amorem in Deum transfert: ſcilicet Dei filius meritò audit, qui terrenum non cogitat patrem.

Iſai. 1. v. 1.
Ierem. 1. v. 1.
Bar. 1. v. 1.

Ad Matthæi doctrinam nos inuitabat Sanctus Paſchaſius, cuius hæc ſunt verba: *Mecum, ſi placet, hunc publicanum adeant, mecum fluenta illius bibant; quoniam melius eſt huius myſticam ſectari doctrinam, licèt ſtilo reſeratam hiulco, quàm ſi per Elyſios campos flores colligerent, & fonte Tantali fluctus indeſinenter aureos lambendo potarent.* Quod occini illis poteſt, qui, ſanctorũ Euangeliſtarũ verbis neglectis, totos ſe poëtarum ſabellis ſacrant.

Æthiopes præcipuè erudiuit Matthæus, *vt, qui erant primi*, verba ſunt ſancti Paſchaſij, *fuligine peccati pice preſſius denigrati, formarentur ipſius exemplo ad gratiam.* Mulier Æthiopis imaginem ſpectans nigrum colorem partui affricat; contrà hîc factum; nigri non corpore tantùm, ſed, quod grauius, mente, albis candidiſque moribus redduntur, dum Matthæi imaginem, Matthæi mores, ſanctitatémque ſpectant; & dum ſpectant imitantur.

3. Euangelij quoque nomen ſuo fructu non deſtituitur: *bonum fauſtúmque nuntium* ſignificat: & recte liber, qui Chriſtum, hominúmque ſalutem, vitamque beatam, & loquitur, & oſtendit, Euangelium, & bonum nuntium dicitur: ac ſi illud tantum felix nuntium cenſeri debeat, quod ſalutem continet, & Saluatorem. Nomen illud alia fauſta, & felicia terrenis hominibus licet mereri videantur, non merentur. Bonum nuntium erat amantis animæ, cùm diceret: *Nuntietis ei* (dilecto) *quia amore* Cant. 5. 8.
langueo. Iucundius, magiſque fauſtum eſt, quod nobis hic nuntiatur; nempè, Amorem ipſum amore languentem ad hominem veniſſe, vt culpæ ſanaret languores. Nulla felix nuntiatio, quæ ab amore non eſt, Ieſum non ſapit, Ieſum non ſonat, non ſalutem.

Nuntiatio hæc bona dicitur, tanquam ſola ſit bona, quippè quæ ſola nuntiet bona, felicitatem ſcilicet veram continentia: alia, ab hac aliena, bona feliciaque non ſunt, licèt putentur.

Euangelium Hebraicè בשר dicitur à verbo pi- 4.
hel בשר, quod a בשר aliqui deducunt: quæ vox *carnem* ſignificat, vt Dei filij Incarnatio ſub Euangelij nomine contineatur. Bonum quippè nuntium fuit, humanam carnem Dei filium hominum amore induiſſe.

Carnem pro Euangelio miſſam etiam Plutarchus teſtatur in Ageſilao: *Principes ex phiditiis carnem miſerunt pro Euangelio, aliud verò nihil.* Chriſtus carnem in Euangelio induiſſe refertur; ſed cœleſtia nobis dona communicauit.

Verbum בשר *biſar*, à quo Euangelij nomen de læto nuntio dicitur (vt ex ſacris litteris colligitur) de triſti nuntio videtur ſemel dici; nam fugiens è prælio, nuntiánſque victos Iſraëlitas, Phinees, & Ophni occiſos, vocatur מבשר *mebaſer.* Cur lætus nuntius dicitur, qui triſtitia refert? An, quia necem impiorum ſacerdotum nuntiauit; quod lætum, fauſtúmque, quum Dei Eccleſia ab impiis ſacerdotibus liberatur?

SECTIO II.

Cur Generationis hic liber dicatur. 5

תולדות, *& γένεσις de toto vitæ curſu locus Geneſis explicatus.* 5

Præſentis vitæ labilitas. Eccleſiaſtes expenſus. 5

Homines tantum naſci videntur, rurſus teſtus Eccleſiaſtes. 6

Iuſtus ſemper nouo profectu naſcitur Dauidis locus. 6

Generatio *pro fructibus Lucæ.* 7

Operum fructus abundare hominis vita debet. 7.

Generatio *pro geſtis, & actibus vitæ. Illuſtratus Moſes.* 7

Probus actibus probet quilibet ſe natum. 7

Liber cæleſtis, liber generationis Chriſti. 7

Cur Meſſiæ ſtatim meminerit Matthæus. 8

Statim malis occurrendum, & aliorum ſalus quærenda. 8

Operis laus cum Chriſto ab omni parte clauditur. 8

Cur Abraham Dauidi poſtpoſitus. 9

Regum, & Principum reuerentia. 9

Pœnitentes Deus honorat. 9.

Scribendi munus quanti apud Deum meriti. 10

Plus honoris habere debent, qui plures & ſublimiores titulos circumferunt. 10

Chriſti manſuetudo. Expenſus Dauid. 11

Cur Abrahæ mentio hic facta. 11

Chriſti Pater iurè audis, qui Filium Deo mactare paratus. 11

Liber

Liber Generationis Ieſu Chriſti.

5. CVt generationis liber hic dicitur, quum totius vitæ ſit? An Hebræorum morem ſequutus eſt, qui à librorum initiis librorum nomina deſumunt; vnde Geneſis liber dictus eſt liber Gen.1.v.1. generationis Adæ Geneſ.5.verſ.1. Placet, quia multis etiam probæque notæ auctoribus placuit. Sed aliter & fors meliùs, certè vtiliùs ſolui hic nodus poteſt. Eſſe ſcilicet Hebraiſmum, quo nomen תולדו, & Græcè *γένεσις* ſignificat non ſolùm generationem, ſed etiam totum vitæ curſum; quo pacto Noë dictus eſt Gen 9.6. *perfectus in generationibus ſuis*. Gen.9.v.6. id eſt in omnibus vitæ ſuæ partibus. Vt perinde ſit, *Liber Generationis Ieſu Chriſti*, ac ſi diceret *Liber de vitâ Chriſti*.

Nec ab re vita in ſacris litteris generatio dicitur; quia, vt quotidie morimur, ſic quotidie naſcimur; vnde & ſolis curſum referre videmur, qui Eccl.1.4. diebus ſingulis oritur, & occidit. *Generatio præterit, & generatio aduenit*, inquit Eccleſiaſtes: Poterat eandem ſententiam ſic efferre: moriuntur homines, & alij naſcuntur: ſed maluit generationis nomine vti, vt humanæ vitæ inſtabilitatem, & labilitatem aptiùs ſignificaret.

6. Generatio hominum vita vocatur, quia tàm citò finitur, tàm breuis eſt, vt naſci tantùm homines videantur, non permanere; vnde aduocatus Ibid. ſapiens inquit: *Generatio præterit, & generatio aduenit; terra autem in æternum ſtat.* Abitionis meminit tantum, & aduentus; non permanentiæ: quia tàm exigua, tàm breuis eſt, vt eſſe, præſertim ſi æternitatem intueamur, non videatur.

Sed ſi de iuſto loquamur, rectè eius vita perpetua generatio dicitur; quia nouo ſemper profectui naſcitur, ſemper nouo deſiderio pullulat, quotidie Pſal.76.11. clamat cum Prophetâ: *Et dixi nunc cæpi.* Recens, vegetúſque in Dei obſequio eſt: ætatis onus non ſentit: in ipsâ ſenectute virtutis deliquia neſcit. Nempè virtus in ſenectute non ſeneſcit, ſed adoGen 6.9. leſcit. Noë quoque *perfectus in generationibus ſuis dictus eſt*: id eſt, in omnibus vitæ ſuæ partibus: quia à perfectione abit, qui in omni ætatis gradu non proficit, vt ſemper nouus naſci videatur: Areſcit, niſi germinet ſanctitas; &, niſi naſcatur quotidie, tandem perit.

7. Præterea generatio in ſacris litteris pro fructiMatth.26.29. bus accipitur: ſic Matth.26. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*: & tamen Luc.22.18. Luc. 22. dicitur: *non bibam de generatione vitis*; id eſt, fructu vitis. Nempè bonorum operum fructibus abundare hominis vita debet, vt iure generatio dicatur.

Aliquando generatio pro geſtis, actibúſque vitæ Gen 6.9. accipitur. Gen.6.9. *Hæ ſunt generationes eius*: & tamen in toto libro Geneſis non agitur de propriâ generatione Iacob, ſed de geſtis eius, & filiorum ſuorum: vt ſtatim colligeremus hominis generationem hùc tendere; vt geſtis, actibúſque optimis in lucem ſe emiſſum probet, probet natum: eſſe quippè non videtur, qui non operatur.

Liber Generationis. Cœli libro comparantur, & implicari vt liber dicuntur; hic liber cœlo pariari poteſt, liber cœleſtis eſt: *Sicut primus ille homo de terra, terrenus, ſicut nouiſſimus verò iſte de cœlo cæleſtis: ita liber ille generationis Adam, liber terrenus: & iſte liber generationis Ieſu Chriſti, liber eſt cæleſtis*, inquit Rupertus. Cæleſtis liber eſt, cæleſtem vitam agat, qui legit; terram deſerat, reſpuat terram.

8. Meſſiæ ſtatim meminit Euangeliſta: *Liber*, inquit, *generationis Ieſu Chriſti.* Cur tàm cita Chriſti mentio? Cur non tantiſper diſtulit, donec aliorum patrum generationes præmiſiſſet? Noluit, non debuit. Ad Hebræos ſcribebat, qui tanto deſiderio Meſſiam expectabant: ſtatim eorum animos erigit tali nuntio: ſtatim eorum infidelitati occurrit: quo nos docet in animarum morbis citò opportuna medicina illis occurrendum. Nemo longas, & nihil profuturas ambages præmittat, cùm ſtatim mederi ſerpenti morbo poſſit.

Hebræorum ſalutem ardenter deſiderabat Matthæus: non potuit nominis mentionem differre, à quo ſolo ſalus, & vita. Nempè moras nectere vera charitas non poteſt, cum ſtatim profutura offerre valet.

Præponitur Patrum generationibus Ieſu Chriſti nomen; ſed eas etiam claudit: Initio habes: *Liber generationis Ieſu Chriſti*: in fine: *De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Non immeritò; nam ipſe principium, & finis eſt; ipſe α. & ω. Bonus iſte Apoc.1. circulus, qui à Chriſto incipit, in Chriſto deſinit. Maxima operis cuiuſlibet laus, cùm Chriſtô ab omni parte clauditur, cùm eius nomen actio præfert, & in Chriſtum, velut in finem, dirigitur.

Fily Dauid, Fily Abraham.

TEmpore poſterior præponitur priori. Dauid 9. ante Abraham nominatur, qui poſt ipſum natus eſt. Cur ita factum? An, quia maior honor maiori dignitate deferendus? Rex Dauid fuit; non fuit Abraham: ideo priùs recenſetur, qui prior in dignitate, licèt non tempore. Diſce honorem, ac reuerentiam Regibus, ac Principibus exhibere. Docuit hoc Euangeliſta, dum Abrahamo Dauidem prætulit.

Quid, ſi hoc factum non in regij culminis honorem, ſed in pœnitentis Regis priuilegium? Magnus peccator, ſed magnus pœnitens, imò & veræ pœnitentiæ exemplar Dauid extitit. Igitur iuſto Abrahamo præfertur in Saluatoris genealogiâ, vt oſtenderetur, quanti faceret Deus peccatores, qui, lacrymis, ac dolore, mentis maculas eluerunt. Sic enim oſtenditur, magis pro peccatoribus, quàm pro iuſtis humanitatis veſtem Dei filium induiſſe. Honorare pœnitentes Deus ſolet, quos etiam facit. Itaque, qui peccauit, pœnitentiam agat: non ſpernit Deus eos, qui poſt culpam meliorem induunt mentem, & damnant, quæ commiſere.

An Dauid præfertur Abrahamo, qui Dei myſte- 10. ria ſcripſit, & ad poſteros tranſmiſit Dauid, quod Abraham non fecit? *Sacramenta*, inquit Rupertus, *ſiue myſteria incarnationis, vel natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis eiuſdem Ieſu Chriſti Fily ſui prophetico & corde concepit, & ore peperit anima huius beati Dauid, cunctiſque venturis poſt ſe ſeculis legenda, vel canenda conſcripſit. Hoc Abraham non fecit, licèt propheta fuerit; quippe qui nec litteras habuit: Primus namque Moſes longe poſt illum, ſcribente digito Dei, litteras accepit. Rectè igitur, licèt Abraham fuerit anterior, quàm Dauid, non dixit Euangeliſta, Ieſu Chriſti fily Abraham, fily Dauid; ſed ordinem præpoſterans, fily Dauid, inquit, fily Abraham.* Vt hinc colligeremus quanti apud Deum meriti ſcribendi munus ſit, ſi in eo Dei gloriam quæramus, præſentium, ac futurorum vtilitatem, ac profectum. Quàm fruſtra ſunt, qui eximium hoc ſcriptionis opus inanis gloriæ cœno conſpurcant, & laudis humanæ amore polluunt.

Dauidem prætulit Abrahamo; quia, licèt vterque Patriarcha fuerit, vterque Propheta, at Dauid

Rex etiam fuit,fuit pſalmorum conditor, & ſcri-
ptor; vt non mirum,ſi hoc quoque honore dona-
tus fuerit ab Euangeliſta; vt vel hinc diſcas,quan-
ti fieri reges debeant, quanti ſacrarum rerum ſcri-
ptores. Audiendus hîc Rupertus: *Plus eſt,eſſe Pa-
triarcham,Regem,Prophetā,atque Pſalmiſtam, quod
fuit,vel eſt David; quam eſſe tantummodo Patriar-
cham,& Prophetam,quod fuit, vel eſt Abraham. Ita
per omnia rationabiliter diuinus Euangeliſta prouí-
dit,vt dicere mallet, filij Dauid,filij Abraham,quàm
filij Abraham filij Dauid.* Scilicet merentur plus
honoris,qui plures,ac ſublimiores titulos circum-
ſerunt,quibus honor,cultúſque debetur.

11. Filius Dauid ſtatim dicitur Chriſtus; quia pius,
Pſal.131.11. & manſuetus veniebat. Dauid de ſe ait: *Memento
Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Pſal.
131. ſed quid ſequitur? *De fructu ventris tui ponam
ſuper ſedem tuam.* Quibus verbis Chriſti incarna-
tio ſignificatur. Manſuetudinis meminit, quia
Chriſti Pater futurus, de quo ſcriptum eſt: *Rex
Matth.21.5. tuus venit tibi manſuetus.* Matth.21. Volue omnes
ſcripturæ libros, nuſquam reperies, Dauid ſuæ
manſuetudinis meminiſſe, niſi hîc, vbi ſuper eius
ſedem Chriſtum ſeſſurum dicitur. Non ab re; vt
ſtatim intelligeremus, clementem, ac manſuetum
venire,qui manſueti Patris Filius dicitur. Denique
manſuetudinis ſuæ meminit Dauid, quia pietatis,
& clementiæ viſcera induere debet, qui Chriſti
Matth.11. manſuetudinem cogitat. Hinc illæ ipſius voces:
29. *Diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde.*

Abrahæ mentio ſtatim in Chriſti genealogiâ
fit;& quia illi hoc promiſſum; & quia diem iſtum
videre geſtiuit, &, ſpiritu præuidens, gauiſus eſt
Ioan.8.56. Abraham. Hinc illud Chriſti: *Abraham exultauit,
vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Qui
tàm feſtinus extitit, vt videret, non debuit præ-
teriri.

Pater Chriſti Abraham audit, & tanquam præ-
cipuus hîc recenſetur. Nempè, qui proprium fi-
lium,Deó iubente, Deo mactare paratus erat, inter
Chriſti patres præcipuè adſciſci debebat. Diſcant
Parentes nimio amore filios non proſequi, ne à
Chriſto abeant. In vitæ libro ſcribi meretur, qui,
Dei amore, etiam vnigenitum Filium Deo in ſa-
crificium offerre,non refugit.

SECTIO III.

Iuſtus vera lætitiæ parens. 12
Deo parenti triſte quodlibet riſus cauſa. 12
Lætitiam ſibi quiſque parturiat. 12
Chriſtus ſuorum riſus. Tactus Lucas. 12
Mundanorum conſuetudo cordis lætitiam inficit. 13
Cum lætitia ſe,& ſua Deo quiſque mactet. 13
*Patiendo nobis Chriſtus veri gaudij cauſſa. Sacri
Epithalamij locus.* 13
*Gaudeat qui Chriſti paſſionibus communicat. Petri
monitio.* 13
*In Chriſti genealogia cur prætermiſſi Eſau, &
Iſmael.* 14
Conatum præmio Deus afficit. 14
*Chriſti parens eſſe videtur, qui populos rectè guber-
nat, & regit.* 15
Apoſtolorum numerus quanto honore habitus. 15
*Feſtinatio in bono laude digna, ſera pœnitentia im-
probata.* 16
Indignus ſceptro Iudaus,qui ſæuit in Chriſtum. 16
Confeſſionis & Diuiſionis nexus. 16
Rerum periturarum neglectus lux comes. 17
Gentium ſaluator vt oſtenſus Chriſtus. 17
Confeſſio cum contritione. 18
Ex amaritudine lux. Tactus Tobias. 18
Fugienda dignitatis purpura. 18
*Qui fuit peccator, Peccatorum ſedulam curam ha-
bet.* 19
Vera nobilitas ex virtutibus quærenda. 19
Per Mariam ſordes omnes eluenda. 19
Hoſpitalitas quanti apud Deum fiat. 20
Chriſti paſſio cogitanda. 20
*Qui proprij nominis famam quærit in hominum me-
moria perire meretur.* 21

Abraham genuit Iſaac.

ABraham fidelis, & iuſtitiæ exemplar genuit 12.
Iſaac, qui *riſus* interpretatur. Nempè veræ
lætitiæ, verique gaudij parens iuſtus eſt:fictus im-
pij riſus eſt, ficta lætitia. Vnus Abraham Iſaac fi-
lium habet; quia ſolidæ lætitiæ parens ſolus iuſtus
eſt.Adam Abel genuit,qui *luctus* interpretatur;quia
peccator, & Diuini præcepti tranſgreſſor luctum,
ac dolorem ſibi parturit.

Iſaac parentum riſus dicitur, licèt iuſſo eum ſa-
crificare Abraham mœſtitiæ,doloris,luctúſque oc-
caſio fuiſſe videatur. Videtur fuiſſe, ſed non fuit.
Deo parenti durum quodlibet aſperúmque molle
eſt; & triſte lætitiæ,riſúſque cauſa.Moribus æmu-
lare Abraham; & quodcunque egeris Iſaac erit,
lætitiæ,gaudiíque fons,& cauſa.

Vt vera lætitia ſit, eam ſibi quiſque parturire
debet,adeò,vt à nobis quodammodo naſcatur,non
aliunde ſumatur,à rebus ſcilicet perituris:hæc ſup-
poſititia & adulterina eſt, non vera, non legitima.
Abraham genuit Iſaac,& iuſtus ex bonæ conſcien-
tiæ vtero riſum. Aliter, alienus, & nothus cenſeri
debet.

Iſaac Chriſti figura eſt; quia ſuorum riſus,gau-
diúmque futurus naſcitur.Hinc Angelus ad Paſto-
res Luc.2. *Ecce,euangelizo vobis gaudium magnum,* Luc 2.10.
*quod erit omni populo; quia natus eſt vobis hodiè
Saluator,qui eſt Chriſtus Dominus.* Nulla vera læti-
tia,nullus riſus,niſi vel in Deo,vel à Deo.

Iſmael perſequitur Iſaac: & mundanorum con- 13.
ſuetudo cordis lætitiam inficit: impiorum illece-
bræ verorum gaudiorum hoſtes ſunt.

Riſus Iſaac dicitur, & ſimul etiam eum ſibi im-
molari Deus iubet. Cohærent hæc duo; quia non
ex triſtitiâ,aut neceſſitate offerre ſe,aut ſua quiſque
debet; ſed cum lætitia: nam *hilarem datorem dili-* Cor.9.7.
git Deus.

Iure etiam in hoc Chriſti figura fuit; quia &
Chriſtus immolatus pro nobis eſt Patri: ſed ſimul
Iſaac,& riſus dici potuit;quia lætitiæ nobis auctor
patiendo extitit; & quia hilaris, gaudénſque ad
crucem, ad mortem iuit. Hinc illud in Amoris
Cantico: *Egredimini,& videte filiæ Sion Regem Sa-* Cant.3.11.
*lomonem in diademate, quo coronauit illum mater
ſua:* ſcilicet ſynagoga, quæ eius capiti coronam
ſpineam impoſuit. Sed,quo tempore? *In die lætitiæ
cordis eius.* Diem lætitiæ cordis ſui vocat,quo tàm
crudeliter in eum mater ſua deſæuit.

Tantùm,qui eius paſſionibus communicat,gau-
deat, triſtitiam omnem ablegat. Audi monentem:
Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete. Riſus 1.Pet.4.13.
ſuis Chriſtus eſt,etiam dum patitur, & moritur.
Patienti compatere,& morienti commorere: læti-
tiæ particeps eris,ſi & paſſionis.

Iſaac genuit Iacob.

CVr nulla Eſau mentio, qui Iacob frater exti-
tit? An, quia impius, & malus? Sed in Chriſti 14.
genealogiâ

Digitized by Google

genealogiâ etiam adulterarum, & meretricum mentio fit. Ar prætermiſſus Eſau, imò & Iſmaël frater Iſaac; quia ab illis Chriſtus non deſcendit. Igitur Inquies: Cur inter filios Iudæ non ſolus Phares, ſed etiam Zaram nominati ſunt? & tamen Zaram, cum primogenitus non exſtiterit, Chriſti Gen.25.22. Pater habendus non erat. Recole vel in vtero contendiſſe, vt eſſet, & prior, quàm frater, naſceretur: detulit illi hunc honorem Euangeliſta; quia promeruiſſe videtur, dum in vtero, vt Chriſti Pater fieret, laborauit. Contrà Eſau: habitum primogenituræ ius neglexit, vendidit; ideo pater Chriſti dici non merebatur: merebatur Zaram, qui pro viribus, vt eſſet, laborauit. Diſce: conatum, Deus præmio afficit, re ipsâ viduum: contemptum iuſtâ pœnâ afficit, & contemptorem habitis bonis ſpoliat. Zaram æmulare, non Eſau. Magna ſi aſſequi non potes, ſectéris tamen.

Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.

15. A Iudæ fratribus non deſcendit Chriſtus: cur ergo in eius genealogiâ recenſentur, præſertim cum priùs nec Eſau, nec Iſmaelis meminerit? Non caſu id factum, nec ſine myſterio. Non genus à Iudæ fratribus traxit Chriſtus, nec tanquam eius parentes nominantur; ſed, tanquam regni eius, & Reipublicæ conditores: vnde nec nominatim, vt Iudas, ſed generaliter, & quaſi Iudæ comites, referuntur. Diſcat Princeps, & Rex: diſcant Reipublicæ Chriſtianæ Rectores: licèt ipſi, quando viri Eccleſiaſtici, & Eccleſiæ Præſules Chriſtum ſpiritaliter in ſubditorum mentibus formant, nihil efficere videantur, nec ad ſpiritualem hanc generationem pertinere; attamen, ſi rectè Reipublicæ clauum teneant, ſi iuſtè imperent, & populos regant, partem in ſpiritali Chriſti generatione habituri ſunt. Nempe Chriſti parens eſſe videtur, qui populos rectè gubernat, & regit.

Præterea hi recenſentur, quaſi patriarchæ duodecim tribuum, qui de populo Dei non ſunt excluſi; *præſertim, cum in eis Apoſtolorum numerus, & forma ſignatur, in quorum conſortio per fidem coadunata omnes tribus terræ diuinitùs conſecrantur*, ait ſanctus Paſchaſius. Diceres in illis Chriſti parentes fuiſſe Apoſtolos; nam Chriſtum in eorum animis, quos ad fidem prædicatione vocabant, pariebant. Habes hîc, & quanto honore Apoſtolorum numerus habeatur, & quàm gratum Deo exerceant officium, qui animas lucrantur; vt inter Chriſti parentes, horum patriarcharum figurâ, recenſeantur.

Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.

16. PHares, & Zaram in vtero contendebant vter prior naſceretur, quia primogenitus Chriſti parens futurus erat. Arguunt infantes virorum, & ſenum torporem, atque deſidiam, qui non in vtero, ſed in extremo vitæ ad Chriſti regnum peruenire contendunt. Infantes in vtero Chriſti parentes fieri contendunt: nos vix tumulo próximi Chriſtum cogitamus, vt ſepulchralis multorum pœnitentia ſit, & ſera nimis conuerſio, cadauerofa. Arrige hîc aures, qui in ſenectutem vitæ mutationem differs, vitam mutaturus, cùm amiſſurus.

Sed eadem res aliò, nec aliené flecti poteſt. Ex duobus illis Iudæ filiis Zaram prior in mundo apparuit, ſed exiuit poſterius; manum Zaram protulit, cui coccinum alligatum, *vnus ille, qui manum protulit, Iudæus eſt, qui primus legem accepit*; ait Rupertus; ſed purpureum coccinum manui alligatum iam tunc ſignificabat, Iudæorum manum Chriſti ſanguine polluendam. Iure ſceptrum tenuit Phares, non tenuit Zaram: indignus regno, indignus ſceptro Iudæus eſt, qui ſæuit in Chriſtum, quod Zaram ſignificauit.

Iudas genuit Phares. Vel nuda nomina compendio ſuo vacua haud ſunt. Iudas *confeſſionem* ſonat, Phares *diuiſionem*. Necte, & probum monitum habes. Vera confeſſio, veráque pœnitentia diuiſionem ab iis, quæ peccati occaſionem præbuerunt, gignit. Phares Iudæ filius: & ab omnium rerum, quæ ſcandalo eſſe poſſunt, ſeparatio, veræ pœnitentiæ partus eſt. Iudæ, ac pœnitentis nomen non meretur, qui Phares non parturit, & à prauorum hominum, amicarúmque conſuetudine ſe non ſeparat. Etiam Petrus, lachrymis ſua crimina luiturus, domum illam egreſſus eſt, in qua mulier illa erat; quæ negationis occaſionem præbuerat. 17. Matth.26.75.

Phares, & Zaram fratres ſunt: Phares *diuiſionem* ſignificat, Zaram *Oriens* interpretatur. Qui ſe à noxiis, & rerum periturarum amore ſeparat, magnâ luce perfunditur, perfundit etiam alios: Oriens ſibi eſt, oriens aliis. Nempe veræ luci naſcitur, qui rerum periturarum tenebris denaſcitur.

De Thamar: Thamar meminit, & Raab, quæ & peccatrices erant, & alienigenæ, *vt oſtenderet Chriſtum*, inquit B. Beda hîc, *non ſolum Iudæorum, ſed & gentium Saluatorem.*

De Thamar. Thamar *amaritudo* dicitur, quæ Iudæ copulatur; quia confeſſionis comes dolor, & contritio eſt. Qui amaritudini, & dolori confitens iungitur, Phares etiam gignet; id eſt, ſeparationem ab omnibus nocituris, non ſolùm non abhorrebit, ſed etiam quæret, amabitque. Qui profuturam ſeparationem odit, verè Iudas non eſt, nec de Thamar gignitur; hoc eſt ex peccatorum amaritudine non confitetur.

De Thamar oritur Zaram, qui *oriens* dicitur, 18.
quia ex amaritudine (hoc enim nomen Thamar ſonat) lumen, & cognitio naſcitur; nam vexatio dat intellectum. Etiam fellis amaritudine Tobias oculorum lumen recepit; & ferè denſis tenebris inuoluuntur, qui nulla premuntur amaritudine, nullis afficiuntur tribulationibus. Iſai.28.19. Tob.11.13.

Zaram ex materno vtero prógreſſurus, vbi ſe alterâ manu vinctum coccino ſenſit, eam retraxit, malle ſe non naſci ſignificans, quàm purpurâ vinctum progredi; Ac ſi tacitè moneret, fugienda culmina eſſe, ac purpuram, dignitatéſque detrectandas. Infans Zara exhorret purpuram, ſenes infantiam ſuam produnt, qui purpuram amant. Gen.38.

Salomon autem Genuit Booz de Raab.

19. DE Raab. Peccatricum meminit Matthæus; nimirum, qui fuit peccator, peccatorum curam habet, eóſque ad pœnitentiam inuitat. *De Raab nimirum ſanguine*, ait ſanctus Paſchaſius, *Chriſtus naſci non erubuit; ſcilicet, vt, qui peccatores venerat quærere in terra, de peccatoribus carnẽ traheret, quatenus eius vniti corpore, per fidei ſacramentum, iam vltrà peccatores non eſſent. Quod ſacramentum Matthæus bene intelligens, eo quod & ipſe de publicano factus fuerat Euangeliſta, omnes peccatrices commemorando, facinoroſos quoque ad pœnitentiam inuitat.* Scilicet qui peccauit prior, procliuiórque ad Peccatorum ſalutem procurandam eſſe debet.

Etiam fœminæ peccatrices in Chriſti genealogia

gia recéſentur, vt noſcamus veram nobilitaté non ex ſtemmate quærendam, ſed à propriis virtutibus, alienáſque culpas, iuſti vitam ſanctitate illuſtrem haud offuſcare. Peccatores, & peccatrices, qui & quæ in Chriſti genealogia numerantur, vmbræ munus exercent, quâ venuſtiores probitatis, ſanctitatíſque colores, pulchrioréſque apparent.

Malarum hic tantùm mulierum mentio, ſanctarum nullius, niſi Mariæ: ſatis iſtuc: Sola Mariæ ſanctitas eluere omnem impuritatem poteſt; ac ſolius Dei Genitricis grata memoria aliarum ſordes abſtergere, fœtores abolere. Vniuerſam peccatorum illuuiem vna Virginis puritas expiare debebat; & idcirco mulieres, quæ ſcelerum quondam labe adſperſæ fuerunt, Chriſti genealogiæ inſertæ ſunt.

20. Ex hoc colligere etiam potes, improbos progenitores filiis non officere, modo virtuti naſcantur, & probitati. Docemur præterea de alienis peccatis nemini erubeſcendum, ſed de propriis.

Quanti apud Deum hoſpitalitas ſit? Mentio in Chriſti genealogiâ etiam Raab mulieris meretricis fit. Hoc priuilegium meruit; quia Iudæorum exploratores recepit hoſpitio.

Raab oſtendit coccinum in feneſtrâ, innuens Chriſti paſſionem ore prædicandam. Ad Chriſtum, Chriſtíque genealogiam aliquo pacto ſpectat, in eâque inſeri meretur, qui licèt alioquin defecerit, & aberrarit; aſſiduè tamen Chriſti paſſionem, quæ per coccinum ſignificatur, euoluit, & cogitat; ſic enim facilè, peccato repudiato, ad bonam frugem redibit.

Booz autem genuit Obed ex Ruth.

21. B*Ooz genuit Obed*. meruit in Chriſti Genealogia inſeri Booz; quia nimirum ſui nominis, ſuíque honoris oblitus, Booz ei iunctus eſt, quam Elimelech ducere noluit, cedens iure propinquitatis, familiæ ſuæ augendæ ſtudens, vt habetur Ruth 4. verſ. 5. nimirum, qui proprij nominis famam quærit, in hominum memoria perit: viuit ille, qui, ſe neglecto, communem vtilitatem, commodúmque quæſiuit, duxit enim Booz, quod facere noluit Elimelech, ſciens filium naſciturum non ſibi, ſed patri defuncto, fore adſcribendum. Pulchrè, vtilitérque rem verſat Sanctus Petrus Damianus: *Ille vanus, & gloriæ cupidus proprio nomini poſteritatem familiæ conabatur extendere; Booz autem vir bonus, & iuſtus famam proprij nominis paruipendens, diuinæ tantummodo legis contentus eſt mandata ſeruare: ſed ecce illius, qui ſuam poſt ſe memoriam anhelabat in poſteritate relinquere, ne nomen quidem agnoſcitur; hic autem non ſolum in Patrum, ſed in Patriarcharum catalogo cum gloria numeratur. Ille poſteritatis famam, cui prouidit, amiſit: iſte paternum nomen, quod præ ſacræ legis obſeruatione ſpreuit, accepit. Ille neſcitur parens eſſe ſaltem quorumlibet hominum iſte præpotentium pater factus eſt Regum. Ille, dum poſteritatis memoriam concupiſcit, de memoria corruit; iſte, qui propagando ſub ſuo nomine generi non conſuluit, per Dauidicæ ſtirpis traducem totius mundi genuit Saluatorem.* tanti refert in Dei gloriam, aliorúmque vtilitatem ſua referre, nec ſua quærere aut ſe.

SECTIO IV.

Terrena dignitas nihil eſt, ſi ab hominibus ſit. 21
Regum culmen vmbratile, quod Chriſtus non ornat, & animat. 22.
Regiæ dignitatis nota iniurias obliuiſci 1. *Regum locus illuſtratus.* 22
Honoris laus, humilitas. 23
Regia nota, mala pati, & benè agere. 23
Chriſtus in mundum venit, etiamſi peccatis Deum offenderemus. 24
Virtus Regis nota. 24
Verus Rex, qui non ſibi, & faſtui, ſed Chriſto ſolium parat. 24
Regiæ dignitatis inſigne inſignis ſanctitas. 25
In maritum ſæuire, quàm grauis culpa. 25
Vera pœnitentia quanti apud Deum meriti, ac honoris. 25
Adulari neſcit, qui veritatem amat. 26
Delicti pœnitentiam vt Deus honoret. 26
Maria, ſexûs ſui decus, omnem ab eo notam abſtulit. 26
Qui culpam ſuam deleri non quærit, meretur, vt illius nomen ab hominum memoriâ deleatur. 26
Quàm malum, malæ mulieris exemplum ſequi. 27
In Dei ſeruos, verbique Diuini prædicatores ſæuire, quàm grande facinus. 27
Afflictio, & Tribulatio in corde Chriſtum format. 28
Chriſtus naſcitur vt à ſeruitutis iugo nos liberaret. 28
Inter aſpera, & dura Chriſtus reperitur. 28
Vtilis calamitatis memoria. 29
Stude, quàm ſtudeat Deus, vt ſua Diuina ira timeatur. 29
Peſſimus eſt, qui afflictionibus non emendatur. 30
Iuſtè eſt calamitatibus occurrere. 30
Ioſias *quid. Orationis, & ſalutis nexus.* 31
Eſſe non videtur qui ad Chriſti ſolium non ſpectat. Explicatus Ieremias. 31
Sterilis operum fœcunditas, quæ ad Chriſti Regnum non ducit. 31

Dauid autem Rex genuit Salomonem ex eâ, quæ fuit Vriæ.

E*Orum, qui hic recenſentur, multi Reges fuerunt, & tamen ſolus Dauid Rex cognominatur: quia ſcilicet primus, & perpetui regni promiſſio illi facta 1. *Paralip.* 17. 11. & *Pſal.* 88. *verſ.* 3. & *Pſal.* 131. *verſ.* 11. Sed dices: Saul primus regnauit: Scio. Sed Rex dici non meretur, qui non Diuina voluntate, ſed intemperanti populi ſtudio electus eſt. Nempè terrena quælibet dignitas nihil eſt: quæ aut ab ambitione, aut ab humanâ tantùm electione naſcitur. 22.

Primus Rex Dauid dicitur, non Saul; quia Saulis Regnum ad Chriſti Regnum non pertinebat: pertinebat Dauidis. Scilicet vmbratilis Regia dignitas eſt, quam Chriſti diadema non ornat, nec animat.

Quid, ſi Rex ſolus dicatur hîc Dauid ob regium pectus, animumque, quo vel inimicis ſuis pepercit, illataſque iniurias altâ obliuione ſepeliuit? Solus Regis nomen meretur, qui Rex ſuper ſe ipſum eſt, nec vlla vindictæ paſſione tangitur, vlciſcendæve iniuriæ affectui non ſubiicitur. Nouit iſtuc & Saul, qui, videns Dauidem illatas iniurias condonaſſe, ſtatim pronuntiauit: *Nunc ſcio certiſſimè, quod regnaturus ſis*. 1. Reg. 24. 21. Nempè, qui inimicis ignoſcit, offenſæ oblitus, dignus regnô, dignus diademate eſt. 1. Reg 14. 21.

Honoris laus humilitas eſt; humilis Dauid extitit; ideo, cùm Michol ipſi exprobaret, quod ante Dei arcam ſaltaret, regiâ humilitate reſpondit: *Ero* 23.

humilis

humilis in oculis meis. eius humilitatem honorare Deus voluit, cùm inter tot Reges ſolus in Chriſti genealogiâ Rex dicatur; ac ſi ſolus Regio ſceptro, ac diademate ſit dignus, qui coram Deo abiicere ſe nouit, & humiliter de ſe ſentire. Rex dictus non fuiſſet, ſi ſuperbus, & faſtoſus.

Rex præ aliis Dauid nuncupatur, quia tot aduerſitates, tot perſequutiones, calumniaſque fortiſſimo pertulit animo, inuictâ mente. Hæc regiæ mentis nota, multa pati, &, cùm benè agas, audire malè, & malè haberi.

24. Rex autem audit in Chriſti genealogiâ, vt intelligeremus, quàm iniuriarum obliuio Chriſto placeat, qui in mundum venit, carnemque humanam ſumpſit, licèt tot ſceleribus ab hominibus offenſus.

Dauid inter alios regiæ dignitatis notâ exornatur; quia non hæreditariâ ſucceſſione ſed propriâ virtute, ac meritis ad regnum euectus eſt. Ille nempè iurè Rex dici poteſt, quem virtus, probitaſque euexit ad culmen.

Iſai. 9 7. Dauid ſolus Rex cognominatur; quia ſuper ſolium eius ſeſſurus Chriſtus dicitur: ſic enim habes: *ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit.* Iurè ergò ſolus Dauid Regis nomine indigitatur; quia eius ſolius ſolio inſidere dicitur Dei filius. Nempe Rex meretur dici, qui non ſibi, ſed Chriſto ſolium parat, nec faſtui litat, ſed Deo. Sola vera dignitas eſt, quam Chriſtus facit. Rex dici haud debet, qui à ſolio ſuo Chriſtum arcet. Audite Reges Audite Principes.

25. Rex etiam Dauid dicitur propter excellentiam ſanctitatis ſuæ; ac ſi ille ſolus Regis nomen mereatur, qui omnibus ſanctitate antiſtat. Nempe Regiæ dignitatis inſigne inſignis ſanctitas eſt.

Ex eâ, quæ fuit Vriæ. tacetur Berſabeæ nomen; nominari non merebatur, quæ conſcia fuit, vt aliqui voluere, necis mariti: nimirum, quæ adulterij culpa fœdatur, facile alieni ſanguinis fuſu maculari ſe ſinit, fuit Vriæ, quia vxor; ſed fuiſſe non videtur, quia contra illum fuit, & mortis illius quodammodo particeps.

Ex ea quæ fuit Vriæ. Hic non recenſetur nomine Berſabea, ſed ita circumſcribitur; *ex ea quæ fuit Vriæ.* non caſu id factum: fors quia *ſcelus ſuum diluiſſe non ſcribitur,* ait Sanctus Paſchaſius, *idcirco, propter ſuam adhuc indoleſam culpam, nomen eius recenſeri non meruit.* nimirum, qui admiſſam culpam deleri non curat, meretur, vt nomen eius vbique deleatur.

Ex ea, quæ fuit Vriæ. non veretur adulterij memoriam refricare; ſed hoc Regis laudem adeò non inficit, aut extenuat, vt firmet potius, augeatque; nam adulterium iam lachrymis obliteratum fuit, quaſi nunquam extitiſſet. *Dauidis vera pœnitentia,* ait S. Ephræm, *effecit, vt ne veſtigium quidem in illo remanerat, quippè quæ ita adulterij cicatricem deleuit, vt etiam à conſtupratâ Berſabeth Salomonem Regem conſtitueret;* & Salomon inſeri Chriſti genealogiâ, tanquam legitimus Dauidis filius, potuerit tantum vera pœnitentia poteſt.

26. Regem præ aliis vocat Sanctus Matthæus Dauidem, ſed ſubiicit, *genuit Salomonem, ex eâ, quæ fuit.* Adulterij memoriam refricat; non ſubticet, quod tantus Rex perpetrauerat. Proba hæc eius nota, qui veritatem amat: adulari neſcit. Aulicus titulos titulis accumulat, Principem ſuum laudat, & celebrat; ſed crimina tegit: Matthæus, quæ laudis erant, extulit; ſed adulterij crimen ſilentio non tranſmiſit. Nulli ſeu calamo, ſeu linguâ parcit, qui verit vnumque ſeruauit.

Alios filios habuit Dauid; cur ſolus Salomon nominatur? quia ex eâ, quæ fuerat Vriæ ortus eſt; honorare delicti pœnitentiam Deus voluit. *Dauid, qui pœnitentiâ delicta ſua correxit; propterea inuentus eſt ex animi Dei ſententia, ac benignè pœnitentiã honorans Deus in vxoris Vriæ progenie collocauit genus Dauidis, eâdemque de cauſa fecit, vt ex eâ genus Chriſti duceret;* inquit S. Iuſtinus. Magnos viros peccare obuium eſt, ſed, pœnitentiam agere, rarum, & ſingulare, vt idcirco Regem, qui diademati pœnitentiam copulauit, tanto honore Deus euexerit, vt ab illo genus ducere voluerit.

Omnes quæ in Chriſti genealogiâ, vnâ exceptâ Virgine, reprehenſione dignæ fuerant; ſed Virginis ſanctitas tam magna fuit, vt harum vicinitate, nequiuerit obſcurari, inter malas mulieres boni omnis mater recenſetur; vt à ſexu colligeremus, Mariam, ſexus ſui decus, omnem ab eo notam ablaturam.

Ioram autem genuit Oziam.

CONſtat Iorã non genuiſſe immediatè Oziam,
ſed tres alios Reges interceſſiſſe, Ochoziam, 27.
Ioas, & Amaſiam, qui pater fuit Oziæ. Hi tres excluduntur à Genealogia in odium impij Achab, ex cuius ſemine nati ſunt, comminatus illi fuerat Dominus per Eliam, ſe omnem poſteritatem eius deleturum; quod vſque ad quartam generationem intelligendum erat, quæ in Amaſia terminata eſt.

Excludi hi Reges, etiam ſuâ culpa, meruerunt, tanquam impiæ Athaliæ imitatores, Prophetarum ſanguinem effundentes; quod ſi & Manaſſes idem præſtitit, at pœnitentiam egit. Audiendus hic Beatus Rupertus. *Sicut,* inquit, *peccatrices, & alienigenas propter fidem lex Dei aſſumpſit, & Euangeliſta hic nominare dignum duxit, ita quoſdam domeſticos ſeminis propter impietatem remouit, atque reiecit: Ait enim: Ioram autem genuit Oziam. Tres de medio ſuccidit, videlicet Oziam, Ioas, & Amaſiam. Quam ob cauſam? Nimirum propter impiiſſimam Athaliam matrem ſuam, cuius imitati ſunt homicidia, occidendo prophetas Domini, ſicut illa & mater eius Iezabel in Samaria. Et quidem Manaſſes quoque multum ſanguinem iuſtum fudit; veruntamen reſeruatus eſt, qui pœnitentiam egit.* Tanti refert malæ mulieris exempla, & mores ſequi; tanti poſt commiſſa ſcelera pœnitere.

Alij quoque Reges peccauerunt, qui à Genealogia Chriſti excluſi non ſunt; at in prophetas non ſæuierunt; audierunt verbum Dei, & verbi Dei præconibus pepercerunt; quod hi minimè fecerunt, & idcirco ſucciſi ſunt; vt videas, quantum Deo diſpliceat, quempiam in ſuos Doctores, prophetaſque ſæuire, & eius verba contemnere. Alij quoque peccauerunt. *Veruntamen,* eiuſdem auctoris ſunt verba, licet non eodem loco producta, *ſub illis prophetare licuit prophetis, quod pertinebat ad huiuſmodi genealogiam; quorum vnus dicit: A timore tuo Domine concepimus, & peperimus; ſpiritum ſalutis tuæ fecimus ſuper terram: atque idcirco iſti ſoli de memoria præſenti, de libro generationis Ieſu Chriſti repulſi ſunt qui verbum audire, vel præcones verbi Dei viuere paſſi non ſunt.* Vt hinc Reges, principes veri, omneſque diſcant, quanti & Dei verba facienda ſint, quàmque graue ſcelus ſit diuinorum verborum prædicatores à ſuo munere impedire.

Ioſias

Digitized by Google

Ioſias genuit Iechoniam in tranſmigratione Babylonis: &, poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.

CVr in Christi genealogia Babylonicæ cala-
28. mitatis meminit? Continua generationis ſeries texitur, quam nulla calamitas, tribulatio nulla ſecat. Diſce: In mente ſpiritaliter naſcitur Christus, quæ copioſo tribulationum imbre perpluitur. Babylonica tranſmigratio Christi genealogiæ inſeritur, ac ſi afflictio, & tribulatio in corde Christum formaret, & parturiret.

Duræ tranſmigrationis mentio hîc fit; vt ſtatim intelligeremus, illum naſci, qui oppreſſos erigeret, & à ſeruitutis iugo liberaret.

Communem populi afflictionem tangit, dum Christi genealogiam refert Euangeliſta, nullius felicitatis memoriam refricat, ſed calamitatis dumtaxat. Nempè faciliùs inter aſpera, & dura, quàm inter læta, ac felicia eſt reperire Christum.

Docemur etiam, maximè iis, qui lugent, naſci Dei filium; & fatuo riſu diffluentes indignos Dei aduentu eſſe.

29. Babylonicæ ſeruitutis meminit, non meminit Ægyptiacæ; quia Iſraelitæ captiuitatis Ægyptiacæ obliti erant, vt potè antiquæ: recordabantur Babylonicæ, quæ recentior erat; & maiori timore huius memoriâ afficiebantur, quàm illius. Nempè vtilis afflictionis recordatio eſt, & fructum in eius mente parturit, qui eam cogitat. Igitur, quò vicinior tribulatio eſt, eò maiorem vtilitatem parere debet; multò magis, cum præſens eſt, & nos ab omni parte obſidet.

Babylonicæ captiuitatis Euangeliſta meminit; non meminit Ægyptiæ; quia in Ægyptum non fuerunt ob ſcelera tranſlati, vt fuerunt in Babylonem, illius captiuitatis mentio fit, cuius causâ exſtitit culpa; vt nimirum peccatorum recordarentur, diuinamque iram timerent: Pulchrè Chryſoſtomus: *Cur autem*, inquit, *ſicut Babylonicæ captiuitatis meminit, non etiam deſcenſus in Ægyptum? Quia hos non timebant: Babylonios vero audire ſine timore non poterant, & illuc quidem non propter peccata abducti fuerant, huc verè ob ſcelera tranſlati.*

30. Recordatio captiuitatis ad Iudæorum duritiam explicandam facit: oſtendit enim Euangeliſta tàm duræ ceruicis populum Hebræum exſtitiſſe, vt nec tàm durâ captiuitate ſe correxerit, & reſipuerit, ſieque Dei in terris aduentus fuerit neceſſarius. Malè ſe res habet, cum calamitatibus & preſſuris non proficimus, ſed peiores euadimus. Solus Deus medicam adhibere tunc manum poteſt, & ipſemet adueniens mederi tàm graui morbô laborantibus valet.

Iechoniam tranſmigratione Babylonicâ imminente genuit Ioſias. Non caret nomen myſterio, Iechonias *Domini præparatio* dicitur. Nempè tunc rectè quilibet ſe in occurſum Domini præparat, cum lætus calamitatibus occurrit, & ad tranſmigrandum promptus eſt.

31. Ioſias *ſalus Domini* interpretatur: &, ſecundum alios, etiam *incenſum* ſignificat, quo oratio ſignatur. Necte, &, orationem ſalutem parere, vel à nudâ nominis interpretatione diſce.

Iechonias genuit Salathiel. Octo filios habuit Iechonias, quorum natu ſecundus fuit Salathiel. Sed cur Ieremiæ 22. verſ. 30. ſterilis dicitur? Sic enim
Ier. 22.30. habes: *Hæc dicit Dominus: ſcribe virum iſtum ſterilem.* A ſterilitate abfuiſſe videtur, qui octo filiis auctus eſt. Sterilis tamen in tantâ fœcunditate fuit; quia nemo filiorum eius regnauit, nemo Christi ſolium, regnumque obtinuit. Nempè quælibet fœcunditas, mera ſterilitas eſt, quæ Christi ſolio minimè nobilitatur. Ad opera iſtuc transfer, & vtile monitum habes; ſcilicet: operum multitudinem parum prodeſſe, quæ à Christi ſolio & regno, iudicioque abeunt: ſterilis operum fœcunditas eſt, quæ ad Christi regnum non euehit.

SECTIO V.

A principio vſque ad finem contra vitia pugnandum. 32
Ioſeph *quid. Creſcit qui amaritudini aubit. Tactus Moſes.* 32
Virtutum profectus in Maria. 32
Mariæ cultor ſemper creſcere debet. 33
Ioſeph Virgineæ caſtitatis cuſtos. Locus Geneſis. 33
In omnes deriuare ſua dona Deus ſtudet. 34
Per ſanctitatis ſcalam aſcendere ad Deum debemus. 35
Iuſtorum vita nos ducit ad Christum. 35
Εὑρέθη *quid.* 36
De Virgine aliquid mali ſuſpicari prohibendum eſt. 36
Quid, in vtero habere. *Varia lectio.* 37
Incarnatio Spiritui ſancto tributa, quia Amoris opus. 37
Mundi renouatio *ex incarnatione Verbi. Dauidis verba.* 37
Quò quis ſanctior, eò magis Mariam veneretur. 38
Suas laudes prodere, quàm ſtudiosè cuique cauendum. 38
Iuſtus non eſt preceps in iis quæ aliorum famam tangunt. 39
Statim malis, quæ imminent occurrendum. 39
Ab Angelo docetur, qui temerè alios nō iudicat. 39
Suorum probitatem probat Deus. 40
Gabriel Angelus etiam ad Ioſephum miſſus. 40
Mariæ nomen animum curis preſſum recreat. 41
Alienæ famæ conſulere magni ponderis apud Deum. 42
Christus omnibus hominibus natus. 42
Toti Mundo natus Christus. 42
Coniugum vnitas animorumque ſimilitudo. 43
Peccator vita functus. 43
Deus populum ſuum vocat etiam peccatis ſubditum poſt incarnationem, expenſus Moſes. 44
Peccata in homines magis quàm externi hoſtes ſæuiunt. 44
Peccatorum fœtor. Ingens fragrantia liberatio à peccatis. 45
Δειγματίσαι *quid, & vnde.* 46
Obedientiæ celeritas in Ioſepho. 46
Plena obedientia eſt præſtare non ſolum quod iubetur, ſed etiam ſicut iubetur. 46

Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ.

IN Christi genealogiâ, & in principio Iacob po- 32.
nitur, & alius etiam in fine; nomen interpretare bonum monitum habes. *Iacob*, verba ſunt ſancti Paſchaſij *ſupplantator interpretatur: & ſi ſupra per Iacob ſupplantatio vitiorum præmittitur; rurſus per hoc vnum, idemque vocabulum in fine commemoratur; vt, vſque ad extremum vitæ contra vitia nos certamen habere neceſſarium, exiſtimemus, donec appoſiti ad patres noſtros virtutibus in Christo augeamur æternis. Semper nobis contra vitia pugnandum eſt, nec*

prima

prima victoria torpentes reddere nos debet, vt tandem fœdius vincamur.

Satis hoc ad eius laudem, vt vir ſponſus Mariæ dicatur. Probus nexus Mariæ,& Ioſeph.Ioſeph *accreſcens*,interpretatur, Maria *amaritudo*. *Qui* amaritudinem in vxorem ducit, proficit, & ſemper
Epheſ. 4.15. Exod. 1.v.7. & 12. creſcit: quod monuit etiam Paulus: *Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus.* Etiam filij Iſrael in Ægypto, ſeruitute oppreſſi,creuerunt, ac veluti pullularunt. Ad modum imbris, & decidentis pluuiæ ſe amaritudo,& afflictio habet, quæ iuſtos, ſicut herbas,dum opprimere videtur, eleuat potiùs,& in ſublime erigit.

33. Sponſus Mariæ Ioſeph, quia ſemper ipſa in virtute creuit:quod vel ſponſi nomine ſignificabatur. Semper de virtute in virtutem profecit: nunquam retro abiit: augmento nupſit, quæ bona bonis cumulauit,& merita meritis.

Aptus Mariæ cultor, qui Ioſephi nomen re ipsâ præſefert:in bono ſemper creſcit,nulla decrementa neſcit, ſemper proficit, diminutionem non nouit.

A Ioſephi nomine illibatum huius coniugij thorum colligas. Ruben dormiuit cum Balâ Patris ſui Iacobi concubinâ Geneſ.35.22. quem arguens Pater ait: *Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas; quia*
Gen.49.4. *aſcendiſti cubile Patris tui, & maculaſti ſtratum eius.*Gen.49.verſ.4. Non creſcere dicitur,qui Patris cubile maculauit: ergò Ioſeph ſanctiſſimus, qui accreſcens interpretatur, vel nomine prodit,ſe Patris æterni cubile minimè maculaſſe, virgineæ caſtitatis cuſtodem fuiſſe,non violatorem.

De qua natus eſt IESVS.

34. D*E qua natus eſt* IESVS. In muliere concipi, ex muliere naſci,ſed vir voluit Chriſtus; vt ſcilicet vtrumque ſexum nobilitaret, efferret vtrumque.Omnia ſua confert beneficia,qui omnium Dominus eſt.Pulchrè Sanctus Auguſtinus: *Cur autem carnem ex vtero fœmina aſſumere voluerit: quod vtrumque ſexum hoc modo honorandum indicauerit aſſumendo formam viri, & naſcendo de fœmina.* In omnes dona ſua deriuare Deus ſtudet;non vni tantum omnia concedere, ſexum quoque fœmineum extulit, vt nullus illum contemneret, nullus proſcinderet.

Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid.

35. NOn eſt ab re,tot ſanctos, ac iuſtos Chriſti generationi præmiſſos: nempè, vt per eandem ſanctitatis lineam ad eum aſcendamus, per quam ad nos deſcendere dignatus eſt.

Generationum verò ſummam exprimit Sanctus Matthæus; vt ſtatim intelligeremus in eâ aliquid ſubeſſe myſterij. Quadraginta duas generationes, quæ hîc referuntur, quadraginta duabus, quibùs filij Iſrael ex Ægypto ad terram promiſſionis peruenerunt, reſpondere affirmant. Nempè iuſtorum vita gradus quidam, quibus ad Chriſtum pergimus,eſt.

Inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.

36. GRæcè eſt εὑρέθη ab εὑρίσκω,quod eſt,non quærendo,nec cogitando, præter opinionem, atque expectationem aliquid inuenire, vt aliqui notauere: vnde non nimis curioſus rerum, quæ ad ſponſam pertinebant, ſcrutator fuit Ioſeph; ſed ea in Virgine obſeruauit, quæ facilè quiuis alius poterat ſolo viſu comprehendere.

Inuenta eſt habens de Spiritu ſancto. Nondum hoc Angelus dixerat, nondum ſciebat Ioſeph, cur adeo properat Euangeliſta dicere, cum poſtea ab Angelo audituri eſſemus? *Prauenit Matthaus*, inquit Sanctus Paſchaſius, *exponere, ne lectoris animum ſuſpicio aliqua ſuberet.* Virginem de Spiritu ſancto non cõcepiſſe,*que poſtea dictis angelicis eſſet purganda.* Nimirum,cum de Virginis puritate agitur, ſuſpicionem anteuertere Virginis cultor debet,ne quis,vel minimum, de Virginis puritate ſuſpicetur, non potuit Angelum expectare Matthæus,ne fors,dum exſpectat, lector alienè de Virgine ſuſpicaretur.

In vtero habens. Græca phraſis eſt, qua vtuntur 37.
LXX. Latinè diceremus: *pragnans, grauida, vterum*
*gerens.*Gen.16.verſ.11. *Ecce concepiſti,& paries Fi-* Gen.16.11.
lium. Pagninus: *Ecce te pragnans, & paries Filium.* LXX. *ecce tu in vtero habes, & paries Filium.* Vides, in vtero habere, LXX. phraſim eſſe, & ſignificare conceptionem.

De Spiritu ſancto. Tribuitur præcipuè Incarnatio Chriſti Spiritui ſancto, non quia communis etiam aliis perſonis non exſtiterit;ſed, vt ſignificaretur, amoris, & charitatis opus hoc myſterium fuiſſe.

Scriptum eſt: *Emitte ſpiritum tuum, & creabun-* Pſal.103.30.
tur,& renouabis faciem terra. Quidni & ſpiritus in hoc myſterio operatus referatur, in quo & omnia
noua, & omnia renouanda? *Nouum enim creauit* Ier.31.22.
Dominus: mulier circumdabit virum. Nouum eſt à quo mundi totius renouatio pendebat.

Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere,voluit occultè dimittere eam.

REi nouitate, & myſterij magnitudine ſtupens 38.
Ioſeph, cœpit ſecum cogitare, quî ſe à virginis præſentiâ ſubduceret;nam,quum humilis eſſet, indignum ſe putabat, qui Virgini Deo grauidæ appropinquaret. Eodem penè ſenſu, quo & Petrus di-
cit Chriſto: *Exi à me, quia homo peccator ſum*;ſic & Luc 5.8.
Ioſeph eximere ſe à Virginis præſentiâ præ ſummâ humilitate cogitabat. Nempè, quò quis ſanctior, iuſtiórve eſt,eò magis Dei matrem reueretur,& veneratur.

Voluit occultè dimittere eam. cur hoc dubitationis nubilo inuolui Ioſephum tamdiù permiſit Maria? cur non detexit arcanum? cur non ſe Deo grauidam Spiritus ſancti virtute dixit.An,vt humilitati ſuæ conſuleret, maluit rem celare? quæ in laudem ſuam maximam reſiliebat, quàm ſe à viri ſui ſuſpicione liberare,certa id Deo curæ futurum? præſertim, cùm iam eſſet experta, rem Eliſabethæ cognatæ ſuæ indicauiſſe. Habes ſingulare humilitatis exemplum,quod imiteris: tam nimirum cauta Virgo fuit ſuas laudes prodere, quam prompta alia fuiſſet aliis indicare,quod in ſe factum.

Hac autem eo cogitante, Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei.

IVſtus primùm dicitur, deinde cogitare, quæ fa- 39.
cturus erat,refertur. Hæc nempe viri iuſti nota eſt: diligenter antea expendere, & cogitare, quæ aliorum famam tangunt. Non præceps currit, nec temerè iudicium fert,aut damnat,quæ in alio videt: in

Digitized by Google

in iudicij priùs lance omnia ponderat.

Hæc eo cogitante. Cur non diù pòſt, miſſus à Deo Angelus eſt? An vt hinc diſceremus, ſtatim malis, quæ imminent, occurrere, nec damnabili cunctatione remedium differre?

Meretur ab Angelo doceri, qui, facile, de incertis non iudicat; ſed diù ſecum deliberat, ne aberret. Indignus Angelorum viſitatione, atque conſortio eſt qui temerè alios iudicat, & innocentum, ſiniſtrè iudicando, lacerat famam, aut inficit.

40. Non mittit Deus Angelum ſuum antè, qui Ioſephum de incarnationis myſterio certiorem redderet: vult Deus ſuorum iuſtitiam, & probitatem his, ſimilibuſque anguſtiis probari firmarique.

Solet hîc quæri: quis fuerit iſte Angelus, qui Ioſepho in ſomnis apparuit. Communior cenſio eſt, fuiſſe Gabrielem: quod firmat Sanctus Cyprianus qui lib. 11. contra Iudæos legit: *Gabriel Angelus.* Idem Angelus ad Mariam mittitur, & ad Ioſephum, vt vtriuſque tùm ſanctitas, tùm vnio ex vnius Angeli miſſione colligeretur.

41. Archangelus Gabriel ob myſterij magnitudinem ad Mariam mittitur; ſed idem apparuit Ioſepho, vt ſuſpicionem, quæ fors de Mariâ eius animum pupugerat, ab eo auferret. Tanti ponderis res eſt apud Deum innocentis nomini conſulere, vt eundem Archangelum mittat incarnationis miniſtrum, & vt ab omni alienâ ſuſpicione Virginem eximat. Tanti apud Deum eſt, innocentem ab infamiâ vindicare.

Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

TVrbatum Ioſeph ſolatur Angelus; nec ab re Mariæ nomen interſerit: ſuaui, dulcique hôc nomine, velut oleo mare æſtuans, trepidantem tranquillum reddere voluit, ac ſedatum. Sola iſtius nominis prolatio erigere mentem poteſt, & animum, magnis curis preſſum, recreare.

Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

42. Luc. 1. 13. ANgelus Zachariæ loquens ait: *vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium.* Hic Ioſephum Angelus alloquens illud, *tibi*, prætermiſit; non enim dixit: *pariet tibi filium*; ſed abſolutè: *pariet filium.* Vt ſtatim noſceremus, Chriſtum non ſoli Ioſepho naſci, ſed omnibus hominibus; vnde & ſequitur: *& vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Præterea non dixit Angelus: *pariet tibi*; quia verus Chriſti pater non erat Ioſephus, ſicut Zacharias Ioannis.

Pariet filium. Non caſu accidit, quod *tibi* non addiderit: quia nimirum non vni Ioſepho naſcebatur, ſed orbi vniuerſo. Præiuit auctor ab aureo ore: *Pariet, inquit, filium: non dixit pariet tibi, ſed poſuit illud indefinitum, & ſuſpenſum: non enim illi ſed vniuerſo prorſus orbi peperit Chriſtum.* Neſcit has anguſtias, qui ventris anguſtias ſubiuit. Omnibus naſcitur, qui omnibus moriturus, vt omnibus proſit, ad ſalutem omnes vocet.

43. *Vocabis nomen eius Ieſum.* Hoc, quod hîc Angelus dixit Ioſepho, dixit quoque Mariæ Luc. 1. cur duobus idem imponendi nominis onus imponitur? olim aliquando pater nomen filio imponebat, aliquando mater; cur hîc idem nomen eidem filio imponere pater debet, debet mater? An id factum, vt vterque hoc munere honoraretur? An, vt horum coniugum vnitas, animorumque ſimilitudo ſignificaretur? adeò, vt vna, eademque res vtrique præſtanda imponatur; cum alter ab altero non poſſet diſſentire, quodque alter præſtaret approbaret alter, nec vnquam de re aliqua inter ſe pugnare poſſent: quod in aliis coniugibus facilè accidiſſet.

Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ex Syriaco nos vertimus: *Ipſe enim viuificabit populum ſuum à peccatis ipſorum.* Nam, qui in peccatis iacet, vitâ functus eſt, animæque mortem ſubit; vitam Ieſus reddidit, dum à peccatis liberauit.

Cur populum ſuum vocat, qui à peccatis libe- 44.
randus erat? Olim alloquens Deus Moſem dicebat:
Vade, deſcende: peccauit populus tuus, quem eduxiſti Exod. 32. 7.
de terrâ Ægypti: ac ſi diceret: Non ampliùs meus meretur dici, quia peccatorum ſeruituti obnoxius eſt. *Tuus*, Moſes, eſt; quia eiuſdem cum eo naturæ es: cum peccauerit, tuus eſſe poteſt; meus non eſt. At, poſtquam humanam naturam Deus induit, non ita loquitur Deus: ſuum vocat populum, qui peccatis eximendus erat. Non mirum, eiuſdem nobiſcum naturæ Deus factus, peccatorum ſalutem quærens, (venit enim peccatores ſaluos facere,) ſuum etiam populum vocat, qui culpæ iugo premebatur. Suus peccator populus eſt; quia ſuum quoque eſt, à peccatis eum ſoluere, & liberare. Reiicere peccantes, tanquam non ſuum populum, antequam humanam naturam ſumeret Deus, potuit; ſed, poſtquam homo factus eſt, vt peccatores redimeret, nullum à populi ſui appellatione excludit, modò liberari à peccatis velit.

Non dicit, quod Ieſus ſaluum faciet populum *à perſecutoribus ſuis*, ſed *à peccatis*: hæc quippè magis in homines ſæuiunt, quàm ſæui omnes perſecutores: leuis & nulla omnis ſæuitia eſt, ſi peccatorum ſæuitiei comparetur.

Ieſus, dulce, & ſuaue nomen, omni virtute ple- 45.
num, deliciis omnibus refertum: de hoc ſponſa in Amoris Cantico: *Oleum effuſum nomen tuum*; ob ſuauitatem, atque fragrantiam: ſed cur Angelus huius ſuauitatis, atque fragrantiæ non meminit, nomen iſtuc interpretans? ait enim: *Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim Saluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* De peccatorum liberatione tantùm mentio. Sed hoc ſatis ad eius virtutem, atque fragrantiam explicandam: ſicut enim, vbi peccatum, ibi omnis amaritudinis, ibi fœtoris intolerabilis, ibi omnium miſeriarum extremum; ita, vbi à peccatis liberatio fit, ſuauitas, dulcedo, fragrantia, virtus vera eſt. Omnia bona clauſit, cum dixit: *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Exurgens autem Ioſeph fecit, ſicut præcepit ei Angelus.

PRo exurgens Græcè eſt διεγερθεὶς, à verbo διε- 46.
γείρω, *expergefactus, excitatus, experrectus*: cohærent hæ notiones: quia veræ obedientiæ exemplar Ioſeph ſtatim ac à ſomno excitatus fuit, ſurrexit, vt citò, quod monuerat Angelus adimpleret; ac ſi idem fuerit Ioſepho expergiſci & ſurgere: tam celeriter Angeli verbis obtemperauit.

Parum eſt perficere, quod iubetur; verus obediens perficit, ſicut iubetur; ſcilicet eo modo, eo tempore, iis circumſtantiis, quibus res imperatur, eam, perficit, qui plenè obedientiæ litat: alioquin perfecta obedientia non eſt, ſi ſeruatur tantum, quod mandatur, non, ſicut imperatur, perficitur.

Vulgata

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. MATTÆI.

Verſ. 1.

CVM ergo natus eſſet IESVS in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, eccee Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam.

Cùm ergo n. e. *Ar. M. At nato* IESV.
In diebus. *Al. Temporibus.*
Ab Oriente. *Ar. M. Ab Orientibus.*
Venerunt. *Pagn. Aduenerunt. Ar. M. Acceſſerunt.*
Ieroſolymam. *Ar. M. In Ieroſolymam.*

Verſ. 2.

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

Diuites. *Syr. Et inquirunt. Fr. Luc. Quærentes.*
Vbi eſt. *Fr. Luc. Vbi degit.*
Qui. n. e. R. I. *Ar. M. Natus Rex. Vat. Ille natus Rex. Fr. Luc. Ille Rex Iudæorum, qui natus eſt.*
Stellam. e. *Fr. Luc. Illam eius ſtellam.*
In Oriente. *Fr. Luc. In Patriâ noſtrâ.*
Venimus. *Syr. Vt adoremus. Fr. Luc. Ad adorandum.*

Verſ. 3.

Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.

Audiens au. *Syr. qua quum audiſſet. Pagn. Cùm audiſſet. Vat. Auditis autem his.*
Turbatus eſt. *Syr. Perterritus eſt. Auct. Timuit. Perculſus eſt. Commotus eſt.*
Et omnis. *Pagn. Tota.*

Verſ. 4.

Et congregans omnes principes ſacerdotum & ſcribas populi, ſeiſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Congregans. *Pagn. Cùm congregaſſet. Arab. Congregauit ſcribas.*
Scribas. *Caiet. Viros doctos.*
Sciſcitabatur. *Caiet. Percontatus eſt. Arab. Sciſcitauit. Auct. Interrogabat eos. Conſulebat eos.*

Verſ. 5.

At illi dixerunt ei: in Bethlehem Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam.

At. i. d. *Pagn. Illi autem dixerunt.*
Per Prophetam. *Arab. In Prophetâ.*

Verſ. 6.

Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſraël.

Et tu. *Syr. Tu quòque.*
Terra Iuda. *S. Amb. Domus Iuda. Syr. Iudaica. S. Hilar. Domus effrata.*
Nequaquam. m. e. *Tert. Non minima. S. Amb. Non es in paucioribus. Syr. Anguſta. S. Cyp. Non exigua es. Goth. Nunquid paruula es?*
In principibus. *Syr. Inter Reges. S. Hilar In millibus. Pagn. Inter duces. Ar. M. In ducibus.*
Exiet. *Syr. Prodibit. S. Ambr. Exibit. Al. Mihi proditurus eſt. Caiet. Exiet mihi. Pagn. Egredietur. Auct. Erumpet. emanabit.*
Dux. *Syr. Rex. S. Ambr. Princeps in Iſraël. S. Hilar.* omittit. *Auct. Imperator. Ductor.*

Verſ. 7.

Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis.

Regat. *S. Hilar. Reget. Tert. Paſcet. Chryſ. Reget. Al. Gubernaturus eſt. Vat. Recturus eſt. Auct. curam geret.*
Populum. m. *S. Epiph. Sit Dominator in Iſraël. Auct. Populi mei.*
Diligenter didicit. *Syr. Exquiſiuit. Arab. Certior factus ab illis. Caiet. Cognouit. Al. Perquiſiuit. Auct. Accuratè explorauit. Exactè rimatus eſt.*
Quæ apparuit. *Ar. M. Apparentis. Auct. Quæ illuxit. Menoch. Quo apparuerat.*

Verſ. 8.

Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: &c.

Et mittens illos. *Pagn. Cùm miſiſſet eos.*
Interrogate. *Syr. Exquirite. S. Aug. Requirite. Arab. Inquirite. Ar. M. Explorate. Pagn. Cognoſcite. Auct. Scrutamini.*
Diligenter. *Orig. Cautè.*
De puero. *Syr, Super puerulo. Vat. De puello. Caiet. De puerulo.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

cùm inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

Renunciate. *Syr.* addit *Venite.S.Amb.Nuntiate.*
Veniens. *S.Amb.vt veniam. Syr.Proficiſcar. Pagn. Profectus.*
Adorem. *Syr. Adoraturus.*

Verſ. 9.

Qui, cùm audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer.

Qui c.a. *Ar. M. Illi autem audientes. Syr. Illi autem his à rege auditis.*
Abierunt. *Ar. M. Profecti ſunt. Auct. Viam inierunt.*
Antecedebat. *S.Proſp.Præibat.Arab.Præcedebat.*
Vſque dum veniens. *Pagn.Donec progreſſa.S.Proſp. Donec venit.*
Puer *Caiet. Puerulus.*

Verſ. 10.

Videntes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno valde.

Videntes.a.ſ.*S.Greg.Nyſſ. Videntes enim ſtellam ſuper locum vbi erat puer. Fr. Luc. Cùm autem vidiſſent ſtellam.*
Gaudio magno. *Ar. M. Gaudium magnum. Vat. Per quàm magno.*

Verſ. 11.

Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Mariâ Matre eius, & procidentes adorauerunt eum: Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Intrantes. *Pagn. Ingreſſi. Ari. M.Venientes.*
Domum. *Ari. M. In domum. Caiet. Stabulum, vel: Diuerſorium. Fr. Luc. Manſionem.vel Speluncã.*
Inuenerunt. *Syr. Contemplati ſunt. Franc.Luc.Viderunt.*
Procidentes. *Pagnin. Proſtrati. Auct. Procumbentes. Arab.Prociderunt.*
Et intrantes. *Arab.Et venerunt.*
Et apertis theſ. *Arab. Et aperuerunt vaſa ſua. Ar. M.Et aperiens.Auct. Pandentes, vel Reſignantes.*
Obtulerunt. *Auct. Porrexerunt.*
Munera. *Syr. Oblationes. Auct.Dona.*

Verſ. 12.

Et, reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Et reſponſo accepto. *Syr. Viſus eſt eis. Arab. Et manifeſtatum fuit eis. Pagn. Oraculo admoniti. Caiet. Oraculo accepto.*
Ne redirent. *Ar. M. Non reflectere.Caiet.Ne reflecterent. Fr. Luc. Non reuerti.*
Reuerſi ſunt. *Ar. M. Receſſerunt. Syr. Itaque profecti ſunt. Auct.Commigrarunt.*
In. r. ſ. *Syr. In locum ſuum.*

Verſ. 13.

Qui cùm receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.

Qui cùm receſſiſſent, *Syr. Cùm abiiſſent. Arab. Cùm autem irent.Pagn. digreſſis autem illis.*
Apparuit. *Ar.M.Apparet.Auct.Illuxit.*
Surge. *Vat. Cùm ſurrexeris. Ar. M. Excitatus. Caiet. Experrectus.Orig.Surgens.*
Accipe. *Pagn. aſſume. Auct.oper.imp. Tolle.*
Puerum. *Vat.Puellum. Dionyſ.Alex.Animam pueri. Caiet.Puerulum.*
Matrem. c. *S. Epiph. Coniugem tuam.*
Fuge. *S.Epiph. Vade.*
Futurum eſt.e. *S.Epiph. Quoniam.*
Vt quærat. *S.Epiph.Quæris. Ar.M.Quærere.Auth. Vt indaget, ſcrutetur.*
Puerum. *S.Epiph. Animam pueri.*
Ad perdendum. e. *Syr. Vt illum perdat. Fr. Luc.Vt è medio auferat.Auct. Ad necandum, vel: Ad deſtruendum eum.*

Verſ. 14.

Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum.

Qui conſurgens. *Ar. M. Excitatus.Caiet.Ille verò experrectus. Auct.Expergefactus.*
Accepit. *Caiet. Aſſumpſit.*
Seceſſit. *Arab. Abiit. Syr. Fugâ in Ægyptum contendit. Auct.Migrauit.*

Verſ. 15.

Et erat ibi vſque ad obitum Herodis:

Et erat ibi. *Pagn. Fuit illic.*

vt

Vulgata Editio.

vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam dicentem. Ex Ægypto vocaui Filium meum.

Lectionum Varietas.

Adimpleretur. *Pagn. Impleretur. Al. Perſiceretur.*
Dictum eſt. *Pagn. Dictum fuerat.*

Verſ. 16.

Tunc Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, &, mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu, & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis.

Videns quoniam. *Arab. Cùm vidiſſet. Pagn. Vbi vidit, quòd.*
Illuſus eſſet. *Pagn. Illuſus fuiſſet. Auct. oper. imper. Deluſus eſſet. Aus. Irriſus eſſet, ludibrio habitus eſſet.*
Iratus eſt. *Syr. Vehementer excanduit. Al. Indignatus eſt vehementer. Auct. Irâ exæſtuauit.*
Mittens. *Pagn. Cùm miſiſſet miniſtros. Al. Miſſis ſatellitibus. Vatab. Miſſo ſatellitio. Fr. Luc. Cùm amandaſſet.*
A bimatu & i. *S. Greg. Nyſſ. Qui alterum agebant annum. Caiet. A bimatu & inferiùs. Al. Bimulis aut minores.*
Exquiſierat. *Arab. Quo certior factus fuit. Caiet. Exactè cognouerat. Ar. Mon. Perquiſiuit. Pagn. Diligenter cognouerat.*

Verſ. 17.

Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam dicentem.

Adimpletum. e. q. d. e. *Pagn. impletum eſt, quod dictum fuerat.*
Per. I. P. d. *Pag. A Ieremiâ Prophetâ dicente.*

Verſ. 18.

Vox in Ramâ audita eſt, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos & noluit conſolari, quia non ſunt.

Ploratus. *S. Ambr. Fletus. Pagn. Lamentatio, luctus Caiet. eiulatus.*
Plorans. *S. Hier. Flens.*
Filios ſuos. *Ar. M. Natos.*
Noluit conſolari. *Pagn. Noluit conſolationem admittere. Syr. Renuitque vllam accipere conſolationem.*
Quia non ſunt. *Vat. eò quòd non ſuperſint. Pagn. Propterea quòd non ſint.*

Verſ. 19.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto.

Defuncto. *Ari. M. Deſinente.*
Apparuit. *Caiet. Apparet.*

Verſ. 20.

Dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

Surge. *Ar. M. Excitatus. Caiet. Experrectus. Vat. Cùm ſurrexeris.*
Defuncti ſunt, *Ar. M. Mortui ſunt.*
Qui quær. ani. *Vat. Qui inſidiabantur vitæ.*

Verſ. 21.

Qui conſurgens, accepit puerum & matrem eius; & venit in terram Iſraël.

Conſurgens. *Pagn. Excitatus autem.*
Accepit. *Caiet. Aſſumpſit.*
Puerum. *Caiet. Puerulum.*

Verſ. 22.

Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæâ pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.

Audiens. *Fr. Lu. Verùm, cùm audiſſet.*
Illò. *Pagn. Illuc.*
Ire. *Syr. Proficiſci. Pagn. Abire. Auct. Secedere.*
Admonitus. *Vat. Oraculo autem iuſſus. Caiet. Sed oraculo admonitus. Syr. Viſum eſt ei.*
In ſomnis. *Syr. In ſomnio.*
Seceſſit. *Syr. Eundum eſſe. Auct. Abiit.*
In partes. *Syr. In regionem.*

Verſ. 23. 1

Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

Et veniens. *Pagn. Profectus.*
Habitauit. *Ari. M. Commigrauit. Auct. Hoſpitatus eſt.*
Per Prophetas. *Arab. In Prophetis.*
Vocabitur. *Pagn. Vocaretur.*

1. *Nouarin. in Euang. Tom. I.*

CAPVT II.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Sitire Chriſtum debemus, qui in Bethlehem. Expenſus locus. 2. Regum 47
Fortis ſit, qui ad Chriſtum pergit. 47
Sancta *dicta Bethlehem. Maria ſanctitas, & anima cuinſlibet.* 47
Vtilitatem noſtram vbique ſpectat Chriſtus. 48
Impiorum nox bonorum non obeſt luci. 48
Principes viros, relicto regno, Chriſtum quærere, inter prodigia. 49
Prodigij loco habendum Reges regno relicto Chriſtum quærere. 50
Inſolens eſt ſpiritualia Principes viros primos ſcire. Tactus Ionas. 50
Chriſtum quærere vera ſapientia nota. 50
Sceptri, & ſapientia nexus. Dauidis locus. 51
Res ad extremum malorum venere, vbi ſacerdotes aliorum indigent exemplo. 51
Honoris laruam contemnat qui ad Chriſtum pergit. 51
Veritatis hoſtes, veritati coguntur famulari. 52
Rerum terrenarum amiſſio nihil facienda. 52
Regis eſt, benè operari. 53
Regis nexus, & ſeruitutis. 53
Reges in ſuos benefici eſſe debent. 54
Homines per homines erudiuntur. 54
Prædicatores omnibus ſe demittant, vt omnes lucrentur. 55
Magna exempli vis. 56
Deuotionis ardor in Chriſti inquiſitione. 56
Vbi diuitiæ, luxus, & arrogantia regant difficilè Chriſtus inuenitur. 57
Ignorantia rerum diuinarum eſſe non debet, vbi Sacerdotes degunt. 57
Qua lingua Magi vſi Ieroſolymis. 58
Terrena felicitatis Orientem deſerit Chriſtum ſequens. 58
Tarda molimina neſcit, qui Dei ſpiritu agitur. Expenſus Iſaias. 59
Pœnitentia in vita occidentem non reiicienda. 59
Cauent iuſti ne creaturis adhærere videantur. 60
Nihil timere debet, qui pergit ad Chriſtum. 60
Qui Dei ducatum ſequitur nihil timet. 61
Sui obliuiſcitur qui verè Chriſtum quærit. 61

Cum ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis Regis.

47. 2.Reg.23.15. AQVAM de ciſternâ Bethlehem cupiebat Dauid; ſic enim ille ait, 2. Reg.23.15: *O, ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſternâ, quæ eſt in Bethlehem.* Tanti aqua fit, quia in Bethlehem: etiam ſolius aquæ calix maximè deſiderandus, qui naſcituri Domini memoriam licet à longè ingerat. Nos nudam aquam non habemus, ſed Chriſtum ipſum, qui bonorum omnium fons eſt. Sitiebat Dauid Bethlehemiticam aquam tu negliges ire ad Chriſtum, qui in Bethlehem naſcitur.

Tres viri fortes, vt aquam ex ciſterna Bethlehem haurirent, & ad Dauid deferrent, in Philiſtinorum caſtra irruperunt. 2. *Reg.*23.16. Non fractus, non imbecillis eſſe debet, qui per hoſtium cuneos ad Chriſtum pergit. Fortes hi tres Reges fuerunt, qui per hoſtium caſtra Herodis ſcilicet & Iudæorum tranſierunt, vt ſcilicet ad Chriſtum irent.

Poſtquam in Bethlehem natus eſt Chriſtus ſancta dicta eſt. Hinc illud Sancti Hieronymi lib.1. in cap.2. Danielis: *Reges venientes in Sanctum bethlehem adorauerunt puerum.* Sancta ciuitas dicta eſt Ieruſalem *Matth.* 27.53; quia in eâ Dei templum, & Dei cultus; cur non magis Bethlehem, in qua Deus ipſe, qui in templo colitur, ac veneratur? Si Sancta ciuitas, multo ſanctior eius mater Maria. Sancta debet eſſe etiam anima, quæ Chriſtum cordis hoſpitio recepit.

48. In diebus Herodis naſci dicitur Chriſtus: cur non in diebus Auguſti Imperatoris, cum à digniori denominatio fieri debeat? Nihil refert, ſub quo quis naſcatur; refert qualis: & ſub impio Rege pius quis naſci poteſt. Auguſti Imperatoris non meminit ſed Herodis, vt ſtatim proderetur Iacobi prophetiam eſſe completam Gen.49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt; & ipſe erit expectatio Gentium.* Iam ablatum erat ſceptrum de Iudâ, quia Herodes alienigena erat; vnde ſtatim conſtat, quod ille naſcitur, qui promiſſus in lege erat. Nempè magis ad ea, quæ vtilitatis, quàm, quæ dignitatis ſunt, ſpectare debemus: quod docet Euangeliſta, dũ non Auguſti Imperatoris meminit, ſed Herodis.

Impiorum nox bonorum non obeſt luci: naſcitur ſub iniuſto Rege iuſtitiæ ſol: fac, vt virtutis natali, vitiorum, aut aduerſitatis non officiat nox.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, quærentes & dicentes: vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?

49. ECce Magi. Iſta admirationis particula vtitur quoque Euangeliſta, cum de ſtella, quæ diſparuerat, & videndam ſe iterum obiecit, loqueretur: *& ecce,* inquit, *ſtella, quam viderat Magi.* Nimirum, *non minus mirum, nouam in Cœlo ſtellam apparuiſſe, quàm principes viros, relictis ſuis regnis, ad Chriſtum ire.* Inter cœleſtia prodigia reponi poteſt, Reges, culminibus neglectis, Chriſti paupertatem colere, diligere, venerari.

Ecce Magi: Admirationis particulam non appoſuit cùm de paſtoribus loqueretur; appoſuit, cùm de Magis: cur ita? An, quia humiles, & pauperes Chriſtum quærere, ad Chriſtum ire, non adeò mirum eſt? Mirum eſt ire diuites, & terrenis deliciis innatantes.

50. Magnum illud, *Ecce*, emphaſim habet: rem inſolitam, & admiratione dignam notat. Verè magnum, & prodigij loco habendum, homines regio honore graues, tàm promptè, expeditèque regno relicto, ad Chriſtum pergere.

Inſolens omninò eſt, Reges in ſuis regnis primos Chriſti aduentum cognouiſſe, cum ea, quæ ſpiritualia ſunt, poſtremi intelligere ſoleant Reges: ſic & Niniuitarum Rex, nouiſſimus Ionæ aduentum intellexit, eiuſque prædicationem *Ion.*3. *verſu.*6. Ioan.3.v.6.

Reges fuerunt, nec dicuntur, ſed tantùm Magi quod ſapientiæ nomen eſt: nam Chriſtum quærere veræ ſapientiæ nota eſt, potiùs, quàm terrenæ, inaniſque dignitatis.

51. A Prophetà vocantur Reges: *Reges*, inquit, *Tharſis, & inſulæ, munera offerent.* Euangeliſta Magos vocat tantùm: non abeunt; nàm ille verè regnat, qui ſapientiæ famulatur; & coire inter ſe ſceptrum, & eruditio debet.

Eunt

Digitized by Google

Eunt Ieroſolymam Magi, vt, vel eorum exemplo, ad Chriſtum vocarentur Sacerdotes, quorũ eſſe debebat, cæteros ad illum vocare. *Pergant Dei nutu Ieroſolymam, quatenus*, inquit Sanctus Paſchaſius, *& ipſi Sacerdotes à Magis interrogati, vbi Chriſtus naſceretur, de aduentu eius inexcuſabiles eſſent. Vt, quia ſocordia premebantur, ne Prophetarum vaticinia intenderent, à gentibus præmoniti, ſaltem debitum, exemplis incitati, venerationis obſequium credendo impenderent, qui primi ex vaticinio ad adorandum velocius venire debuerant.* Res ad extremum malorum peruenit, cum Sacerdotes aliorum exemplo indigent; &, quod eſt grauius, dum illud habent, habent neglectui.

52. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum.* Natiuitatis tempus diuinitus diſcunt, cur non & locum? An, vt eorum fidei, deuotioniſque prodendæ occaſio præberetur? An, vt eorum diligentia, & ſtudium in quærendo commendaretur, & amplius mererentur, dum laborioſius quærunt? Factum eſt etiam iſtuc; vt, ignoratione loci, Ieruſalem Magis adeuntibus ſcribæ, & Sacerdotes interrogarentur; ſicque veritatis hoſtes veritati famularentur, nullumque perfidis relinqueretur ſuæ perfidiæ velamen.

Vbi eſt qui natus eſt. Magna Magorum fides, non quærunt vtrum natus, ſed ſine dubitatione ſciſcitantur, vbi ſit, qui natus eſt. Iam diſparuerat ſtella, ſeque à Magorũ oculis ſubduxerat, nil tamen imminuta Magorũ fiducia, quæ Deo ſoli nitebatur, & interno lumini, non credunt ſe duntaxat ſtellæ, ſed ei potiſſimum, qui ſtellam miſit. Id ſi homines præſtarent, nec nimis rebus, quæ infra Deum, fiderent, illarum abitione non turbarentur, nec eos timor, & titubatio inuaderet, nec in diuerſas partes dubij raperentur. Quid hìc illi, qui non nimium adhærent ſtellæ, quæ ad Chriſtum ducit, ſed terrenis rebus, quæ abducunt à Chriſto.

53. Fides Magorum Magos duxit. Stella fidem non fecit; ſed ducatum exterius præbuit, natiuitatis locum oſtendendo, qui nimium ſtellæ non fidebant, diſparente ſtellà non turbantur: ſcilicet qui Deo nititur, eorum, quæ infra Deum, ſubductione non mouetur. Non turbarent nos abeuntes opes, negata imperia, diſparentia culmina, niſi nimium iis adhæremus.

Qui natus eſt Rex. Aduerte myſterium. *Chriſtus*, inquit B. Ambroſius, *ex Virginis vtero idem & ſeruus exiuit, & Dominus, ſeruus ad operandum, Dominus ad imperandum.* Rectus nexus, operis, & imperij, vt ceteri Reges de dignitate ſibi nimium non blandirentur, torperent otio. Regis eſt & operari, & imperare. Bonus ille Rex, cuius opera imperio præeunt.

Rex ſimul, & ſeruus naſcitur Chriſtus, vt ſtatim Reges diſcerent, Regiam dignitatem quamdam eſſe ſeruitutem, vt à Regià dignitate abeat, qui omnium ſe ſeruum non exhibet.

54. *Rex Iudæorum.* Non quærunt Magi vbi eſt qui natus eſt filius Dei, ſed Rex Iudæorum: *oportebat ſiquidem*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *condeſcenſione, & humiliore interim ſermonis ingreſſu inſtitui prædicationis exordia, & idcirco ea magis, quæ ad ſalutem eorum pertinent, prædicantur, vt ad ſuſcipiendum interim regem, beneficio ſibi blandiente, concitentur.* Reges in ſuos benefici, ac liberales, benigni eſſe debent, ne igitur, Dei nomine audito, abſterrerentur Iudæi, Regem Iudæorum Magi quærunt; ne vlla illis ſupereſſet ſui regis reiiciendi occaſio; ſcilicet, qui alios ad Chriſtum vocant, aliis ſe ſe accommodare, ac demittere debent, &, omnes ſalutis vias tentare.

Non dedignantur Magi ab omnibus quærere, *vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* Subducit Deus ab illorum oculis ſtellam, vt homines per homines erudirentur, diſcerentque fidei primitiæ Magi, & cæteros fideles docerent; non ſolùm per cœleſtia ſigna, Deique documenta, ſed etiam per externos de terrâ auditus humiliùs, ac ſecuriùs gubernari.

55. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* quàm prudens Magorum ſermo? non dicunt; *vbi eſt, qui natus eſt filius Dei?* Sed *Rex Iudæorum* vt ad ſuſcipiendum ſuum Regem Iudæos allicerent, nec Dei nomine abſterrerentur. Humiliore ſermonis ingreſſu prædicationis exordium inſtituunt, vt, dum omnibus condeſcendunt, omnes lucrentur quod imitari debent, qui prædicationis officium exercent.

Quærunt Chriſtum, nec Reges appellantur: quia purpuram, honoriſque laruam negligere debet, qui Deum quærit. Dignus Chriſti cultor vt audias, dignitatis obliuiſcere, titulos contemne.

56. Veniunt Ieroſolymam Magi: non caſu id factum, ſed Diuino conſilio; vt ſcilicet horum exemplo Iudæi ad credulitatem extimularentur: habebant legem; ſed quia exemplorum maior fere vis, quàm verborum; ideo etiam Gentilium exemplo populum ſuum ad pietatem, & veri Meſſiæ cultum, Deus vocat. Iam conclamatus quis cenſeri poteſt, cum bonorum non proficit exemplo: Iudæis per omnia par, qui Magorum pietate, ad ſuum regem adorandum, non allicitur.

Non primò ſtatim Regem adeunt Magi; ſed eos, qui primum occurrerunt, interrogant: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* Res tamen ſtatim ad Regem Herodem delata eſt. Ardentis deſiderij ſignum eſt, quod ſtatim Magi obuios quoſque interrogant: ſupprimi ac celari deuotionis ardor, ſi verus eſt, non poteſt.

57. Natus Rex Ieroſolymîs quæritur, ſed minimè inuenitur. Non caret hæc res myſterio: In Ieruſalem erant diuitiæ, luxus, ſcribarum arrogantia, ſacerdotum auaritia, Herodis impietas: non illic naſcitur Chriſtus, nec illic inuenitur. Paupertatis, humilitatis, iuſtitiæque ſectator Chriſtus eſt: non naſcitur, vbi vitia innatant, vbi ſcelera. Vide, ne hæc omnia cor tuum obſideant; fugiet ab eo Chriſtus, nec ſpiritaliter naſcetur in illo.

Quum Ieruſalem peruenissent Magi, Chriſtum inquirunt; quod non legimus alibi feciſſe: Ratio eſt, quia ſtella hìc diſparuerat, & quia hìc maximè, vbi ſacerdotes erant, legiſque Doctores, putabant Meſſiæ cognitionem vigere. Nempè Diuinorum myſteriorum ignoratio eſſe non debet, vbi Sacerdotes degunt.

58. Quæri poteſt quâ linguâ vſi Magi fuerint, dum Ieroſolymis Chriſtum quærerent. Diſcere antea potuere linguam, quâ Iudæi vtebantur, vel per interpretes, quos ſecum ducebant loquuti fuère.

Ab oriente veniunt Ieroſolymam. Optimus Chriſti quærendi modus. Oriens terrenæ felicitatis, ac mundanæ gloriæ ſignum eſt: ergo Bethlehem pergit Chriſtum adoraturus, qui omnia terrena, ac mundana Chriſti amore poſt ſe relinquit, & poſt dorſum iacit. Contrà illi, de quibus dicitur: *Viri* Ezech. 8.16
habentes facies ad orientem, & dorſum ad templum. Ezech. 8. verſ. 16. Ab oriente veniunt Magi; id eſt, eum quærunt, de quo dicitur: *Vir oriens nomen* Zach. 6.12.
eius. Zach. 6. verſ. 12. Non occidit, qui hunc orientem ſequitur.

59. Veniunt ab oriente Reges iſti Chriſtum adoraturi,

turi,& longum iter celeriter abſoluunt,vt non tàm ambulaſſe, quàm euolaſſe videantur. De Cyro dictum eſt, à Deo tanquam auem vocatum: ſic enim
Iſa.46.11. habet Iſaias cap.46,verſ.11.*Vocans ab oriente auem.* Ob celeritatem, qua mouebatur ad Dei præceptum, auis nomine donat. Etiam iſti Reges hoc nomen merentur, ab oriente, vt aues, aduolant, vt Chriſtum inueniant,Chriſtum adorent. Non meretur inuenire,qui longas trahit moras, & teſtudineo mouetur inceſſu: inuenit,qui celeriter currit, & velociter volat. Neſciunt tarda molimina, qui Dei ſpiritu aguntur.

Ab oriente ad Chriſtum pergit, qui conuerſionem ſuam in vitæ finem non reiicit: qui in ſenectute pœnitentiam ſe obiturum,citò obiturus,ſperat,ab occidente venit,& ſæpè occidit priùs,quàm ad Chriſtum perueniat, in ſalutis ſe recipiat portum.A Magis diſce,ab oriente venire.

60. Nec ab re quærunt Magi: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* Noluerunt tamen, ne Herodem ipſum quærere viderentur, qui Iudæorum Rex erat, ſed natus Iudæorum Rex non erat. Cauent iuſti, dum Deum quærunt, eique obſequium præſtare volunt,ne creaturis adhærere videantur. Perfecti hominis vera hæc conſignatio eſt;nec homines,relicto Deo, quærere,nec inquiſitionis ſignum exhibere. Hinc Magi probæ ſapientiæ magiſtri ita clamant:*Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?*

Sed, cur non timent in Herodis regno nouum Regem quærere?Inuidiæ,& odij fomes hæc inquiſitio eſt. Quis ſæuiſſimi Regis iram non timeat, quærens ſub eius ditione alium Regem, qui ſceptrum ei ablaturus ſit? Magi tamen non timent: adhuc non viderant Chriſtum & iam parati erant pro eo mori. Regij hæc pectoris fortitudo,ac ſtrenuitas eſt.Nihil,neminemvè timere debet,qui pergit ad Chriſtum. Mercedis loco iuſti habent pro Chriſto ſubire mortem. Timorem omnem exuit, qui Chriſtum ardenter quærit.

61. Timere poterant, poterant erubeſcere; ſi ſuâ ſponte humanoque conſilio viæ ſe dediſſent: ſed, quia à Deo per ſtellam dirigebantur, pudorem, timoremque omnem exuunt. In periculis animus firmatur,vbi Dei ducatum quis ſequitur.

Statim ac Ieroſolymam ingrediuntur,vbi Chriſtus natus ſit Magi ſciſcitantur. Non audio,de ſuo hoſpitio fuiſſe ſolicitos: non audio, alia curioſè quæſiuiſſe. Nempè,qui Chriſtum verè quærit, ſui obliuiſcitur, corporis curam negligit, nec alia curioſè ſcire quærit: hac vnâ re tangitur, vt Chriſtum quærat. Magorum prudentiam imitare, qui Chriſtum amas.

SECTIO II.

Per vnum Chriſtum omnes ſalutem cõſequuntur. 62
Periculis grauidus hominum honor. 62
Doctores ægrè externis ſignis ad ſalutis viam reuocantur. 63
Magnum ſignum, Reges faſtu relicto, ad Chriſtum ire. 64
Per Chriſtum quæ mortis occaſio fuere ſiunt vita. 64
Celeritas in Dei obſequio laudata. 65
Chriſti natiuitate terra in Cælum verti quodammodo videtur. 65
Paupertatem Chriſtus honorari vult. 66
ἦλθομεν quid notet.Volare iuſti videntur vt Chriſtum colant, & adorent. 66
Perſarum mos cum muneribus adorare. 67
Iuſti ſua non ſactant. 67
Perfecti viri conſignatio plura præſtare, quàm dicere. 68
Stella ducatum amittit, qui conſilium à malis petit. 69
Stella in ſpem regni cæleſtis nos erigit. 69
Hæc ſtella dulcedinem portendit non amaritudinem. Ioelis locus, & Apocalypſis. 70
In lege gratiæ maior perfectio in eo qui alios erudit requiritur. 71
Concordia in iis laudata qui ad Chriſtum pergunt. 72
Promptus & alacer, qui poſt Chriſti aduentum Chriſtum quærit. 72
Fidelitas in Dei obſequio. 73
In alios vita probitate influat qui ad Chriſtum alios ducit. 73
E'ταράχθη quid importet. Impius pugnam ſecum habet. 74
Regibus turbatio agnata. 74
Non facilè turbatur qui Dei legem cuſtodit. Tactus Dauid. 75
Turbationi obnoxius qui terrenam felicitatem amat. Ieremiæ verba. 75
Vbi malus imperat exulat pax. 75
Non poteſt non turbari qui ſceleribus plenus eſt. 76
Impij dæmoni ſe conformant. 76
Magni faciliùs turbantur, quàm alij. 76
E dignitatis gradu eiici impij timent. 76
Adulatio ciuitatum exitium. 77
Herodis crudelitas aliorum gaudium impediuit. 77
Chriſtus noluit in regio ſplendore venire, ne timendi occaſionem aliquis haberet. 77
Paupertatis vis formidanda. 77
Mali Doctores ſciunt Chriſtum vt alios inſtruant; neſciunt vt ſequantur. 78
Hæreticorum mos, Scripturis vti, vt Chriſtum, & Eccleſiam arietent. 78
Regum eſt, Sacerdotes de Diuinis conſulere. 79
Etiam mali Sacerdotes venerandi ſunt. 79
Maleruæ nota eſt, rebus Diuinis vti, quatenus exequi, quæ malè cogitarunt, poſſint. 79
Malus rex diabolo ſeruit, dum aliis imperat. 80
Mali ſacerdotes aliis ſapiunt, & non ſibi. 80
Probi regis eſt ſuos paſcere.

Vidimus Stellam eius in oriente, & venimus, adorare eum.

Vidimus ſtellam eius. Stella Magis oſtenditur, vt illius promiſſionis recordaremur, quæ 62.
facta eſt Abrahamo: ſuſpice Cœlum; & numera ſtellas, ſi potes. *Sic erit ſemen tuum.* ſed ibi multæ Sellæ ob credentium multitudinẽ oſtenduntur;hic vna dumtaxat,nec iſtuc myſterio viduum;ſed vt intelligeremus, per vnum Chriſtum omnes eſſe ſalutem conſequuturos; *quia vnus Chriſtus; propter quem omnia, & per quem omnia; qui multos filios in illam gloriam adducere veniebat*; ait Rupertus.

Mirum illud, & obſeruatione dignum: cum ſtella Chriſtum oſtenderet, & ſtellæ miniſterio cœlum conditorem ſuum quodammodo honoraret; cum in eius natiuitate Angeli natum Deum laudarent, ac venerarentur, nihil periculi honor iſte, cultus ipſe parturiuit; parturiuit maximum, cum à Magis adorandus eſſet. Statim turbatus eſt Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo, ad necem Chriſtus quæritur: nimirum cæleſtis gloria tutior; terrena diſcrimini eſt expoſita. Pulchrè Galfridus; *Nobis*, inquit, *indicat Chriſtus, quod cæleſtis gloria tutior; nam terrena Gloria periculoſa,*

ſa, & plena diſcriminis. Prima adoratio, prima deuotio, quam exhibuère Chaldæi quot pericula viſa ſit attuliſſe Euangelij ſequentia manifeſtant: ſcilicet periculis grauidus hominum honor eſt, & ferè contra homines cultus eſt, qui eſt ab hominibus; eum cæteri inuidiâ ſtatim corripiantur.

63. Stella Magis apparuit; non apparuit ſcribis, legiſque doctoribus; quia nimirum prophetarũ oracula, quibus ad fidem vocabantur, habebant: ſtælleque ſigno, quod à Magis viſum audierãt, nihil profecerunt. Ægrè ad meliora, ſanioraq; traducitur qui diuinarum ſcripturarum ſtudio melior non euadit, impietate omni earum monitis nõ abiurata. Vocari huc poſſunt ſancti Paſchaſij verba: ait enim ad ſtellæ viſæ ſignum ſpectans: *Neque enim debuerat ſignum miraculi, Magis tanquam infidelibus oſtenſum, eiſdem apparere legis Doctoribus, quos Prophetarum eloquia, & Patriarcharum præſagia, atque figurarum ænigmata, velut Domeſticos, non modo ad fidem, verum etiam ad ſcientiam promiſſorum plurimum præſtruebant. Vnde timendum eſt de his, quæ in diuinis litteris habentur, ſi mens malè deuota extiterit, infidelitatis nodo incredula, aut ſubterfugiendi examine ſubdola, ne vnquam vllis ſignorum prodigiis valeat inuitari.* Doctores legiſque periti, qui aſſiduo legis ſtudio prauos mores non exuunt, ægrè externis ſignis ad ſalutis viam reuocabuntur.

Stella ſignum Magis exhibetur; vt viſo ſigno ad illud mentem flecterent; quod dictum Abrahamo, illius ſemen ſicut ſtellas multiplicandum. *Rectè*, inquit Rupertus; *Rectè non qualecunque ſignum, ſed nouum ſydus cæli dederunt; videlicet propter eiuſmodi promiſſum, quodammodo dicentes nobis: laudate, & congratulamini; quia fœdus, quod pepigit Deus cum Abraham, nõ fecit irritum implere quod promiſit: ſuſpice ſtellas; ſic erit ſemen tuum* qui ſtellam ſuſpicit, ſtella fiat, vt numerum augeat.

64. Magnum ſignum fuit nouam ſtellam terræ proximam apparere, & Magos ad Chriſtum ducere; ſed adhuc maius ſignum fuit, Reges Magos ad Chriſtum venire: *plus cæleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum eſt*, ait author ab aureo ſermone. Reges, regio faſtu relicto, ſe infantulo Chriſto ſubiicere, ſignum ac miraculum ſingulare eſt. Stellæ ſignum duxit Reges ad Chriſtum; Regium verò eſt, alios exemplo ſuo ad Deum allicere, & viam docere & fors iſti reges ſtellâ diuinitus productâ ducuntur ad Chriſtum, vt & ipſi, hac re moniti, cæteris præirent.

Per ſtellam Magi ducuntur ad Chriſtum; nempè, erroris materia ſalutis occaſio fit: per ſtellas ſolent Aſtrologi à ſtellarum Conditore abduci; nunc per ſtellam ducuntur ad ipſum. Per Chriſtum, quæ mortis cauſa antea fuerant, nunc cauſa vitæ fiunt.

65. Rectus nexus; *vidimus Stellam eius, & venimus adorare eum.* Moras non nectunt, non tardant; nempè, tarda molimina neſcit, qui Dei ſpiritu agitur. Viderunt Stellam, vt pleríque cenſent, in die Natiuitatis, & eodem die iter inſtituunt, cum die tertiâ decimâ à natiuitate Chriſtum adorauerint, & dies tredecim in itinere conſumpſerint: ex quo fit, vt eodem die, quo ſtellam in Oriente viderunt, viæ ſe commiſerint. Meruerunt inuenire, quem quærebant, qui, viſo ſigno, ſtatim Chriſtum adoraturi patrium ſolum relinquunt Celer obſequium gratius eſt: mora cuique noxia, cum de animæ ſalute agitur. Videtur ſalutem nolle, qui diù, eam quærere, differt. Hos Reges imitare, vt paria conſequaris dona.

Natô Chriſtô, terris proxima Stella fit, vt indicio eſſet, terram in Cælum eſſe quodammodo vertendam, ac terrenos homines cæleſtem acturos vitam.

Cum iaceret in præſepio, Magos per ſtellam aduocat Chriſtus. Paupertati tantus honor habetur: hanc, vel à Regibus honorari volebat. 66.

Venimus. Græcè ἤλθομεν, *Acceſſimus, inſtitimus*, vt inſtantiam, & feſtinationem quandam importet: hinc, ἐρχομένης ἑορτῆς: *inſtante die feſto.* Vt igitur quærant Chriſtum, Magi moras omnes amoliuntur; inſtanter ſe viæ dant, vt aduolaſſe potiùs videantur, quàm aduenisse; nam idem verbum etiam de temporis aduentu dicitur, quod alas habere ob velocitatem perhibetur.

Venimus, inquiunt, *adorare eum.* Cur munerum non meminerunt? Poterant, vt rem, vt res erat, referrent, dicere: *Venimus ei offerre munera, & eum adorare*: à munerum recentione abſtinent. Ratio eſſe potuit; quia id intelligebatur. Perſarum enim mos erat, & omnium fere orientalium, non ſine muneribus Reges adorare; vnde, cum dicunt, venimus eum adorare, iam intelligebatur, munera quoque attuliſſe, cum id adoratio ipſa ex illius Gentis, æuique more requireret. Nos pleruınque nuda verba exhibemus, nudâ corporis inclinatione adoramus, bonorum operum munera non offerimus. 67.

Munera Magi offerunt, nec munerum mentionem vllam faciunt; quia ſcilicet iuſtorum eſt ſua non iactare, ſed humiliter ſilentio premere. Hos Reges imitare, qui Chriſto famularis: bona opera, quæ agis, ſilentio inuolue: gratiora erunt, ſi taceas, nec gallinæ more tua decantes, & ia-
ctes. Dixerit Iſaias: *Omnes de Sabâ venient, au-* Iſai.60.6.
rum, & thus deferentes & laudem Domino annuntiantes. cap.60. Cecinerit Dauid: *Reges Tharſis &*
inſulæ munera offerent, Pſal. 71. Ipſi, ſe adoratu- Pſal 71.10.
ros, pronuntiant, munerum memoriam nullam faciunt; vt tacitè nos docerent: bona opera ab aliis potiùs celebranda, quàm a nobis.

Munera afferunt, adoraturi accedunt; ſed adorationis tantùm meminerunt: vt ſtatim intelligeremus, perfecti notam eſſe, & veri cultoris conſignationem, plura præſtare, quàm dicere. Pleríque contra agunt; multa verbis effutiunt, quæ minimè præſtant, promiſſionibus diuites, rebus ipſis inopes. 68.

Vident Stellam Magi, quæ natum Iudæorum Regem ſignificabat, &, vt eum inueniant, ſtatim iter arripiunt; Nullam audierunt vocem, hortationem nullam; ſignum tantùm, vident, & moras rumpunt, in viam ſe dant, Regem, quem Stella indicabat, quæſituri. Erubeſcat, qui prophetarum, qui Doctorum voces audit, qui miraculorum clamoribus inuitatur, nec tamen Chriſtum quærit. Arguit Magorum ardor, æui noſtri teporem, qui Deum quærere, tot viſis ſignis, tot vocibus auditis, impiè negligimus. 69.

Ad Iudæos diuertunt Magi, factumque eſt, vt Stellæ ducatum amitterent, quæ ſe ab eorum oculis ſubduxit. Nempè, dùm à malis conſilium quæritur, vera amittitur illuminatio, & tamen in re bonâ conſilium quærebant: quid ſi in mala? Si Chriſtum inquirentibus, dum malos conſulunt, Stella ſe ſubtrahit; quid fiet in illos, qui Chriſtum prauæ vitæ actibus perſequi meditantur?

Naſcitur Chriſtus, & eius quoque Stella Magis apparet; vt ſtatim, ad credendum promiſſioni Abrahæ factæ de poſteritate, quæ Stellarum mul-

Gen.22.17. titudini comparatur Gen.22.verſ.17. excitaremur,
& in ſpem regni cœleſtis conſequendi, ortu noui
regis, erigeremur.

70. Ait Ioannes: *Cecidit de Cælo Stella magna: no-*
Apoc.8.11. *men Stella dicitur abſinthium.* Apoc.cap.8.verſ.11.
Merebatur hoc nomen, quæ in aquas decidens, eas
in amaritudinem vertit. Non talis hæc Chriſti
Stella, quæ mel potius dici poteſt, cum ſuauitatem,
ac dulcedinem portendat. Vnde & ipſe per Ioëlem:
Ioël 3.17.18. *Et ſcietis*, inquit; *quia Ego Dominus Deus veſter
habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Ieruſalem
ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et
erit in die illâ ſtillabunt montes dulcedinem, & colles
fluent lacte.* cap.3.verſ.17.& 18. Dulcis, & ſuauis ſuis
futurus Ieſus naſcitur; & Stella hæc non abſinthij
meretur nomen, ſed mellis; melliflui enim facti
ſunt Cœli, cum Cœlorum Rex in terris ap-
paruit.

71. Quæri hîc poteſt: cur Magos per Stellam ad ſe
vocarit, qui olim Iudæorum populum per colum-
nam nubis, & ignis direxit? Quantùm Stella à nu-
be diſtat, tantò perfectior eſſe debet, qui ad Deum
in lege gratiæ alios ducit.

Sed obſeruandum eſt ex Abulenſi *in cap.2. Mat-
thæi quæſt.* 13, quòd Iudæi columnæ motum ſeque-
bantur, nec mouebantur, niſi illa moueretur: hîc
contra; nam ad motum magorum mouebatur
Stella. Vnde hæc diuerſitatis ratio? Quia Iudæi in-
ter ſe diſcordes erant, vt alij vellent progredi, alij
ſtare, ideò ad columnæ motum moueri debebant.
Magi magis concordes, vnanimeſquè erant: quod
volebat vnus, volebat alius: non inter ſe repu-
gnabant: cùm igitur mouerentur, mouebatur &
ſtella. Perfectiores Iudæis erant, & concordes. Di-
ſce: qui Chriſtum quærit, concordiæ & vnanimi-
tatis amator ſit.

72. Secundò, Iudæi tardè, & difficilè loco moue-
bantur: opus erat, vt vrgerentur: ideò columnæ
motum ſequi tenebantur. Non ita Magi: prompti,
alacreſque ad motum erant, libenter Chriſtum in-
quirebant: Quare ſtellæ motu non vrgebantur, ſed
potius ſequebatur eos ſtella; vt colligeremus,
quam expeditus eſſe debeat, qui Chriſtum quærit,
& inuenire cupit.

Præterea, Magi increduli non erant, nec timidi,
vt mouerent ſe, vel quieſcerent, ſolùm ſpeciali Dei
nutu, & mandato; ſed fideles: vnde conuenien-
tius fuit, vt ſtella, ad eorum nutum moueretur:
quod in Iudæis non factum, qui incredulitatis vi-
tio laborabant.

73. Columna, quæ Iudæis præibat, vna erat, & no-
ctu ignem, die referebat nubem. Stella, quæ Magos
ducit vna eſt, & ſemper eadem, nec diuerſas induit
formas. Fors, quales, qui ducuntur, tales ſortiun-
tur duces. Iudæi varij, mutabiles, columnam habent
in Ducem, quæ, ſuæ formæ varietate, eorum inſta-
bilitatem indicaret. Magi, qui pergunt ad Chri-
ſtum, non nutantem habuerunt mentem, ſed fir-
mam, & ſemper eandem; idcirco Stellam pro du-
ce habent, quæ Stellæ ſemper figuram prætulit.
Diſce: magna firmitas in iis requiritur, qui ad
Chriſtum tendunt. Demum ex hoc diſcrimine ha-
bes, Ductorem, Doctoremque ſe iis conforma-
re, quos ducit, quos docet, & omnibus omnia
fieri.

Stellæ in hæc inferiora influunt. Stellam re-
fert, qui ſanctæ vitæ influxu alios ad Chriſtum
ducit. In lege igitur gratiæ nuda columna Do-
ctor non ſit, ſed ſtellam referat, ſanctitatis luce in
omnes influat.

*Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, &
omnis Ieroſolyma cum illo.*

VErbum ταράττομαι à quo ἐταράχθη tumultum, 74.
& diſcordiam quandam præſefert. Diſcor-
diam pugnamque ſecum Herodes, & impius qui-
libet habet, dum variis affectibûs, ac paſſionibûs
agitur, ac mordetur.

Turbationis cauſa innuitur, cum additur, *Rex*;
timebat quippè, regnum amittere in noui Regis
aduentu. Turbatur Herodes cum alium Regem au-
dit, & ſucceſſorem: timet: cognatus Regibus ti-
mor eſt. Rami excelſarum arborum leui etiam aurâ
flante mouentur; & ſublimis poteſtas facile huc,
illuc timoris vento fertur. Turbatur, & Rex dici-
tur: quia, qui terrena regna ambit, nullâ quiete, nul-
lâ tranquillitate frui poteſt.

Alia mente alius Rex erat, qui dicebat: *Paratus* 75.
ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata Pſal.118.60.
tua. Pſal.118.verſ.60. Turbari neſcit, qui Dei legem
paratus eſt cuſtodire. Turbatur Herodes; quia Di-
uinæ legis tranſgreſſor, imo & legiſlatoris necem
meditatur.

Etiam Ieremias Propheta dicebat: *Ego non ſum* Ier.17.16.
*turbatus, te paſtorem ſequens; & diem hominis non
deſideraui: tu ſcis*, cap.17.verſ.16. Turbatur autem
Herodes; quia eum non ſequitur, ſed perſequitur
ad mortem; de quo dicitur: *Ex te exiet Dux, qui
regat populum meum Iſraël:* Græcè eſt ποιμανεῖ
paſcet, ſeu *paſtoris more reget.* Diem quoque ho-
minis deſiderat, terrenæ inhiat felicitati: non po-
tuit non turbari qui, Cœlo natus, terrena regna
plus æquo amat, & amittere timet.

Cum Herode turbatur etiam Hieroſolyma, quæ
à pace nomen habet. Vbi impius, & malus eſt, qui
imperat, nec in pacis regiâ pax regnare poteſt. Hie-
roſolyma, ciuitas pacis, turbatur: quia turbatur
etiam Herodes: ſcriptum enim eſt: *Qualis rector* Eccl.10.2.
ciuitatis, tales & inhabitantes in eâ.

Cum Herode etiam Ieroſolyma, quæ nomen à 76.
pace ſortita eſt turbatur. Nil mirum: varia ſe con-
taminatione polluerat, omnium generum ſceleri-
bus ſcatebat. Non poterat non turbari, quæ tot
peccatis ſordebat.

Turbatur Herodes in ſe ipſo, turbatur & Dia-
bolus in Herode; vterque regni ſui ſucceſſorem
timebat. Impij, Dæmonis nutui promptè pareot,
Dæmoni ſe conformant.

Priùs turbatus Herodes, deinde reliquus popu-
lus. Nempè magni faciliùs turbantur. Sed qui tota
Ieroſolyma turbatur? Turbati ſunt Principes, quo-
rum celſitudo ab Herodis regno pendebat; time-
bant, quippè, ne noui Regis aduentu, & Herodes,
& ipſi è ſuæ dignitatis gradu deiicerentur. Hiſce
turbatis, tota Ieroſolyma turbari dicitur: quia, quod
primates ciuitatis agunt agere tota ciuitas dicitur,
cum ipſi præcipua ciuitatis pars ſint; & quia pri-
morum exemplum ferè alij ſequuntur.

Præterea turbati ſunt aſſentatores, adulatores, 77.
qui ad Principis affectus fingunt & efformant
ſuos; gaudium ſimulant, ſi Rex gaudeat; triſti-
tiam præſeferunt, ſi triſtis eſt Princeps. Magna au-
tem adulatorum multitudo Ieroſolymis erat; ideo
turbata tota Ieroſolyma dicitur, quia omnes iſti
aſſentatores turbatos ſe fingunt. Non poterat non
perire ciuitas, in qua ſedem ſuam adulatio loca-
rat. Non poterat non impius eſſe Rex, quem tot
adulatores ambiebant.

Nullus Iudæorum gauiſus perhibetur ob noui
Regis natiuitatem; hoc Herodis crudelitati tri-
buendum:

buendum: ſi ſenſiſſet, aliquem gaudio exiliuiſſe, cum ipſe turbaretur, ſtatim occidendum iuſſiſſet.

Rex, ſcribæ, ſacerdotes, & tota Ieroſolyma ad Chriſti turbantur infantiam: quid iſti facerent, ſi Chriſtus fultus diuitiis, ſeruotũ ſtipatus obſequio apparuiſſet? Pauper, & infans in præſepio iacet: & timetur? Noluit in regio ſplendore venire, ne timendi occaſionem aliquis haberet: ſed malorum eſt timore concuti, vbi timoris cauſa non eſt.

Denique timent infantem, & rebus omnibus deſtitutum. Hæc paupertatis vis eſt, vt omnibus malis formidandos eos reddat quos ambit. Timere omnes mali Regem debent, qui diuitiarum amore non capitur, nec pecuniarum oblatione corrumpi poteſt.

Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur: At illi dixerunt ei in Bethlehem Iudæ.

78. HÆc malorum Sacerdotum conſignatio, hæc prauorum Doctorum nota: ſciunt Chriſtum, vt alios inſtruant; neſciunt, vt ſequantur. Iudæorum Scribæ Herodi indicant, vbi Chriſtus naſciturus, & vbi eum quærere poſſit, poſſint & Magi; ſed ipſi negligunt, alto infidelitatis ſomno indormientes. Hos ſcribas illi Doctores imitantur, qui aliis ſalutis viam oſtendunt, quam ipſi prauis moribus fugiunt.

Doctores, & ſcripturas Herodes conſulit, vt necem nato Chriſto inferat, vbi locum didicerit. Hic hæreticorum quoque mos eſt: ſcripturis, litteriſque vtuntur, vt in Chriſtum, eiuſque ſponſam Eccleſiam arierent: ſed Herodi in nequitiâ pares, Herodis exitium, & pœnam timeant; ac, niſi reſipiſcant, certò expectent.

79. Congregat Herodes ſacerdotum Principes, ac ſcribas populi: eos conſulit: iis ſe in rebus fidei ſubiicit, quibus imperabat, licèt alioquin ſuperbiâ maximâ laboraret. Docuit malus rex, regũ ac principum eſſe, Sacerdotes de rebus Diuinis, ac ſpiritualibus conſulere, & hac de cauſsâ illos revereri.

Peſſimi erant illi ſacerdotes, peſſimi ſcribæ: eos tamen congregat Herodes, & iis ſe ſubmittit; quia etiam mali ſacerdotes venerandi ſunt, quum Dei locum teneant.

Sed cur ſcribas populi conuocat Herodes? Vt Scripturas ſcrutarentur, & ex Scripturis diſceret vbi naſci Chriſtus deberet. Sed reponat hîc aliquis, Scripturis Sacris non credebat Herodes: alioquin, quomodo credidiſſet, ſe poſſe occidere, quem Scripturæ futurum Regem eſſe, Deum, Deique filium dicebant? In malo credebat Herodes, in bono Scripturis fidem non adhibebat; quòd ibi naſciturus eſſet, vbi Scriptura teſtabâtur, credidit; quòd autem aduersùs illum agere non poſſet, quia Deus erat non credidit. Hæc malorum nota eſt, qui rebus Diuinis vtuntur, quatenus exequi, quæ malè cogitarunt, poſſint; reiiciunt, ſuarum cogitationum impedimenta quùm vident. Artigant hîc aures Reges, vtrique principes; caueant, ne pares Herodi ſint in pœnâ futuri, ſi fuerint in malitiâ.

80. Conuocat Herodes ſcribas, vt ab iis natiuitatis Chriſti locum ſciſcitaretur. Sed cur quærit Scripturas volui Herodes, qui Scripturis non credebat? An in Herode quærebat Diabolus, cuius ille membrum erat? Diabolus autem ſciebat, ſcripturas non poſſe mentiri. Malus & impius Rex Diabolo ſeruit, dum imperare aliis videtur.

At illi dixerunt ei; in Bethlehem Iudæ. Iam ad Gentium eruditionem ſermo propheticus trãſibat. Sapiunt aliis ſacerdotes, non ſapiunt ſibi. Veritatem ore proferunt, mendacium mente retinent: noluerunt quippe oculis agnoſcere, quem de ſacris codicibus indicabant. Quàm imperita hæc ſcientia eſt; quàm indocta doctrina! veritatis viam aliis aperire, obſtruere ſibi. Quò multorum amentia fertur! qui bona alios edocent, ipſi interim iniquitatis aquam bibentes.

In Bethlehem Iudæ. Rex verus, veruſque Princeps in Bethlehem naſci voluit, vt vel à loco natiuitatis doceret, *Principis, & Regis eſſe, ſuos paſſcere*, nutrire ſuos. Bethlehem *Domus panis* ſonat, & tacitè inclamat, vt ſuorum curam habeat Princeps potius, quàm ſui. In domo panis Chriſtus naſcitur Rex, vt dicere illud non potuerit, quod ille apud Iſaiam dixit; *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, nolite me conſtituere principem.*

Iudæi hîc Chriſtum Herodi oſtendunt, & confitentur; poſtea verò cum Chriſtus eorum vitia argueret, eum agnoſcere noluerunt. Hoc inuidia præſtitit, quæ obcæcat, quos poſſidet.

Quæſtio hîc animum pulſat; cur Iudæi ab Herode interrogati, vbi Chriſtus naſceretur, nudam, & exertam veritatem, ac prophetiam proferunt, nec ſubdole ſupprimunt? An, id factum, vt ſciſcitanti Herodi obſequerentur? An vt Herodes iam natum Chriſtum conaretur extinguere? Hoc certius: id Deum voluiſſe in infidelitatis ſuæ teſtimonium, & vt Magi per prophetiam ad Chriſtum dirigerentur.

SECTIO III.

Viſiones Sacra Scriptura ſenſu probanda. 81
Speculum nobis Bethlehem facta virtutum omnium. 81
Operum fœcunditas laudata. 82.
Paupertatis diuitiæ, & penuria opulentia. 82
Chriſti paupertas nos ditauit. Tactus Paulus. 83
Mariæ excellentia, & ſanctitas. 83
Magnus Deo eſt, qui ſibi paruus. 84
Non meretur pleuè doceri qui ſubdolè interrogat. 85
Verbum ἐξέρχομαι ad bellicas paraturas. 86
Velut in campum pugnaturus venit Chriſtus. 86
Dux in miſericordia Chriſtus. 86
Ieſus in præcepto nobis Dux, quem ſequamur. 87
In hoc duce confidere debemus. 87
Regis eſt ſubditos paſcere. 88
ποιμαίνειν quid, & de quibus dicatur. 88
Oues ſubditi ſint, & mites, ac manſueti. 88
Præſul, ac ſuperior vigil & ſollicitus. Tactus Paulus. 88

Sic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael.

STellæ teſtimonio adiungitur Prophetia. Vtile 18
hinc elicitur monitum: viſiones, appariciones rerum Diuinarum, deliciaſque, Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum ſenſu probandas eſſe, & reiiciendas, ſi viſum tum Stella à Scripturarum veritate diſcrepat, & diſcordat.

Propheta Michæas, cap. 5. verſ. 2. cuius verba citaot

tant Iudæorum ſcribæ, ita ſcribit: *Et Tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Ephrata ſpeculum interpretatur, vt voluit etiam Gloſſa. Tibi igitur ſpeculum Bethlehem ſit, quo te tuoſque mores componas, maculas tuas videas, vitia cognoſcas, &, dum cognoſcis, eluas, & abſtergas. Ex Chriſti paupertate diuitiarum amorem damna, ex eius humilitate ſuperbiam tuam cognoſce, & ex virtutibus omnibus, quæ Chriſti natiuitatem exornarunt, vitia tua, maculaſque intuere, &, dum intueris abrade. Conſidera in Chriſti natiuitate vultum natiuitatis tuæ, velut in ſpeculo; ſed vide ne ſtatim abeas, & qualis fueris obliuiſcaris.

82. Ephrata *frugifera* etiam dicitur: iurè Bethlehem Ephtata dicitur, quia vitæ nobis fructum edidit. Igitur non ſterilis, ſed bonotum operum frugibus ſis fœcundus; vt in te Chriſtus, veluti in ſpiritali Bethlehem, ſpiritualiter naſcatur.

Naſcitur, in Bethlehem Ephrata, Chriſtus omnium rerum copiâ deſtitutus, omnium rerum indigens; & tamen Ephrata *vbertas* dicitur: qui tanta paupertas cum vbertate cohæret? Cohæret; quia apud Deum rerum terrenarum penuria vera vbertas eſt, & paupertas verarum diuitiarum mater eſt.

83. Pauper Chtiſtus eſt, dum naſcitur, & paupertatem in ſuo cotpore ſacrauit; & tamen in Bethlehem Ephrara naſcitur, quæ ab vbertate nomen habet: vt ſtatim intelligeremus per Chriſti paupertatem diuites nos eſſe factos, & omnium rerum s.Cor.8.9. abundantiâ refertos. Verus Apoſtolus: *Chriſtus propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues; vt illius inopiâ vos diuites eſſetis.* 2.Cor.8. verſ.9. Ditat nos eius paupertas: quid facturæ diuitiæ? quid Cælo repoſiti gratiarum, & gloriæ theſauri? Explicet qui poteſt.

84. Minima eſſe non poterat terra Bethlehem, quæ tàm magnum datura Principem erat: *Nequaquam*, inquiunt, *minima es; ex te enim exiet Dux.* Ex paruulâ facta maxima eſt; quia Deum hominem factum ſuis terminis clauſit. Cogita, quàm magna, Dei Mater extiterit, quæ Chriſtum ſuis clauſit viſceribus, & quæ tàm ſancta, tam ſublimis ante Chriſti in eius viſceribus conceptionem fuit: quanta fuerit eius magnitudo, & ſanctitas, poſtquam Dei Mater effecta eſt, collige, ſi vales. Tu quoque magnus fies, ſi ſpiritualiter in tuo corde naſcatur Chriſtus.

Matthæus habet: *Nequaquam minima es.* Similiter S. Ambroſius: *Non es in paucioribus.* S. Cyprianus: *Non es exigua.* Sed aliter Michæas: *Paruulus es.* I.xx. *Minima es.* Contraria hæc inter ſe videntur; ſed videntur tantùm. Minima erat, aliis ciuitatibus comparata; non tamen, tanquam parua, habenda erat, quæ tantum datura Principem erat. Magnus Deo eſt, qui ſibi minimus, imò & nihil. Paruus non eſt, qui ſibi eſſe videtur. Lectio, quæ interrogationem habet, facilior eſt, & apertius cum vulgatâ cohæret: Gothica Biblia eam habet in hunc modum. *Nunquid paruula es?* Quod eundem ſenſum efficit, ac Matthæi ſenteotia, qui ita extulit: *Nequaquam minima es.*

85. Integtam Prophetiam Scribæ produxiſſent. Afferunt in medium verba, quæ Herodis iram poterant prouocare; omittunt ea, quæ mitigare eius ferocitatem poſſent; nam de æternâ natiuitate ſubdit Mich 5. Prupheta Michæas: *Et egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* Quæ ſi addidiſſent, cogitaſſet Herodes, quòd temporalia regna Chriſtus non quærebat, qui Deus æternus eſt; ſicque eius furor, ac timor mitigatus fuiſſet, nec auſus eſſet ad mortem perſequi, quem Deum eſſe vel ex Prophetiâ poterat colligere. Sed qui ſubdolè interrogat non meretur plene doceri.

Exiet, Græcè, ἐξελεύσεται, *erumpet, prodibit, exiet in expeditionem*; nam ad bellicas paraturas hoc verbum ferè transfertur, vt illud Demoſth. *Exeo aduerſus hoſtes* Græcè eſt ἐξέρχομαι. Exit ergo Meſſias, velut in campum, pro nobis pugnaturus: noſtrum eſt noſtrum Ducem ſequi, & eo pugnante pugnare non otio, non deſidia in vmbrâ torpeſcere. 86.

Dux dicitur Chriſtus ſtatim, cum naſcitur: *Ex te exiet Dux:* verè; quia in hoc maximè myſterio miſericordiæ ſuæ diuitias oſtendit: Cadunt hîc oppottunè ea verba *Dux fuiſti in miſericordiâ tuâ* Exod.15.13. *populo, quem redemiſti*, Exod.15.verſ.13. Dux in miſericordiâ eſt, qui in iuſtitiâ eſſe ſolebat.

Iacet io præſepio Chriſtus, & dux dicitur; vt, dum eius paupertatem, ac humilitatem cogitas, Ducem tuum ſequaris. Tibi Dux non erit: ſi eius premere veſtigia renuas. Iud.9.verſ.49. hæc Ducis 87.
verba habentur: *Quod me videtis facere, citò facite:* Iud. 9.49.
& ſtatim ſubiicitur: *Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur Ducem.* Idem ſanctiùs præſta, ſanctioris Ducis non voces, ſed facta audiens. Dux Ieſus in præſepio eſt: altè inclamat, licèt altè ſileat: *Quod me videtis facere, citò facite.* Sequere tuum Ducem, nec longas moras trahas.

Dux tibi Chriſtus eſt, in eo fide. Vinci oon poteſt, nec decipi, qui huic ſe duci committit, eiuſque veſtigia ſequitur. Monebat Propheta: *Nolite con-* Mich.7 5.
fidere in Duce. Sed de hoc non loquebatur, qui ſpes noſtra eſt, atque fiducia. Perit, qui in Chriſto duce non confidit.

88. Pro, *qui regat*, in Græco eſt, ποιμανεῖ, *qui paſcet*; Ducis enim, & Regis eſt, populum ſuum paſcere, non deglubere. Paſtor, qui imperat, audiat; ne à ſuo abeat munere.

De ouibus propriè hoc verbum dicitur, vt ſtatim innueretur, ſubditos mites, atque parentes, tanquam oues, eſſe debere, vt probè à ſuperioribus regantur.

Ποιμαίνειν non nudè regere, aut paſcere ſignificat; ſed curam, ſollicitudinem ſtudiumque indicat, vt idem ſit, ac φροντίζειν, *curam gerere, ſollicitudinem impendere.* Quo Reges, ac ſuperiores omnes monentur, ne ſupini, torpentes ſint in ſuorum ſubditorum gubernatione, ſed vigiles, atque ſoliciti. Hinc illud probi paſtoris: *Qui præeſt in ſolicitudine.* Rom.12 8.
Rom.12.verſ.8. Verus Dux, aut Paſtor audire non debet, qui totus in ſubditorum curâ non eſt.

SECTIO IV.

In ſe ipſum ſæuus quem liuor, & inuidia obcæcat. 89
Diuino cultui addicti peſſimi fiunt, ſi mali. 89
Mali eſſe volunt Reges, nolunt dici. 90
Iniqui nec Chriſtum adorant, nec adorari ab aliis ſinunt. 90
Καλιαι *quid. Impiorum cibus fraus.* 90
Inuidos vel auditum nomen alienæ magnitudinis torquet. 91
Non meretur Chriſtum inuenire, qui per alios tantum quærit. 92
Malorum proba monita perficienda. 93
Verbis plerique diuites, non operibus. 93
Qui hominum verba timens à bono abſtinet, hominum ludibrium fiet. 94

Non

Non meretur Deum inuenire, qui ſictè quærit. 94
Iuſti quàm ardenter aliorum ſitiant ſalutem. 95
Qui Chriſtum quærit malos relinquere debet. 96
Doctrina, & Doctor ſuper Chriſtum tantum requieſcere poteſt. 97
Quò magis ad Chriſtum accedimus, eò faciliora omnia fiunt. 97
Hominum frequentia ferè deuotionem interturbat. 97
Iuſti obſequium ſuum non iactant. 98
Cæleſti lumine perfunditur qui prauorum conſortia fugit. 98
Dei verba ſignis præferenda. 99
Iuſti diuinæ illuſtrationis ſubtractionem culpæ ſuæ tribuunt. 99
Gaudio gaudent *ſoli iuſti.* 100
Viſitatio diuina dulcior poſt ſubtractionem. 100
Gratiora ſunt, quæ diuinâ auctoritate fulciuntur. 101
Gaudium; quo anima in dilecti præſentia perfunditur, inexplicabile. 101
Inter regias delicias, honoreſque verum gaudium non coaleſcit. 102
Gaudium, quod extra Spiritum ſanctum, inane eſt. 102
Vero gaudio repletur, qui inani non tangitur. 103
Fulgebit vt ſtella, qui paupertatem amat. 103

Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: & Mittens in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero; &, cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

89. C*Lam vocatis Magis.* Magos vocat, ſed *clam*; ne ſcilicet ad ſcribas, & Phariſæos res perueniret; neque enim adeo eos impios putabat, vt odio in eum ferrentur, quem ex prophetarum oraculis nouerant à Deo venire, nollentque ſuſcipere Chriſtum, qui tot bona aduentu ſuo erat allaturus. Sanctus Paſchaſius rem ita vrget: *Qui clam vocatis Magis contulit cum eis, ne forte ſcribæ, ac Phariſæi, quaſi ex Dei oraculo repromiſſum occulerent, ſi aliquo ſignificationis nutu deprehenderent eum ſe velle perimere. Neque enim æſtimare poterat, quod contra Dei promiſſa tanto inſanirent odio: vt non vellent ſuſcipere eum, qui vocibus Prophetarum proprio ex genere fuerat repromiſſus.* Vel in ſe ipſum ſæuus eſt, quem liuor, inuidia, odiumque obcæcat.

Peſſimus Herodes erat; ſed in impietate ei præire ſcribæ, & Phariſæi videtur adeò, vt tantam impietatem in eis eſſe vix ſibi poſſet perſuadere. Nimirum diuino cultui addicti, ſi accidat à Deo ſuo excidere, omnium peſſimi, nequiſſimique ſolent euadere.

90. Auditâ prophetiâ, clam vocat Magos Herodes, ſemotis Sacerdotibus, & ſcribis, ne ſcilicet aliquis Magos de Herodis fraude, ac ferocitate moneret. Mali eſſe volunt Reges, nolunt dici.

Præterea Magos alloquuturus Herodes Scribas, & Principes Sacerdotum arcet, ne res in vulgus ſpargeretur; quod enim à pluribus ſcitur, faciliùs manifeſtatur. Volebat Herodes, hoc verbum occultum eſſe, ne, ſi per famam publicaretur, plures ex deuotione puerum inquirerent. Nempè iniqui nec adorare Chriſtum volunt, nec ab aliis adorari æquo animo ferunt.

Vocatis. Græcè καλέσας, inuitans velut ad cœnam, frequenter enim de vocatione ad conuiuium hoc verbum dicitur; vnde & apud Latinos, ſimpliciter vocare, eſt inuitare ad menſam. Hoc & Herodi, ac cuilibet impio conuenit, qui, cùm decipit, inſidiaſque ſubdolè parat, conuiuium ſibi, aliiſque videtur ſtruere: ſcilicet impiorum cibus fraus eſt. Non legimus, Herodem Magos ad menſam inuitaſſe: inuitat? vt clam, ac fraudulenter interroget: hoc diuitis conuiuij loco, impio Regi fuit.

De puero. Dixiſſet *de rege*, vt eum ſuo titulo inſigniret. *Non dixit*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *de Rege, ſed de puero; ita ei etiam nomen poteſtatis inuiderat.* Vel nudum nomen alienæ magnitudinis inuidos torquet, ferit ambitioſos. 91.

Cum inueneritis, inquit, *renuntiate mihi:* Conuenienter ſuæ perfidiæ dixit, *Renuntiate mihi.* Chriſtianus quilibet in ſacro baptiſmate cùm à Sacerdote audit: *Renuntias diabolo?* Reſpondet: *Renuntio.* Ergo & Herodes à Magis ſibi renuntiari quærit; vt doceret, ſe Diaboli locum tenere, munus ſuſtinere. Ita eſt. Malus quilibet rex dæmonis perſonam ſuſtinet, diaboli fungitur munere, cùm multos malo exemplo ad malum trahat, trahat & imperio: quod diabolus non poteſt.

Et cum inueneritis renuntiate mihi, vt, & ego veniens adorem eum. Mendacio vtitur rex fraudulentus, religionem ſimulat religionis hoſtis. Sed cur auro Reges corrumpere non tentauit, ingentia munera offerens, vt ei in Regis, quem quærebant, necem conſentirent? An tanta erat Magorum deuotio vt vel Herodes, eos à Chriſto abiungere, deſperaret? An fruſtra id futurum cogitabat, nam ipſi ſua offerentes nato Regi, ob oblata eis munera illum non prodidiſſent? 92.

Adoraturum ſe Chriſtum, promittit Herodes; ſed interim gladium acuit. *Ite*, inquit, *& interrogate diligenter de puero.* Miſit Magos ad quærendum, non iuit cum illis. Ficta hæc deuotio, & ſubdola pietas; vera Herodem ipſum iunxiſſet Magis, vt ſimul cum illis verum Regem quæreret. Non meretur Chriſtum inuenire, qui per alios tantùm quærit, otio interim torpens, & nequitiæ litans. Non ita Magi, qui, videntes eius ſtellam, non miſerunt nuntios, qui Chriſtum quærerent; ſed ipſi ſe viæ commiſerunt, & inuenire meruerunt, quem quærebant.

Ab impio Herode ad Chriſtum Magi diriguntur: eunt, & inueniunt. Nempe etiam malus docere alios bona poteſt: probi tamen auditoris eſt Magorum exemplo proba monita etiam à malis audita perficere, mala eorum facta non imitari. Herodes eſt, qui te ad Chriſtum mittit, ſalutiſque edocet viam? Docenti pare, ſed praui doctoris nullus veſtigia preme. 93.

Non iuit Herodes cum Magis: ſed nec munera, quæ Regi nato pro eo offerrent, obtulit: dedit tantùm verba. Fictè cum Herode Deum videtur quærere, qui verba tantùm exhibet, munera non exhibet, cum poſſit; opera non offert, virtutum dona non defert Chriſto.

Magorum comitem ſe non fecit Herodes, ne incerto ſe itineri daret, &, non inuento Rege Iudæorum redire aliorum irriſioni patens cogeretur. Si ſtellam præeuntem vidiſſet, iuiſſet Bethlehem, &, viſo cæleſti Rege, timorem exuiſſet, meliorem induiſſet mentem. Ne in vacuum iret, ire noluit. Et regnum amiſit, & ſe ipſum, quia hominum voces nimis expauit. Qui, ne hominum ſermonibus, aut irriſionibus pateat, à bonis operibus abſtinet, hominum ludibrium tandem fiet, & in malo- 94.

rum

rum extrema labetur, ſicut Herodi accidit.

Quærunt Chriſtum Magi, quærit Herodes; illi inueniunt, iſte non inuenit. Non meretur Deum inuenire, qui fictè quærit, & deuotionis veſte tegit impietatem.

95. Qui Chriſto ſeruiunt, nihil ardentiùs quærere videntur, quàm ſuorum proximorum ſalutem. Mittit ad Chriſtum Magos Herodes, & vt ad redeundum inuitet, & quodammodo trahat; *renunciate*, inquit, *mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Non præmia pollicetur, ſi redeant; non minas intentat, niſi reuertantur. Chriſti cultor non præmio allicitur ad laborem, nec terretur minis; ſolà alienæ ſalutis quærendæ allicitur ſpe. Nihil aliud ita mouere ad redeundum Magos poterat, quàm Regis ipſius ſalus. Non redierunt, quia aliter illis è Cælo iuſſum. Ab his Regibus diſce, quàm ardenter aliena ſalus quærenda tibi ſit poſt tuam.

Qui cum audiſſent Regem abierunt.

ABeunt à Rege Reges; relinquunt Herodem Magi, quem ſubdolum, ſuperbumque noſcere potuerunt. Pulchrè Vigerius, qui Herodem perſtringens, hæc habet: *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos; quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus eius, & oues paſcua eius. Si tu ita dixiſſes, Magi non abiiſſent: Veniſſent tecum. Sed, quia cognouerunt ſuperbiam, & fraudolentiam tuam, ſuperbum, & ſubdolum regem feſtinauerunt relinquere, ideoque abierunt.* Nimirum, qui Chriſtum ſalutis auctorem inquirit, eos ſtatim debet relinquere, qui impedire ſalutem poſſunt, & prauam mentem prauis exemplis affricare.

Et ecce Stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde.

96. CVr ab illorum oculis Stella diſparuit, cum eſſent Ieroſolymæ? An quia hîc legis doctores aderant, aderant ſapientes? Doceri nos per homines, vult Deus; nec miracula edit, cùm erudiri hominum miniſterio facilè poſſumus.

Magos adhuc noctis incolas, & gentilitatis tenebris obſeſſos tenuiter micans Stella ad iuſtitiæ Solem, quem viſuri in præſepio erant, aſſuefecit & gradatim ad fontem ipſum luminis pertraxit. Hæc ferè Diuinæ prouidentiæ ratio eſt, vt paulatim ſuos ad magna vocet: nemo quippè repentè fit bonus: Aſcendendo, non volando ad perfectionis culmen deuenitur.

97. Stat ſuper puerum Stella, tanquam ſuper Solem. Stella Doctoris, & doctrinæ figura eſt. Stella ſuper puerum requieſcit, quia nullibi quàm ſuper Chriſtum doctrina requieſcit, & firmus docentis animus ſtat.

Quieſcit ſuper ſtabulum ſtella, & ſignatè locum monſtrat, vt inquirendi ſollicitudo auferretur & interrogandi tolleretur labor. Nempè, quò magis ad Chriſtum accedimus, eò faciliora omnia redduntur.

Fecit præterea iſtuc diuina prouidentia, vt inſinuaretur, hominum frequentiam vitandam, quæ ferè deuotionem minuit, aut interturbat.

98. Præterea, ſtat ſuper domum Stella, & locum indicat, vbi quæſitus iacebat puer; ne ſi interrogarent, res in aliorum notitiam deueniret, & tandem ad Herodem deferretur. Non obſequium ſuum iactant Magi, ſed potiùs ab aliorum notitiâ ſubducunt.

Vix Vrbem reliquerant, & Stellam iterùm vident Magi. Nempè cœleſti lumine perfunditur, qui prauorum multitudinem fugit, impiorum conſortia vitat. Diuino ductu in rectam viam agitur qui extra hominum commercia fit. Vis cæleſti lumine ad Deum duci? Prauos homines fuge, te vulgi rumoribus ſubmoue. In curiis, domibuſque Regum manes? Diuinæ cognitionis Stellam ægrè videbis. Fuge, & cæleſti lumine donaberis. Magos Reges imitare, qui, extra vrbem, Herodiſque regiam facti, ſtellam videre meruerunt, quæ ſe ab illorum oculis ſubduxerat.

Ingreſſos Iudæam Magos Stella deſerit. Fors 99.
non decebat, ſignum Gentilibus datum apparere domeſticis legis, ac Prophetarum, ne verbis ſigna præferrent.

Quæri hîc poteſt: cur Stella rurſùs Magis apparuerit, cum ſatis eſſe, ad inueniendum Chriſtum, Prophetia, quam audierant, videri poſſit. Hoc factum Diuinâ prouidentiâ eſt; niſi enim Stellam iterum Magi vidiſſent, timuiſſent ſuâ culpâ ab eorum oculis fuiſſe ſubtractam. Iuſtorum hic mos eſt: ſuæ culpæ tribuunt, in quo à culpâ abſunt: in viâ Deum non offenderant, ſed ſoliciti fuerunt, vt Chriſtum inuenirent. Frequenter Diuinæ illuſtrationis Stella à mentis oculis ſubducitur; quia tepidè, & ſegniter Deum quærimus, lentéque progredimur, ad eum euntes. Magorum ſolicitudinem æmuletur, qui Stellam iterum videre cupit.

Suam emphaſim habet illa phraſis, *gauiſi ſunt* 100.
ſunt gaudio. Non facilè reperias, hunc loquendi modum in ſacris litteris ad peccatorum gaudium ſignificandum adhiberi: *Gaudio gaudet, qui propter Deum, qui verum gaudium eſt, gaudet.* Ait hic Gloſſa. Fictum, & ementitum gaudium eſt, quod extra Deum.

Stellam ſecundâ hac vice videntes, gauiſi ſunt gaudio magno valdè: cur gaudij iſtius magni mentio non fit, cum in Oriente eandem Stellam viderant? Quia magis de rebus perditis, & inuentis gaudemus, quàm de ſemper poſſeſſis. Dulcior poſt tribulationem quies eſt; gratior, poſt aduerſitatis tempeſtatem, felicitatis portus. Sinit non ſemel Deus viſitationis ſuæ Stellam à mentis noſtræ oculis ſubduci; vt, cum Diuinâ rurſus luce perfundimur, pleniùs gaudeamus. Conſolatio Diuina tunc melius ſentitur, & menti ſuauiùs illabitur, cum tantiſper eam Deus ſubtraxerit.

Præterea ſecundâ hac vice Stellam videntes 101.
gauiſi ſunt gaudio magno valdè eò, quòd Cæleſte hoc ſignum prophetiæ auctoritati congruere audierant. Nempè gratiora ſunt, quæ Diuinorum verborum firmitate fulciuntur, & conformia Diuinis oraculis, Sanctorumque dictis ſunt.

Quale gaudium ſenſerint Magi ſtellam videntes, exponit Sanctus Matthæus, aut certe conatur: quantâ verò lætitiâ perfuſi fuerint Ieſum inuenientes non exprimit, nihilque de Magorum gaudio dicit. Cur ita? Quia exprimi nullis verbis poteſt lætitia, quæ ſponſi ſui præſentiâ fruitur, animæ quæ eum, quem amat, adorat, & veneratur. Coniice, quo gaudio perfuſi fuerint Magi Ieſum inuenientes, qui viſâ ſtellâ, quæ ſe ab illorum oculis exemerat, gaudio magno valdè gauiſi perhibentur. Explicari animæ iucunditas non

poteſt,

poteſt, quâ, Dilecto ſuo adhærens, non perfunditur tantùm, ſed abſorbetur.

Gauiſi ſunt gaudio magno valde; in Herodis Regiâ fuerant Magi; inter regias delicias, honores; ſed abſcedunt vacui. Non lego, apud Herodem Magos inueniſſe, quo gaudio repleterentur. Nimirum, qui terrenis deliciis, diuitiiſque non capitur, aptus eſt, qui ſupero gaudio perpluatur. *Per myſterium ſtellæ intelligebant*, ait hîc Sanctus Chryſoſtomus, *quoniam dignitas nati regis excedebat menſuram omnium mundialium Regum*: idcircò cum ab Herodis gazis referrent inanitatem, gaudio hîc perfunduntur.

102. Gaudium illorum Magnum fuit; quia in Spiritu ſancto fuit; alioquin nec magnum eſſe potuit, nec verum gaudium. *Gaudium illorum ſic magnificauit, vt, non contentus dixiſſe, gauiſi ſunt gaudio magno, adderet valde; quia reuerâ valdè gauiſi ſunt, gaudio magno gauiſi ſunt, & gaudium eorum fuit in Spiritu ſancto, qui & iucunditatem, & exultationem theſauriZauit ſuper eos*: ait Rupertus. Lætitia omnis, omne gaudium, quod extra Spiritum ſanctum ſit, inane eſt, & nudum nomen habet; nihil præterea.

103. Videntes Stellam gaudio replentur, qui inanes à mundiali Regiâ, à Regis conſortio diſceſſerant. Diſce: qui mundanis bonis non lætatur, qui in rebus perituris, in honore exhibito non exultat, Diuino lumine perfunditur, ſpirituali gaudio repletur. Si Reges iſti inani gaudio perfuſi in Herodis Regiâ fuiſſent; vero, ac ſpirituali repleri poſt diſceſſum non meruiſſent.

Humilis in vili præſepio Chriſtus iacet, ſed Stella ſtat ſuper eum: cohæret cum præſepis paupertate Stella. Non fulgebit ſicut Stella in perpetuas æternitates, qui ſe paupertati non ſacrat.

SECTIO V.

Præſepium regium palatium eſt in quo Chriſtus, & eius mater. 104
Rerum omnium affectus exuendus, vt Chriſto nos ſiſtamus. 104
Inter gaudia humilitatis obliuiſci non debemus. 105
Humilitas gaudij comes. Tactus Moſes. 105
Qui amat diu abeſſe à dilecti præſentia non poteſt. 106
Facilè adiri Chriſtus poteſt. 106
Suorum vota non exæquat tantùm Deus, ſed ſuperat. 107
Maria prodebat ſe Chriſti matrem, quia in tanta paupertate latabatur. 107
Maiora crimina maior ſequi humilitas debet. 108
Πίςτις, *quid. Iuſti Dei victima.* 108
Veritas nec infirmari ab hoſtibus poteſt. 109
Qui grauiùs deliquit, maiora pœnitentiæ ſigna edere debet. 109
Citò informantur, qui Spiritus ſancti magiſterio docentur. 110
Ἀνέξαντες *quid. Bona ab aliorum oculis boni eximunt.* 111
Non iactantiæ, ſed diuina inſpirationis tactu Deo munera offerenda. 111
Qui ſe, qui ſua Deo ſiſtit orationis deliciis, ac diuitiis ditabitur. 112
Iactanda noſtra non ſunt. Tactus Iſaias. 112
Προσφέρειν *de manus inectione.* 113
Munera quodammodò vincunt, cui offeruntur. Expenſus locus Exodi. 113
Sapientia niſi Deo ſacrata ſtultitia eſt. 114
Sapientiæ, & mortificationis nexus. 114
Regna Chriſto ſubiecta ſint. 115
Honoribus amaritudo coguata. 115
Mortis memoria à principibus viris non abeat. 116
Mors vera ſapientiæ mater. 116
Mortificatio ab oratione non ſeiungatur. 116
Poſt natiuitatem ſtatim mors cogitanda. 117
Vix natus Chriſtus crucem cogitat. Expenſus Iſaias. 118
Operum magis quam verborum ratio apud Deum habetur. 118
Nihil extra Deum quærendum. 119
Explicari Dei dona nequeunt. 120

Intrantes domum inuenerunt puerum cum Mariâ Matre eius, & procidentes adorauerunt eum.

104. Dicat hîc aliquis: Non domus erat, erat ſtabulum, erat diuerſorium quod Magi intrarunt: nomen domus ſtabulum non meretur. Imo meretur etiam Regij palatij. Vbi Chriſtus, & eius Mater eſt regiæ domûs nomen meretur etiam vile tugurium. Suſcipe corde Chriſtum, vt regium palatium audias, qui ſine eo vile præſepium es.

Auertunt à Stellâ oculos Magi, & domum intrant, vt Chriſtum venerentur: ſi Stellæ viſu nimis delectarentur eius, qui Stellam illam produxit, viſione non fruerentur. Rerum omnium affectus exuendus eſt, vt Chriſto nos ſiſtamus.

105. Diuinis gaudiis immerſi Reges pij proſternunt ſe, & adorant. Veræ virtutis conſignatio iſta eſt. Inter gaudia, eaque tàm magna, animum non euaneſcere, ſed in humilitatis ſignum ſubiici, ac demitti, ſingularis virtutis argumentum eſt.

Etiam Abraham prolem ſe habiturum intelligens *cecidit in faciem ſuam, & riſit*. Gen. 17. Nempè à riſu abeſſe humilitas non debet, & humilitas riſus, & gaudij comes eſt. Vero gaudio gaudere non poteſt, qui non cadit, qui ſe non ſubiicit, non humiliat. Gen. 17.

106. Domum intrant Magi, non foris ſtant; nihil morantur: qui amat, diù abeſſe ab dilecti præſentiâ non poteſt. Diù Chriſtum quæſierant: ad locum vbi perueniunt, domus penetralia adeunt: deſiderium, quo adorandi Redemptoris æſtuabant, audaces eos fecit.

Domum intraſſe legimus, non legimus fores pulſaſſe. Verba Chriſti ſunt: *Pulſate, & aperietur vobis*. Matth. 7. verſ. 7. At hic Regibus in domum aditus patet, nec pulſaſſe referuntur. Nempè oſtendere voluit, quàm, poſt Dei Incarnationem, facilè adiri Chriſtus poſſit. Nullus obex ab ingreſſu domus Magos arcet: vbi adeſt Maria, Dei Mater, obuius cuilibet ad Chriſtum aditus eſt. Deuotus ad Chriſtum perge Magorum exemplo: Herodem, Herodiſque vitia, & Hebræorum perfidiam fuge, & apertas ianuas inuenies, vt Chriſtum adeas. Matth. 7. 7.

107. Sed pende, quàm diues in miſericordiâ Deus ſit. Quærebant, ſtellæ ductu, Magi Chriſtum: *vbi eſt*, inquiunt, *qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim Stellam eius in Oriente*. Poſt longi itineris labores, voti compotes fiunt: inueniunt puerum, ſed non ſolum: inueniunt etiam Mariam; quod ipſi vix cogitauerant. Diues in ſuos cultores Deus eſt; non æquat modò eorum vota, ſed ſuperat: plus tribuit quàm ipſi aut petant, aut quærant. Magorum humilitas, & feruens deſiderium duplicatam refert laboris mercedem. Eadem veſtigia preme, idem

tibi accidet. Mundus grandia pollicetur, exigua tribuit, & ſæpe nihil; ſuorum vota inania reddit. Non ita Chriſtus; plura concedit, quàm pollicitus ſit, & plura, quàm ſperauerint reperiunt Dei cultores.

Mariam Dei Matrem eſſe, Deo docente, cognouerunt; & aſpectus ipſe, Magorum formabat fidem, maximè quia modeſtam, pauperem, & in ipsâ paupertate lætantem eam intuebantur. Prodebat ſe Chriſti Matrem, quæ in tantâ paupertate lætabatur.

108. Ingreſſi domum ſtatim procidunt, & adorant: non legimus id paſtores feciſſe: cur ita? Placet quod ſanctis Patribus placuit. Fortaſsè illi paſtores minùs rei, de ſalute alacriùs exultabant; Magi autem multis onerati peccatis ſubmiſſiùs indulgentiam requirebant: in paſtoribus gratia prior; in Magis humilitas amplior. Nempè maiora crimina maior ſequi humilitas debet.

Procidentes: Græcè eſt, *πεσόντες*, *cadentes*, *occumbentes*. Tanquam victimæ Deo ſacræ, vitam ſuam Deo ſuo immolaturi, ante Deum cadunt.

Hoc verbum propriè de his dicitur, qui in bello occumbunt: qui Chriſtum veneratur, & adorat, vitam ferro exponere, velut in bello, non dubitet: quod Magi præſtiterunt.

109. Statim adorari a Magis Chriſtus voluit. Nimirum, *ex inimicis teſtimonia longè præſtantiora, fideque digniora* ſunt, ex ſancti Paſchaſij mente; tantæ veritas virtutis eſt, vt nec infirmari ab hoſtibus poſſit, tantæ pulchritudinis, vt ab inimicis ſuſpiciatur, & hoſtes in cultores vertat.

Prociditſe coram Chriſto Magi dicuntur: de paſtoribus id non dicitur. Nimirum, regij pectoris eſt ſe deminere, & ſe proſternere. Præterea minus rei paſtores erant, magis Magi, qui pluribus onerati peccatis, cum reges fuerint, humiliùs ſe demittunt, vt culpæ reſponderet humiliatio. *In paſtoribus* verba ſunt ſancti Auguſtini, *gratia prior, in Magis humilitas amplior; fortaſſe ergo illi paſtores, minus rei, de ſalute alacrius exultabant; iſti autem Magi multis onerati peccatis ſubmiſſius indulgentiam requirebant*. Nimirum maiora pœnitentiæ exhibere ſigna debet, qui grauius deliquit & humiliores eſſe debent, qui fuere magis nocentes.

110. Niſi dicamus, de paſtoribus id non expreſſum, tanquam non adeò mirum, nec adeo ſingulare; Magos, alienum à Deo genus, Deum in præſepio adorare, & à Dei lege gentem peregrinam ſe legis auctori ſubiicere, hoc magnum, nec ſilentio prætereundum erat; hoſtium teſtimonia digniora videntur eſſe, vt his tutò, & abſque vlla ſuſpicione crederet vniuerſus Orbis.

Poſſumus & in magiſtrum id referre; erudiuntur ab Angelo Paſtores, à Spiritu ſancto Magi: nil mirum ſi meliùs, pleniuſque informantur. *Vide*, ait Rupertus, *quanta ſit diſtantia in modis dicendi; quantum diſtet inter eruditionem illius, qui per Angelum, ſiue per hominem, & illius qui per ſolam Spiritus ſancti reuelationem meretur erudiri. Paſtores itaque Iudæi, quippe qui in regione eâdem erant vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum, non per hominem, ſed (quod maius eſt) per Angelum, natum ſibi eſſe ſaluatorem Chriſtum Dominum didicerunt: & tamen non adeo docti ſiue eruditi fuerunt, vt procidentes adorarent, aut munera offerrent ſed tantummodo venerunt, & cognouerunt de verbo, quod dictum erat de illis de puero hoc, & reuerſi ſunt glorificantes, & laudantes Deum. Iſti* [illegible]

primitiæ gentium, neque per hominem docti neque per Angelum, ſed per Spiritum ſanctum modo, de quo iam dictum eſt; laudem perfecerunt, & tres homines, tribus partibus orbis, Aſia, Europa, atque Aphrica, fidei, vel confeſſionis, atque adorationis exemplar exiſtere meruerunt: Felices qui Spiritus ſancti magiſterio informantur; quàm cito, quàm perfectè docentur; quantâ humilitate ſplendent, quantâ modeſtiâ, tumorem neſciunt, neſciunt faſtum, qui tanti doctoris monita ſequuntur; & voces audiunt.

Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

111. A*Pertis theſauris ſuis*. Arabicè: *Aperuerunt vaſa ſua* Nos ex vi verbi Græci: *Patefacientes, & reſignantes Theſauros ſuos*; nam hoc quoque ſignificat verbum ἀνοίγω à quo ἀνοίξαντες. Signarunt, ne hominum oculis exponerent.

Præterea verbum ἀνοίγω de apertione propriè dicitur, quam percuſſio, & pulſatio præceſſit: hinc illud Matth.7. *Pulſate, & aperietur vobis*; Matth.7.7. Græcè: κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Aperiunt Magi Theſauros ſuos, ſed nullus pulſaſſe perhibetur. An eorum corda pulſauit ille, qui iacebat in præſepio qui de ſe ipſo ait: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*: Apoc.3.20. ſcilicet Diuinæ inſpirationis impulſu Deo ſacra munera offerenda, non inanis gloriæ contactu.

112. Pulchrè, in explicanda theſaurorum apertione, eo verbo vtitur Euangeliſta, quod adhibetur etiam, quum nobis Deus ſua dona promittit, ſi eum orauerimus; vt ſtatim diſceremus, aperienda eſſe Deo, Deoque ſoli ſiſtenda noſtra munera eſſe, vt ab eo theſauris cœleſtibus donemur: qui ſe, qui ſua Deo ſiſtit orationis dulcedine perfruetur, & cœleſtibus ditabitur donis.

Aperiunt theſauros ſuos coram Chriſto Magi in ſignum, quòd palam coram omnibus non expoſuerant. Nempè iactanda bona, quæ offerimus, non ſunt, non ſuperbè producenda. Fuerunt apud Herodem Magi; ſed nulla munerum mentio facta, eſt, dum Ieroſolymis eſſent: quo rectè nos edocent, ab hominum oculis bona, quæ agimus ſubducenda, vt gratiora Deo ſint, cui offeruntur. Expoſuit Theſauros Ezechias Rex; quod Deo adeò diſplicuit, vt ei multa mala per Iſaiam minatus fuerit Iſa.39. & 4. Reg.20. Conſultiùs Reges Iſai.39 & 4 Reg.20. iſti coram Chriſto theſauros ſuos aperiunt, quos coram aliis clauſos habebant.

113. *Obtulerunt*; Græcè, προσήνεγκαν, à verbo προσφέρω, quod verbum etiam de manus iniectione dicitur; vnde rectè vſurpatur in munerum oblatione: hanc enim vim habent oblata dona, vt manus iniicere, ac veluti deuincire eum videantur, cui offeruntur. Deus ipſe ſinit offerri ſibi munera, & oblationes, quibus, veluti funibus detineatur, ne nos puniat. Et non vinctus Moyſis muneribus, nempè orationis thure, charitatis auro, mortificationis myrrha erat Deus quum diceret: *Dimitte* Exod.32.10. *me, vt iraſcatur furor meus contra eos?* Exod.32.verſ. 10. Vinctus erat, qui dimitti, ſoluique cupiebat. Poſito, quòd, quum extenderet Moyſes in cælum manus, in Deum quodammodo iniiciebat, vt eum teneret, ne puniret populum, ſinens eos ab Amalecitis vinci. Exod.17.verſ.11. Exod.17.11.

114. Dona, & donorum nexus multa in ſe myſteria continent. Aurum ſapientiam ſignat, quæ niſi Chriſto ſacretur mera ſtultitia eſt; vnde & ſtultam fecit Dominus ſapientiam ſapientium. Sapientiæ

aurum

Digitized by Google

aurum habes: offer illud Chriſto,ne in inſipientiæ plumbum vertatur.

Aurum offertur cum thure,& myrrhâ;quia,niſi ſcientia rerum Diuinarum contemplatione, & mortificatinne muniatur, ſtultitia apud Deum eſt.

115. Aurum Magi offerunt, quod, vt ait Clemens Alexandrinus, *eſt regni ſymbolum*,quò rectè ſignificabant; felicia regna eſſe, quæ Chriſto nblata, Chriſto ſubiecta ſunt.

Aurum regiæ dignitatis nota eſt, & ſymbolum; ſed iurè huic adiungitur myrrha, quia culminibus, ac honoribus amaritudo copulatur.

116. Vel vt tacitè inſinuetur, mortis memoriam, quam myrrha ingerit(quum myrrhâ cadauera condi ſoleant) à Regibus, Principibuſque viris abeſſe nnn debere. Dignus eſt, qui in hominum memoriam non moriatur,qui ſe cogitat moriturum.

Myrrha mortis ſymbolum eſt, ac ſepulturæ, aurum ſapientiæ:nectè;&,mortis meditatinnem,veræ ſapientiæ cnmitem eſſe debere, ab hoc nexu diſces.

Thus nffertur cum myrrhâ; quia ab nratione mortificatio ſeiungi non debet, vt grata Dei auribus ſit.
Cant.4. Etiam ſponſa nexuit cum ait: *Vadam ad montem myrrha,& ad collem Thuris*.Cant.4.& 6.

117. Sed inſolens alicui videatur, quòd myrrham in mortis & ſepulturæ ſignum Magi Chriſto nbtulerint.Itane vix natum infantem vident,& eius mortem præ oculis habent,tanquam citò futuram?
Ioan. 18. Tulit & Nicodemus *mixturam myrrha, & aloës quaſi libras centum*,Ioan.19.verſ.39.Sed non mirum,iam enim Chriſtus obierat. Cur ergn Magi,vix natum adnrantes, myrrham offerunt tanquam mnrtuo, aut iam iam moriturn? An docere vnluerunt, poſt natiuitatem ſtatim ad mortem cogitandum,& poſt incunabula ſpectandam ſepulturam, quum vita hæc tàm breuis ſit,vt eſſe nnn videatur?Scilicet vitæ initio paranda,quæ ad ſepulturam ſpectant.

118. Nnn alienum iſtuc; ſed aliud exſculpo, nempè Magorum oblatinnem Chriſti deſiderio, ae voto reſpondiſſe; nam,vix natus,ad Crucem cngitabat, mortem in votis habebat;vnde & Iſaias ait:
Iſai.9.6. *Paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis*, cap.9.v.6. Infantem habes,ac vix natum; ſed ſtatim ſubiicit, Crucis memoriam faciens: *Et factus eſt principatus ſuper humerum eius*:ſignificans crucem,ac mortem penè cum infante natam, & mortis deſiderium etiam in matris ventre cum eo coaluiſſe. Magi offerunt myrrham tauquam morituro,vt hoc munere nobis innuerent, poſt natiuitatem ſuam Chriſtum Crucem,ac mortem in votis habuiſſe.

Refert Sanctus Matthæus munera Chriſto Magns obtuliſſe, quæ protulerint verba non explicat; vt ſtatim diſceres, operum potiùs, quàm verborum, ratinnem apud Deum haberi, & in Diuinis rationariis diligentiùs facta, quàm nuda verba, conſcribi.

119. Audio Reges munera cæleſti Regi nfferentes: non audin aliquid ab eo popoſciſſe; nnn diuitias, non opes, non ampliora Regna. Deum infantem præ oculis habentes, dedignantur aliquid extra ipſum quærere: ante Chriſtum ſiſti non meretur, qui aliud extra ipſum ab ipſn quærit. Arguunt Magi auaritiam noſtram,qui, dum Deo offerimus aliquid,ab eo alia bona quærimus,& ſæpè qund peius eſt, peritura. Indue regium pectus: te, & tua Deo ſacra,& nihil extra Deum quære.

Legimus Chriſtn munera nbtuliſſe Magos, aliquid ab eo poſtulaſſe nnn legimus. Mens, quæ ſe Deo ſiſtit,nihil aliud quærit præter Deum:paruum quodlibet infra ipſum,nec vnris par eſſe poteſt.

Quæ nbtulerunt Magi Chriſto munera explicat Sanctus Matthæus, quæ ipſi à Chriſto exceperint,nnn explicat;& tamen plura, ac mainra,quàm obtulerint,referunt:corporalia dederunt dnna;ſpiritalia,ac Diuina recipiunt:Cur ergò illorum mentin fit,non fit iſtorum? An,quia explicari Dei dnna non poſſunt,quæ veri eius cultnres conſequuntur? Omnem eloquentiam ſuperant, quin & accipientis votum, ac captum. Vinci muneribus Chriſtus nnn potuit à quo illa munera ſunt, quæ illi exhibemus. 120.

SECTIO VI.

Reſpondere quid. 121
Iuſti diuinam perficere voluntatem ſtudent & ab ea dirigi. 121
Viam ad patrem ſolus Chriſtus inſtituit. 122
Dei cura in ſuos. 122
Viam docet ad cælum Chriſtus,qui via eſt. 123
Dei præſentia quàm proficua. 124
Quò quis ſanctior,eò minus creaturarum veſtigia ſequitur. 124
In aliis diiudicandis errare procliue eſt. 125
Malorum conſortia bonis vitanda. 125
In obedientia nemo plus ſapiat quàm oporteat ſapere. 126
Etiam à Dei deliciis Dei amore diſcedendum. 126
Poſt animæ ſuæ ſalutem etiam aliorum ſalus quærenda. 127
Verus Chriſti adorator in Chriſtum immigrat. 128
In ſomnis cur Angelus Ioſepho apparuit. 129
Quò quis perfectior, eò facilior inobedientiâ eſt. 129
Qui in Chriſtum ſæuit, ſæuire & in Mariam videtur. 129
Cum Matre cur fugere in Ægyptum Chriſtus voluerit. 130
Nemo ſua fortitudini fidat. 130
Chriſti aduentus omnium malorum medela. 133
Chriſto cum matre adueniente omnia bona ſperare poſſumus. 133
Nullius deſperanda reparatio. 134
Maria nulli mortis occaſio,omnibus vita. 135
Beata Virgo caſtitati promouenda nata. 135
Omnes aduerſitates patienter ferenda Maria exemplo. 135
Delicia noſtra ſint animas Deo lucrari. 136
Vbi Ieſus adeſt, Angelorum conſortium non quæritur. 136
Nulli creaturæ adhæret,qui adhæret Chriſto. 137
Labor omnis amanti non labor. 137
Vera veri obedientis nota. 137
Xenen quid. Impiorum ſtudium in ſuis ſceleribus. 138

Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem; per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

QVì reſpnnſum accipiunt, qui non interrogant? An,ex vſitatâ ſcripturæ phraſi,qua nuda quælibet monitin, & locutio reſponſio dicitur? An, quia, poſtquam Chriſtum adorauerant, ita ſe illi dicauerant, vt affectu clamare viderentur,quid Diuina iuberet vnluntas, quam ſolam perfectiſſimè exequi cupiebant? Verus Chriſti cultnr,& adorator ſuam voluntatem Deo mactat, & Diuinam dumtaxat perficere in rebus omnibus ſtudet, eamque ſcire quærit,etſi taceat. 121.

Reſponſum accipiunt Magi, qui à Deo corde

quærebant, vt viam eorum ſemper in pace dirigeret, ne in ſiniſtram declinarent. Magorum deſiderio Dei reſpondet oraculum: non oris tantùm ſed etiam cordis voces audit Deus, & exaudit.

122. Magos ſtella duxerat ad Chriſtum, cur non eadem abeuntibus dux fit? non egebant ſtellâ, qui verum adorauerunt Solem. *Qui ſtellâ duce venerant*, Sancti Maximi ſunt verba, *in Iudæam, in patriam ſuam æterni Solis illuminati radiis reuertuntur*: Stellâ non indigent, qui ſe Chriſto obtulerant, ſuperâ luce perfuſi.

Non Angelus, ſed Deus Magos monuit, ne ad Herodem redirent: ſic enim plerique Sanctorum Patrum cenſuere, ſignatè Sanctus Paſchaſius hîc Quia nempè nullus alius reuerſionis viam inſtituit, Ioan.14.6. niſi ille, qui ait: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Ioan. 14. Neminem alium conſtat viam regreſſionis ad patriam, niſi Chriſtum, inſtituiſſe.

123. Reuerſuri ad patriam Magi monentur, ne ad Herodem redirent: monitos legimus; non legimus à quo, plerique à Domino id factum putant, vt rectè doceremur, nullum alium viam ad cæleſtem patriam perfectè docere, niſi, qui via eſt, & veritas. Voluit iſtuc Sanctus Paſchaſius: *Notandum quod non per Angelum, vt ad Ioſeph, hæc reſponſio facta dicitur: ſed Sanctorum Patrum traditio eſt ab ipſo Domino diuinitùs imbutos fuiſſe; quia neminem alium conſtat viam regreſſionis ad patriam vſque inſtituiſſe, præter eum, qui ſe viam præbuit imitabilem, vt per ipſam ad ipſum tendentes quandoque patriam repetamus. Hinc quippe ait ipſe de ſe, (dicens,) ego ſum via, veritas, & vita.* Viam ille docet, qui via eſt; & niſi Chriſtus doceat cuiuſlibet alterius inſtitutio parum prodeſt, aut etiam nihil.

Proh quàm ſedulam ſuorum curam habet Deus! Chriſtum ſequere, vbi probâ vitâ inueneris, eique virtutum muneribus litaueris, ſecurus eris. Magi Chriſtum quærunt: poſt multos labores, multaque pericula tandem voti compotes fiunt; ſtatim verò monentur, ne redeant ad Herodem; ſed tempus pende: *Reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem.* Cur in ſomnis? Vt Dei prouidentiam & curam in ſuos videas: vbi Chriſtum inueneris etiam cum dormieris tui curam Deus aget. Cogitat de ſuorum ſalute Deus eo quoque tempore, cum ipſi de ſe non cogitant.

124. Sed cur modò per Angelum eos monet, qui antea per Stellam, quæ cælorum lingua (vt ita dixerim) erat, eos alloquutus eſt? Quantùm in Chriſti præſentiâ Magi profecerint ex hoc colligere debemus. Tantò perfectiores melioreſque à Chriſto abeunt Magi, quantò Angelus Stellæ præſtat: quod etiam verum eſt, ſi hæc reſponſio non ab Angelo, ſed ab ipſo Domino, vt multorum opinio fert, facta Dicatur. Diſce, quàm Dei ſeruos Dei præſentia euehat, & quàm vtile ad profectum ſit in Dei conſpectu ſtare.

Magi ad Chriſtum euntes, Stellæ ducatum ſequuntur, ſed abeunt ſine Stellâ. Qui interno Dei lumine illuſtrati erant, externo egere non videbantur. Quò quiſque ſanctior, & perfectior eò minùs creaturarum veſtigia ſequitur; Dei potiùs agitur ſpiritu, Dei lumine.

125. Externa ſanctitatis ſigna nullus quære, quære intima; alioquin & falli poteris, & fallere. Si quis Magos, antequam Chriſtum adoraſſent, Stellæ miniſterio duci vidiſſet, maiorem de eorum ſanctitate opinionem concepiſſet, quàm ſine Stellâ redeuntes videns. At contrà fuit: ſanctiores enim redeunt, quàm aduenerint, licèt cæleſti lumine non ducantur cum redeunt. Ergo certiora ſanctitatis ſigna quærenda ſunt, quàm illa, quæ extra nos ſunt. Sæpè quò quiſque in Dei oculis purior, ac perfectior, in hominum oculis minùs videtur. Magis magis inuideo ob lumen, quo interiùs perfuſi, quàm ob Stellam quâ ducebantur ad Chriſtum.

Monentur ne redeant ad Herodem: qui Chriſti ſe obſequio ſacrauit cautè malorum conſortia vitet. Ierint ad Herodem antequam Chriſtum inuenirent; dedecet, Ieſo inuento, iterùm ſe malis commiſcere, qui ad Deum conuerti nolint, Chriſto nocere ſtudeant.

126. Monente Angelo diſcedunt Magi, nec Angelo contradicunt. Suadebat Angelus, vt Herodem vitarent, nec ſe in eius conſpectum ampliùs darent. Poterant Magi ſubiicere, nihil metuimus; venientes populorum multitudo terrori nobis non fuit; non fuit terribilis Regis aſpectus; ſtetimus fortes, nihil mali paſſi; quid latenter nunc iubes fugere? eamus potius, vt ad meliorem mentem reducamus Herodem, & Chriſtum iam natum apertè prædicemus? nihil tale dixerunt; ſed promptè parent, ne plus ſapere videantur, quam oporteat ſapere. Non ferendæ ignorantiæ eſt, diuinæ monitioni nolle acquieſcere.

Statim, reſponſo accepto, Magi in regionem ſuam reuertuntur. Miror quî ab illo ſeparari potuerint. Cur ſtatim abeunt, &, Chriſto relicto, ad ſuos redeunt? Cur non regni, domûs, ac parentum obliuiſcuntur, vt Deo ſuo adhæreant, & Ieſu famulentur? Etiam à Chriſto, hoc eſt, ab eius deliciis diſcedendum promptè eſt, quum Chriſtus iubet. Se, non Chriſtum amaſſent, ſi, eo monente, abire neglexiſſent.

127. Diſcedunt Magi, Chriſto relicto; vt ſuis medelam afferant, & munere ſuo in ſuos fungerentur. Rex, Princeps, ac Præſul deuotus non audiet, ſi, vt Chriſto adhæreat, ſuorum obliuiſcatur. Chriſti verus cultor eſt, qui poſt animæ ſuæ ſalutem aliorum etiam quærit; & Diuinis conſolationibus tantiſper carere ſuffert, vt alios Deo lucretur. Hoc Magi præſtiterunt: à Chriſto ſuo abeunt, vt ſuorum quoque ſaluti conſulerent, & Chriſtum omnibus prædicarent.

Per aliam viam reuerſi ſunt. Non ducem requirunt redeuntes, non ſtellam, non Angelum, non nubis columnam. *Qui ſtella duce venerant in Iudæam, in patriam ſuam æterni Solis illuminati radiis reuertuntur*: inquit Sanctus Auguſtinus. Stella ſe ab illorum oculis ſubduxit, vt ſiſtere cogerentur, & iter abrumpere. Sol iuſtitiæ ita illos ſuo lumine perfudit, vt, nullibi eos morari luminis defectu, eſſet neceſſe.

128. *Reuerſi ſunt.* Arias Montanus: *Receſſerunt.* Nos, *commigrarunt.* Diſceſſerunt à Chriſto, & ab eius ſe præſentiâ ſepararunt, velut ſi à ſe ipſis abierint, & à ſuo corde (quod in Chriſti ſinu reliquerant) diſcederent: quo ſenſu etiam dictum: *quomodo à te ipſo ſecedis, & ſepararis?* Etiam Magi à ſeipſis ſecedunt; nam, à Chriſto receſſuri, à ſe ipſis recedere videbantur; quùm cor, animamque in Chriſti pectore relinquerent; Chriſtum relinquentes ſe ipſos relinquere videbantur, quum vnum cum Chriſto iam eſſent. Felix Chriſti cultor, qui, eum adorans, in ipſum immigrat, in ipſum transformatur!

Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: ſurge, & accipe Puerum, & Matrem eius; & fuge in Ægyptum & eſto ibi, vſque dum dicam tibi: Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.

129. IN ſomnis Angelus Domini Ioſepho apparuit; ſed cur non vigilanti? vt apparuit Paſtoribus, apparuit Zachariæ? *Quia ſcilicet*, ex mente Sancti Chryſoſtomi, *erat vir prorſus fidelis, & reuelatione manifeſtiori non indigens.* Qui in Dei obſequio non dormit, etiam in ſomnis poteſt de quacumque re admoneri.

Apparuit in ſomnis Angelus Ioſepho; at paſtoribus cum vigilarent. Cur ita? quia fidelis erat: paſtores autem tanquam rudes, agreſtes maiori manifeſtatione indigebant. *Paſtoribus vt agreſtibus*, ait Theophylactus, *Angelus manifeſtè locutus eſt. Ioſepho, vt iuſto, & fideli, per ſomnium.* Quò quis perfectior, eò facilior obedientiæ eſt.

Accipe puerum, & Matrem eius. Non ſæuiebat in matrem Herodes, ſæuiebat in puerum, cur ergo fugere iubetur & mater? Vix in Chriſtum poteſt quis ſæuire, quin in matrem ſæuiat; ſicut & contra: qui ſæuit in matrem, offendit filium; & qui filio obſequitur, obſequitur & matri, matriſque cultus in filium reſilit.

130. Fugit cum filio mater: quid? matrem ſolam Chriſtus relinqueret? durius fuiſſet in patria ſine Chriſto eſſe, quàm in exilio cum Chriſto: comites ſuæ fugæ matrem, ac patrem voluit, vt vtriuſque meritum laborum exercitio augeretur.

Fugit, vt ad maiora certamina ſe pararet, nevè quiſpiam ſuæ virtuti fideret, de ſuis viribus præſumeret. *Si fortitudo*, inquit Sanctus Paſchaſius, *ſe differendo, reſeruat ad potiores virtutum agones, & vniuerſorum defenſio ſubterfugiendo declinat ad extraneos; non debet humana fragilitas temeraria procacitate de virtute ſua præſumere, ſed ſemper in omnibus, quod fructuoſius ſit diligentiſſimè pertractare. Nam Deus quod fugit hominem, ſacramenti fuit, non timoris.* Abeunt ab hoc exemplo, qui temerè ſe periculis obiiciunt, ſeque ſuæ prudentiæ imprudenter credunt.

131. *Fuge*, inquit, *in Ægyptum.* Reuerentiùs dixiſſet, *vade*, vt eſſet profectio, non fuga; præſertim, cùm poſtea redituro idem Angelus dixerit: *Vade in terram Iſrael.* Mandatur tamen fuga, eaque per Angelum, vt Cælũ priùs timor videatur inuaſiſſe, quàm terram. Ergò fugit, *qui refugium factus eſt nobis?*
Pſal.89.1. Pſal.89. Quî dicere poterimus. *Deus noſter refu-*
Pſal.45.2. *gium, & virtus?* Pſal.45. cùm fugâ ſe ab impiorum manibus ſubducat. An probè nobis refugium eſt, quia fugit? Docuit, nos ſuo exemplo calamitates omnes æquo animo ferre. Magnum refugium iſtuc, dum fugit, refugium eſt, quia paruulus occidi non volebat, ſed perfectæ ætatis.

Noluit Chriſtus paruulus, & infans occidi, vt plenior redemptio eſſet, & maiorem poſſet ſanguinis effundere copiam: quod factum, quum plenioris ætatis, flagellis cæſus, coronâ ſpineâ redimitus, & Cruci affixus eſt.

132. Herodem fugit: infans mori noluit: Venerat, vt mundo notitiam ſuæ Deitatis infunderet: venerat, eligere Apoſtolos in orbis Doctores, in orbis ſalutem. Hæc facta non conſpicerentur, ſi Chriſtus in cunabulis peremptus ab Herode fuiſſet. Ergo noſtræ ſalutis amor, non mortis timor fecit, vt Chriſtus fugeret.

Sed cur in Magorum, à quibus adoratus fuerat, regionem non ſe contulit? ſingulari enim obſequio, ſummo honore, ac lætitiâ exceptus fuiſſet. Fugit in Ægyptum, quia ibi magis eius præſentia neceſſaria; & vt oſtenderet, ſe Peccatorum ſalutem quærere, non ſua commoda.

Sæuitiam Herodis Ioſeph, & Maria fugit: In 133.
Ægyptum ſe, Angeli monitu, conferunt. Sed cur in Ægyptum? An, quia, recordatus Dominus, mala, quæ olim, Ægypto intulerat, mittit nunc Filium, qui reconciliationis ſignum eſſet, & multarum plagarum medicina? Sæuiat in nos multis aduerſitatibus Dei manus; tantùm ſemel in nos ſe recipiat, & ad nos veniat, abundè plagis omnibus ſatisfactum erit. Vnius Chriſti aduentus omnium dolorum medela, & conſolatio eſt.

In Ægypto ſeruatur Chriſtus: eius aduentu etiam conclamatæ ſalutis homines in ſpem bonam erigendos, collige. Olim Ægyptus populi primogeniti perſecutrix fuit; nunc vnigeniti Filij cuſtos fit. Hæc dexteræ excelſi mutatio eſt. Quid boni ſperare, Chriſto cum Matre adueniente, non poſſumus?

De nullius ſalute deſperandum: nemo vnquam 134.
ita conclamatus, quî reuiuiſcere Chriſti præſentiâ non poſſit. Populus qui antè fuerat perſecutor populi primogeniti, nunc fit vnigeniti Filij cuſtos. Quis deinceps temerè quempiam iudicet, & damnet, quum impiiſſimus, pietatis exemplar ſtatim fieri poſſit? Dum in hoc corpore viuimus, nullius eſt deſperanda reparatio.

Abit Ioſeph cum puero, & Virgine in Ægy-
ptum; nec tamen (Abrahæ cautionem ſecutus) eam Gen. 12.
monet, vt diceret, ſe ipſius eſſe ſororem; veritus, propter eius pulchritudinem, mortem, ſi ſe fateretur vxorem. Magis quàm Sara pulchra Virgo fuit; ſed, quia noſtræ ſaluti nata erat, nec occaſio mortis eſſe poterat, non dixit ſe Ioſephi ſororem. Timuerit Abraham, ſi Sara eius vxor diceretur: Ioſeph timere non debet, licèt eius vxor Maria ſit, quæ nulli ad mortem erat, omnibus ad vitam.

Sara vix in Ægyptum peruenit, cum ſtatim in 135.
Regis Ægyptij domum rapitur, ob ſingularem pulchritudinem, qua inſignita erat. Abfuit hoc à Virgine, quæ talem habuit à Deo gratiam, vt carnis incentiua, ſi tantùm videretur, reprimeret. Potuit Ægyptum in Paradiſum vertere ſolâ tantùm præſentiâ. Rapuit in Deum hominum mentem, non rapta eſt in alienam domum. Diſce; caſtiſſima Virgo caſtitati promouendæ nata erat, non ſuâ pulchritudine labefactandæ.

Æquo ferendas animo moleſtias omnes, omnes aduerſitates docet Virgo, quæ in Ægyptum abiens, & ibi à Patriâ exul degens, nunquam Ioſephum interpellauit, ſi iam tempus in patriam redeundi adueniſſet; nunquam protulit quid in patria reliquiſſet, non peregrinationis incommoda narrauit. Tantùm quid Pater æternus decernat expectat: nihil aliud quærit: vel in Ægypto viuere pro deliciis habet; quia id nouerat Deo placere.

Fit exul Chriſtus, vt exules ad patriam reuoca- 136.
ret. In Ægyptum fugit, quæ Idolorum ſpurcitiis repleta erat, vt ita ſua præſentiâ ſanctificaret. Scilicet in omnibus aliorum ſalus quærenda eſt, vt deliciæ noſtræ ſint animas Deo lucrari, & vitiorum ſimulachra diruere.

Sed iure quæras: cur Angelus, dùm monet, fugiendum in Ægyptum, non ſe itineris comitem offerat. Non alienum hoc ab Angelorum munere:

etiam Raphael Tobiam comitatur euntem, & redeuntem: iuſtiùs Angelus iſtuc Mariæ, & Ioſepho præſtitiſſet; ſed noluit, inſinuans, quòd magnum haberent viæ comitem, nempè Ieſum. Vbi Dominus adeſt, friget aliud obſequium, etiam illud, quod ab Angelis exhibetur. Tob. 5.

137. Nec Ioſeph Angeli ducatum quærit. Nempè, qui Ieſum ſecum habet, nullius creaturæ conſortium poſtulat, nec Angelorum. Ergo qui non Angelorum conſortium quærit, ſed hominum conſuetudinem (qui ferè delicias interturbant, quæ ex Domini præſentiâ hauriuntur) abertat.

Non quærit ab Angelo Ioſeph, quanto tempore in Ægypto degere opus eſſet: iuſtus vir de hoc minimè eſt ſolicitus: gratum illi, ac iucundum in exilio eſſe, & in quodcumque tempus reditum differre. Labor omnis amanti non labor; diuturna omnis peregrinatio breuis & leuis ei eſt, qui in Dei amore non eſt peregrinus. Denique peregrinationis laborem, moleſtiamvè non ſentit, qui Ieſum ſecum habet, qui Ieſu matrem.

Eſto ibi vſque dum dicam tibi. Non curioſè tempus reuerſionis inquirit, quod expreſſum ab Angelo non fuerat. Vir erat fidelis, & ad diuinæ voluntatis nutum omninò pendebat: non anxiè quandiu duraturum eſſet exilium poſtulauit. Rem omnem Deo committit, prætermittit quærere, ne ſui ſolicitus eſſe videretur.

138. Quod monet Angelus, futurum eſſe, *vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum*, Herodis impietatem, atque malitiam tangit. Vt *quærat*, Græcè eſt *ζητεῖν*, quod verbum ingens ſtudium, propenſamque voluntatem aliquid peragendi notat; vnde aliquando ſignificat *abſolutè velle, & impensè ſtudere.* Nempè totus erat Herodes, vt Chriſtum perderet: & hæc impiorum nota, vt accuratè, ſummoque ſtudio, ac voluntatis propenſione ſcelera ſceleribus accumulent.

Futurum eſt, inquit, *vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Quærit Herodes, quærebat & diabolus per Herodem, quia videbat Magos, qui olim ſub eius vexillo militauerant, ad Chriſtum ſe tranſtuliſſe. Rebus ſuis timebat dæmon, hæcque ſecum cogitabat: Si vinctus pannis puer, ſi linguâ tacens, & latens, opere talia præſtat; quid aget, cùm perfectè fuerit ætatis? Ideo monebat Iudæos, inſtigabat Herodem, vt eum perderent. Impius docuit nos quid piè agere debeamus: vt nempè in vitiis abolendis, dum naſcuntur, ſuccidantur, nec radices ſinantur agere.

SECTIO VII.

Promptè parenti longa qualibet mora. 139
Alacriter incommodis occurrendum. 139
Salutem etiam Sancto Ioſepho debemus. 140
Vel à ſacris locis exulat Chriſtus ob hominum impietatem. 140
Virtutum regionem incolebat Virgo. 140
Exulare in populo Filium ſuum Deo videbatur. 141
Ieruſalem cur Ægyptus appellatur. 141
Ἀμπαίζειν quid, illuſio, & irriſio verberibus pariatur. 142
Nihil magis ſuperbo diſplicet quàm irrideri. 542
Superbi ſibi omnia debita credunt, quæ ſuam tangunt gloriam. 142
Quam ſeuerè puniti, qui Virginem Deo plenam hoſpitio non recepere. 143
Nullum adeo immane ſcelus, ad quod ſubditorum malitia ſuperiorum impiorum exemplo, non trahatur. 143
Herodis crudelitas in infantiũ cæde vt expreſſa. 144
Mulieres à viris rerum agendarum documenta ſuſcipiant, non contrà. 145
Mulierem eſt domi ſe continere. 145
Iuſti animus ſemper idem. 145
Qui Chriſtum ſecum habet omnes diuitias negligit. 146
Amane Angeli nos ſæpe inuiſere. 546
Angelorum colloquium quàm dulce. 147
Virginem venerari Angeli cupiunt. 147
Sacra templa adire quærunt iuſti. 147
Vnius imperantis prauitas quantum in aliorum animis poſſit. 148
Filius Patris ferè mores refert. 149

Qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum: & erat ibi vſque ab obitum Herodis.

HAbes in Ioſepho perfectæ obedientiæ exemplar: ſtatim, audita Dei voluntate, Deo paruit: 139.
nullas moras trahit, nec itineris cauſatur longitudinem. Nocte ſe dat in viam, ne differat. Non dixerat Angelus, vt nocte iter arriperet, ſed promptè parenti longa quælibet mora eſt.

Cum in Ægypto ſecedit, noctis mentio fit; non fit, cum redit, licèt etiam tunc ei Angelus Domini in ſomnis apparuerit; fors, diem expectauit, ad ſua reuerſurus. Iuſtus celeriùs domum ſuam, Patriam, ſuoſque reliquit, quàm ad eos redeat. Niſi certiſſimè fugiat in morâ periculum eſt: non ita, ſi tantiſper moretur rediturus. Diſce, maiori animi promptitudine, ac celeritate tuos, tuaque commoda deſerere, quàm ad ea iterum redire.

Seceſſit in Ægyptum Chriſtus, ſed ducit eum 140.
Ioſeph. Nempè, quòd ſalus nobis illata ſit, Ioſepho maximè debemus. Ægyptus Gentium figura fuit: in eam Ioſeph Ieſum duxit, qui omnium ſalutem quæſiuit. Iurè illi Patriarchæ comparatur, qui *Mundi ſaluator* Ægyptiacâ linguâ dictus eſt.

Ægyptus, præ aliis regionibus, Idolis maximè dedita erat, & ſuperſtitionis morbo maximè laborabat; at inuenitur in eâ Chriſtus. E contra Ieruſalem, ciuitas ſancta, dicebatur, nec tamen in eâ Chriſtus reperitur, quin ab eâ fugit. Diſce: non locus ſanctitatem tribuit, non veſtis, non officium; aliunde quærenda eſt: ſæpè à ſacris locis exulat Chriſtus, ob eorum impietatem, qui ſacro cultui ſunt mancipati: in non ſacris reperitur, quia vitiorum ſimulachra ſtatim demolitur, dum intrat.

Propriam deſerit patriam Virgo. Fallor nihil proprium habuit, niſi virtutem, ac ſanctitatem: nullam regionem ſibi computabat extraneam, quæ regionem virtutum incolebat.

Ex Aegypto vocaui filium meum.

HÆc Oſeæ prophetia propriè de populo Iſrael 141.
intelligitur, quem Deus filium primogenitum ſuum appellare ſolet, vt ex verbis prophetæ manifeſtum eſt: *quia*, inquit, *pater Iſrael & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum.* Dicitur autem & nunc ſecundò impleri; quia populus ille in Ægypto exulans Chriſti ibidē exulaturi figura extitit. LXX. verterunt *τὰ τέκνα αὐτοῦ filios eius*, Nimirum exulare in populo filium ſuum Deo videbatur, vt exilium populi exilium filij Dei diceretur.

Ex Ægypto vocaui. Dixiſſet hæc verba Euangeliſta

geliſta, cum ex Ægypto reuocatus eſt Ieſus in terram Iſrael. Quando narratur in Ægyptum ſeceſſiſſe, aſſumptum hoc teſtimonium: *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Cur non poſtea ſubiecit, cum Ægyptum deſeruit? Rupertus: *Quid ſi,* inquit, *ipſam Iudæam propter perſecutiones Ægyptum, ſiue ipſam Ieruſalem appellari voluit Ægyptum.* In Ægypto ſæuiit per Pharaonem Diabolus in filios Iſrael, & populum primogenitum; in Ieruſalem per Herodem contra Chriſtum; Ægyptus quælibet Ciuitas, quodlibet regnum audire poteſt, quod in Chriſtum armatur.

Tunc Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè.

142. VIdens, quoniam illuſus eſſet: Verbum Græcum ἐνεπαίχθη, ſignificat etiam, *percutere.* Nempè grauior plerumque percuſſione ipsâ irriſio eſt, & illuſio flagellis, ac verberibus pariatur, & quandoque præfertur.

Dolet Herodes, ſe illuſum à Magis. Nihil magis ſuperbo diſplicet, quàm irrideri. Non tam dolet, ſe non inueniſſe Chriſtum, vt eum perderet, quàm ſe à Magis illuſum. Tantùm in ſuperbam mentem ſuperbia ſæuit.

Quoniam illuſus eſſet à Magis. Cur illuſus? quia non redirent ad ipſum, vt ſperabat. Sed nunquid, ſe redituros, polliciti ſunt? id non legitur. Herodis faſtus, ac ſuperbia putabat, ſine ſuæ maieſtatis iniuriâ, eo inſalutato, Magis non licere in regna ire. Superbiæ vitio correpti ſibi omnia promiſſa, & debita credunt, quæ ſuam gloriam tangunt. Quod ſi promiſiſſent Magi ſe redituros, aliter Deo vidente, promiſſis ſtare non tenebantur.

Iratus eſt Herodes, vehementer excanduit ingentis inuidiæ impetu correptus; quia quibus ille ſedens in ſolio regni, ac purpurâ veſtitus ſuadere non potuit, vt ad ſe reuerterentur; his Ieſus paruulus, & iacens in præſepio, & pannis inuolutus adeò placuit, vt eius nutibus, Herode neglecto, ſtatim obtemperarint. Irâ ferbuit Herodes, nec iram poſuit. Reges, ſi aliis ex cauſis iraſcantur, non difficilè placantur: at inextinguibilis ferè ira eſt, quam regni zelus accendit.

Et mittens, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem.

143. IVſſit Herodes occidi omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius. Puniuntur in filiis, qui Virginem, Deo plenam, hoſpitio non receperunt; licèt innocentibus infantibus mors ad vitam fuerit, nó ad mortem. Benè bonus ille auctor: *Nota,* inquit, *diuinam hic prouidentiam; ex vnâ parte Bethlehemitæ, quòd Virginem puerperam hoſpitio dignati non fuiſſent, cæde prolium condignè puniuntur, & alterâ parte puerulis innocentibus laurea martyrij donatur.* Tanti eſt Mariæ cultum negligere, Mariam non recipere.

Iudæorum Rex Herodes infantes occidit ab omni culpâ immunes. A ſuo Rege facilè ſæuitiam diſcere potuêre Iudæi, ſponte ad ſcelera proni. Ad Chriſti necem, Iudæorum inuidia Iudæos vrgebat; ſed calcar tàm nefando facinori addidit Regis crudeliſſimi exemplum: ad necem Innocentis prouocauit Iudæos Herodes, innocentium interfectione. Audiendus hic Photius: *Ex huiuſmodi imprudentiſſimâ internecione infantium, qui nullam ſibi concitare poterant inuidiam (quam enim inuidiæ cauſam nupergeniti infantes præbere valebant?) perſpicuè intelligi datur, quomodo Iudæorum gens Saluatorem beneficia exhibentem, incurabileſque curantem morbos, crucis ignominioſæque mortis damnauit ſupplicio; quum æquum fuiſſet pro impenſis beneficiis laudum rore perfundere, illuſtribuſque redimere coronis: Etenim, ſi innocentes, contra quos inuidia inſurgere nequibat, impiâ tamen trucidatione Rex Iudæorum peremit; quid non ſunt auſi, qui à rege ipſo ad cædes inſtructi fuerant, & præexcitati tantâ præſertim flagrantes inuidiâ?* Nullum adeò immane eſt ſcelus, ad quod ſubditorum malitia non rapiatur, ſi ſuperiorum exemplum præeat.

Non potuit Herodis crudelitas viuaciùs exprimi, quàm innocentium infantium cæde: ſi enim in adultos ſæuiſſet, leui bracchio adulatores, qui Principum ſcelera virtutis velamine operiunt, dixiſſent, iurè morti obiectos, qui ſe in varia crimina obiecerant: quod in infantibus locum non habebat. Pulchrè rem expendit Photius: *Si id occiſionis ſcelus in homines adultæ ediediſſet ætatis, facili negotio aſſentatores quaſdam commenti eſſent rationes, quibus perſuaderi poſſet eiuſmodi nefariam cædem iuſtè ab illo perpetratam, cum interfectos aſſererent, multorum reos eſſe facinorum: ſcelera autem impunita ſinere regem minimè decere. De hiſce verò infantulis nec fabularum impudentiſſimus ſtrator tale quid effingere, vel excogitare poterit, ideoque inexcuſabilis maniſeſtè apparet inhumanitas, & incredibilis ſæuitia mentis, linguæ, manuſque ſceleſta.* (Addit ſtatim idem auctor.) *Inſuper neceſſum erat, vt immolanda ante nouam, impollutamque victimam omnis actualis peccati eſſent experta, ne præſtantiſſimam victimam ſuo dedecorarent ſacrificio.* 144.

Defuncto autem Herode: ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto dicens: Surge & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Iſrael.

RVrſus Ioſephum Angelus alloquitur: cur non Mariam? An, vt & poſteri diſcerent, & cenſura iſta poſtea ſeruaretur; vt non viri à mulieribus, ſed mulieres à viris rerum agendarum documenta ſuſciperent? An, quia de itinere inſtituendo agebatur? hoc autem non mulierum negotium eſt, ſed virorum: illarum enim eſt domi ſe continere, & foras, niſi viro, aut neceſſitate iubente, non egredi. 145.

Monitus ab Angelo Ioſeph de regreſſu, nec ipſe exultaſſe refertur, nec Virgo. Non doluere abeuntes, nec inani exultant gaudio redituri. Iuſti animus ſemper idem, nec locorum varietate varius fit.

Iudæi Ægyptum relinquentes aurum, aurea vaſa, opes, diuitiaſque ſecum tulere. Ioſeph, ac Maria ab Ægypto diſcedere monentur: diſcedunt, ſed, opes, & diuitias ſecum tuliſſe, non legimus. Qui Chriſtum ſecum habet, omnes diuitias negligat, Satis diues, qui Chriſto adhæret. 146.

Vade, inquit Angelus ad Ioſeph, *in terram Iſrael.* Sed in quam? Cur non determinat in quam partem pergere debeat? An, vt ad dubitantem iterum reuertatur, quod poſtea fecit? Amant Angeli nos ſæpè inuiſere: quod ſemel poterat, bis monendo præſtitit; vt ex hoc colligeremus, quam libenter Angeli homines inuiſant, & inſtruant.

Deinde non nominauit Angelus aliquem locum determinatè, in quem ſe Ioſeph cum Ieſu, & Mariâ conferret; quia iterum eum inſtrui per An- 147.

gelum Deus volebat; vt ex frequenti colloquio cum Angelo maiori lætitiâ, gaudióque perfunderetur.

Inuiſere ſæpè, & alloqui Ioſephum cupiebat Angelus, vt eâdem occaſione Virginis aſpectu frui poſſet, eamque veneraretur: quotieſcumque enim Ioſephum inuiſebat, Mariam, & Ieſum venerabatur.

Rediens ex Ægypto, Ioſeph in Iudæam pergere cogitat; ſed aliter ab Angelo monetur. At cur Iudæam cogitat? An, quia hæc dignior regni pars? putabat enim tali puero non niſi, Ieroſolymis habitandum eſſe. Non alienum iſtuc. Addiderim, Iudæam potius cogitaſſe, vt ad templum iret, gratias Deo acturus. Sanctorum hominum hic mos: ſacra loca, prout eis licet, frequentant, & peculiaria eligunt habitacula non ob eorum opulentiam, & magnitudinem, ſed ob commodiorem Diuini cultûs & obſequij occaſionem.

Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

148. *Defuncti ſunt enim.* Vnius impij regis morte mori multi ſolent, ſuæ nimirum impietati, quam rex exemplo ſuo, & auxilio fouere ſolet, atque vt ita dicam, animare; Pulchrè Sanctus Paſchaſius: *Defuncti ſunt enim, inquit, qui quærebant animam pueri. Vbi rectè innuitur, quòd Rege crudeli extincto, complices eius illicò periere, qui pariter in necem Christi, inuidia, aut timoris, adulationiſve gratiâ tractauerunt.* Tantum vnius Imperantis prauitas in prauorum animos poteſt, vt illius interitus horum quoque interitus dicatur. Mori mali videntur, ſi fautores non habeant, inuitatoréſque ad malum.

Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæâ pro Herode Patre ſuo, timuit illò ire.

Cvr timuit? An in filio timebat patrem, quum plerumque patrum impietas tranſmittatur in filios? Ægrè improbi parentis probus filius eſt: ſugit quippè mores, quos in patre deprehendit. Gemino tenetur vinculo pater, vt litet probitati; & ſui causâ & nati: facilè quippè referet natus mores, & vitâ exprimet, quos viderit in Patre. Sed Archelai improbitatem fama prodiderat; alioquin non tam facilè ſuſpicio aliqua contra illum Sanctiſſimi Ioſephi inuaſiſſet mentem, qui longè (quùm iuſtus eſſet) ab aliis diiudicandis aberat. Neſciunt intra domûs limites ſe principis mores coërcere: in omnem partem effunduntur: ſi mali ſunt multos inficiunt: exemplo multos ad paria excitant, ſi probi. 149.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

CAPVT III. MATTHÆI.

Verſ. 1.

IN diebus autem illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ.

In diebus. a. *S. Hil. In diebus.*
Venit. *Ar. M. Accedit Vat. Aduenit. Fr. Luc. Adeſt. Auct. Prodit.*
Baptiſta. *Menoch. Baptizans. S. Hilar.* omittit.
Prædicans. *Syr. Prædicauit. Arab. Prædicando.*

Verſ. 2.

Et dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Regnum cælorum.

Et dicens. *Syr. Et dicebat, Arab. Dicendo.*
Pœnitentiam ag. *Tert. Pœnitentiam initote. Ar. M. Pœnitemini. Al. Pœnitentiam agite vita prioris.*
Appropinquauit en. *Ter. Iam enim ſalus nationibus adpropinquabit. Al. In propinquo eſt. Fr. Luc. Factum eſt propinquum. Goth. Appropinquabit.*

Verſ. 3.

Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas eius.

Dictus eſt. p. I. *Arab. In Iſaiâ, quando dicit. Pronunciatus ab Iſaiâ. Al. De quo dixit Iſaias. Fr. Lu. Prædictus.*
Parate. *Ar. M. Expedite. Ex Hebr. Complanate. Fr. Luc. Depurgate. Auct. Expeditam reddite.*
Viam. *Tert. Vias.*
Domini. *S. Iſid. Hiſp. Domino.*
Rectas. F. *Syr. Rectas facite.*

Verſ. 4.

Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre.

Veſtimentum. *Ar. M. indumentum. Pagn. Indumentum ſuum.*
Camelorum. *Pagn. Cameli.*
Pelliceam. *Vatab. Coriaceam. Arab. Pellis.*
Lumbos ſuos. *Ar. M. Lumbum ſuum.*
Eſca. a. e. e. *Pagn. Cibus autem eius erant. Clem. Alex. Comedebat enim.*
Locuſtæ. e. m. ſ. *Syr. Locuſta, & mel agreſte. Clem. Alex. Mel. & locuſtas.*

Verſ. 5.

Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.

Exibat. *Syr. exiuit. Arab. Exierunt. Pagn. Egrediebatur. Al. Egreſſa eſt.*
Regio. c. I. *Ar. M. Circumuicinia Iordanis. Syr. Ambiens Iordanem. Al. Vndique finitima Iordani. Fr. Luc. Circumiacens Iordani.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.

Baptizabantur. *S. Hilar. Baptizabantur omnes. Tert. Tingebantur.*

Verſ. 7.

Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à venturâ irâ?

Videns. *Pagn. Cùm vidiſſet.*
Progenies. *Syr. & S. Aug. Generatio. S. Hilar. Natio. Tert. Genimina. Franc. Luc. Fœtus.*
Demonſtrauit. *S. Auguſt. Oſtendit. S. Ambr. Demonſtrabit. Pagn. Submonſtrauit. Orig. Docuit. Syr. Indicauit. S. Hilar. Monſtrauit. Auct. Subindicauit.*
Vobis. *Orig. Vos.*
Venturâ. *S. Hier. Futurâ.*

Verſ. 8.

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

Fructum. d. p. *Syr. Fructus dignos pœnitentia. Al. Qui deceant pœnitentiam.*

Verſ. 9.

Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

Et ne velitis dicere. *Arab. Et ne glorie mini, & dicatis. Syr. & Caiet. Ne cogitetis. A. M. Ne arbitremini. Pagn. Ne ſitis illius opinionis. S. Hilar. Nolite proferre. Al. Ne ſitis hac mente. Fr. Luc. Ne putetis vobis dicendum.*
Intra. *Vos. Orig. Apud vos ipſos.*
Patrem. h. A. *Syr. Eſt nobis pater. Arab. Quòd pater noſter eſt Abraham.*
De lapidibus. i. *S. Epiph. è lapidibus.*
Quoniam. p. e. D. *Pagn. Quòd poſſit Deus.*
Suſcitare. *S. Cypr. Excitare. Al. Surgant.*
Filios. *Ar. Mont. Natos. Vat. Liberos. Al. Filij.*
Abrahæ. *Vat. Ipſi Abrahæ. Al. Abrahamo.*

Verſ. 10.

Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Iam enim ſecuris. *Ar. M. Iam verò & ſecuris.*
Poſita eſt. *Ar. M. Adiacet. Fr. Luc. Admota eſt. Auct. Conſtituta. Collocata eſt. Iacet.*
Facit. f. b. *Orig. Affert fructum.*
Excidetur. *Syr. & Ar. M. Exciditur.*
In ign. mit. *Sy. In ignem cadit. Ar. M. In ignem iacitur. Caiet. Mittitur in ignem.*

Verſ. 11.

Ego quidem baptizo vos in aquâ in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior mê eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.

In Pœnitentiam. *S. Hilar. Pœnitentia. Caiet. Ad pœnitentiam. Orig. Ad reſipiſcentiam.*
Venturus eſt. *Ar. M. Veniens. S. Hilar. Venit.*
Qui autem. *Orig. At ille, qui.*
Fortior. *Vat. Potentior.*
Dignus. *S. Cypr. Idoneus. Auct. Sufficiens.*
Calceamenta. p. *Orig. ſoluere calceamenta pedum eius. Vat. Vt calceamentis portem. Fr. Luc. ſolearum eius curam gerere.*
Baptizabit. *S. Cypr. Baptizat. S. Proſp. Baptizaturus eſt.*
In Spiritu ſancto. *Syr. In ſpiritu ſanctitatis. Caiet. Spiritu ſancto.*

Verſ. 12.

Cuius ventilabrum in manu ſuâ: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Cuius. v. i. m. *S. Cyp. Ferens palam in manu ſuâ. Ferens ventilabrum. Tert. Palam in manu ſuâ portat.*
Permundabit. *Syr. Repurgat. Arab. Mundabit. Al. Repurgabit. Auct. Expurgabit.*
Aream ſuam. *Syr. Areas ſuas.*
Congregabit. *S. Proſp. Recondet. Syr. Cogit.*
Triticum. *S. Proſp. Frumenta.*
In horreum. *S. Proſp. In horreo. Fr. Luc. In repoſitorium.*
Paleas. a. *Syr. Paleamque.*
Comburet. *Syr. Comburit. Pagn. Exuret. Fr. Luc. Affliget.*
Inextinguibili. *Fr. Luc. Inextincto.*

Verſ. 13.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 13.

Tunc venit IESVS à Galilæâ in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

Venit. *Pagn. Accedit.*
A Galilæa. *S. Hilar. In Galilaam.*
In Iordanem. *Caiet. Ad Iordanem.*
Vt baptizaretur. *Ar. M. Baptizari.*

Verſ. 14.

Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

Prohibebat eum. *Auct. Reſiſtebat ei. Fr. Luc. Arcebat.*
Debeo. *Ar. M. Vſum habeo. Syr. Neceſſe habeo. S. Epiph. Te opus habeo. Vat. Mihi opus eſt. Caiet. Opus habeo. Iac. Tir. Indigeo.*
Baptizari. *Pagn. Vt abs te baptizer. Iac. Tir. Baptiſmo tuo. S. Epiph.* omittit.

Verſ. 15.

Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Sine modò: ſic enim decet, nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum.

Reſpondens. a. I. *Syr. At ipſemet* IESVS *reſpondens.*
Sine. m. *Pagn. Omitte nunc. Ar. M. Sine interim.*
Decet. *Ar. M. Decens eſt nobis. Arab. Conuenit. S. Chrom. Oportet. Fr. Luc. Decorum eſt nobis. Auct. Dignum, & congruum eſt.*
Nos implere. *S. Aug. Vt impleatur. Arab. Perficere. Vat. Complere. Al. vt compleamus.*
Iuſtitiam. *Syr. Rectitudinem. Ar. M. Iuſtificationem.*
Dimiſit. *Pagn. Omittit. Ar. M. Dimittit. S. Proſp. Tunc tinxit eum.*

Verſ. 16.

Baptizatus autem IESVS, confeſtim aſcendit de aquâ. Et ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.

Confeſtim. *Syr. Statim. Pagn. Protinus.*
De aquâ. *Syr. Ex aquâ. Pagn. Ab aquâ.*
Ecce aperti. ſ. c. *Orig. Vidit cælos diuiſos.*
Vidit. *Syr. Suſpexit.*
Spiritum Dei. *S. Proſp. Spiritum ſanctum.*
Deſcendentem. ſ. c. & v. *Orig. In columba ſpecie venientem.*
Super ſe. *Ar. M. ſuper eum. Pagn. ſuper ipſum.*

Verſ. 17.

Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

De cælis. *S. Cyp. De nube. Caiet. De cælo.*
Hic eſt. *S. Eath. Tu es.*
Filius. m. *Menoch. Ille Filius meus.*
Dilectus. *S. Cyp. & S. Amb. Dilectiſſimus. S. Atha. Chariſſimus. Menoch. Ille dilectus.*
In quo. m. c. *S. Cyp. In quo benè ſenſi,* addit, *ipſum audite. S. Hier. Hanc audite. Pagn. In quo complacui. Menoch. In quo placui. Al. mihi complacitum eſt.*

CAPVT III.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Παραγίνεται quid. Doctoris eſt peccatoribus auxilium præbere. 150
Prædicator curare alios debet à morbo liber. 150
Gratia Dei annuntiator Dei gratia non careat. 151
Quò quis maior eò magis omnia tribuere gratiæ debet. 151
Laudis appetitu honoris tituli non quærendi. 151
Laxus, & lex ſimul non coaleſcunt. 152
Deſertum refert, qui Dei gratiâ eſt viduus. 152
In externo Dei cultu ne nimium fidas. 153
Vel leues maculas fugere Doctor debet. 153
Inter malos viuere & ſordes non contrahere difficile eſt. 154
Etiam exigua culpa carere ſtudet qui alios edocet. 154
Μετανοεῖτε, quid. Amens eſt qui poſt peccatum non currit ad pœnitentiam. 155
Totâ vitâ pœnitentia ineunda. 155
Malorum conſortium auocat à pœnitentia. 155
Pœnitentia non differenda. 156
Omnibus agenda pœnitentia. 156
Doctor, quod linguâ docet, doceat moribus. 156
Quantum à terra cælum, tantum à Iudæis Chriſtiani diſtare debent. 157
Pœnitentia regni cæleſtis clauis. 157
Solius pœnæ metu agenda pœnitentia non eſt. 158
Pœnitentia vis. 158
Cæleſtia bona non terrena ſpectat verus pœnitens. 159
Veri gaudij mater pœnitentia. 159

In diebus illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ.

VEnit Ioannes: ſed vnde? Non à regione longinquâ, ſed à ſolitariâ vitâ. Græcè pro *venit* 150.
eſt, παραγίνεται: verbum autem παραγίνομαι non ſolum aduenire ſignificat, ſed etiam *ſuccurrere, auxiliari*. Nempè Chriſti prædicator ad hoc ſolùm venire debet, vt peccatoribus ſuccurrat, & auxilium, quod

quod poteſt, periclitantibus offerat. Non famam, non gloriam, non lucrum ſpectet: in publicum prodeat, vt omnibus proſit.

Hoc verbum dicitur etiam de iis, qui ægrotis, & malè habentibus præſunt; Thucyd. παρεγένοντο νοσοῦντι *ægroto adfuerunt.* Adeſſe igitur, & aduenire Ioannes prædicaturus dicitur; vt intelligeremus, doctoris munus eſſe, aliorum infirmitatibus mederi, ita tamen vt ſanus ipſe ſit; alioquin ægrè ægris adeſt, qui eodem, aut grauiori laborat morbo.

151. Meritò Ioannes vocatur, qui Dei gratiam annunciaturus, quique pœnitentiam hominibus perſuaſurus erat. Ioannes *Dei gratia*, vel *in quo gratia Dei eſt* interpretatur: ergo gratiæ Dei annunciator, Dei gratiâ non careat.

Ioannes, gratia, interpretatur; de quo tamen dicitur, quòd *inter natos mulierum maior non ſurrexit.* Matth. 11. verſ. 11. vt vel nomine ipſe diceret: *Gratiâ Dei ſum id, quod ſum.* 1. Cor. 15. Quò quis ſanctior eſt, eò magis abeſſe debet, vt aliquid ſibi, ſuiſque meritis tribuat.

Matth. 11. 11.
1. Cor. 15. 10.

Baptiſtæ titulum à baptiſmo ſortitus eſt. Debebatur hic honor Chriſto, qui verior ſanctioris baptiſmi inſtitutor; præſertim, cum Ioánis baptiſmus breui eſſet tempore duraturus. Chriſti hinc humilitas colligitur, qui hunc honorem nuncio detulit, nec laudis appetitu tenebatur: arguuntur & mortales, qui perpetui nominis amore corripiuntur.

152. In deſerto prædicat Ioannes. Cur non in vrbe, vbi magna populi frequentia? In vrbibus opes, & deliciæ ſunt, quæ à deſerto abſunt. Ægrè ad pœnitentiam vocare homines potuiſſet, deliciis obrutos, & terrenarum rerum pondere graues, ad cælum euehere. Etiam lex in deſerto data eſt; quia in rerum mundanarum affluentiâ Diuinæ legis præcepta vix coaleſcere poſſunt. Semina in aquis radices non agunt: nec Dei lex in corde progerminat, quod deliciis innatat.

In deſerto Ioannes prædicat? & non deſertum homines referebant, diuina gratiâ vidui? *in deſerto prædicat Ioannes*, inquit, auctor ab aureo ore, *non in terra habitata eò, quod deſolatum adhuc eſſet humanum genus, ac necdum à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto inhabitaretur.* Nullum deſertum hoc deſerto ſqualidius, nullum cultu magis indignum.

153. Prædicat in ſolitudine, non in templo. At fors aliquis dicat: opportuniùs in Dei templo Dei verba prædicaſſet Ioannes: etiam loci ſanctitas aliquid ad fructum contuliſſet; ſanctior locus vrgere ad ſanctitatem ſolet. Noluit Ioannes: Iudæos à templo ad deſertum euocat; ne ſcilicet amplius externo Dei cultui fiderent, & ſacrificiis; ſed in Chriſti gratiâ fiduciam haberent. Diſce: vbique Dei templum fieri poteſt, etiam in deſerto. Externus Dei cultus externus eſt.

In Templi pinnaculum non audet Ioannes prædicaturus aſcendere; quia peccare ſaltem veniáliter poterat, & ideò coram Domino verecundiâ corriperetur vt aliqui notarunt; indicans talem ſanctitatem in eo, qui coram Deo in templo prædicat, requiri, vt omni vel leui maculâ, ſi fieri poſſet, careat. Audite verbi Diuini tractatores. Audite concionatores.

154. Fugit hominum conſortia Ioannes: in deſerto per triginta annos vixit: nempe mentem maculare timebat. Inter malos viuere, inter impuros, & ſordem aliquam non contrahere paucorum eſt. Malorum exemplar vitet, cui malum diſplicet: & ab impiis ſe ſubducat, qui eorum ſceleribus attaminari non vult.

Hominum conſuetudinem Ioannes vitat, non tantùm, vt maiora peccata non contraheret, ſed etiam ne minora; quia, alios ad pœnitentiam, rectamque virtutis ſemitam vocaturus, carere omni culpâ deberet, etiam exiguâ.

Dicens, pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum Cælorum.

155. PŒnitentiam agite. Græcè, μετανοεῖτε, quod verbum ſignificat etiam *ad mentem redire*; ac ſi amens, demenſque ſit, qui, cùm peccauerit, pœnitentiam non init.

Ad pœnitentiam Ioannes ſuos auditores vocat: Sed pende, quòd nulla temporis ſit mentio. Non dixit: *agite pœnitentiam per tres, aut quatuor dies*, ſed indefinitè: *agite pœnitentiam*; ac ſi diceret: tota vita veſtra perpetua pœnitentia ſit: nullum tempus, nulla ætas, nullus dies à pœnitentiæ operibus vacet: ne vacua, & inanis pœnitentia ſit.

Pœnitentiam ſuadet, ſed in deſerto: congruit loco, quod Doctor edocet: ægrè pœnitentiam in vrbe ſuaſiſſet, vbi malorum hominum conſortia, qui à pœnitentia alios auocant, & perditionis occaſionem aliis præbent.

156. Non dixit, *pœnitentiam agetis*, ſed, *agite*: pœnitentia enim differenda non eſt, ſed ſtatim obeunda. Videtur agere nolle, qui diù differt.

Nullum excipit, nullum excludit, omnes alloquitur: *agite pœnitentiam.* Nemo ſe ſeducat, putans non egere: fors magis hoc ipſo eget, quòd putat non egere.

Pœnitentiam agite. Ad pœnitentiam auditores ſuos vocat Ioannes; & quia hæc magis neceſſaria, & quia ipſe quoque verum pœnitentis habitum licèt innocens præferebat; Doctor id aliis prædicare præcipuè debet, quod ipſe præſtat: ne aliud lingua doceat, aliud moribus.

Docet pœnitentiam Ioannes; quia iuxta auditorum conditionem, ac ſtatum inſtituendus prædicatori ſermo eſt. Iniquos alloquebatur, qui pœnitentiâ indigebant; eos itaque ad pœnitentiam prouocat.

157. *Regnum cælorum* Hebræis tamquam terrenis terra promittebatur; nobis tanquam nihil terrenum ſapere debeamus regnum cælorum. Euangelij hoc priuilegium eſt; nam, vt ait Sanctus Chryſoſtomus, *Regnum cælorum nunquam legimus in lege. Vultis ſcire, quia Regnum cælorum in Euangelio tantum prædicatur? Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnum cælorum*, tantum à lege Euangelium diſtat, quantum à terra Cælum, & Iudæis Chriſtiani antiſtant, vt cælum terræ.

Regnum Cælorum cum pœnitentiâ iungit, hôc nexu docens, pœnitentiâ Cælorum regnum acquiri, & adiri, vt non incongruè pœnitentia regni cæleſtis clauis dici queat.

158. Subdit ſtatim, *appropinquabit*, ſeù, vt correctiores codices habent, *appropinquauit enim Regnum Cælorum.* Per quod oſtenditur, non ſolius pœnæ metu agendam pœnitentiam eſſe, ſed Chriſti, eiuſque conſortij deſiderio, & amore.

Sed, cur potiùs dixit? *Cælorum regnum appropinquabit*, quàm, *vos regno Cælorum appropinquabitis.* An, vt pœnitentiæ virtutem oſtendat, quæ tam facilem ſalutis viam reddit, vt cælum quoque cultoribus ſuis vicinum reddat, adimens adeundi laborem? Per regnú Cælorum, ipſe etiam Chriſtus, per quem regni Cæleſtis hæredes cõſtituimur, intelligitur; vel Euangeliú, quod nobis Chriſtus proponitur.

Non

159. Non opes,non diuitias, non terrenas dignitates pœnitentibus offert: regni Cælorum tantùm meminit, Fatuus eſt, qui aliò ſpectat, dùm prauam viam deſerit,ad Deum per pœnitentiam redit.

Veri, ſolidique gaudij mater pœnitentia eſt;per eam quippè Cælorum regnum appropinquat. Huc allici Apoſtoli verba poſſunt:*Non eſt Regnum Dei, eſca, & potus; ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in*
Rom.14.17. *Spiritu ſancto.* Rom.14. His omnibus donatur,qui contrito corde pœnitentiam init.

SECTIO II.

Sola iuſti memoria abſtergere triſtitiam poteſt. 160
Vera conſolationis mater pœnitentia. Expenſus Iſaias. 160
Chriſti prædicator totus vox, non ore ſed toto corpore ad Chriſtum vocat. 161
Doctor amet non videri. 161
Nihil ſibi Doctor tribuat, ſed totum Deo,vt vox dicatur. 162
Vbique via Domino paranda. 162
Rerum minimarum cura. Tactus Dauid. 162
Via Dei ambulando paratur. 163
Profectus in Dei via. 163
Recta via non eſt ſi noſtra per propriam voluntatem ſit. 164
Noſtrorum operum finis Deus tantùm. 164
Recta in operibus intentio. 165
Recta via breuior,& commodior. 165
Longas moras Chriſtus non amat. 165
Verba nuda rectam viam non efficiunt. 165

Hic eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto,parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

160. Signatè ait, *hic:* de quo ſcilicèt tanta Deo cura, vt voluerit per Prophetam prænunciari. Vidit Euangelicus propheta Iſaias noſtra hæc tempora, & lugentes conſulatur,venturi Ioannis prædictione: Sola iuſti memoria abſtergere triſtitiam omnem poteſt,omnem mærorem abolere.

Ait Iſaias cap.40.verſ.1. *Conſolamini, conſolamini,popule meus,dicit Deus veſter;*deinde ſubdit:*Vox*
Iſa. 40.1. & v.6. *clamantis in deſerto: parate viam Domini.* Itane conſolatione populum perfundi Propheta vult; & illum ſtatim annuntiat, qui aſperam pœnitentiæ docturus viam erat, & ſeuerè peccantes arguiturus? Diſce, veræ conſolationis matrem pœnitentiam eſſe, & benè cum internâ mentis ſuauitate, atque dulcedine pœnitentiæ actus cohærere:ſcilicet conſolatione verâ mens afficitur, cum lubens pœnitentiæ occurrit, in eiuſque ſinum ſe recepit, vt iure Deus per Prophetam ſimùl dixerit: *conſolamini,conſolamini, populo meus*, & ſtatim Ioannis aduentûs meminerit, qui pœnitentiæ viam docere debebat; quia veræ conſolationis fons in anima, quæ peccauit, pœnitentia eſt. Diſce: lætum, fauſtumque nuntium cenſeri debet, cum nobis,ineundam pœnitentiam,prædicitur.

161. Vox Ioannes dicitur, quaſi nihil aliud eſſet in eo,niſi vox. Diſce: hanc veri prædicatoris notam eſſe, vt totus quodammodo ſit vox, & inceſſu, veſtitu, operibuſque omnes ad ſalutis viam vocet non minus, quàm verbis. Vox dici non meretur, qui verbis tantùm diues, rebus, operibuſque non clamat. Vox Doctor quilibet eſſe debet, vt omnia, quæ viderint in eo, auditores ad Chriſtum alliciant,& inuitent.

Vox auditur, ſed non videtur: ita & Doctor adeò abeſſe ab hominibus, & à vulgo ſe ſubducere debet, vt ferè non videatur. Amet ſaltem non videri,nec digito oſtendi.

Non ſe ipſam format vox; ſed aliunde forma- 162.
tur ab aliâ virtute.Iurè Ioannes vox dicitur, quia à ſe ipſo non erat, ſed à Chriſto, cuius ſpiritu plenus alios vocabat ad pœnitentiam. Vox, ille, Doctor, dici non debet, qui ſibi totum, quod loquitur, tribuit; qui Chriſti ſpiritum, vt alios ad bonum inhortetur,nec habet,nec poſtulat.

Parate, inquit, *viam Domini*, ſed vbi paranda non explicat.An,quia vbiquè paranda Domini via eſt;in mentibus,in operibus,in ſermonibus?

Etiam minima Dei præcepta ſeruare debet, qui conuertitur ad Deum:hinc eſt quòd clamare dicitur Ioannes: *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Parum eſt præcipuorum mandatorum viam parare,niſi rectas quoque rerum minimarum ſemitas faciamus: etiam Regius Propheta dicebat:
Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas Pſal.24.4.
*edoce me.*Pſal.24.verſ.4.

*Parate viam Domini.*Cur non dixit,*ambulate in* 163.
via Domini? an quia ambulando paratur,& parari ſemper debet, quia ſemper ambulare debemus? Scitè Guarricus: *Via Domini, fratres, quam parare iubemur,ambulando paratur,parando ambulatur,&, licèt multum profeceritis in eâ, ſemper tamen vobis reſtat paranda.* Nemo ſiſtat, nemo torpeat; nouus profectus non terminus præteriti ſit, ſed gradus futuri.

Semita anguſtior via:rectus,ordo à viâ ad ſemitas; quia ſemper, quæ ſunt perfectiora, perficienda nobis ſunt; &, quò magis in ſalutis viâ progredimur,eò magis ſeruare etiam minima quæque debemus. Plerique contra agunt:à ſemitis incipiunt: anguſtum, aſperumque vitæ genus primò arripiunt; deinde latam remiſſæ vitæ viam,rationemque ineunt.

Viam Domini ait parandam,eiuſque ſemitas re- 164.
ctas faciendas: cur potius non ait? *Viam veſtram parate, & ſemitas veſtras rectas facite.* Quia recta via non eſt, quæ noſtra per propriam voluntatem ſit: rectæ ſemitæ non ſunt, ſi noſtræ ſint. Cauere debemus, ne nobis illud propheticum conueniat:
Ibunt in adinuentionibus ſuis. Pſal.80.verſ.13.quod Pſal.80.13.
ingentis comminationis loco habendum eſt.

Via *Domini* paranda dicitur, licèt noſtra etiam ſit; quia via à termino denominatur: ergo noſtræ omnes viæ, noſtræque ſemitæ, Domini dicuntur, quia Dominum tantùm reſpiciunt, nihil præterea. Via, quam perambulamus, Domini erit; ſi omnia, quæ agemus, Deum ſpectent, vt operum noſtrorum finis Deus,Deique gloria ſit.

Rectas, inquit, *facite ſemitas eius.* Dei ſemitæ, 165.
eius mandata ſunt: rectæ fiunt ſemitæ, cum non tantùm externo opere adimplentur mandata, ſed animo quoque, & rectâ mentis intentione; cum non ſpe laudis ducimur in operando, ſed vt Deo tantum placeamus.

Breuiſſimum eſt, quod rectum: longior via, ac difficilior,quæ flexuoſa. Vis commmodè per viam pergere?rectam eligere, à ſemitis abſtine flexuoſis. Rectas eſſe ſemitas vult Chriſtus:citò vult nos abſoluere,quod incepimus: non longas amat moras, nec viæ flexus, qui à viæ termino nos auocent. *Rectas facite*:non ait:*rectas dicite.* Nuda verba rectam viam non efficiunt: requiruntur & opera.

SECTIO

SECTIO III.

Etiam ſanctus à pœnitentia operibus non abhorret. 166
Qui ad grandia, aſperaque alios vocat deliciis non innatet. Expenſus locus Exodi. 166
Prædicatorum afflictio diuitum exitium. 167
Diuitum opes iuſtorum cruciatus. 167
Vel nudus iuſti habitus vtilia monita exhibet. 167.
Iuſtus ſemper ad bonum opus promptus eſſe debet. 168
Laboris amicus ſit, qui alios ad Chriſtum trahere ſtudet. 168
Mortis memoria caſtitas munienda. 169
Aſſidua mortis cogitatio. 169
Theſaurus in mortis meditatione. 170
Diuini Verbi tractator promptus ad omne opus bonum ſit. 170
Corporis afflictio animæ robur eſt. Prouerbiorum locus. 171
Caſtitas Prædicatoris ornamentum. 171
Abſtinentia, & caſtimonia nexus. 172
Contemplationis mel in ſolitudine reperitur. 172
Quis apparatus neceſſarius, vt Chriſto occurramus. 173
Amara mundi dulcedo expectantibus Chriſtum. 173
Puritas & pœnitentia ad ſacram Euchariſtiam. 174
Obuiis cibis vti debet, qui Chriſtum ſequitur. 174

Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſylueſtre.

166. SVam, *τὸ ipſe*, emphaſim habet; ac ſi diceret: Ipſe, qui tantæ ſanctitatis fuit ab infantiâ, ipſe, qui priùs ſanctus fuit, quàm natus; ipſe, quem Scriptura commendat, commendauit & Angelus; ipſe, quo nullus maior inter natos mulierum exſtitit; ipſe tàm magnus, tàm ſanctus, tàm inſolitam pœnitentiæ iniuit viam, vt veſtimentum de pilis camelorum haberet, & eſca eius eſſent locuſtæ, ac mel ſilueſtre. Hinc colligant peccatores, quid præſtare in peccatorum pœnitentiâ debeant, cum innocens Ioannes, adeò aſperam vitam duxerit.

Exterior Ioannis habitus interiorem ſanctitatem indicat. Ad pœnitentiam vocauerat; præfert pœnitentiæ characteres, & notas: ægrè quis aſperum vitæ genus. aliis ſuadeat, ſi deliciis innatet, mollibus veſtiatur. In rubo Deus Moyſi loquitur, iubens, vt calceamenta ſolueret, & in Ægyptum, populum à Pharaonis Tyrannide liberaturus, iret.
Exod. 3. Exod. 3. Rectè in ſpinis, ruboque apparet; vel ſitu, & habitu edocens, ad grandia, difficillimaque alios vocantes, debere delicias relinquere, ac blandimenta, ſpiniſque non roſis inſidere. Hoc Ioannes fecit: ad pœnitentiam alios inhortans, pœnitentiæ habitum induit; ne dura aliis imponeret, ipſe mollibus difflueret. Ioannem imitetur quiſquis Ioannis officio fungitur pœnitentiam prædicans.

167. Camelorum pili Ioannem torquent, & affligunt: non caret hæc res myſterio. Cameli diuites ſignificant, vt colligitur ex illo Matthæi 19. verſ.
Matth. 19. 24. 24. *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuites intrare in Regnum Cœlorum.* Camelorum pili, diuitum ſuperflua ſunt. Igitur affligens carnem ſuam pilis camelorum, indicat, quòd Prædicator debet animam ſuam affligere, videns diuites habere tot ſuperflua, & propterea ad perditionem ire.

Camelorum pilis Dei ſeruus torquetur; quia hoc ferè accidit, vt potentes, diuiteſque ſuis opibus, ſuis diuitiis Dei ſeruos infeſtent, & moleſtiâ pauperes afficiant.

De pilis camelorum. Animi virtutem corporis habitus loquebatur. In camelorum pilis ſuam deformitatem cogitare poterant Hebræi; pulchrè auctor ab aureo ſermone: *Ipſe Ioannes habebat veſtimentum* de pilis camelorum. *Potuit de caprarum, ſed cilicio opus non erat: ſed accepit tortuoſiſſimis pilos ammantis, nihil habentis recti, nihil gratiæ, nihil decoris, quem natura dedit labori duro, addixit magno ponderi, extrema tradidit ſeruituti, talis pœnitentiæ magiſter indui debuit veſtimento: vt, qui à recti detorſerant diſciplina, & deformes ſe totos formis reddiderant peccatorum, magnis pœnitentiæ ſarcinis ſubderentur:* vel nudus iuſti habitus vtilia non iuſtis monita exhibet; loquuntur bonorum veſtes, etſi non loquantur.

Zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Iure cinctus 168.
exhibetur, qui ad bona opera ſemper eſt promptus. *Omnes ſancti*, Theophylacti ſunt verba ad hæc verba, *introducuntur à ſcriptura cincti; velut in opere ſemper exiſtentes; negligentes autem, & delicati non cinguntur, vt nunc Saraceni.* Nihil flaccidum, nihil ſolutum in Dei ſeruis eſſe debet; alieni ab omni torpore, torpentiſque habitu ſunt; ſoliciti ad bona opera ſunt.

Zonâ vſus fuit Ioannes, in hoc quoque aliis, eiſque magnis ſanctis par. *Et cur*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *etiam zonâ vſus refertur? Mos iſte apud antiquos vigebat, priuſquam in mollem iſtum, ac fluidum habitum laberentur; ſic itaque & Petrus cinctus inuenitur, & Paulus, Helias quoque, quod ſcilicet in iugi opere verſabantur; ſed vt omnem quoque ſuperbiendi rationem conculcarent, ſeque ad omnem laborem, ipſe quoque habitu, præpararent.* Laboris amicus eſſe debet, qui ſuo exemplo ad Chriſtum alios quærit allicere.

Zonam pelliceam ſuper lumbos geſtat Ioan- 169.
nes: hoc quoque ad cautionem noſtram. Lumbos reſtringere eſt carnis licentiam comprimere & carnalium cogitationum motus coërcere. Sed cur zonam, eamque pelliceam adhibet? Pellis animalis mortui mortis indicium eſt: pellem in lumbis habet, qui mortis memoriâ caſtitatem ſeruat: nihil enim adeo cingit lumbos, & luxuriam coërcet, quàm aſſidua mortis cogitatio. Ambiat nos ſepulchri memoria, & facile hac veluti quodam cingulo, & zonâ carnis luxuria conſtringetur, & coarctabitur.

Zonâ pelliceâ cingitur, quia mortis cogitatio diuturna, & aſſidua eſſe debet: arctè inſidere memoriæ hæc cogitatio debet, ſicut & zona corpori
adhæret, cui adſtringitur. Hinc illud: *ſicut zona,* Pſal. 108. 19.
qua ſemper præcingitur. Pſal. 108. verſ. 19.

In zonis olim æs, aurumque ſeruari conſueue- 170.
rat. Hinc illud Chriſti apud Matth. 10. verſ. 9. *Noli-* Matth. 10. 9.
te poſſidere aurum, neque pecuniam in zonis veſtris. Geſta pelliceam zonam: mortis memoriam vbique circumfer; & pretioſiores opes in hac zonâ reperies, veræ ſapientiæ aurum tibi coaceruabis, denique theſaurum in mortis cogitatione inuenies.

Zona veſtes defluentes in vnum colligit, & ad opera promptum, ac paratum reddit: talem decet eſſe Diuini verbi tractatorem, vt promptus ad ea

obeunda ſit, quæ aliis præſtanda oſtendit. Zonæ præcinctio, efficax eſt in omne opus bonum apparatus, vt ad omne miniſterium Diuinæ voluntatis cingulo ſimus adſtricti.

171. De muliere illâ forti ſcribitur Prou. 31. *Accinxit*
Prou. 31.17. *fortitudine lumbos ſuos.* Cur idem Ioannes non præſtitit potiùs quàm zonâ pelliceâ lumbos torquere, atque conſtringere? Præſtitit; quia corporis afflictio robur, ac fortitudinem animæ tribuit; &, vbi caro comprimitur, fortior mens euadit, euadit & corpus. Elumbis, imbecillis, ac mollis veſtium mollitie animus fit: firmatur indumentorum duritie, & aſperitate.

Lumbos ſuos zonâ pelliceâ Ioannes comprimit: ſtatim vel habitu indicans, nihil adeò decere Diuini verbi prædicatorem, quàm caſtitatis, puritatiſque cuſtodiam. Indignus prædicatoris munere eſt, qui caſtitatis cultor non eſt.

172. Sed verborum nexum nota: poſt zonam pelliceam cibi quoque mentio fit, qui non ſolùm obuius, & frugalis, ſed ferè ab hominis guſtu alienus: locuſtis veſcitur, melleque ſylueſtri: vt ita nos doceret, qui comprimere puritatis amore carnis ſtimulos vult abſtinentiâ quoque vti debere: parum eſt pelliceam zonam ad caſtimoniam vti, niſi temperantia in cibo, potuque ſeruetur.

Tàm aſperam in deſerto ducit vitam Ioannes; ſed tamen mel ſylueſtre comedebat: non puto hoc vacare myſterio. Mel contemplationis guſtum ſignificat: quòd ſylueſtre eſt; quia ferè in ſolitudine reperitur, ac in receſſu. Mel Ioannes edit; quia pœnitenti, dura quæque & aſpera, dulcia ſunt, & Diuinæ conſolationis melle condiuntur.

173. Quæ te mens, ô Sanctiſſime Ioannes, tàm duræ vitæ generi addixit? Quid te contra teipſum adeò rigidum fecit, vt hominum conſortia vitares, & carnis afflictiones amares? Scio: in deſerto tam duram egiſti vitam, vt purus puriſſimo Chriſto occurreres. Quid nos agere decet, qui non occurrimus tantùm Chriſto ſicut Ioannes, ſed eum intra nos ſumimus; quod in Euchariſtici panis ſumptione fit? Vel à Ioannis vitâ diſce, qualis Amori tuo occurrere debeas, & quæ, vt illi dignè occurras, præmittenda, tibi ſint.

Viluerat Ioanni mundus cum ſuis blanditiis, & illecebris; quia Chriſtum expectabat, amabat Chriſtum. Nempè amara quælibet terrena dulcedo eſt his, qui Chriſtum expectant, & occurrere Chriſto cogitant.

174. Tantâ vitæ aſperitate purum ſe, & immaculatum in deſerto ſeruauit Domini Præcurſor; quia, qui debebat aquis abluere Saluatorem, abeſſe ab omni peccati maculâ par erat. Triginta, & amplius annos, ſe parat tacturus Chriſtum: deſidiam noſtram arguit, qui non tangimus tantùm Chriſti corpus, ſed illud comedimus; nec tamen puritati ſtudemus, pœnitentiæ opera non præmittimus.

Locuſtis veſcitur Ioannes, melleque ſylueſtri; credo & eſcis aſperioribus adhuc eſſet vſus, ſi obuij fuiſſent; benè Galfridus. *Veſcebatur autem Locuſtis, & melle ſylueſtri. Eis nimirum cibariis, quæ ad manum erant, in quibus conuenienter inſtruimur, vt his quæ faciliùs, & propinquiùs ad vſus noſtros occurrunt contenti ſimus. Noluit etiam egredi locum ſolitudinis, vt mutaret pani dulcedinem mellis; quia malè vnius dulcedinis delectio fugitur, dum, aſperitatis intuitu, in grauioris caſus periculum feſtinatur.* A Ioannis mente, mente abeunt, qui, obuiis cibis neglectis, eos quærunt, qui obuij minimè ſunt.

SECTIO IV.

Ioannis ſanctitas quàm eximia. 175
Vita & exempli vis maior, quàm verborum. 175
Peccati occaſio relinquenda. 176
A prauis affectibus pœnitens abeat. 176
Magna exempli boni vis ad bonum. 176
Digni pœnitentia fructus vt producendi. 176
Vtilis diuini Iudicij cogitatio. 177
Cunctatio omnis amputanda, vbi de anima ſalute agitur. 177
Magna reprehenſione dignus qui pœnitentiam ſimulat. 178
Religioſi viri vbi ceciderunt difficilè reſipiſcunt. 178
Ægrè ab aliis diſcit qui alios edocet. 179
Superbi potiùs perire volunt, quàm ab aliis conſilium petere. 179
Difficile ad Deum conuertitur, qui iuſtos proſcindit. 180
Ab eo qui futuram vitam non cogitat nihil boni ſperare poſſumus. 180
Superbus & iactabundus ægrè ſalutis viam inuenit. 181
ὑπὲρ ἀξίαν quid. Cautio in magnis, doctiſque monendis. 181
Rectè alios monet, qui ſui exemplum præbet. 182
Malè à parentibus informatus ægrè dediſcere malos mores poteſt. 182

Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem; & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.

OMnes exeunt, vt Ioannem viderent. Tàm ſublimis, ac ſingularis ſanctitas, apparuit in Ioanne, vt nullus, quantumcumque eſſet iuſtus, ſe iuſtum in præcurſoris comparatione putaret; & ideò omnes ad eum currunt, eius ſanctitatis magnitudine tracti. 175.

Vim magnam habet illud, *Tunc.* Senſus eſt: cum non clamaret ſolùm pœnitentiam Ioannes, ſed vitæ genere, victus, ac veſtitus aſperitate etiam referret (plus quippe reſonabat eius conuerſatio quàm vox) *Tunc* exibant ad eum populi. *Quia* nihil eſt, quod magis ad bonum malos alliciat, ad virtutem impios attrahat, quàm Doctoris exemplum. Dixiſſet tantùm Ioannes: *Pœnitentiam agite*, & pœnitentiæ exemplar ipſe non fuiſſet; pauci ad ipſum perrexiſſent.

Exire verò dicuntur, vt abluerentur; quia, qui præteritæ vitæ ſordes abſtergere vult, debet à peccandi occaſione recedere. Salutem ſuam non amat, qui prauorum conſortia non relinquit. 176.

Non habes vnde exeas? exi à te ipſo; vt verbum Dei fructum in te faciat: vitæ veteris veſtigia deſere, à prauis affectibus abi.

Tunc exibat. Magna exempli boni ad bonum vis etiam in malos. Recenſitâ Ioannis pœnitentiâ, ad eum multos exiiſſe narrat Euangeliſta; nimirum, vt ait auctor ſub nomine Chryſoſtomi, *amplius reſonabat conuerſatio vitæ eius in Eremo, quàm vox clamoris ipſius*: maior operis vox eſt, quàm oris; & ſpectatores plus ferit, quod vident in dicente, quàm quod audiunt; voce ad pœnitentiam omnes vocabat Ioannes, ſed exemplum voce efficacius fuit.

Quòd in Iordane baptizabantur, nec myſterio, nec compendio caret. Nomen interpretare & vtile 177.
monitum

monitum habes. Iordanis, *fluius Iudicij*, interpretatur. Dei iudicium cogita, & maculas abſterges, peccata confiteri non erubeſces.

Accedentes baptizaturus, Ioannes iuxta flumina verſabatur, ferè circa Iordanem manebat. Vtile ſtatio iſta monitum exhibet. Abluiturus ad pœnitentiam peccatores, ab aquis non diſtabat, vt ſtatim, qui conuertebantur, baptizarentur: differri baptiſmum nolebat, ne poſtea nmitteretur: cunctatio omnis amputanda, mora omnis amolienda vbi de animæ agitur ſalute.

Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad Baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum; quis demonſtrauit vobis fugere à venturâ irâ?

178. CVr tàm acriter in Phariſæos inuehitur, & in Sadducæos, tamque acribus eos excipit verbis? quod feciſſe non legitur, cum omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem ad eum exibat, vt ab ipſo baptizarentur? Et hi criminibus oppleti erant, ſceleribus onuſti; nec tàm durè arguuntur, ſicut Phariſæi, ac Sadducæi. Cur ita? Quia peccauerat plebs, populuſque, & dolentes ad pœnitentiam accedebant: Iſti verò accedunt fictè, iuſtitiam ſimulant. Maiori reprehenſione dignus, qui, cum malus ſit, ſimulato animo ad pœnitentiam it; quàm is, qui licèt magna commiſerit, ex animo tamen, veroque animi dolore ad pœnitentiam currit.

Porrò miratur vehementer Ioannes; quis Phariſæos, & Sadducæos docuerit à venturâ ira fugere: *quis*, inquit, *demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?* Non miratus eſt, cum alij ex populo accederent, indicans, difficillimum eſſe, homines religioſos, ſi mali ſint, & de ſanctitatis culmine ceciderint, ad ſanctimoniam reuocari. Phariſæi, & Sadducæi Religioſi habebantur: ſcilicet admiratione dignum eſt, Eccleſiaſticos viros ſemel lapſos, & in malo aſſueros, prauæ vitæ mores relinquere, ad priorem puritatem redire.

179. Difficile videbatur Ioanni, ſalutis viam didiciſſe Phariſæos, & Sadducæos, quia aliorum Doctores erant. Quis docere eos potuit, qui docebant alios? Scilicet ægrè ſalutis viam diſcere ab aliis poteſt, aut vult, qui docere alios didicit, non doceri ab aliis. Hinc eſt, quòd ad Deum faciliùs idiotæ conuertantur, quàm ſcioli, & qui ſibi ſapientes eſſe videntur; quales noſtri temporis, imo & omnis æui, hæretici.

Turbas legimus Dei timore tactas interrogaſſe. Luc. 3. 10. Luc. 3. 10. *Interrogabant eum.* (Ioannem,) *turbæ dicentes: quid ergo faciemus?* Interrogabant publicani venientes, vt baptizarentur; & dicebant: *Magiſter quid faciemus?* Luc. 3. 12. Interrogabant & milites dicentes: *Quid faciemus & nos?* ibid verſ. 14. Omnes Ioannem conſulunt. Phariſæi nuſquam interrogaſſe leguntur, nec dixiſſe: *quid faciemus?* Hoc ab eorum ſuperbiâ naſcebatur: videbantur ſibi iuſti, cæteros aſpernabantur, perire potiùs volebant, quàm ab aliis humiliter conſilium petere. Tantùm propriæ ſaluti inimica ſuperbia eſt.

Luc 3. 12.
Luc. 3. 14.

180. Mirum eſt, vitæ viam illis oſtenſam, qui viperarum genimina dicuntur. *Progenies*, inquit, *viperarum; quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?* Viperæ autem dicuntur, quia calumniabantur, & mordebant viros ſanctos. Iurè ergò miratur Ioannes, potuiſſe ab aliquo cognoſcere Diuinæ iræ fugiendæ rationem; quùm, qui aliis oblatrat, Dei ſeruos proſcindit, & odiô, ac irâ vipera eſt, difficilè conuerti ad Deum poſſit, & Diuinæ legis præſcripta edoceri, eaque ſeruare.

De Sadducæis peculiaris admirationis ratio eſt; hi enim mortuorum reſurrectionem negabant. Mirum eſt, vt qui ſeculum futurum negat, timeat futuram iram. Difficile eſt, vt ab eo aliquid boni eſſe poſſit, qui futuram vitam non ſperat, nec mortuorum reſurrectionem credit, aut certè altè eius animo hæc fides non inſidet, quippè qui mortuam fidem de mortuorum reſurrectione habeat. Ab eo, qui futuram vitam non cogitat, nihil boni ſperare poſſumus; minùs, ſi eam impiè non credat.

Ægrè ſuperbus, & qui aliis ſe præfert, ſalutis viam inuenire poteſt: tales Phariſæi erant, qui cæteris ſe tumide præferebant, & aliis ſanctitate antiſtare ſe putabant: hinc illæ illius voces. *Non ſum, ſicut cæteri hominum.* Luc. 18. verſ. 11. Iurè igitur miratur Ioannes, vitæ viam diſcere Phariſæos potuiſſe, qui, tàm tumidi, ſuarum rerum iactatores erant; qui alios ſanctitate excellere non exiſtimabant tantùm; ſed etiam ob id ſe palam iactabant. Prodigij ſcilicet loco habendum eſt, huiuſmodi homines inflatos, & inanis ſanctitatis iactantiâ tumidos, ſalutis viam noſſe, & notam inire poſſe, ac premere. 181.

Luc. 18. 11.

Quis demonſtrauit vobis. Græcè, τὶς ὑπέδειξε à verbo, ὑποδεικνύω, quod eſt *ſubindicare*, ac *clam docere, & commonſtrare.* Magni, & docti, cum monendi, & arguendi, clam id fieri, & ſubobſcure ſolet, tanquam aliud ageretur; ne in iram proſiliant, & monentem reiiciant. Fecit iſtuc Natan, Dauidis peccatum arguens.

Præterea verbum, ὑποδεικνύω, ſignificat etiam *exemplum præbere.* Scilicet rectè Doctor à venturâ irâ fugere ſuos auditores docet, cum ſui exemplum præbet, nec verbîs tantùm prædicat, ſed vitâ, moribúſque, ſicut fecit Ioannes.

Progeniem viperarum Phariſæos, & Sadducæos vocat: deinde admiratur, & quærit, quis eis viam rectam indicauerit, quâ ab irâ venturâ fugerent; indicans, mirum, inſolenſque eſſe, ſi à malis parentibus genitus, & venenatâ inſtructione infectus ad rectam viam redeat, & rectè docenti aurem præbeat. Pende, quantam in filiorum animis parentum informatio, & inſtructio vim habeat, & quàm difficilè nati malum euomant, quod ab impiorum parentum moribus, verbiſque biberunt.

SECTIO V.

Ira diuina cogitatio plenam pœnitentiam ſuadet. 183
Pœnitentia continuata, & in Deum directa. 183
Fructus pœnitentiæ pomis gomorrhæis ſimiles non ſint. 183
Pœnitentiæ fructus omnia membra, & omnes animæ facultates producant. 184
Vera pœnitentia ſtatim fructus parturit, nuda deſideria non habet. 184
In pœnitentia nuda verba non ſufficiunt. 185
Deo tantùm pœnitentiæ fructus offerendi. 185
Pœnitentia diuturna ſit. 186
Timor, & ambitio à verâ pœnitentiâ auocat. 187
Inglorius erit, qui parentum ſuorum gloriam oſtentat. 187
Prauorum temeritas, qui de parentum ſanguine gloriantur, ab illis degeneres. 187
Baptiſmi aquâ ex lapidibus filij Abrahæ homines fiunt. 188

Poſt baptiſmum quamlibet formam induere homines debent licet alioquin lapidei. 188
Sacerdotibus ſe ſubmittere, eoſque venerari quàm vtile. Tabem Ioſue. 189
Euchariſtia veneratio. 189
Lapides refert, qui lapides colit. 190
Κατα quid. *Dei Beneficiis qui non flectitur, iudicij ſeuerum ſentiet.* 191
Supplicij commutatio ingens beneficium. 192
Sue quiſque perditionis auctor. 192
Mors eò magis ſæuit, quò longiùs abeſſe putatur. 193
Vitiorum origines amputandæ. 193
Supplicium, quod peccatoribus imminet, quàm timendum. 194
Homo ſemper fini proximus. 194
Mortis cogitatio quàm vtilis. 195
Venturi ſupplicij timor ad meliorem frugem homines reuocat. 195
Quàm grauis pœna malis immineat. 196

Facite ergò fructum dignum pœnitentiæ.

183. SVperiùs dixerat, *pœnitentiam agite*; nunc dignum pœnitentiæ fructum requirit. Diuinæ iræ mentionem fecerat, Diuinique iudicij in illis verbis, *quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?* non mirum, ſi dignum pœnitentiæ fructum exigat; cum plenam, ac perfectam pœnitentiam ſuadeat ipſius iræ Diuinæ cogitatio, & ab eâ ſe ſubducendi deſiderium.

Luc. 3.8. *Dignum pœnitentiæ*, ait Sanctus Matthæus. *Dignos pœnitentiæ fructus*, ait Sanctus Lucas cap. 3.8. Et multi fructus ſint, & vnus: multi, operum bonorum copiâ: vnus, vel operandi continuatione, vel purâ in vnum Deum directione.

Ex fructu arbor cognoſcitur, & ex pœnitentiæ fructibus vera pœnitentia deprehenditur: cauendum eſt, ne hi fructus pomis Gomorrhæis ſint ſimiles; illa enim in extima ſuperficie pulchra, ſapidaque videbantur; vix tacta in vagum puluerem conuertebantur. Ita plerumque in pœnitentiæ, cæterarumque virtutum fructibus accidit: toti fauillacei ſunt, & licèt bonitatem, ac ſaporem externâ quadam ſuperficie præſeferant, ſi propiùs contrectentur, in cinerem, pulueremque abeunt.

184. In Diuinis litteris & fructum oris habemus.
Prou. 12.14. & c. 15.20. Prouerb. 12.14. *De fructu oris tui.* & cap. 18. verſ. 20. *De fructu oris viri.* Habemus & fructus manus.
Prou. 31. Prou. 31. verſ. 31. *Date ei de fructu manuum ſuarum.* Denique habemus etiam fructum cogitationis.
Ier. 6.15. Ier. 6.19. *Fructum cogitationum eius.* Cum de pœnitentiæ fructibus agitur, à quo prodire hi fructus debeant, non explicatur. Meritò; quia, vt ore, manibus, membriſque omnibus peccauimus, ſic pœnitentiæ opera membra omnia debent producere, omnes animæ facultates.

Fructus meminit, non meminit floris. Vbi de venturâ irâ vitandâ agitur, deque Cælorum regno adipiſcendo, exeſſe à nobis inania deſideria debent, quæ floribus deſignantur: fructus ſtatim producendi ſunt. Qui flores tantùm parturit, & de die in diem pœnitentiam differt, hic ferè veræ pœnitentiæ fructibus deſtituitur. Poſt peccatum ad ficum ſe recepit primus noſter parens; quia eius folia ſua ſcabritie pœnitentiam referunt. Rectè, inquam, ad ficum, quia hæc arbor fructus pro floribus habet; ſic & pœnitentia vera ſtatim fructus parturit, nudos deſideriorum flores habere non videtur.

185. *Facite*, inquit, *fructum dignum pœnitentiæ*: nulla foliorum mentio, ſed ſolùm fructus. Folia verba ſunt: ab inutilibus verbis, & ſolâ vanitate grauidis abſtinet, qui veræ pœnitentiæ amator eſt. Qui verba tantùm proferunt, velut folia, vix veræ pœnitentiæ fructus afferent.

Sed cui producendus hic fructus? cuius guſtui; cuius palatui? An inani gloriæ, an iactantiæ, an hypocriſi, an humanæ laudi? Abſit vt his, ſimilibuſque fructificemus. Apoſtolus ad Rom. 7. verſ. 4. vniuersè ait: *vt fructificemus Deo.* Id quoque ad pœnitentiam transferendum; vt ſcilicet dignos pœnitentiæ fructus afferamus, Deo tamen ſoli exhibendos. Sed cur iſtuc non monuit Ioannes? Quin tacitè monuit, cum dignos fructus exquiſiuit: dignus enim pœnitentiæ fructus non eſt, niſi Deo exhibeatur. Rom. 7.4.

Porrò dignos pœnitentiæ fructus producit, qui in pœnitentiæ operibus perſeuerat. Arbor non ſemel fructus edit, edit quotannis: Idem verus pœnitens præſtet; dum viuit, pœnitentiæ operibus vacet, pœnitentiæ fructus producat, vt dignos producat. Tandem dignos pœnitentiæ fructus facit, qui & præterita luget, & eadem iterum non committit, vt explicauit etiam Sanctus Auguſtinus. 186.

Tandem dignos pœnitentiæ fructus producit, qui in pœnitentiæ operibus perſeuerat. Arbór non ſemel fructus edit, edit quotannis. Idem verus pœnitens præſtet: dum viuit, pœnitentiæ operibus vacet, pœnitentiæ fructus producat, vt dignos producat.

Et ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham.

VIx dixerat illis faciendum pœnitentiæ fructum, cum monet, ne de Parentum gloriâ intumeſcerent. Bonus nexus; nam tumor, & ambitio à verâ pœnitentiâ auocat: veritatis præco ad humilitatem prouocat, quos ad dignos pœnitentiæ fructus inhortabatur, ne Maiorum ſanctitati innitentes à ſanctitate abirent, & de ſuorum celſitudine ſibi blandientes, à pœnitentiæ operibus retardarentur. 187.

Ne velitis dicere. Quid generatio clara ei, quem proprij ſordidabunt mores? quid nocet generatio vilis illi, quem mores adornant? Melius eſt in te parentes gloriari, quàm te in illis. Inglorius æternum erit, qui nullam aliam, quàm parentum gloriam oſtentat.

Patrem habemus Abraham. Quò Hebræorum procepſerat dementia! ex illâ re iactantiam ebibunt, ex qua elicere confuſionem deberent; nam, quòd filij Abraham eſſent, nec eſſent eius ſanctitatis hæredes, id eorum impietatem magis arguebat, & pudore ſuffundi, niſi perfrictæ frontis eſſent, par erat, cum ab auorum moribus degenerarent.

Potens eſt Deus, ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

CErtos hîc lapides deſignat, vt interpretibus placet: nempe eos, qui in Iordane erant. Sed cur potiùs ad hos ſe coarctat, quàm ad alios? Quia lapides, qui in Iordane erant, homines baptiſmi aquâ abluendos deſignant: quia baptiſmi aquâ lapides, id eſt homines, qui lapides adorabant, in filios Abrahæ excitantur, & veri Dei adoratores fiunt. 188.

Lapides in filios Abrahæ conuerti in Iordanis fluentis Dei iuſſu poſſunt: quia, qui baptiſmi fluentis ablutus eſt, licèt alioquin durus, lapideuſque ſit, debet quamcunque formam induere, &
filius

filius Abrahæ fieri; vt proinde admiratione digna res ſit, filios Abrahæ videre in Iordanis aquis, baptiſmique fluentis, qui inſenſibiles poſt ablutionem adeo euadunt, vt in lapides conuerti videantur. Potens namque eſt hominis malitia, Dæmoniſque aſtus filioa Abrahæ in lapides conuertere.

189. De illis lapidibus Ioannes loquitur, qui in Iordanis alueo poſiti fuere, vt ſuperiùs diximus. Non caret hæc res myſterio. Ioſue 4. verſ. 9. ita ſcribitur:
Ioſue 4. 9. *Duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis alueo, vbi ſteterunt ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis*. Lapides ponuntur in loco, quem ſacerdotum preſſerant pedes: meritò igitur ad hos lapides alludens ait Ioannes: *potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ:* vt hinc colligeremus, ad magna ſurrecturum, qui in venerationis ſignum ad ſacerdotum ſe demittit pedes & eis ſummam reuerentiam exhibet.

Præterea illi ſacerdotes arcam portabant, in qua, vt ait Apoſtolus, erat Manna Euchariſtiæ figura: ad illos ergo lapides ſe coarctat Ioannes, qui, vbi ſacerdotes arcam deferentes tranſierant, poſiti ſunt; vt diſceremus, lapideos alioquin homines in filios Abrahæ verti Dei virtute facilè poſſe, qui ingenti corporis, animique ſubmiſſione venerabile Euchariſtiæ Sacramentum adorant: omnia quippe in figurà contingebant illis.

190. *De lapidibus iſtis.* Lapides homines facti ſunt cultum lapidibus exhibentes: nimirum in eius naturam quiſque tranſit, quod colit, veneratur. *Non immeritò*, inquit Sanctus Gregorius, *lapidum nomine Gentiles ſignificati ſunt, qui lapides coluerunt.* Tanti refert quod quiſque colat, cui adhæreat, quod amet.

Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.

191. SEcuris ad radicem arborum poſita eſt. Græcè, κεῖται, quod vertit Arias Montanus, *adiacet*. Nos, *conſtituta, & collocata eſt:* hoc verbum frequenter dicitur de beneficiorū collocatione. Plato 1. de Rep. *Non malè abs te collocatum fuerit beneficium, quod nobis contuleris*, Græcè eſt, κείσεται. Iurè hoc idem verbum hìc adhibetur, vt qui Dei beneficiis flecti non potuerint, ſecuris ictum ſentiant, Diuinique iudicij animaduerſionem.

Niſi dicere velimus ipſam ſecuris, ac ſupplicij comminationem ſingularis beneficij loco habendam eſſe.

192. Ad radicem ſecurim poſitam audis, à quo poſita ſit non explicatur. An ſuæ quiſque perditionis auctor eſt? Dei iuſtitiam imminentem vides, & proximam iræ Diuinæ ſecurim? Coniice oculos in tua peccata: hæc illam prouocarunt, & acuerunt. Puto, quòd inutilis arboris rami, malorum ſcilicet operum actus, manubrium huic ſecuri produxerunt, quâ excindi arbor ipſa mereatur.

193. Quin mors de medio homines eò citiùs aufert, quò abeſſe longius putatur. Qui ſecuri exſcindere arborem parat, elongat ab arbore ſecurim, vt fortiùs feriat. Idem in morte accidit: tunc homines feriendo perimit, cum longiùs à radice ducitur, vt ictus maior ſit. Ergo ſecuris iſta neminem ſecurum reddit.

Securis ad radicem arboris poſita eſt, non ad ramos, ad folia: hæc ſignat legem Euangelicam, quæ, non contenta folia, & ramos exſcindere externorum operum, ad radicem peruenit, vt vitiorum origines amputet, & internæ iuſtitiæ tollat impedimenta. Ergò mortificationis ſecuri peccatorum radix ſcindenda eſt, non folia tantùm externi operis auferenda. Radix hominis voluntas eſt, cui mortificationis ſecuris proxima eſſe debet.

Securis ad radicem arboris poſita eſt. Non ad ramos, 194.
ſed ad radicem ſecuris ponitur. Rami ſi abſcindantur reuireſcere poſſunt, ac repullulare; arbor ſi radicitus abſcindatur nullam reuireſcendi ſpem relinquit. Ita hìc fit. Cætera omnia rerum temporalium damna & ferri, & reparari poſſunt; ſupplicium, quod à Deo peccatoribus imminet, vbi eos corripuerit, omnis ablata euadendi ſpes eſt.

Ad radicem arboris poſita eſt ſecuris. Sed quænam eſt iſta ſecuris, & quando eſt poſita, quando appoſita? *Arbor homo eſt*, inquit Sanctus Athanaſius, *& ſecuris eſt finis hominis*; qui, quia ſemper vicinus, & proximus, ſemper ad arboris radicem ſecuris eſt poſita. Nullum tempus eximitur, vicinus ſemper fini homo eſt; quia ſemper proxima homini mors, ſemper homini imminet, qui ſemper moritur, etiam dum viuit.

Finis mentio fit, vt ad meliorem frugem finis co- 195.
gitatione homo redeat; nihil adeò ad bonum hominem vrget, etiam non bonum, quam inſtantis finis, mortiſque imminentis cogitatio. Mortis memoria in homine non moriatur, vt homo, Deo natus, Deo viuat, terrenorum oblitus, cæleſtium amore correptus.

Securis ad radicem poſita eſt. Si ſtatim arborem non erat præciſura, cur poſita ad radicem ſecuris eſt? *Quia rationales ſunt arbores*, inquit ille, *de quibus loquitur, quæ videntes ad radicem ſuam poſitam eſſe ſecurim, timeant præciſionem ſuam, & faciant fructum.* Venturi, & imminentis ſupplicij timore, ad meliorem frugem reuocari homines debent.

Admota radici ſecuris eſt; non ramis, non fru- 196.
ctibus; vt vel hinc diſcerent, nullam ſpem eſſe reliquam, niſi reſipiſcant, meliorémque mentem ab imminenti diſcrimine peccatores ebiberent. Peritè Sanctus Chryſoſtomus. *Neque*, inquit, *aut ramis minatur aut fructibus; ſed ipſi vtique radici, oſtendens immedicabiliter eſſe feriendos, & ne ſpem quidem curationis eſſe habituros.* Peccati radicem euellat, qui arboris radici admotam ſecurim audit.

Arbori infructuoſæ ſecuris adiicitur; æterna imminet damnatio, quid timere ſpina debet, tribuluſque? *Reuera*, ait ſanctus Bernardus, *ſecura non ſunt ſpina, vel tribulus vbi ſecuris infructuoſæ arbori poni videbitur, nec parcet pungenti qui minatur & ſterili.* Quam durè in ſpinoſos, & ſenticoſos ſæuiet Deus, qui tam grande ſupplicium infructuoſæ tantùm arbori minatur.

SECTIO VI.

Iudicij ſonitus bonorum operum parturitionem vrget. Tactus Dauid. 197
Bonorum operum mater mortis memoria. 197
Inuitus ab hac vita impius diſcedit, iuſtus lubens. Tactus Lucas. 198
Non exſcinditur, qui radices in cælo agit. 199
Impius & in ignem mittitur, & etiam cadit. 199
Eſſe Chriſto non videbatur cum pro nobis non operaretur, non pateretur. 200
Peccatorum pondus quàm graue. 200
Veræ ſanctitatis ſignum aduerſa pati. 505
Fortis Chriſtus, vt nobis opem ferret. 201
Quò quis fortior in malis ſuſtinendis eò maiori veneratione dignus. 202

Humilitas vera magnitudinis comes. 202
Ingens honor pro Chriſto pati. 203
Tribulatio baptiſmus quidam. 203
Iuſtorum tribulatio citò finit, malorum cruciatus æternus eſt. 203
Originis dignitas in operum exemplis ſita. 204
Impij bonis famulantur dum bonos laceſcunt. 204

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

197. POſtquam dixit ſecurim ad radicem arboris eſſe poſitam, ſtatim fructus requirit. Quæ ſecuris, & fructus cohærentia? Maxima: Vbi enim quis imminentem Dei iuſtitiam cogitat, ſtatim producere fructus debet; adeò, vt igni tradendus ſit, qui Diuinam iram proximam videns, ad bonam frugem non redit, & ſpirituales fructus non gignit. Ceruas perhibent tonitrui ſonitu parere, hinc illud
Pſal.18.9. Prophetæ regij. *Vox Domini præparantis ceruos.* Pſal.28.verſ.9. id eſt, tonitrui ſonitu ceruas parere facientis. Idem & iudicij ſonitus præſtare in nobis debet; ad operum ſcilicet bonorum parturitionem vrgere.

Quòd, ſi per ſecurim mortem intelligamus, rectè, poſtquam monuerat ſecurim ad radicem arboris poſitam eſſe, fructum ab arbore exigit; quia fœcunda bonorum operum mater mortis imminentis memoria eſt; &, qui mortem vicinam cogitans, non proficit, non morituri ignis non morituras flammas exſpectet.

198. Quod ait, *excidetur*, violentiam quandam indicat; quia omnis malus, & ille, qui Cælum negligit, cæleſtia contempſit, coactè ab hac vita diſcedit, & inuitus, velut qui excinditur. Iuſtus lubens à
Luc.2.29. vita diſcedit, & cum Simeone clamat: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* Luc.2.29. ac ſi diceret: hactenus inuitum detinuiſti, & abire volentem: nunc iam dimitte, & me à vitæ huius anguſtiis ſolue. Arbor, quæ fructum non facit, excinditur; quia, qui bona viuens non præſtitit, cum potuerit, inuitus à vitâ diſcedit.

199. Vis non timere ſecurim iudicij Diuini, ac mortis? hîc radices non mittas; terræ, terreniſque affectu non hæreas. Vis morte non excindi? Noli inani huic vitæ nimiùm adhæreſcere: radices in cælo agas, non in terrâ: ſic, cum abieris, non excinderis; ſed totus in cælum euolabis, vbi deſiderio fueras, cum viueres.

In ignem mittetur. Arias Montanus ex Græco vertit: *In ignem iacitur.* Syrus: *In ignem cadit.* Quî iniicitur arbor infructuoſa in ignem, cum cadat? De peccatore hæc intelliguntur: cohæret vtraque lectio; quia peccator, qui in ſcelerum fœtore iacet, vitæ fructibus viduus, & à diuinâ iuſtitiâ in ignem coniicitur, ob torporem, ſegnitiemque ſuam in ignem etiam cadit.

Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne.

200. QVæſtio hîc mentem pungit: cur de Chriſto, qui iam venerat Ioannes dicat: *Qui poſt me venturus eſt.* Quî venturus, qui natus iam erat, & triginta annorum erat? An venerat, quò ad eſſe naturale, non tamen venerat, quò ad operationem, ad quam mittebatur? non enim venerat in mundum, vt tantùm homo eſſet, ſed, vt hominem redimeret. Et, quia Chriſtus nondū prædicauerat, nondum ſanguinem effuderat, nondum vitam dederat, idcirco dicebatur nondum veniſſe; ac ſi eſſe non videretur, quia non patiebatur, nec ſanguinem fundebat. Pende, quantus in eo fuerit noſtræ ſalutis amor, quàm ingens patiendi deſiderium. Diſce, tunc verè nos eſſe, cum ea operamur, propter quæ in hanc vitam nos Deus miſit.

Cur non dixit? *qui poſt me venturus eſt melior me eſt, ſanctior, perfectior, fortior,* dixit: vt innueret, veniſſe Chriſtum, vt totius mundi ſcelera portaret: quod Ioannes, nulluſque ſanctorum potuit. Conijce quàm graue peccatorum pondus ſit.

Fortior fuit, & ob id melior, ſanctiorque; quia 201.
tot ludibria, tot tormenta, mortemque ipſam in Crucis ligno ſuſtinuit. Nemo ſibi de bonitate blandiatur, niſi fortis aduerſa quoque libenti animo ferat.

Fortior Ioanne à Ioanne dicitur Chriſtus; vt innueret ad hoc veniſſe vt nos adiuuaret, & ab omni diſcrimine eriperet. *Fortis* nomen Dei adiuuantis, & à periculo eximentis epithetum eſt, Pſal.70.verſ.
7. *Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.* Pſal.70.7.
Fortior Chriſtus Ioanne; quia fortis armati domum introiuit, & vaſa eius diripuit, eumque ligauit.

Ex eò, quòd fortior Ioanne Chriſtus ſit, fatetur 202.
Dei Præco, ſe indignum eſſe, qui Chriſti calceamenta portet. Nempè, quo quis fortior in malis ſuſtinendis, eò maiori veneratione dignus.

Veræ magnitudinis comes humilitas eſt; &, quò quiſque ſanctior, eò ſe magis demittit, ne intumeſcat. Celebris apud omnes erat Ioannis fama, vt ad eum velut ad ſanctitatis exemplar accurrerent: quid ipſe? *Non ſum,* inquit, *dignus Chriſti calceamenta portare:* cur calceamentorum meminit? Ob humilitatem ſuam, vt ſe deprimeret, calceamenta enim ſolututus vt portet inclinare ſe debet. Ergò, quò quiſque in hominum opinione ſublimior, eò humiliùs ſe ad ima deprimat; & quantò per famam ab aliis magìs reputatur, tantò magìs ſe ad ima deiiciat.

Per calceamenta, quæ extremam corporis par- 203.
tem operiunt, Chriſti paſſionem aliqui intelligunt. Indignum ſe ergò Ioannes putat, qui Chriſti calceamenta portet, quia ingentis gloriæ loco haberi debet pro Chriſto pati. Hinc illæ Apoſtolorum
voces: *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij,* Act.5.41.
quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Act.5.

Addit: *ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.* Per ignem aliqui, non alienè, tribulationem intelligunt, quæ quidam baptiſmus eſt, quo peccata abluuntur.

Poſtea ignis meminit, cum ait: *paleas autem comburet igni inextinguibili.* Cur hoc epithetum eidem voci non adiicit dicens, *ipſe nos baptizabit in ſpiritu, & igni inextinguibili.* Non appoſuit, vt oſtenderet pœnam, ſuppliciumque æternum eſſe; tribulationem autem, qua nos probat, & exercet, citò finem habituram.

Paleas autem comburet igni inextinguibili.

PEr paleas peccatores intelligit, & impios, nulli 204.
rei idoneos, niſi fouendis flammis. Palea à tritico naſcitur, & triticum portat, & ſuſtinet, nec tamen ob iſtam affinitatem liberatur ab igne: ita nec impij, licèt cognationem cum ſanctis habeant,

&

& glorientur, ſe ab eis deſcendere à Diuini iudicij irâ eximentur. Nempè vera originis dignitas in operum exemplis ſita eſt, & nobilis proſapia in vitæ ſanctitate.

Palea triticum ſuſtinet, etſi lanceis munita pugnare videatur: etiam impij bonis famulantur, quamuis iniuriarum lanceis in eos ſæuire tentent: eorum gloriam augent, dum acriter in eos debacchantur.

SECTIO VII.

Efficax præcipientis vox, ſi præſtet, quod iubet. 205
Baptiſmus ad Cælum homines euehit. 205
Dei iudicium timeat baptiſmi aquis ablutus. 206
Chriſtianos abſorbere Dæmon cupit. 206
Hominum ſuperbia Chriſti humilitate ſananda. 207
Humilitatis præmium euehit. 207
Aliena ſalus quàm ſtudioſè quærenda. 208
Efficax humilitatis exemplum. 209
Quò quis iuſtior, eò magis à minimis labeculis abeſſe ſtudet. 209
Humilitas iuſtitiæ fons. 210
A iuſtitiâ abit, qui ſuperbia tumet. 210
Humilis etiam in ſublimi munere ſe demittit. 210
Iuſti vix ferre queunt ſe ad magna rapi. 211
Ioannis Chriſtum baptizantis laus. 211
Chriſti diadema humilitas. 212
Regnat Chriſtus cum cælorum regnum nobis aperit. 212

Tunc venit Ieſus à Galilæâ in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

205. VEnit ad baptiſmum ſanctitatis fons, non quia egeret, qui ita mundus fuit, vt nec peccatum habuerit, nec peccare potuerit; ſed, vt nobis præberet exemplum, & vt nemo, quamuis ſanctus, baptiſmum recuſaret. Efficax præcipientis vox, ſi, quod aliis iubet, priùs ipſe præſtiterit. Baptizari voluit Chriſtus; noluit ſolis verbis ad baptiſmum vocare, vocauit exemplo, quod magnas præſertim in ſuperiore vires habet. Iordanis aquis Chriſtus abluitur, vt nobis fluenta mundaret, & baptiſmi aquas ſanctificaret. Sanctitatem quoque nobis affricet Chriſtus, quum illum corde excipimus.

Per Iordanem Iſraelitæ in terram promiſſionis intrauerunt: iurè igitur in Iordane baptizatur Chriſtus vt indicio eſſet, baptiſmum in Regnum Cælorum quos abluit tranſmittere: nam terra promiſſionis regni cæleſtis extitit figura.

206. Ad Iordanem venit, vt à Ioanne ablueretur: ad te quoque venire dignatur in Euchariſtiæ Sacramento. Aquas non habes? Lacrymas funde: has ſanctificabit Chriſtus, & te ſimul, qui amoris eum lachrymis abluis.

Iordanis iudicij fluuius Interpretatur: Dei iudicium timere debet, qui baptiſmi aquis ablutus, & mundus factus, vitiorum maculas poſtea contrahit; &, cum Chriſtianus ſit, à Chriſto, moribus, abeat.

Baptiſmi figura Iordanis eſt: ne ergo fide, quòd ablutus fueris, niſi ſanctè etiam vixeris, vt vitæ puritas ablutioni per baptiſmum factæ reſpondeat. De Satanâ enim ſub nomine Behemoth dicitur:
Iob.40.18. *Habet fiduciam quod influet Iordanis in os eius.* Iob.40.verſ.18. Iordanis aquas maximè ſitit; quia Chriſtianos præcipuè abſorbere cupit, quorum baptiſmus in Iordanis aquis initium habuit. Caue ne in Diaboli os, infernique abyſſum, nunquam euaſurus, influas.

Vt noſtram ſuperbiam comprimeret Dei filius 207.
in Iordane baptizatur. Iordanis fluuius tumidus, & ſuperbus in Diuinis litteris audit. Ierem.12.verſ.6. Ier.12.6.
Quid facies in ſuperbiâ Iordanis? & cap.49.verſ.9. *Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbiâ Iordanis.* Eat igitur ad Iordanem Chriſtus; quia hominum ſuperbia non niſi Filij Dei humilitate ſanari poterat.

Abluit Chriſti caput Ioannes, qui idoneum ſe minimè putabat ad eius calceamenta deferenda: hoc humilitatis præmium eſt: quò quis ſe magis ad ima deprimit, eò ſublimiùs euehitur.

Baptizatur Chriſtus à Ioanne, ſed non ſolus; 208.
nam alij quoque ab eo baptizati referuntur, non ſine cauſa id factum. Si ſolus Chriſtus baptizatus ab eo eſſet, Ioannis baptiſmus baptiſmo Domini videretur præferri; dixiſſent quippe homines: vſque adeò magnus erat baptiſmus, quem habebat Ioannes, vt ſolus Chriſtus illo fuerit dignus baptizari. Noluit Chriſtus, hoc hominum mentibus inſidere: maluit aliis, in humilitatis exemplum, pariari, Ioannis baptiſmum cum aliis ſuſcipiens; quàm ſolus ab eo baptizari cum alienæ vtilitatis, atque ſalutis præiudicio; ſic quippè pauciores ad Chriſti baptiſmum acceſſiſſent.

Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

QVæſtio ab iſtâ Ioannis humilitate naſcitur: 209.
cur verba iſta Ioannes protulerit? nam, cum in vtero fuerit ſanctificatus, baptiſmo indigere non videbatur. Licèt non indiguerit, tamen humilitatis exemplum, quod in Chriſto perſpexerat, hæc humilitatis verba elicuit ex eius mente, ex eius ore.

Præterea, etſi Ioannes in matris vtero Sanctus fuerit, & prædictum de illo ſit Luc.1. *Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ:* Tamen ob innocentiæ affectum baptiſmum quærebat. Sanctificatio enim ab originali peccato Ioannem liberauit, & pronitatem abſtulit ad lethale, non pronitatem ad veniale, quam auferri Ioannes per baptiſmum cupiebat: vnde aliqui cenſent, Ioannem Chriſti baptiſmum poſtea ſuſcepiſſe. Nempè quò quis ſanctior, Chriſtoque vicinior, eô magis etiam à minimis labeculis abeſſe quærit. Iuſtus, non peccatum tantùm timet, ſed & pronitatem ad peccatum.

Sine modò ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.

DEcet nos, inquit, *implere omnem iuſtitiam:* id 210.
eſt (vt Interpretes exponunt) *humilitatem,* quæ ſcilicet omnis iuſtitiæ, ac virtutis fons, & mater eſt.

Iuſtitia humilitas dicitur, vt à iuſtitia homo abeat, qui ſe non ſubmittit, & humiliat; &, vt humilitas, iuſtitia eſt, ſic ſumma iniuſtitia, ſuperbia cenſenda.

Decet nos, inquit, *implere.* Non ego tantùm, ſed etiam tu: Sed qui humilitatem exercet Ioannes, qui tàm excellens exercet munus, Chriſtum baptizans? Exercet; quia, quò ſublimius erat munus, eò demiſſiùs de ſe, tanquam verus humilis, ſentiebat.

Tunc dimiſit eum.

DImiſit. Arias Montanus, *Dimittit.* Non dixit: 211.
Tunc acquieuit; quia permiſit tantùm Ieſum à

 ſe

ſe baptizari. Ferre iuſti nequeunt, vt ad grandia munera vocentur: ſinunt ſe rapi, acquieſcere vix poſſunt, cum extra humilitatis centrum fieri ſibi videantur.

Lauit Ioannes Chriſtum, vt Chriſto pateret. Ioannem in hoc munere Mariæ ita cooferebat Sanctus Gregorius Thaumaturgus expendens, verſanſque illa verba: *Sine modo; ſic enim decet, nos implere omnem iuſtitiam*, ſic enim Chriſtum loquentem facit. *Oportet me implere legem, & tunc dare gratiam. Oportet me* VMBRAM *adducere, & tunc veritatem. Oportet me veteri finem afferre Teſtamento, & tunc nouum prædicare, ac cordibus hominum inſcribere, meoque ſanguine ſubſcribere, & meo ſpiritu obligare. Oportet me corporis mei lucernam illis accendere, qui in tenebris, &* VMBRA *mortis ſedent. Commoda mihi Baptiſta ad præſentem diſpenſationem dexteram tuam, vt mihi ad generationem commodauit ſuum vterum Maria. Immerge me fluentis Iordanis, ſicut, quæ me genuit, infantilibus inuoluit faſciis. Confer mihi baptiſmum, ſicut Virgo lac præbuit. Apprehende caput meum, quod, qui piè apprehendit, ac tangit, nunquam, naufragium facit.* Facit, qui in illud impingit, & contra Chriſtum it, non it ad Chriſtum.

212. Luc. 3. Baptizatur Chriſtus à Ioanne, cum inciperet eſſe quaſi triginta annorum, vt habetur Luc. 3. Dauid hoc eodem ſuæ ætatis anno regnauit. 2. Reg. 5. Scilicet filios Dauid baptizatur, & tàm ſingularis humilitatis exemplum exhibet, exemplar fit, quum Dauid regnare incipit; ac ſi Chriſti diadema humilitas eſſet, & eius imperium, ſubiici.

Cum regnat Dauid, Dauidis filius baptizatur. Nempè Chriſti gloria eſt, baptiſmum inſtituere, quo animæ mundentur, & cælorum Regnum ipiſcantur. Regnat Chriſtus, cum Cælorum regnum nobis aperit: vnde hic quoque *aperti ſunt & Cæli*, in ſignum, quòd baptizatis regni cæleſtis aditus patet. Trigeſimo ætatis anno inceperit regnare Dauid: Chriſtus, trigeſimum annum agens, baptiſmum inſtituit, quo in hominum animis regnaret: hoc regno ipſe gloriatur, hoc diademate.

SECTIO VIII.

Ad noſtram ſalutem quærendam vt Chriſtus vrgeretur. 213
Baptiſmalem innocentiam quærat, qui in aliorum ſalutem occupare ſe debet. 213
Chriſtiani noſ a ſemper in virtutibus proficere. 213
Humilitati cælum aperitur. 214
Ad Dei ſolium exaltatur qui ſe humiliat. Tactus locus Actuum. 214
Aperti ſunt cæli Chriſto, ob id etiam nobis. 215
Chriſti latus apertum animarum Paradiſus. 215
Nihil commune cum terrâ habeat, qui baptiſmalibus aquis abluitur. 216
Paſſione ſua nobis Chriſtus cælum aperuit. 217
Columba cohærentia cum agno. Chriſtianorum propria ſimplicitas. 217
Peccatorum diluuium per Chriſtum exſiccatum. 217
Dei ſpiritu in Dei obſequio quiſque ducatur. Tactus Dauid. 218
Chriſti puritas. Peccatorum rubigo igne abſumenda. 218
Qui in Dei amorem ardet nihil timet. 219
Qui terrena ſpectant diuina vix percipiunt. 219
Quò quis iuſtior, eò attentius Dei verba excipit. 219
Chriſti humilitas Æterno Patri quàm placuerit. Expenſus Iſaias. 220
Quàm ſtabilè fidei fundamentum. 220

Confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli.

ABlutus aquis Chriſtus in aquis moram non facit; aſcendit ſtatim, *feſtinans*, vt ait Auctor ſub nomine Chryſoſtomi, *contra Diabolum, ad liberandum genus humanum*; ac ſi aquæ in eo noſtræ ſaluris ſitim auxerint, vt ſtatim ad eam quærendam vrgeretur. 213.

Baptizatus à Ioanne Chriſtus ad quærendam aliorum ſalutem exit ex aquis; vt vel hinc diſceremus, baptiſmalem quodammodo innocentiam ei quærendam, qui, in aliorum ſalutem occupare ſe, debet.

Ex aquis *aſcendiſſe* Chriſtum dixit Euangeliſta. Non nude dixit *egreſſum*, vt rectè diſceremus eius, qui in Chriſto perfectè baptizatur, munus eſſe, in ſublimia ferri, in virtutibus proficere, in cæleſtia, in diuina vehi, opportunè Auctor ſub nomine Chryſoſtomi, *Non dixit egreſſus eſt, ſed aſcendit; quia omnes, qui dignè ſecũdum omnia membra iuſtitia formati, & conſummati, baptizantur in Chriſto, confeſtim de aqua aſcendunt, id eſt proficiunt ad virtutes, & ad dignitatem ſubleuantur cæleſtem.* Quid hic illi, qui, poſt baptiſmales aquas, deſcendunt potius, quàm aſcendunt, inque vitiorum omnium genera fœdiſſimè labuntur?

O Chriſti humilitas, vt vix Pater ſe cohibuerit, quin cælos aperiret Chriſto ſe ſub aquas immergenti. Aperitur humilitati Cælum, quod ſuperbiæ clauditur. Ergò, qui regnum cæleſte ingredi cupit, per humilitaris viam incedat. 214.

Etiam Sanctus Stephanus vidit cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei Act. 7. verſ. Act. 7. 55.
55. Nota vtriuſque apertionis cohærentiam. Aperitur hîc cælum, dum humiliter aquis tanquam peccator mergitur, ſed poſtea ad dexteram Dei ſtare videtur. Iure à dextris Dei, vt intelligeremus, illum vſque ad Dei ſolium exaltari, qui ſe humiliauerat; & ad veram celſitudinem, per maximam humilitatem, viam eſſe. Nempè, qui ſe humiliat exaltabitur; nam veræ ſublimitatis mater, vera animi demiſſio eſt.

Aperti, inquit, *ſunt ei Cæli:* cur non & nobis? Itane ei perhibentur cæli reſerari, quaſi non omnibus iam cæli ianua pateat? Imo nobis quoque cælum aperitur, quia aperitur Chriſto. Ianua, quæ capiti reſeratur, reſerari etiam membris intelligitur: vnde, dum Cæli Chriſto aperiri dicuntur, qui omnium caput eſt, aperiuntur etiam & nobis, qui ſumus eius membra. 215.

Sed cur Cæli aperti ſunt Chriſto baptizato, nec aperti dicuntur in cruce morienti? quin potius tenebris obduci viſi ſunt. An tunc aliud cælum apertum eſt? ipſius ſcilicet Chriſti latus? Chriſti corpus rumpitur, atque diducitur, latus aperitur, quod animarum paradiſus eſt: quid neceſſe eſt, aliam Cæli apertionem requirere, vbi hoc patet?

Quid? Cæli in Chriſti paſſione non dicuntur aperti, ſed tamen latroni ait: *hodie mecum eris in Paradiſo.* Cum baptizatur, Pater ei Cælos aperit: cum moritur ipſe Chriſtus aperit, non ſibi, ſed aliis, cælumque, cui vult, pollicetur. Coniice, quid nobis ſuâ paſſione Chriſtus peperit. 216.

Baptizato Domino Cæli aperiuntur, *vt diſcas etiam tu*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *cùm baptizaris,*

Digitized by Google

zaris, hoc fieri, Deo te iam ad patriam cæleſtem vocante, nihilque commune cum terra habere ſuadente: nimirum, cui cælum apetitur, claudere mentis fores terrenis debet.

Et vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam.

217. Rectè ſuper Chriſtum columba deſcendit: nihil
melius agno conuenit, quàm columba. Agnum
manſuetudine refetas, vt te columbæ iſtius recreet
præſentia, animet afflatus.

Non ab re columbæ ſpecie apparet Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum in Iordanis aquis baptizatum; vt diſceremus, eorum propriam eſſe ſimplicitatem, ac manſuetudinem, qui baptiſmi aquis abluti ſunt. Væ illis, qui baptizati, & Chriſtiani facti, corui vitæ impuritate fiunt; vt, non columba, ſed coruus ſuper eos apparere poſſit.

Poſt ablutionem aduenit columba; vt, quemad-
Gen. 8.11. modum tempore Noe columba, ramum, oliuæ ore
portans, diluuium ceſſaſſe, ac Dei iram quieuiſſe,
pacémque mundo redditam nuntiauit; ita hîc peccatorum diluuium exiccandum, & pacem cum humano genere ineundam, hæc columba monſtrauit.

218. Sed columba hæc, non ramum oliuæ in pacis
ſignum fert, ſed Chriſtum oſtendit, qui pax noſtra
Ephes. 2.14. factus eſt, vt ait Apoſtolus Epheſ. 2. verſ. 14.

Huius columbæ alas habere debet, qui baptiſmi aquis eſt lotus, vt in altum per ſublime vitæ genus euolet, & ima hæc contemnat, & deſerat; adeò, vt
eum Regio Propheta dicamus: *quis dabit mihi pen-*
Pſal. 54.7. *nas, ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Pſal. 54.
verſ. 7. vt in Dei obſequio, & ſeruitute, Dei ſpiritu ducamur, non noſtro.

Deſcendit ſuper Chriſtum Spiritus ſanctus, ſicut columba, qui poſteà in Apoſtolos venit ignis figuram induens: quid ſibi vult hoc figuræ diſcrimen? Super diſcipulos venit ignem referens, vt eos accenderet ad tollendam peccati rubiginem. In Chriſto nulla rubigo erat, quæ igne abſumeretur; idcirco columbam, non ignem, Sanctus Spiritus refert in eum deſcendens.

Et ecce vox de Cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

219. Alto intonuit Cælum clamore: vox Patris
auditur: impauidus ſtat Ioannes, & imperterritus. Nil mirum: timere non poteſt, qui totus in Dei amore ardet, totus in Dei obſequio eſt.

Quæri poteſt: cur vox iſta, quæ tàm clarè inſonuit, a circumſtantibus percepta minimè videatur, vt interpretes notauere. Reſpondent aliqui, non
fuiſſe præſentes: ſolum Ioannem audiuiſſe, quia ſo-
lus adfuit. Fallũtur: nam Ioan. 1. dicitur: *Medius ve-* Ioan. 1.26.
ſtrum ſtetit, quẽ vos neſcitis. Aliter reſponderi poteſt: quæ ſpiritualia, Diuinaque ſunt, ab animalibus ferè non percipi, quæ terrena ſpectant terrena ſapiunt. Audierint aliqui corporaliter vocis ſonum, confusè tantùm perceperunt, in alia diſtracti. Sic ferè accidit, vt terrenis rebus intentus Diuinis vocibus excipiendis, & intelligendis minimè ſit idoneus.

Vocem excepit Ioannes, intellexit verba, quæ è cælo facta, Quò quis iuſtior, ſanctiorque, eò promptiùs Dei voces audit; &, cùm audierit veneratur, & deuotus verſat mente. Fòrs, ſi ſcurra aliquis ludicra fudiſſet verba, hi, qui aderant, attentiùs audiuiſſent, quàm cum è cælo vox Patris cœleſtis intonuit. Huc hominum amentia euadit; vt, ad hominum voces, toti, aures eſſe; ad Dei, auribus carere videantur. Iuſti contrà: audire tantùm Diuina ſtudent: ab inutilibus narrationibus audiendis quantum poſſint abſtinent.

Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi compla- 220.
cui. Iſtud idem prænuntiauit euangelicus Propheta
Iſaias cap. 42. & rem eandem his verbis extulit: Iſa. 42.
Ecce ſeruus meus: ſuſcipiam eum: Electus meus: complacuit ſibi in illo anima mea; Dedi ſpiritum meum ſuper eum. Antea ſeruus, ſed nunc filius dicitur; viſâ quippè à Patre Chriſti humilitate, adeò eâ delectatus eſt, vt, ſerui nomine ſepoſito, filium appellauerit: qui paſſus eſt, ſeruum ſe dici, filij nomen promeruit.

Baptizato Domino cæli aperiuntur, auditur paterna vox, in columbæ ſpecie Spiritus ſanctus apparet; vt vel hinc fideles diſcerent, quàm ſtabile fidei fundamentum eſſet. Audiendus hîc Beatus Laurentius Iuſtinianus; *Quo,* inquit, *peracto myſterio, repentè ſuper ipſum Dei vnigenitum cæli aperti ſunt, Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie manſit, paternáque vox audita eſt, quæ ait: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Dignum namque fuit, vt incarnatum verbum talia haberet teſtimonia, & diuina famularentur obſequia; quatenus perſpicuè clareret fidelibus, quàm ſtabile, quàm viuum eſſet fundamentum, ſupra quod eorum fides ædificanda eſſet.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. MATTHÆI.

Verſ. 1.

TVNC IESVS ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.

Ductus. *Syr. & Vat. Subductus. Ar. M. Actus eſt. Pagn. Reductus fuit. Menoch. Abreptus.*
A ſpiritu. *Syr. A Spiritu ſanctitatis.*
A diabolo. *Syr. Ab accuſatore. S. Hil. A zabulo.*

Verſ. 2.

Et, cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.

Et Cùm ieiun. *Syr. Et ieiunauit. Ar. M. Et ieiunans. S. Gregor. Nyſſ. Cùm enim Ieiunus permanſiſſet.*
Quadraginta. d. *Ar. M. Dies quadraginta, ac noctes quadraginta. Vat. Dies quadraginta totidemque noctes. S. Greg. Nyſſ. Quadraginta dies.*
Poſtea. *Pagn. & Vat. tandem. Ar. M. poſtremum.*

Verſ. 3.

Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant.

Et accedens. *Pagn. Cùm acceſſiſſet ad eum.*
Tentator. *Syr. Tentator ille. Pagn. Ille qui tentat. Fr. Lu. Ille tentans.*
Dic. *Vatab. Iube.*
Vt lap. iſti. *S. Aug. Lapidibus iſtis.*
Panes. f. *Syr. Panis fiant.*

Verſ. 4.

Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Qui Reſpondens. *Arab. Et reſpondit, &c. Pagn. At ille reſpondens.*
In ſolo pane. *Vat. Solo pane. Syr. Tantummodo pane. S. Max. In pane tantùm.*
Viuit. *Vatab. Victurus eſt. Ar. M. Viuet.*
In omni verbo. *Al. Omni verbo.*
Quod procedit. *S. Hier. Quod egreditur. Ar. M. Exeunte. Vat. Egrediente. S. Ambr. & Caiet. Quod egreditur.*
De ore Dei. *S. Hier. Per os Dei.*

Verſ. 5.

Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi.

Aſſumpſit. *Syr. Transtulit. S. Euch. Conſtituit. Caiet. Aſſumit.*
Diabolus. *Syr. Accuſator ille.*
In ſanc. ciu. *Syr. Super ſacroſanctam ciuitatem.*
Statuit. *S. Cyp. Conſtituit.*
Pinnaculum. *S. Amb. Pinnam. S. Euch. In pinnam templi. Vat. Super pinnulam templi. Caiet. Super ſummitatem tecti. Fr. Luc. In cacumine turris templi.*

Verſ. 6.

Et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Et dixit ei. *Caiet. Dicit ei.*
Mitte te. d. *Syr. Deorſum te dede præcipitem. Arab. Mitte te hinc vſque deorſum. Tert. Deiice te de hinc. Vat. Proiice te ipſum. Ar. M. Deiice te ipſum. Pagn. Mitte te ipſum. Al. Præcipita te.*
Mandauit. *Syr. Præcipiet. Goth. Mandabit. Al. Mandaturus eſt.*
De te. *Tert. Super te.*
Et in m. tollent. *Tert. Vt te manibus ſuis tollant. Vat. Ferent te. Syr. Manibus ſuis te ſubleuent. Arab. Ad cuſtodiendum te, & portandum te.*
Ne fortè. *Tert. Necubi. Vat. Nequando.*
Offendas. *Vat. Impingas.*
Ad lapidem. *Pagn. In lapidem.*

Verſ. 7.

Ait illi IESVS. Rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Ait illi. *Arab. Reſpondit illi* IESVS, *& dixit illi.*
Rurſum. ſ. e. *Arab. Scriptum eſt etiam.*
Non tentabis. *Fr. Luc. Non tentes.*
Dominum. D. t. *S. Hil. Deum, & Dominum tuum.*

Verſ. 8.

Iterum aſſumpſit eum diabolus in

Iterum. *Pagn. Rurſum.*
Aſſumpſit. *S. Aug. Eleuauit. S. Petr. Chryſ. Poſuit*

montem

Digitized by Google

Vulgata Editio.

montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Verſ. 9.

Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

Verſ. 10.

Tunc dicit ei IESVS: Vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Verſ. 11.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

Verſ. 12.

Cùm autem audiſſet IESVS, quòd Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam.

Verſ. 13.

Et relictâ ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Nephtalim.

Verſ. 14.

Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam prophetam.

Verſ. 15.

Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium.

Verſ. 16.

Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.

Verſ. 17.

Exinde cœpit IESVS prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum Cælorum.

Verſ. 18.

Ambulans autem IESVS iuxta mare

Lectionum Varietas.

... eum ſuper montem. *Vat. Aſſumit. Cyr. Tranſtulit. Fr. Luc. Secum aufert.*

Excelſum. *Vat. Per quam excelſum, Syr. Admodum ſublimem.*

Oſtendit. *Vat. Commonſtrat.*

Gloriam. *Auct. op. imp. Honores.*

Hæc omnia. *S. Hier. addit. Mihi tradita ſunt. S. Gaud. Hæc omnia mea ſunt, & cui volo do illa.*

Si cadens. *S. Aug. Si proſtratus, S. Hier. & S. Petr. Chryſ. Si procidens. Caiet. Si à te ipſo proſtratus. Fr. Luc. Si cadens in faciem. Auct. Si corruens.*

Vade Sat. *Syr. Abi tibi inimice. S. Hilar. Vade retrò poſt me, Satanas: ſcandalum mihi es. Tert. Recede Satanas: ſcandalum mihi es. Caiet. Abi poſt me. Fr. Luc. Apage, abi.*

Dominum Deum. *S. Hilar. Deum & Dominum tuum.*

Illi ſoli ſeruies. *Vat. & Pagn. Illum ſolum coles. Syr. Illumque ipſum ſolummodo coles.*

Reliquit. *Vat. Omittit. Ar. M. Dimittit. Caiet. Relinquit.*

Acceſſerunt. *Vat. & Pagn. Accedebant.*

Miniſtrabant. *Syr. Illique miniſtrauere. Auct. Inſeruiebant. Obſequantur.*

Cùm autem audiſſet. *Syr. Auditione accepiſſet.*

Traditus eſſet. *Syr. Coniectum fuiſſe in carcerem.*

Seceſſit. *Syr. Reuerſus eſt.*

Relictâ. *Arab. Reliquit.*

Venit, & habitauit. *Ar. M. Veniens commigrauit. Fr. Luc. Venit habitatum. Orig. Profectus habitauit. S. Hilar. Tranſiens.*

Maritima. *S. Gaud. Maritimum oppidum. Arab. Quæ eſt ſuper littus maris.*

Adimpleretur. *Vat. & Pagn. Impleretur.*

Quod dictum eſt. *Ar. M. Pronuntiatum.*

Per Iſaiam. *Arab. In Iſaia, quando dixit.*

Via maris. *Vat. Vergens ad mare. Caiet. Viam maris. Al. Iuxta viam maris.*

Trans. *Ar. M. Vltra.*

Galilææ. *Caiet. Galilea.*

Qui ſedebat. *Ar. M. Sedens. Caiet. Ambulabat. Auct. Quieſcebat, Morabatur.*

Sedentibus. *Syr. Hiis, qui habitabant. Pagn. Qui ſedebant.*

In Regione vmb. m. *Caiet. In regione, & vmbrâ mortis.*

Orta. *Syr. Exorta. Auct. Enata.*

Eis. *Arab. Super eos.*

Exinde. *Syr. Inde. Ar. M. A tunc. Fr. Luc. E tunc. Orig. Ex eo tempore.*

Pœnitentiam. ag. *Ar. M. Pœnitemini. Orig. Reſipiſcite.*

Appropinquauit. *S. Aug. Appropinquauit ad vos. Vat. Inſtat. Caiet. Appropinquabit. Fr. Lu. Appropinquat.*

Ambulans. *Ar. M. Circumambulans. Arab. Cùm ambularet. Syr. Quumque iter faceret.*

Galilææ,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores.)

Mittentes. *Vat. & Pagn. Iacientes. Syr. Proiicientes.*
Rete. *Ar. M. Verriculum.*
In mare. *Fr. Luc. In lacum.*

Verſ. 19.

Et ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.

Venite poſt me. *S. Hier. Ad me. Vat. Sequamini.*
Faciam vos fieri. *Tert. & S. Aug. Faciam vos. Syr. Vos eſſe. Fr. Luc. Vt fiatis.*

Verſ. 20.

At illi continuò, relictis retibus, ſecuti ſunt eum.

At illi. *Orig. Et*
Continuò. *Vat. Illicò. Syr. Confeſtim. Orig.* omittit.
Relictis retibus. *Arab. Reliquerunt rete. Orig. Relinquentes retia ſua. Ar. M. Dimittentes retia. Pagn. Cùm reliquiſſent retia. Auct. Repudiatis retibus.*
Secuti ſ. e. *Syr. Poſt eum iverè.*

Verſ. 21.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocauit eos.

Procedens inde. *Vat. & Pagn. Progreſſus illinc. Syr. Quum illinc diſcederet. Arab. Tranſiit.*
Reficientes. *Vat. Reconcinnantes. Ar. M. Reſarcientes. Pagn. Sarcientes. Auct. Oper. Imper. Componentes. Fr. Luc. Redintegrantes. Auct. Inſtaurantes.*

Verſ. 22.

Illi autem ſtatim, relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.

Illi autem. *Pagn. At illi protinus.*
Relictis retibus. *Syr. Reliquerunt naviculam. Arab. Reliquerunt nauim. Vat. Relictâ naui. Ar. M. Dimittentes nauiculam. Pagn. Quùm reliquiſſent nauim.*
Patre. *Syr. Patrem ſuum. Arab. Patrem eorum.*

Verſ. 23.

Et circuibat IESVS totam Galilæam, docens, in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni: & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

Circuibat. *Vatab. Obibat. Auct. Luſtrabat.*
Prædicans. *Auct. Denuncians, Promulgans.*
Sanans. *Vat. & Pagn. Curans.*
Languorem. *Vat. & Pagn. & Ar. M. Morbum. Arab. Dolorem.*

Verſ. 24.

Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos.

Abiit opinio. *Syr. Audita eſt fama. Arab. Inſonuit fama. Vat. Dimanauit fama. Ar. M. Abiit auditio. Pagn. Abiit fama. Caiet. Abiit auditus.*
Obtulerunt. *Vat. & Pagn. Adduxerunt.*
Malè habentes. *Syr. Qui peſſimè affecti erant.*
Variis. l. e. t. c. *Syr. Quique cruciatibus conſtringebantur. Variis morbis, ac torminibus contractos. Pagn. Variis morbis, ac cruciatibus contractos. Fr. Luc. Detentos, obnoxios.*
Qui dæmonia. *Caiet. Dæmoniacos.*
Lunaticos. *Arab. Qui agitabantur in principiis lunationum.*
Curauit. *Vat. Sanauit.*

Verſ. 25.

Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæâ, & Decapoli, & de Ieroſolymis, & de Iudæâ, & de trans Iordanem.

De Galilæâ. *Fr. Luc. A Galilæâ.*
Et de trans Ior. *Pagn. Et à regionibus, quæ erant trans Iordanem. Syr. Regionibus ſitis vltra Iordanem.*

CAPVT IV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Deſertum quò referre poſſimus, vt in nos Chriſtus veniat. 221
Otij, & vmbra oſor Spiritus ſanctus. 221
Quò quis ſanctior, eò ad ferenda dura promptior eſſe debet. 222
Alieno auxilio viduum facilè diabolus adoritur. 222
In donorum magnitudine nemo animo efferatur. 223
Baptiſmalibus aquis ablutus delicias non quærat. 223
Cur tentari Chriſtus voluerit. 224
Nullus locus à diaboli infeſtatione tutus. 225
In ſanctos magis ſæuit Dæmon. 226
Qui laudatur promptius ad laborem eat. 226
Qui magis amatur magis affligitur. 227

Ieiunium

Ieiunium per Chriſtum ſanctificatur. 227
In bonis operibus iactantia fugienda. 228
Ab omni fuco & hypocriſi abeſſe Chriſtianus debet. 229
In ſolitarios maximè ſæuit diabolus. 229
Chriſtum amanti deliciis dulcior rerum penuria & abſtinentia. Tactus Iſaias. 229
Chriſti præſentia deſertum vertit in paradiſum, Tactus locus Canticorum. 230
Ieiunium & orationem veræ deliciæ comitantur. 230
Πειρασθῆναι quid. Captioſè dæmon tentat. 231
Irritus diaboli conatus niſi noſtra deſidia fulciretur. 231
Chriſtus nobis ieiunauit, quia nos eſuriebat. 232
Ieiunaturus à cæteris quoque cupiditatibus abſtineat. 233
Quadraginta dies cur Chriſtus ieiunauerit. 233
Ieiunij cultor pluſquam homo eſſe videtur. 233
Abſtinentia armis dæmoni occurrendum. Tactus Ioël. 234
Ieiunium contra iræ diuinæ diluuium. 234
Ieiunium gloriam parturit. 235
Dei voluntas ieiunium ſanctificet. 235

Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.

221. DVCTVS *eſt* IESVS *à ſpiritu in deſertum.* Vt in nos quoque veniat, deſertum referamus deliciarum fugâ, famis fame. Audiendus Sanctus Ambroſius. *Tunc Chriſtus Dominus habitat in deſertum pectoris noſtri, cùm terram noſtram fame ſqualidam, ac ſiti aridam eſſe repererit*; aliter, ſi terrenis illecebris caro innatet, pectus noſtrum non ſubibit Chriſtus, qui deſertum quærit.

Ductus eſt IESVS *à ſpiritu in deſertum*; ſed cur? *vt tentaretur à diabolo.* Certamina inſtitueret, pugnaret, vinceret; *neſcit enim Spiritus ſanctus*, ait S. Paſchaſius, *quoſcunque poſſederit, inefficaces, atque inexpeditos relinquere; ſed prouehit ad certamen.* Otij, & vmbræ oſor Spiritus ſanctus eſt, deſidioſos non amat, amat laboris amatores.

222. *Tunc* IESVS *ductus eſt in deſertum.* Poſt baptiſmum ad ieiunium ſe confert, ne quis poſt baptiſmum laſciuiæ, luxuique ſe daret; vtque doceret, pœnitentiam nulli negligendam. Etiamſi baptiſmalem innocentiam quis habere videatur, adhuc pœnitentiæ, & mortificationis opera omittenda non ſunt; imò, quò quis ſanctior, puriorque, eò ad dura quælibet obeunda promptior, ac paratior eſſe debet.

Ductus eſt in deſertum Chriſtus, vt à diabolo tentaretur. Alieno auxilio viduos facilè diabolus adoritur. Notabat hoc Theophylactus, & ex Matthæi verbis eliciebat: *Ducitur in deſertum, vt oſtendat nobis, quòd diabolus tentat nos, quando viderit ſolitarios, & non ab aliis adiutos. Oportet igitur, nos non temerè fidere nobis ipſis.* Etiam ſine aduerſario ſe euertit, qui nimium credit ſibi, ſibique fidit. Aduerſarius ſui fit, qui ſibi fidit tanquam amico.

223. Poſt baptiſmum tentatur Chriſtus, & fortitudinem ſuam reſiſtendo prodidit, vt ita diſceremus, quàm fortes nos baptiſma reddiderit; debiles antea, & dæmonis tentationibus facilè ſuccumbentes: Hic quoque docemur, in donorum magnitudine, animo efferri, neminem debere, cum, tentationibus in humilitate contineri nos neceſſe ſit.

Poſt baptiſmum ſtatim ad ieiunium ſe Chriſtus confert; vt, qui baptiſmalibus aquis eſt ablutus, deliciis, carniſque illecebris non vacet. Præiuit in exemplum Chriſtus; *nos quoque*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *poſt baptiſmum non deliciis, neque temulentia, non menſa epulis onuſta, ſed ieiunio animum debemus intendere.* A veri Chriſtiani notâ videtur abire, qui poſt baptiſmi aquas deliciis ſe obruit, totum ſe carnis voluptatibus iactat.

224. *Vt tentaretur à diabolo* Benè hoc dictum eſt; non enim, ſicut nos, à concupiſcentiâ ſua tentari potuit, ſed tantum à diabolo, & miniſtris eius: Tentari voluit, vt ſuis tentationibus noſtras vinceret, & ſatanici hoſtis vires vincendo nobis minueret, eiuſque eluderet vafriciem.

Per tentationem quoque verum probare ſe hominem voluit, vt, tanquam verus homo tentatus, hominibus maiorem fiduciam largiretur, ſe in omnibus infirmitatibus illis adfuturum.

Tentari voluit antequam Euangelij prædicationem aggrederetur, quò doceret, tunc hoc munus rectè obiri poſſe, cùm quis, priùs variis tentationibus probatus, ſuperior omni concupiſcentia voluptatis, omni honoris affectu viduus, omnî diuitiarum amore fuerit.

225. Tentari à diabolo ſe, paſſus eſt Chriſtus, vt, qui nos ope ſua munit, inſtrueret etiam exemplo. Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba: *Ob hoc ſe Dominus* IESVS *tentari à tentatore permiſit; vt cuius munimur auxilio, ex eiuſdem muniremur exemplo. Pugnauit ille, vt & nos poſtea pugnaremus: vicit ille, vt & nos ſimiliter vinceremus*; nobis enim ille pugnauit, nobis vicit.

Dæmon Chriſtum ipſum tentationibus aggreditur, & in Eremo, & in ciuitate ſancta, & in montis vertice. Quis deinceps illius inſidias non timebit? quis non ſe contra illius artes muniet? Benè rem vrget Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Quum ſpiritus ſint, & nullo repelli poſſint materiali obſtaculo, temerariè ſolitudines irrumpunt, monaſteria ingrediuntur, domos inuadunt ita, vt non ſit, qui ſe abſcondat ab infeſtationibus eorum. Nec mirum: ſi enim auſi fuere ſuaſionibus ſuis Dominum* IESVM *appetere in eremo, in ciuitate ſancta, in vertice montis, in cruce; quis ab illorum inſidiis audebit eſſe ſecurus? aut quis (niſi qui ſenſu caret, & omni priuatus eſt iudicio rationis) præſumet, cùm ipſis habere conflictum, quia diligenter præuideat, qualiter eos valeat ſuperare?* nullus locus à ſatanici hoſtis infeſtatione ſecurus eſt; quin, ſibi ipſi hoſtis eſt, qui ſe alicubi tutum exiſtimat ab hoc hoſte.

226. Rectus ordo, nec myſterio viduus: poſt baptiſmum, poſt columbæ apparitionem tentatur Chriſtus; vt ita colligeremus, acriùs in nos ſæuire dæmonem, vbi ſanctioris vitæ genus inierimus, & pleniorem Spiritus ſancti gratiam acceperimus. Tentatur ſtatim poſt baptiſmum Chriſtus; tentatione ſuâ indicans in ſanctificatis maxima diaboli tentamenta graſſari; quia victoria ei eſt magìs exoptata de ſanctis.

Poſt vocem, laudémque Patris in Iordane, in deſertum abit Chriſtus, vt tentaretur à Diabolo; quia labor Diuina beneficia ſequi debet, non torpor, & deſidia. Quò quis magis laudatur, eò promptiùs ad laborem currit.

227. Dixerat Pater: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: ſed ſtatim Pater in deſertum ire Chriſtum iubet, longum, durumque obire ieiunium & diaboli tentationes ſuſtinere; vt vel filij ſui exemplo probaret, quò magis quis à Deo diligitur, eò maioribus tentationibus plerúmque percelli, & aduerſitatibus probari; adeò, vt aduerſa, quæ mittuntur, amoris indicium ſint.

Ablui in Iordane Chriſtus voluit;vt aquas contactu ſanctificaret, & in baptiſmi vſum adhiberentur : poſt Iordanem, in deſertum it ieiunaturus,vt, qui aquas ſanctificauerat etiam ieiunium ſanctificaret, quo, velut quodam alio baptiſmo, animæ abluerentur, ac mentis ſordes abſtergerentur. Fe-
Ioël. 1.14. cit,quod iuſſerat per Ioëlem:*Sanctificate ieiunium.*

228. Sed cur in deſertum Chriſtus abit? An, quia quadraginta diebus ieiunare conſtituerat? Nempè Exemplo docere voluit in bonis operibus, in iis maximè, quæ admirationi eſſe poſſunt, fugiendam iactantiam eſſe. Ab hominum oculis ſe ſubduxit, ne videretur hominibus ieiunans; quod ipſe inhibuit.

In deſerto ieiunat Chriſtus : in ciuitatibus edit, & bibit : vt doceret, quàm aliena eſſe debeat ab omni fuco,& hypocriſi Chriſtianorum vita. Plerique,cum in hominum conſpectu ſunt,& videntur, ieiunant, & aliis bonis operibus vacant : ſoli deliciis diffluunt,vitiis innatant.

229. In deſerto Chriſto inſidias parat diabolus : ſolitarios viros maximè tentat, qui, cum Mundum, carnemque vicerint,cum dæmone pugnare debent; tunc quippè diabolus acrius in aliquos ſæuit cum eos viderit ab aliis ſegregatos.

Ducitur in deſertum, vt tentaretur à diabolo, vt pateretur,vt ieiunaret. Et tamen de Domino dicitur : *ponet deſertum quaſi delicias, & ſolitudinem*
Iſai. 51.3. *quaſi hortum Domini.* Iſai.51.verſ.3. Quî deſertum in delicias vertit, qui in deſerto nec panem habet, quo famem expleat? Sed hinc diſcere debes; ei, qui Deum amat, omnibûs deliciis dulciorem eſſe rerum omnium penuriam; & omnibûs conuiuiis gratiorem, ferculis omnibûs ſapidiorem abſtinentiam.

230. Deſertum in delicias Chriſtus vertit; quia, vbi Chriſtus,ibi Paradiſus,ibi deliciæ omnes. A deſerto terrenæ deliciæ aberant,Chriſtus in eo erat : ſatis iſtuc vt ſolitudo ſit Paradiſus, in deſerto deliciæ veræ deguſtentur. Hinc illæ voces : *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa*
Cant. 8.5. *ſuper dilectum ſuum.* Cant.8.verſ.5. Deliciis affluit ſponſa, delicias in deſerto demeſſuit : non mirum; quia ab eâ non aberat dilectus. Chriſto ſuo quis innitatur, etiam ex rerum omnium penuriâ delicias capiet.

Fuit Chriſtus in deſerto, vt orationi, rerumque Diuinarum contemplationi vacaret, & ieiunio mentem nutriret; ieiunij quippè comes oratio eſt. Hæc vbi adeſunt in deſerto, deliciis perfunditur mens,quas in carnis illecebris non inuenit.

231. *Vt tentaretur*, Græcè, πειρασθῆναι, quod verbum ſimulationem, & fictionem quandam claudit, vt ſignificet *captioſè tentari*;atque *ſolicitari*. Congruit hæc notio dæmonis aſtutiæ, qui ita homines ad malum tentat,vt ſub boni ſpecie id præſtet, aliumque ſe eſſe ſimulat ac ſit, fraudes ſuas pietatis, aut neceſſitatis veſte tegens.

Præterea hoc verbum dicitur ferè de inani conatu : ſic aues adhuc implumes, aut pennis immaturis volare geſtiunt,& tentant. Hoc idem præſtat & dæmon : imbecilles habet vires, & pennis caret, vt irrito conatu nos laceſſeret, niſi alas ei nos noſtrâ deſidiâ,noſtrâque prauitate præberemus.

Et, cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,poſtea eſuriit.

232. Cum ieiunaſſet. Ieiunat, qui omnium cibus eſt, omnibus cibum exhibet;nimirum nos eſurit, noſtri famem,vt ita dicam,habet, dum famem pro nobis ſuſtinet, ieiunat pro nobis. Pulchrè Auctor ab aureo ſermone : *Homo, Deus in ſe ieiunat, in te eſurit, imò ieiunat tibi,tibi eſurit;ergo cum propter ſe ieiunat Chriſtus, te eſurit*, exhibe te Chriſto, exhibe totum,vt eo te ipſo paſcas,qui te paſcit.

Ieiunaturus Chriſtus in deſertum ſe recipit, vt, illius exemplo qui ieiunat, à cæteris quoque voluptatibus abſtineret, ab hominum quoque conſortio, quantum licet ſe ſubduceret, & quod grauius mulierum conſuetudinem vitaret. Scitè Sanctus Ambroſius : *Formam dedit nobis Deus in hoc facto, vt ieiuniorum tempore, tanquam deſertum habitantes,abſtineamus epulis, voluptate*, muliere, rebuſque cæteris, quæ ieiunij ſanctimoniam, puritatemque poſſunt inficere.

Quadraginta dîes Chriſtus ieiunat; dierum nu- 233.
merum conſultò non excedit, quibus Elias,quibus Moſes ieiunauit; ne ſcilicet putaretur humanæ naturæ terminos excedere,& ſupra hominem eſſe. Scitè Sanctus Chryſoſtomus : *Quare*, inquit, *totidem, quot ſerui, dies Dominus ieiunare conſpicitur, & numerum illum non tranſcendit? ne exiſtimetur apparenter tantùm aduениſſe, & non aſſumpſiſſe carnem,vel extra humanam naturam eſſe :* nimirum hominem potiùs aſſumpſiſſe, quam pluſquam hominem putari hominum cauſa Chriſtus voluit.

Eſurit Chriſtus, vt diabolus, qui ad ieiunantem accedere verebatur,accederet ad eſurientem : *Ergo Chriſtus*, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *non ieiunio laſſeſcit, non eſurit fame, ſed eſuriuit Chriſtus, vt tentandi materiam diabolus inueniret; quia ad ieiunium non audebat accedere; quia ſic ieiunantem,Deum,non hominem, ſentiebat.* Vt ſupra hominem eſſe videretur, qui Chriſti exemplo cultor ieiunij eſt.

Propter nos ieiunat Chriſtus,qui nos eſurit.An- 234.
tequam bellum cum Satanâ ineat,ieiunio ſe armat; vt nobis in omni conflictu idem præſtandum eſſe doceat. Cum hoſtibus pugnaturi plerique conſueuerant diues conuiuium præmittere, &, epulis repleti,inire pugnam. Contrà hîc fit. Inuiſibiles hoſtes qui ſternere cupit, ſe abſtinentiâ priùs armet.
Ioël.1. verſ.15. *Canite tubâ in Sion* (tanquam ad Ioël. 1.15.
bellum,tunc tubarum vſus erat) ſed addit : *Sanctificate ieiunium :* hic enim opportunus belli apparatus eſt,& futuræ victoriæ ſignum.

Quadraginta dies Dei ira in diluuio ſæuiit; & quadragenarij ieiunij abſolutione Dei iram à nobis voluit auertere Chriſtus.

Reſpondent, vt plerique volunt,hi ieiunij dies 235.
quadraginta diebus, quibus poſt reſurrectionem ſuam glorioſus in terris vixit. Rectè:vt ita colligeremus,ieiunium, pro Deo ſuſceptum,gloriam parturire;& abſtinentiam,viam ad vitam immortalem ſternere.

Sed caueat,qui ieiunat,ne in die ieiunij ſuæ voluntati ſeruiat,& vitiis implicetur. Dei verba ſunt:
Iſaiæ 58.verſ.3. *Ecce,in die ieiunij veſtri inuenitur* Iſai. 58.3.
voluntas veſtra : nunquid tale eſt ieiunium,quod elegi? Non ita Chriſtus, qui à ſpiritu ducitur in deſertum,vt pœnitentiæ, & ſingularis abſtinentiæ opera,Dei ductu,& voluntate, præſtanda,ac perficienda eſſe doceret.

SECTIO II.

Diabolus ieiunij vim timet. 236

Accedit tentator cum terrenum aliquid cupimus. 236

Tentator

Tentator cur dicatur dicatur diabolus. 236

Laudis dulcedine diabolus delinit. 237

Ieiunium diuinum quidpiam ſapit. 237

Abſtinentia Deo ſimiles homines facit. 238

A ventris ſeruitute liber pluſquam homo eſſe videtur. 238

In abſtinentia tentationes non deſunt. 238

Abſtinentiæ armis contra diabolum quiſque ſe præmuniat. 238

Hominum calliditate vtitur dæmon in decipiendis hominibus. Tactus Matthæus. 239

Rerum ſimilitudine nos dæmon decipit. 239

Diaboli beneficia lapidoſa. 240

Tentandi artem amittit ad Chriſti præſentiam ſatanas. 240

Noſtro labore nobis exitiũ creat ſatanicus hoſtis. 240

Dæmon à minimis incipit vt ad grauiora præcipitet. 241

Ad ſuperflua ſatanas incitat. 241

Nec ſimulatè quidem noſtram ſalutem petit dæmon. 242

Ieiunij vim pertimeſcit ſatanas. 243

Humanæ naturæ mutabilitas. 243

Dæmonis aſtutias timere omnes debent. 244

Dei Filium refert, qui à ventris ſeruitute liber. 244

Dignitatis titulis ad indigna homines trahere ſtudet diabolus. 245

Voluntatis ſit ieiunium, non neceſſitatis. 245

Dura dæmonis pietas. 246

Diaboli duritia vt collecta. 246

Etiam ſub cibi vilitate latet dæmonis aſtutia. 247

Ieiunij ſignum diabolus pertimeſcit. 248

Et accedens tentator dixi ei: ſi Filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant.

236. NOn legitur acceſſiſſe tentator ad Chriſtum, cum Chriſtus ieiunaret: ſcilicet ieiunij vim ferre ille non poteſt. Acceſſit, cum eſuriret, abſoluto ieiunio; opportunum id putans tentandi tempus.

Acceſſit, cum ſenſit eſurire. Diſce: tunc maximè tentationis tempus, & occaſionem adeſſe, cum ſentit nos dæmon eſurire, aut aliquid cupere. Accedit tentator, cum aliquid, quod Deus non ſit, nos videt eſurire. Nihil infra Deum eſuri, nihil præter Deum quære, &, ad te accedere, diabolus non audebit.

Tentator dicitur diabolus; quia tentandi artem optimè callet, & quia is primus fuit, qui tentationem terris inuexit; nam, ſecundum aliquos, hic, qui tentat Chriſtum, ille idem fuit, qui tentauit primos parentes.

237. Sed pende tentatoris aſtutiam: *ſi*, inquit, *Filius Dei es*. Cur non dixit: *ſi eſuris*. Laudis, ac dignitatis dulcedine eum decipere volebat, & adulatione delinire. Vbi inanis gloriæ ſuco aliquem fefellerit, facilè in grauia quæque pertrahit, omnia perſuadet.

Ieiunantem Chriſtum videt ſatanas, & ait: *Si Filius Dei es*. Etiam ſatanæ ſenſu ieiunium Diuinum quidpiam ſapit. *Deus ipſe*, vt ait B. Ambroſ. enarrat. 1. in Ionam. *ſemper ieiunus, & ſanctus eſt.* Vt ergò quis Dei referat imaginem, ieiunium amet.

238. Præterea, dum videt ſatanas Chriſtum iugiter ieiunantem, ſuſpicatus eſt eſſe Filium Dei; nos quippè abſtinentia adeò extollit, & perficit, vt, vel diaboli teſtimonio, Deo ſimiles, Deique filij cenſeri poſſimus.

Si, inquit, *Filius Dei es.* Vide, quid de ieiuniis *Nouarin. in Euang. Tom. I.*

ipſe dæmon ſentiat, quid de abſtinentiâ iudicet abſtinentiæ hoſtis. Non hominem, ſed Deum credit, quem à ventris ſeruitute liberum conſpicit.

Ieiunat Chriſtus, ſed tentatur à diabolo; vt diſceremus in abſtinentiâ tentationes non deeſſe.

Diaboli inſultus in carne Chriſtus excepit; ſed eam priùs ieiunio muniuit, ſimul & nos erudiens, vt nos aduerſus diaboli inſultus, & fraudes abſtinentiæ armis præmuniamus.

Accedit tentator, & hominis figuram, vt interpretes voluere, ſumpſit. Tentans diabolus primos parentes ſerpentis formâ vtitur, quia callidior cunctis animantibus erat, vt ait diuina ſcriptura. Sed quia homo adhuc callidior: homines per homines decipere ſtudet. Homine ad decipiendum hominem non eſt vſus in mundi primordio; quia homo alius non erat, quem, ad tentandos protoparentes, aſſumeret; ſi enim affuiſſet, aliam formam non induiſſet. Probè monuit Chriſtus: *Cauete ab hominibus.* Matth. 10. 17. Scilicet per hominem homo dæmonis dolo facilè labit , ſi ſe ei credat. 239. Manh. 10. 17.

Dæmonis aſtutiam indicat, quòd lapides potiùs, quàm terram, aërem, arbores in panem vertere Chriſto ſuadere tentauerit; hoc enim egit, quia lapis maximam cum pane habet ſimilitudinem, licèt ſit pani maximè contrarius. Nempè rerum ſimilitudine nos decipere dæmon tentat, & ſub pietatis ſpecie ea ſuadet, quæ longè à pietate diſtant.

Beneficium ab homine duro, aſperè datum *panis lapidoſus*, dici ſolet: talia ſunt, quæ à fallacis hoſtis manu offeruntur: ſæuitie, itàque grauida eius beneficia exiſtunt, lapidem in panem verti ſuadere vult, vt ſtatim colligeremus, panem lapidoſum eſſe dona, quæ offert, & ab eius duritie, ac crudelitate omnes illecebras, ac delicias proficiſci. 240.

Lapides eſurienti offert, talis inimici humanitas eſt. Eſurienti tenera offerre, non dura debuit: famem ſuauibus eduliis excitare, non horridis: ſapida offerre fercula tentator debebat. Tentandi artes pereunt ad Chriſti præſentiam. Tentare Chriſtum cupit, ſed neſcit diabolus, dùm ſe ante Chriſtum ſiſtit. Diſce: Coram Deo tuo ambula, Deum tuum præſcorem cogita, & tentatori ſuæ artes deperibunt, & tàm aberit, vt vincere te ſuis fraudibus poſſit, vt nec tentare ſciat.

Non aliundè allatos panes affert. Hic dæmonis ferè mos: vult nos noſtro labore nobis ruinam, exitiumque creare, vt grauior pœna ſit, ſupplicium grauius. Huc homines impius allicit, vt ingentium laborum, diſcriminumque pretio perditionem ſuam emant.

Neceſſaria hîc tantùm ſuadet: non pretioſa edulia, & fercula, ſed panem ex lapidibus fieri curat, ne ſcilicet eius vafrities agnoſceretur. A minimis, & neceſſariis incipit, vt poſtea ad maiora, miniméque neceſſaria inducat. 241.

Sed ad ſuperflua incitat, quò ad quantitatem, dum non lapidem in panem verti ſuadet, ſed lapides in panes. Satis fuiſſet fami ſubleuandæ lapidem in panem verti? non ſatis hoc fuit dæmonis aſtutiæ, qui ad ſuperflua vocat.

Dic vt lapides iſti panes fiant. Sciebat dictum à Ioanne: *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Matth. 3. verſ. 9. Cur igitur ſignum iſtuc, ac miraculum non poſtulauit à Chriſto, quo apertè proderet, an Dei Filius eſſet, vel ſecùs? Abſtinuit ab hac petitione fraudolentus hoſtis, ne hominum ſalutem quærere videretur. Nolebat, perditos homines, & lapidibus inſenſibiliores ad meliora conuerti; idcirco non petit ex lapidibus, hoc eſt 242.

hominibus,lapides, lapideoſque deos adorantibus, filios Abrahæ ſuſcitari, qui Abrahæ fidem, ac ſanctitatem æmularentur. Hominum perniciem dæmon quærit, non quærit ſalutem: perdere homines ſtudet, perditos ad vitam redire,non vult. Nec ſimulans quidem, hominum in meliùs conuerſionem poſtulat, tantùm abeſt vt seriò. Nec ficte hominis ſalutem vult quærere, qui verè ſemper eius ſaluti ſuis fraudibus inſidiatur.

243. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Signum panis poſtulat,qui ieiunij vim pertimeſcit.Lapides in panes verti poſcit,vt abſtinentiæ refugiat ictus,quos ferre non poteſt,ac ieiunantis propoſitum violet.

Viderat diabolus ſuperbiam ſuam, baptizati Chriſti ſingulari humilitate, calcatam: viderat quadraginta dierum ieiunio omnem carnis cupiditatem excluſam: non deſperat tamen de malitiæ ſuæ artibus; non diffidit. Accedit,vt tentet,& victoriam obtineat: & vnde tanta dæmonis fiducia? An, quia hominem eum videbat? Nimirum tantum ſibi de naturæ noſtræ mutabilitate promiſit, vt,quem verum hominem experiebatur, etiam cadere,etiam mutari poſſe,cenſeret. Hoc ſi homines ipſi cogitarent, non adeò de ſe præſumerent, nec adeò ſuis viribus,virtuti ſuæ fiderent,cùm eo ipſo, quòd homines ſunt,labi facilè poſſint.

244. Qui ieiuniis armatum viribus non potuit ſternere,ad dolos, fraudeſque currit. *Vbi Dominus*,inquit ab aureo ſermone Auctor: *Quadrageſima ieiunium indefeſſo illo virtutis ſua aggreſſus eſt documento, mox diabolus occurrit pugnaturus dolis; quia ieiunanti viribus obſiſtere non valebat.* Dæmonis nimirum aſtutias timere omnes debent, omnes cauere, ſed maximè, qui abſtinentiæ litat, ieiunium colit,ieiuniis excolit mentis humum.

Si Filius Dei es. Vel dæmonis mente ille Dei filium refert, qui, à ventris ſeruitute liber, ieiunio vacat, itaque ieiunium commendat, dum ſtudet euertere. Audiendus Sanctus Petrus Chryſologus, qui hæc verba hiſce verbis expendebat: *Audiſtis quid de ieiuniis ipſe ſentiat, & iudicet inimicus. Si Filius Dei es. Videtis,quia iam non hominem, ſed Dei filium credit, quem liberum à ventris conſpexerat ſeruitute.* Hominem videtur exuiſſe, qui animam ſuam,vt aiebat Pſaltes regius,in ieiunio operit.

245. *Si Filius Dei es.* Non dixit,ſi eſuris: quod dignitatis eſt,tangit,ſupprimit quod eſt indigentiæ, vt vel hac ratione decipiat,& iactantiæ ſpiritum affricet eius menti. *Doloſa*, inquit S. Chryſoſtomus, *illum adulatione palpando, ſolius mentionem facit dignitatis:* fraudibus conſutus diabolus, dolos verbis quoque nectit, vt omnes decipiat, omnes fallat; dignitatis quoque titulos vſurpat, vt trahat ad indigna.

Dic vt lapides iſti panes fiant. Qui voluntariè famem ſuſtinebat,noluit ſtultè dæmonis tentationi obſequi.Iure ſatanicum hoſtem vellicabat,Sanctus Maximus, *ſtultiſſima hac eius, inaniſque ſubreptio: per panem enim vult eum tentare, qui panis eſt, æſtimans illum eſca penuriâ laborare, qui voluntariam perferebat eſuriem:* etiam ab hoc capite tentantis dæmonis conſilium ſprenit, vt oſtenderet voluntatis fuiſſe ieiunium,non verò neceſſitatis.

246. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Vide,quænam ſatanici hoſtis ſit humanitas.Lapides eſurienti offert. Dura dæmonis pietas duros pro pane lapides didicit offerre. Pulchrè auctor ab aureo ſermone: *Lapides eſurienti offers. Humanitas talis eſt ſemper inimici; ſic poſcit mortis auctor, ſic inuidus vitæ. Dic vt lapides iſti panes fiant. Diabole fallit te promiſſio tua. Poteſt famem vertere in ſaturitatem, qui poteſt lapides in panem mutare*; qui adeò durus, & inhumanus,cum ſpondet humanitatem, quid erit, cum omnis humanitatis veſte exuta ſæuitiem nudam exercebit?

Dic vt lapides iſti. Cur in lapides oculos dæmon coniicit? cur non mollius aliquid obiicit,ex quo panes Chriſtus educat? an, vt à re obiecta illius durities poſſet colligi,qui illam obiiciebat? feſtiuè Sanctus Paſchaſius; *ex lapidibus aptè elegit panes expoſcere, vt quàm durus ſit, qui loquitur, talis ſignaretur exemplo.* Diabolus duritiam ſuam vel lapidum nomine prodidit.

Lapides in panes verti poſtulat, non in piſces, non in carnes, ne ciborum deliciis tentatoris aſtutia cognoſceretur. Pulchrè Innocentius: *Non ait, dic, vt lapides iſti panes fiant, aut piſces, ne fortè in cibis lautis,& variis deprehenderetur facilius aſtutia tentatoris:* etiam ſub cibi vilitate latet non ſemel dæmonis aſtutia,latet & ſub ferculorum aſperitate tentantis dolus. 247.

Dic,vt lapides iſti panes fiant. Vide ſatanicam in Scripturarum myſteriis ſolertiam: panes à lapidibus prodire quærit, vt per hoc noſceret, an ipſe ſit ille,qui populo manna pluerat in deſerto,& de petra aquam eduxerat populi leuandæ ſiti.

Dum lapides in panem vertendos offert, nec aliud à Chriſto ſignum poſcit, prodit dæmon, ſe 248.
ieiunij ſignum pertimeſcere, horrere ieiunium. Pulchrè Sanctus Petrus Chryſologus: *Quare non dixit, ſi Filius Dei es,dic, vt homines,aut Angeli,aut aliquid aliud fiant? ſignum panis petit, qui ſignum ieiunij pertimeſcit. Signum panis petit, vt ieiunij timendum ſibi refugiat ſignum.* Ieiunium auferre ſatagit,dum ferre videtur eſurienti cibum. Abſtinentiam dæmon pudet euertere, dum, verti in panem lapides,quærit.

SECTIO III.

Sanctis verbis potius quàm viribus & contumeliis vincendum docuit Chriſtus. 249
Nihil ad imperium diaboli faciendum. 249
Noſtram ſalutem maximè ſpectat Chriſtus miracula faciens. 249
Signa facienda ad petentis ſalutem, non ad auctoris iniuriam. 250
Aliorum cura maior quandoque quàm noſtri. 250
Magis de aliis quam de ſeipſo ſolicitus eſt, qui aliis præeſt. 251
Diaboli perſuaſionibus nunquam acquieſcendum. 251
Qui ieiuniis vacat Diuini ſermonis epulas inquirat. 252
In panes lapides cur Chriſtus non converterit. 253
Hominibus contra homines vtitur dæmon. 254
Sanctitas à templi cultu. 254
Sancti Dei ſacerdotes eſſe debent. 255
Chriſti ſanguis omnia ſanctificat. 255
Nullus locus à diaboli infeſtatione immunis. 255
Præcipitium etiam in templis dæmon ſuadet. 256
E loco ſacro nocentior lapſus. 256
A prædicationis munere auocare homines ſtudet diabolus. 257
Magiſterij honor docenti ſuperbiam affricat. 257
Doctrinæ locum ſperni non vult Chriſtus. 258
Poſt magni operis conſummationem timenda iactantia. 259
Tunc cauendus lapſus,cùm lapſum anteuertimus. 260

Cæleſtia nobis odioſa nititur facere diabolus. 262
Impius, quilibet alios ex ſeipſo metitur. 262
Diabolus euehit, vt validius præcipitet. 263
Aſcenſum in cælum nec tentando diabolus ſuadet. 263
Deſcenſum ſemper ſuadet diabolus. 264
Satanici ſpiritus eſt ea quærere, quæ nulli proſunt 264

Qui reſpondens dixit: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

249. ATtende Domini humilitatem, qui non potentiâ tentatorem repreſſit, ſed verbis ex ſacris Scripturis deſumptis; vt diſceremus, eos, qui nos impugnant, ſanctis potiùs verbis, quàm viribus vincere, ac contumeliis.

Noluit Chriſtus lapides in panem vertere, ſicut vertit aquam in vinum petente matre; vt nos doceret, nihil ad imperium diaboli faciendum eſſe.

Chriſtus aquam mutauit in vinum, non lapides in panem, quia illo miraculo plantari fides debuit in diſcipulorum cordibus; ſcriptum quippè ibi eſt:
Ioan. 2. 11. *Et crediderunt in eum diſcipuli eius.* Hîc verò nulla ſpes ſalutis erat, nulla profectûs, vnde à miraculo abſtinet. Spectat Chriſtus in magnis miraculis noſtram ſalutem, non inani gloriæ litat.

250. Poterat de lapidibus panem facere, qui aquam conuertit in vinum, ſed ſigna exhibenda fidei, non dolis, non fraudibus; credenti danda ſunt, non ſunt danda tentanti. Miracula facienda ſunt ad petentis ſalutem, non ad facientis iniuriam.

Non ſunt præſtanda miracula, quæ nihil proſunt, & cum nihil proficit, qui illa petit: aquam in vinum vertit; quia mater, cui nihil negandum, hoc petierat, & quia aliorum maior cura habenda, quàm ſui, cum agitur de ſubueniendo corpori. Ideo aquam vertit in vinum, quia vinum omnibus conuiuis deerat: lapidem in panem non conuertit; quia ſolus eſurit; & ita nos monere voluit, vt promptiores alienis, quàm noſtris indigentiis occurreremus.

251. Miraculum Dominus non fecit, quod diabolus petebat; quia propriam famem tolerare volebat: ſi aliquis noſtrum panibus indiguiſſet, promptus fors feciſſet; nam miraculosè panes, piſceſque turbis ſaturandis ne in viâ deficerent, multiplicauit. Scilicet magis de aliis, quàm de ſeipſo ſolicitus eſſe debet, qui aliis præeſt.

Docuit nos quoque Chriſtus, nolens in panem lapides vertere, cum eſuriret, ne vnquam ob neceſſitatem corporis, diaboli perſuaſionibus acquieſcamus; quò dementiæ illi prorepunt, qui in rei familiaris anguſtia dæmonis ſe credunt fraudibus, & in grauiſſima ſcelera labuntur, vt illicitis modis ab illis neceſſitatibus releuentur, quibus opprimuntur.

252. Non vertit lapides in panes Chriſtus, vt hoſtem contemneret, & doceret contemnendum, dum tentat. Peritè Sanctus Auguſtinus: *Eiuſdem potentiæ eſt facere de lapidibus panem, ſicut fecit de aqua vinum; ſed non fecit, vt voluntatem contemneret tentatoris; Aliter enim tentator non vincitur, niſi contemnatur.* Contemnendum ſe exhibet, qui non contemnit; & hoſti contemptibilis fit, qui hoſtem non contemnit.

Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Iure ieiuniis Dei verba miſcet, vt, qui ieiuniis vacat, diuini ſermonis epulas inquirat: *Quam bene,* inquit Sanctus Ambroſius, *ieiuniorum tempore Verbum Dei dixit, eo quod reficit; vt oſtenderet ieiunia noſtra non debere ſæculi actibus occupari; ſed ſacris litteris exerceri: negligit enim famem corporis, qui pabulo lectionis intendit, nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cæleſtis acquirit;* alioquin ieiunium ieiunum eſſe videtur, ſi rerum terrenarum epulis, vt ita dicam, paſcatur, qui ieiunat.

Lapides in panes non conuertit, non quia non 253.
poſſet, qui poteſt omnia; ſed quia non expediebat. Pulchrè Sanctus Iſidorus Peluſiota: *Quòd,* inquit, *lapides à Chriſto in panes minimè conuerſi ſint (vir præſtantiſſime) non idcirco factum eſt, quòd edendorum miraculorum tempus nondum adeſſet, quemadmodum malè feriati homines garriunt, ſed quia petitio vana erat, & petitore digna. Deus enim omnia cum pondere; ac menſurâ, & neceſſitate largitur.* Nimis leuis eſt, qui cum pondere non facit id, quod facit.

Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: ſi Filius Dei es, mitte te deorſum.

A Deſerto ad ciuitatem Chriſtum ducit diabo- 254.
bolus, imo & fert. Inter homines Chriſtum ſtatuit, fors homines habiturus dæmon adiutores: plerumque hominum linguis & malitiâ vtitur dæmon, vt eum vincat, & deiiciat, quem tentat; &, quod ſolus non poteſt, efficere malorum hominum miniſterio ſtudet.

Per ſanctam ciuitatẽ, Ieruſalem intelligatur, quæ ideò ſancta dicitur, quia in eâ Dei templum erat, Deique cultus maximè vigebat. Si ſancta tota ciuitas ob vnicum templum, quàm ſanctæ nunc Chriſtianorum vrbes, in quibus ſingulis tot templa?

Sancta ciuitas dicitur ob Templum, quod con- 255.
tinebat: quàm ſancti debent eſſe ſacerdotes, qui Dei templis continentur, in iiſque Dei cultui inſeruiunt? Væ illis, qui in Dei ædibus, quæ ſanctitatem quandam concilians, ſanctitatem polluunt.

Præterea ſancta dicitur ciuitas; quia in eâ fundendus Chriſti ſanguis, qui omnia ſanctificat.

Super templi pinnaculum Chriſtus ſtatuitur. Proh dæmonis impudentia! Nec locus Deo ſacratus eum cohibet? Nullus locus ab eius infeſtatione immunis. Caueat ergò quiſque, ne in Dei templo diaboli fraude vincatur, qui victor extra illud fuerat.

Ad templum Chriſtum ducit Satanas, vt ſe ibi 256.
præcipitaret: ſæpè enim hominibus in locis Deo ſacris, in templis, in religioſis domibus ruinam ſuaſit, & præcipitium, quod extra illa loca non potuit.

Diabolus etiam in locis ſanctis nobis inſidiatur. In Templo præcipitium ſuadet Chriſto: cur non ſuaſit in monte? Quia è loco ſacro nocentior lapſus fuiſſet; nec enim tam graue in ſeculo labi, quàm in Dei domo, in Dei templo.

Suaſiſſet diabolus præcipitium è templi pinna- 257.
culo; etiam alios à templo auocaret, & à prædicationis munere (quod ei ſemper in votis) Doctores auertiſſet.

In Palæſtinâ plana erant tecta, & inde Doctores populo loquebantur: vbi ergò multos ceperat vanagloria ob prædicationis munus, Chriſtum tentat, ſi fortè aliquam inanis gloriæ auram ei inhalaret; ſic enim faciliùs ſe deorſum miſiſſet.

Quàm facile magiſterij honor, imo & locus ſuperbiam docenti affricat, niſi ſibi quiſque caueat.

258. Statuit Chriſtum ſuper templi pinnaculum, vt ab hominibus conſpiceretur, & inani tangeretur gloriâ videns, ſe in eminenti hoc loco tanquam Doctorem, videri: ſed Chriſtus (vt pleriſque placuit) hoc egit, vt à nullo videretur; fors ne doctrinæ locus ſperneretur, aut horrori haberetur: quod facilè eueniſſet, ſi vidiſſent diabolum eum locum ſuâ præſentiâ polluiſſe, & in eo præcipitium ſuadere tentaſſe. Præterea noluit videri, ne vel ambitionis, ac inanis gloriæ ſignum exhiberet; quod aliqui factum putaſſent, ſi eum, in doctorum locum delatum, doctoris non fungentem munere conſpexiſſent.

Iterum aſſumpſit: Græcè, *πάλιν παραλαμβάνει, iterum aſſumit*. Mutauit locum ſatanas, ſi fortè loci mutatio (quod accidit) mutaret affectum. Potuiſſet hoc idem ex pinnaculo, quod ex altiſſimo monte; ſed, euagationem aliquid ſuis fraudibus auxilij allaturam, putauit. Non ſemel ſuis tentationibus foras prodeuntes, & huc, illuc vagantes deuicit dæmon, quos domi clauſos non potuit. Tangit res iſta illos præcipuè, qui nomen in ſacras familias dederunt, vt cellæ inquilini fierent, non vt per ſecularium domos curſitarent.

259. Poſt ieiunium ſuper templi pinnaculum ducitur: ſcilicet poſt magni alicuius operis conſummationem timenda iactantia, & inanis gloria eſt. Putabat dæmon poſt tam diuturnum ieiunium poſſe Chriſtum intumeſcere; præſertim, ſi in ſublimi loco ſiſteretur, qui inhalare inanem gloriam ſolet.

Homines ſpirituales, ac ſancti deliciis ſe vinci non ſinunt, famem tolerant, abſtinentiæ litant: ſed plerunque, qui gulam vicerant, per inanem gloriam cadunt. Nouit hoc diabolus; & idcirco, poſtquam viderat Chriſtum de gulâ victorem, cœpit eum de inani gloriâ tentare, ducens in ciuitatem, & ſtatuens eum ſuper pinnaculum templi. Caueat igitur, qui abſtinentiam colit, ne inanis gloriæ vitio dæmonis fraude capiatur.

260. Poſt opus bonum timenda iactantia eſt. Vix in ieiunio ſuperiorem ſatanas expertus eſt Chriſtum, cum illum ſuper templi pinnaculum ſtatuit, vt hoc, quod indicabamus, indicaret, opportunè rem verſat auctor ſub nomine Chryſoſtomi. *Poſtquam*, inquit, *Euangeliſtæ expoſuerunt Chriſtum in tentatione ieiunij ſuperaſſe diabolum, in ſequenti loco expoſuerunt, ductum eſſe à diabolo ſuper templum: quoniam victoria tentationis, & expletio alicuius operis magni gloriationem operatur, & fit cauſa iactantiæ*; ſcilicet tunc maximè cauendus lapſus, cum lapſum anteuertimus, vt à victoria non excidat, qui potitus victoria, imo, quia potitus.

Mitte te deorſum. Quam fatua ſuaſio! *Si potentiam oportet oſtendi, ſemetipſum temerè proiiciendo, ac præcipitando, non oſtenderet; ſed alios profectò ſaluando*, ait Sanctus Chryſoſtomus, dæmonis eſt ſeipſum iacere deorſum, Dei eſt homines erigere iacentes.

261. *Mitte te deorſum*. Suadere voluit dæmon Chriſto, quod ipſe præſtiterat, cum in cælo ſuperbiâ elatus, deorſum cecidit; nimirum ſatanicæ perfidiæ eſt ad præcipitia alios vocare, vocantium lapſibus, infamia.

262. *Mitte*, inquit, *te deorſum*. Suaſiſſet, ſurſum euolare. Deorſum, non ſurſum aſpicere ſuggerit, quia cæleſtia nobis odioſa nititur facere: ad terrena inuitat, auocat à Cæleſtibus, qui è Cælo ſuperbus cecidit.

Dæmon, & impius quilibet alios ex ſeipſo metitur. Satanas ad excelſa ducit Chriſtum, ſuper pinnaculum ſtatuit, vt ei præcipitium ſuadeat, ſicutque ipſe eleuatus cecidit, ſic & alios exaltando ruere faciat.

263. *Mitte te deorſum*: ergò euexerat, vt grauior caſus, & ruina eſſet. Hic ſatanæ mos eſt: ſic ſuos decipit: altiùs eos euehit, vt validiùs præcipitet in ruinam. Quò quis magis extollitur, magis timeat præcipitium.

Exploraturus ſatanas an Dei Filius Chriſtus eſſet, ait: *Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Cur potius non dixit: *ſi Filius Dei es in Cælum euola?* Non eſt dæmonis aſcenſum in Cælum ſuadere, nec tentando quidem: eius eſt ad ima homines allicere, non ad cæleſtia vrgere.

264. *Mitte*, inquit, *te deorſum*, non ſurſum aſcende: ita enim affligitur diabolus in exaltatione hominis, vt, nec tentando, aſcenſum velit perſuadere cæleſtem. Deſcenſum ſuadere, ab eius ſcholâ eſt, qui è Cælo cecidit, nunquam aſcenſurus. Ad ſublimia Chriſtũ duxit Diabolus, ſed ſtatim lapſum ſuadet; vt intelligeremus, huc ipſum ſpectare, dum exaltari homines curat; vt ſcilicet in præcipitium cadant, qui ſæpè tolluntur in altum; vt lapſu maiori ruant.

Miracula fieri dæmon poſtulat, ſed nulli profutura, nullius vtilitatis, nullius commodi; vt ſtatim appareat ſatanici ſpiritus eſſe, quærere, quæ nulli proſunt, nullius ſaluti proficiunt. Vtilia, & ſalutifera quærenda à Deo ſunt, non inutilia, & noxia.

SECTIO IV.

Diabolus iis ſe conformat, quos tentat. 265
Scripturis abuti ſatanicum eſt. 265
Perſtricti qui impura verba emittunt, cùm ſancta audiant. 266
Diabolus ea ſubiicet, quæ contra ipſum. 266
Diaboli via ruina eſt. 267
Satan muſcas æmulatur vix reiicitur cum redit. 268
Timoris occaſio ſublimatio eſt. 268
Diaboli victima eſt qui terrenarum rerum amore capitur. 269
Ambitione frangitur quicquid Dei lege ſtatutum eſt. 270
Per oculos animam deprædari dæmon tentat. 270
Animæ pretium ineſtimabile. 271
Omnia terrena ſpernenda. 271
Flammas pro regnis promiſſis dæmon exhibet. 272
Quàm magnus, qui inani gloria non tangitur. 272
Etiam extra templum ſanctitati litandum. 273
Chriſtum videre regnis omnibus præferendum. 274
Rerum temporalium amor in omnia vitiorum genera trahit. 274
Satis dæmoni eſt ſi vel ad minima peccata iuſtos alliciat. 275
Diuitiarum cupiditas quàm noxia. 276
De mundi gloriâ contendere nullus debet. 277
Cadit, qui ad dignitates diaboli nutu euehitur. 277
Quanto fallendi deſiderio dæmon teneatur. 278
Satanæ promiſſio, deceptio eſt. 279
Terrenorum affectu facilè homines capiuntur. 279
Satanæ calliditas in rerum mundanarum promiſſione. 280
Ambitioſus, vt imperet, priùs ſubiicitur. 280
Morte grauida ſatanæ ſponſiones. 281
Πιθὼν quid. Qui dæmoni paret, præcipitium expectet. 282
Variis premitur calamitatibus, qui diaboli voces audit. 282

Mortuus,

Mortuus, & conclamatus eſt, qui ſatanæ pollicitationibus decipi ſe ſinit. 282

Scriptum eſt enim: Quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te.

265. Nota hoſtis calliditatem: ſacræ Scripturæ auctoritatem affert; quia ſuperiùs Dominus ſcripturæ verba adhibuerat. Mos ſcilicet eius eſt, iis ferè rebus in noſtri perniciem vti, quæ ad noſtram ſalutem ordinata ſunt, & in omnibus ſe illi conformare, quem tentat.

Scripturis diabolus vtitur, non vt virtutes inſtituat, ſed vt errores ingerat, lapſus ſuadeat. Praui magiſtri morem ſequuntur praui diſcipuli: etiam hæretici in hominum ſuique perniciem ſcripturas adhibent, & vt lapſum ſuadeant Dei verba afferunt.

266. Præſtarent id piè fideles, quod fraudolenter ſatanas præſtitit: audiuit Chriſtum, Scripturæ verbis vtentem, ſtatim & ipſe Scripturæ verba producit; plerique noſtrum quotidie Dei verba audientes, ſemper tamen futilia, inania, ſæpè & impura efferunt, in hoc ipſo diabolo peiores. Diabolus ſtatim à Chriſto didicit ſancta verba proferre: nos nec per multos annos diſcimus: otioſa, & noxia, quibus diabolus delectatur, eructuntur; nec à ſanctitatis hoſte edocti ſancta verba proferimus: quod ille ad Chriſti præſentiam præſtitit.

Scripturæ vtitur teſtimonio, ſed ea omittit verba, quæ contra ſe erant; tacet enim, *ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis*, quibus ille ſignificatur: ne ſcilicet de ſuâ paraturâ repercuteretur. Imitantur & hæretici, qui dimidiata plerúmque ſcripturæ teſtimonia producunt, ea ſubticentes, quibus illorum errores redarguantur.

267. *Mandauit de te.* Quid mandauit? Produc ſatanæ verba, quæ ſequuntur. *Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Noluit recenſere, ſubdolè ſuppreſſit, *ſubſtituit malignus*, ait Sanctus Bernardus, *quod malignitatis ſuæ commenta diſſolueret. Quid enim mandauit? nempe, quod in Pſalmo ſequitur, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis: nunquid in præcipitiis? qualis via hæc de pinnaculo Templi mittere ſe deorſum? non eſt via hæc, ſed ruina*, ſed præcipitium: quod ſi via diaboli via eſt, vide ſatanæ fraudes, vide aſtutias: vide, & vita, ſi potes.

Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

268. Victus iterum tentat, nec manus dat: quod virtute non poteſt, fraudibus, & importunitate conſequi ſtudet. Iurè Beelzebub à muſcis nomen habet: muſcarum æmulatur naturam; ſimul ac eiicitur, ſtatim redit.

Diabolus ad alta ſemper ducit, vt per iactantiam præcipitet: lapſum cogitat, dum ad montem cum Chriſto it. Timoris occaſio quælibet ſublimatio ſit; & ruinam timeat, qui ſublimia ſcandit.

269. De auaritiâ Chriſtum tentaturus, & ei omnia regna oblaturus, ducit eum ad montem diabolus: non abhorret locus à tentatione. Olim ſacrificia, & oblationes in montibus fieri conſueuerant, vt
Exod. 3.12. ſæpè in ſacris litteris colligitur. Exod. 3. verſ. 12.
Gen. 22.2. Gen. 22. verſ. 2. Iſaiæ 65. verſ. 7. Ierem. 4. verſ. 5. In
Iſai. 65.7. monte ergò Regna terrena, gloriamque eorum
Ier. 4.5.
Chriſto offert diabolus; vt vel à loco diſcamus, diaboli victimam futurum, qui temporalibus inhiat, regna terrena quærit. Interrogent ſe auari, & ambitioſi ſe diſcutiant; &, diuitiarum, honorumque victimas ſe eſſe, deprehendent.

Deus in monte populo legem dedit, Exod. 24. 270. Exod. 24.
diabolus in monte terrena regna offert; probè ſciens, ambitione, & rerum terrenarum amore facilè frangi quicquid Dei lege ſtatutum eſt: vnde ſe adorari petit, quod Diuinâ lege ſoli Deo competit.

Non obtulit tantùm regna mundi, ſed oſtendit priùs: hoc quoque ſua fraude non caret. Poterat, cum adhuc in templi pinnaculo Chriſtus eſſet, aut etiam alibi, dicere: *Omnia regna mundi, quæcumque illa ſint, tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*: ſed noluit ita offerre, niſi videnda præbuiſſet, eo modo, quo poterat. Sciebat quippè diabolus faciliùs deſiderari, quæ videntur; & homines earum rerum amore capi, quæ eorum oculis obiiciuntur. Ergo quæ concupiſcere non vis, curioſè ne ſpectes; alioquin in diaboli retia cades.

Sed cogita, quanti animam vnam faciat ſatanicus hoſtis; omnia regna pollicetur, vt vnum ſibi hominem lucretur, quem tentat. Exiguum pretium æſtimat diabolus, omnia regna pro animâ vnâ exhibere: & homo tam ſtultus eſt, támque delirus, vt pro tàm exiguis rebus animam ſuam vendat? Proh hominum ſtupiditatem! qui nihili pendunt animam, quam tanti diabolus æſtimat, vt omnia lubens offerat, dummodo eam queat poſſidere. 271.

Oſtendit diabolus Chriſto omnia mundi regna, eorumque gloriam; ſed tàm inania, & nihili hæc Chriſto viſa, vt nec laudauerit quidem; oſtendens omnia terrena ſpernenda, præcipuè dùm à diabolo oſtenduntur.

Hæc, inquit, *omnia tibi dabo*. Mentitis. Tua hæc non ſunt; ſed eius, cui ea polliceris. Diues flammis diabolus eſt: has dabit, ſi, rerum temporalium obiectu, quempiam decipiat. 272.

Qui tactus inanis gloriæ cupiditate in templi pinnaculo non fuerat, tanti à diabolo poſtea fit, vt nonniſi promiſſione omnium regnorum mundi, totius mundanæ gloriæ, eum flecti poſſe putaret. Quàm nos ab hac ſanctitate abſumus, quos ſæpè quibuſdam reculis in ſui obſequium allicit: Diſce, iactantiam, ac ſuperbiam terere: ægre te diabolus in ſuas partes, etiam magnarum rerum oblatione, trahet. Pende quàm magnus, vel ex diaboli mente, ſit, qui inani gloriâ non tangitur.

A templi pinnaculo Chriſtus diſceſſerat, cum ei omnia regna mundi ſuper montem & oſtendit, & obtulit ſatanas, quæ ille neglexit, fortiſque contra ſæuum hunc hoſtem ſtetit. Aliter illi agunt, qui in Dei templis fortes diabolo reſiſtunt, deuoti Dei cultui adſtant: vix à templo abiere, cum ſatanæ voces audiunt, eique libenter parent. In templo Chriſtus dæmoni non paruit, dæmonem vicit, nec inanis gloriæ rubiginem contraxit: extra templum eâdem fortitudine, ac prudentiâ ſatanæ fraudes, doloſque eluſit. Nempè, vt quis ſe verum Dei cultorem in templo fuiſſe probet; id ſanctitate, extra templum factus, oſtendat, cum Deus, qui in templo maximè colitur, vbique ſit. 273.

Etiam Chriſtus tres ex ſuis diſcipulis in montem excelſum duxit Matth. 17. Sed cur non omnia regna mundi eis oſtendit, & obtulit, cum id verè potuerit, qui verus mundi totius Dominus eſt? Maiora oſtendit, maiora obtulit. Qui? Quia ſe ipſum exhibuit, cæleſtiſque gloriæ radium quendam manifeſtauit. Scilicet glorioſam Chriſti faciem, 274. Math. 17.

Digitized by Google

ciem, vel vnâ vice, videre, melius eſt, quàm omnia regna mundi & inſpicere, & poſſidere.

Caueant ſibi, qui regna ambiunt, imperia quærunt, opes, diuitiaſque, ne, ad horum intuitum, dæmoni obſequantur; huc enim ille ſpectat, dum ſpectanda hæc offert: nexum inter ſe hæc verba habent, *Oſtendit omnia regna mundi, & gloriam eorum*, &, *hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me*. Cadit enim, & in omnia vitiorum genera fœdiſſimè labitur, qui rerum temporalium amore capitur.

275. In his ſatanæ verbis non diſplicet ille ſenſus, qui aliis etiam placuit: diabolum non huc adeò temeratio auſu ſpectaſſe, vt quem ſanctiſſimum virum & putabar, & expertus erat, ſtatim ad grauiſſimum idololartiæ crimen alliceret; exprimere ex eius ore hæc, aut ſimilia verba ſors voluit; Abi: ego à te debeo adorari: & tu adeò inſanis, vt a me adorari velis? Et hac ratione voti compos dæmon fuiſſet; cognouiſſet quippè eſſetne Dei Filius, nec ne eſſet. Vides, quàm fraudolentus dæmon ſit, & quibus vtatur artibus, vt nos fallat!

Niſi velimus dicere, hac tàm graui blaſphemiâ, & maximâ impudentiâ impatientiæ verbum ex illius ore, quem tentabat, elicere ſtuduiſſe. Satis hoc illi erat: Dignum laboris ſui præmium habet, ſi vel labeculam vnam contrahat vir iuſtus, qui eius inſidiis appetitur.

276. *Hac omnia tibi dabo.* Cur diſcordiarum parens vni mundum pollicetur, vt in vnum Regem omnia coirent, neque in diuerſas partes mundus diſpertiretur? Qui vnum regnum ſtatuere ſtudet, qui vnum in diuerſa diſtrahere diſſidiis, & factionibus laborat? An ſciebat, vnum regnum nec poſſe eſſe, nec poſſe diu permanere, vbi diuitiarum cupiditas viget, ambitionis, & honoris amor? caſurum facile regnum erat, quod gloriæ cupidus ambiebat.

277. Omnia ſe daturum diabolus ſpondet tanquam dominus eſſet. Sed cur ſtatim illum Chriſtus non repercuſſit dicens? quid tanquam tua vſurpas, quæ mea ſunt, à me facta, diſpoſita? nihil tale dixit; ſed tantum modeſte ait. *Vade ſatana: ſcriptum eſt enim Dominum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies:* ius ſuum in mundi res diſſimulans, nec veteratori illi improbo ſubiiciens, falsò ab illo iactari ſua eſſe, quæ eſſent factoris. Sed cur diſſimulauit? An, quia alienum à ſuâ dignitate putauit, cum aliquo de gloria, & honore mundi contendere quantumuis is dæmon eſſet; exemplo oſtendens, nihil habendas eſſe terrenas dignitates, nec earum adipiſcendarum cauſa cum aliquo lites ſerendas.

Omnia regna diabolus offert, ſed cadenti. Non poteſt non cadere, qui diaboli nutu fertur ad honores, ad dignitates euehitur. Audio Sanctum Maximum, & eius verbis facilè ſubſigno: *Hac omnia*, inquit, *tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Verè procidit, & cadit, qui non largiente Deo, ſed ad nutum diaboli acquirit ſaculi dignitates.* Inhonorus ille eſt, qui hoc duce ducitur ad honores.

278. *Omnia tibi dabo.* Vni ſi dediſſet omnia, quid ſuis ſectatoribus reliquiſſet? mendax, & fraudolenta promiſſio eſt. *Certè vni dare non poterat omnia*, ait auctor ſub nomine Chryſoſtomi, *niſi ab omnibus omnia tolleret*; tanto fallendi deſiderio tenetur dæmon, vt nec, quid polliceatur, conſideret, dummodo fallat.

279. *Omnia tibi dabo.* Dixiſſet aliqua, dixiſſet præcipua, vt vel ex eius verbis appareret deceptio; omnia vni promittit. *Conſidera*, inquit Auctor ſub nomine Chryſoſtomi, *quomodo omnis promiſſio eius irrationabilis eſt, & mendax; certè vni dare non poterat omnia, niſi ab omnibus omnia tolleret:* omnes ſpoliat, vt vnum ditet; ſed vnum quoque ita ditare promittit, vt omnibus bonis ſpoliet. Dæmonis hæc nota eſt, vt ea quoque promittat, quæ ſeruare ille nequeat, etiam ſi vellet.

Hæc omnia tibi dabo. Nunquid manu liberali? pretium quærit adorationem. Satanæ donatio iniuſta commutatio eſt. *Si cadens*, inquit, *adoraueris me*; quò prorepſit! prius ſuggerebat, quæ videbantur Dei Filio competere; in hac tentatione illud ſuggerit, quod maximè à Dei Filio alienum erat: apertè ad peccandum nunc ſolicitat, quem purum hominem exiſtimabat; cùm enim ſciret, homines terrenorum, mundanæque gloriæ affectu facilè detineri, & capi, hæc obiicit. Qui cæleſtia, & futura præſentibus, & perituris præfert, hominem exuiſſe, videtur.

Tibi dabo. Dixiſſet, *hac omnia tibi do*, adora- 280.
tionem ſtatim exigebat, Regna verò ſe in futurum daturum pollicebatur. Etiam in hoc calliditatem ſuam prodit, qui illud, quod à nobis quærit, ſtatim exhiberi vult; quod ſpondet, in futurum reiicit, vt cùm obtinuerit, quod quærebat, quod promiſit, non exhibeat.

Si cadens. Hæc ambientis honorem conſignatio, vt priùs ſubiici debeat, quàm alios, quibus imperet, ſubiectos habeat. Pulchrè Sanctus Ambroſius; *hac omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me, ante ergo ipſe ſubiicitur; qui alios vult habere ſubiectos*, &, vt omnium maximum imperium ſui eſt, ſic omnium infelicior ſui ſubiectio, ſui ſeruitus eſt.

Si cadens. Nimirum vel ipſe dæmon, vt ait San- 281.
ctus Irenæus, fatetur, *quod adorare eum cadere eſt à gloria Dei; & quid aut ſuaue, aut bonum participare poteſt, qui cecidit? aut quid aliud exſpectare poteſt, qui talis eſt, niſi mortem?* Ergo proxima mors culmini eſt, ſatanæ ſponſiones morte grauidæ ſunt.

Si cadens adoraueris me; nimirum dignitates, quas offert diabolus, ad ruinam, caſumque trahunt. *Verè procidit, & cadit*, ait Sanctus Maximus hom. 4, de ieiunio Quadrag. *qui, non largiente Deo, ſed ad nutum diaboli acquirit ſaculi dignitates.*

Si cadens: Græcè, *ἐὰν πεσὼν*. Verbum *πίπτω*, à quo 282.
participium *πεσὼν* ſignificat etiam *peſſum ire*, ac *profligari*; vt ſtatim intelligeremus, qui ſatanæ obſequium præſtat peſſum iturum, & vltimum exitium ſubiturum.

Præterea, hoc verbum frequenter dicitur de iis, qui in varias calamitates incidunt. Nempè, dum quærit ſatanas, vt cadentes adoremus eum, variis calamitatibus obrui nos vult.

Denique *πεσὼν* propriè dicitur de iis, qui in bello 283.
occiſi ſunt; vnde *πεσὼν mortuum* etiam ſignificat. Scilicet iam mortuus, iam conclamatus eſt, qui diaboli pollicitationibus deceptus, credens vera eſſe, quæ fraudolenter promittit, eius ſe obſequio mancipat.

SECTIO V.

Reiiciendus diabolus cum terrena pollicetur. 284

Regna terrena, terrenaque gloria ob oculos non habenda. 284

Maximè nobis diabolus aduerſatur cum terrena nobis offert. 285

Iniuria nobis illata æquo animo ferenda, moleſtiſſimè quæ Dei gloriam tangunt. 285

Regna

Regna terrena nihil eſſe iudicaremus, niſi diabolus nobis imponeret. 286
Dei iniuria egrè ferenda, non noſtra. 287
Virtus quò magis vrgetur, eò firmior fit. 287
Sub regno ſeruitus latet. 288
Verus Dei cultor omnia terrena contemnit. 289
Paſſionum vituli Deo mactandi. 289
Diabolus vera virtuti cedere cogitur. 290
Ieiunium validum contra carnis motus munimen. 290
Mulieris conſortium quàm noxium. 291
A Deo auxilium expectandum non à dæmone. 292
In victoria parta ponendum benè victoriâ vti. 292
Satanæ ſæuitiæ in Chriſtianos. 293
Angeli ad eos accurrunt qui ad mundi illecebras non currunt. 294
Diabolus hominibus contra homines vtitur. 295
Homines plerumque nequiores videntur, quàm diabolus. 295
Angelos dæmon timet. 296
Chriſtus vt vinceret Angelorum præſidio non indiguit. 296
Angelis grata noſtra victoria. 296
Ei qui diabolum vincit, Angelorum obſequia non deerunt. 296
Cur poſt ſatanæ diſceſſum Chriſtus comederit. 297
Menſa frugalis ſit quæ dæmonem arceat, non alliciat. 297

Tunc dixit ei Ieſus: Vade ſatana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues.

284. DVas priores tentationcs ſolis ſacræ Scripturæ verbis reiecerat Chriſtus: hîc abire, ac recedere tentatorem iubet. Scilicet, cum per locum ſublimem, regnum, diuitiaſque tentamur; cum adorari à nobis petit, curandum eſt, vt diabolus cum fictitiis ſuis regnis & inanibus opibus, abeat: ferre eius præſentiam nullus debet.

Monentur hîc Reges, & Principes, ne regni ſui gloriam, ne opes, ac diuitias ob oculos habeant, ſed Deum ſolum; alioquin facilè diabolo per multa ſcelerum genera litabunt, cum Deo virtutibus, omnique religionis obſequio debeant. Chriſtus nec pati potuit, regna, & regnorum gloriam videre, quam diabolus eius oculis repræſentauerat; vt idem nos quoque præſtaremus, qui magis hac cautione indigemus.

285. Diabolus Chriſto omnia regna offert; & tamen ſatanæ nomine inſignitur, quod *aduerſarius* interpretatur. Iurè: tunc enim maximè hominum ſaluti aduerſatur, cum terrena illis offert, vt in ſui obſequium eos alliciat: ſcilicet tunc aduerſatur, cùm blanditur.

Chriſtus æquo animo præteritas tentationes ſuſtinuerat; vbi Idololatriam ſuadet diabolus, tunc durius eum increpat, & ſtatim arcet; vt hoc exemplo diſceremus, noſtras iniurias forti animo, imo & libenti, quæ autem contra Dei gloriam ſuggeruntur, moleſtiſſimè ferre: adeo, vt audire quamlibet in Deum blaſphemiam horreamus. Plerique aliter faciunt: ſeuerè in ſuas iniurias inſurgunt; vbi Dei nomen blaſphematur, nihil mouentur. Chriſtum ſequitur, qui Dei iniurias nec ad auditum ſuffert.

286. Satanas & omnia regna Chriſto obtulerat, & adorationem ab eo extorquere tentauerat; Chriſtus tamen ſcripturæ verba producit, quibus ſolus Deus adorandus dicitur: cur etiam aliud teſtimonium non attulit, quo doceret, nihili regna mundi eſſe facienda? An ſatis illud? *Vade ſatana.* Vbi enim à nobis ſuis fraudibus dæmon abierit (quibûs, tanquam grandia, nobis terrena repræſentat) ſtatim terrena omnia, etiam illa, quæ magni fiunt, nihil, & inania videbuntur. Poſſet ſine velamine mundi gloria videri, tàm exilis appareret, vt hominem æternis, Cæloque natum puderet, eam ſectari, imò & ſpectare duntaxat. Imponit noſtris oculis dæmon, & magna repræſentat, quæ minima, atque nulla ſunt.

Vade ſatana. Placidè eas tentationes ſuſtinuit, 287.
quæ illum ſolum petebant; aſperius in tentantem agit, cùm Deo infertur iniuria; adorationemque vni Deo debitam exhiberi ſibi impius ſatanas impiè poſtulat; *vt nos*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *illius diſcamus exemplo, noſtras quidem iniurias illatas ab impiis ſiue in dicto, ſiue in facto, magnanimiter ſuſtinere; Dei autem iniuriam, & contemptum, nec vſque ad auditum, ſufferre*, abiit ab hoc exemplo, qui iniurias illatas ſibi iniquo animo fert, illarum, quæ Deo inferuntur, curâ non tangitur.

Præterea, quem in duabus tentationibus mitius expulerat, nunc in tertia acriùs expellit, vt nos doceret, virtutem, quò pluribus vrgetur tentationibus, firmiorem fieri, robuſtioremque.

Illi ſoli ſerues. Quæri poteſt; cur, cùm diabolus 288.
de ſeruitute nihil dixerit, Chriſtus ei reſpondeat, *Dominũ Deum tuum adorabis. & illi ſoli ſerues?* obtulit tentator regna, non ſeruitutem poſtulauit; cur igitur dicitur *illi ſoli ſerues?* An in regnorum oblatione miſera ſeruitus latet? latet; & ſeruitutem diabolus poſtulabat, dum offerret regna; cùm principatus ſine ſeruitute non ſit; Verba ſunt Philonis: *qui locum ſuperiorem aſcendit, ſeruus fit ox ingenno propter honores, quos videtur accipere, locans ſe innumeris Dominis.* Ergo qui regna quærit, quærit diademata, ſciat ſe miſeræ ſeruituti addictum iri. Sed ſimplicius dici poteſt; ſeruire hîc eſſe colere, venerari eo culto, quo Deus adoratur; adeo, vt adorari ſe poſcens, hanc ſeruitutem quæſierit.

Sed illud adiicio: Chriſtus hæc verba profe- 289.
rens, *ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerues*, etiam auaritiæ, & ambitioni occurrit, quæ terrenorum oblatione excitantur: verus enim veri numinis cultor omnia regna, eorumque gloriam, perituraſque opes negligit, & contemnit; alioquin, qui opibus inhiat, qui ambit imperia, dignitates quærit, iam Deum non adorat, nec illi ſoli ſeruit: litat ambitioni, litat auro; nam ex Apoſtolo auaritia Idolorum ſeruitus eſt.

Illi ſoli ſerues. Græcè, αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. *Ipſum ſolum coles*, eo cultu, & obſequio, quod Deo ſoli debetur. Seruire in ſacris litteris eſt etiam ſacrificare, hoſtias offerre. Nempè non ſatis corporis habitu Deum adorare, ſed etiam illi oblationes ſiſtere debemus, & ſacrificia. Agnos, vituloſque non habes, quos Deo mactes? paſſionum vitulos macta, propriam macta voluntatem.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

DIabolum à ſe excuſſit Chriſtus, qui ſtatim au- 290.
fugit. *Vides ergo, diabolum ipſum non eſſe in ſtudio pertinacem, cedere vera ſolere virtuti, & ſi inuidere non deſinat, tamen inſtare formidat.* Dixit Chriſtus: *vade ſatana*, qui receſſit, *vt innueretur, fortes, & reſiſtentes facilè diabolum à ſe arcere; timidos,*

midos, deſidéſque inuitare, & allicere.

Victus tribus tentationibus, quibus Chriſtum aggreſſus dæmon fuerat, eo relicto abüt. Cur alias non admouet machinas, aliis non vtitur fraudibus? poterat luxuriæ tentatione eum aggredi. Noluit hoc, qui caſtitatis exemplar eſt. Sed fors cogitabat ſatanas id fruſtra omninò futurum; nam, cum quadraginta dierum ieiunio carnem muniuiſſet, irritus omnis ictus fuiſſet. Tacitè fatetur dæmon, ieiunium fortiſſimum eſſe aduerſus carnis motus munimen, & abſtinentiâ carnis laſciuiam ita comprimi, vt vel diaboli tentatio nulla ſit, & omnino irrita, ſi pectus abſtinentiâ armatum impetat, & impugnet. Operam ſcilicet dæmon ludit, & victoriæ tantùm occaſionem præbet, dùm ieiunio munitum, carnis illecebris, tentat.

291. Se in Chriſtum diabolus armauit; ſed victus à Chriſto eſt. Vinci ille non potuit, per quem vincunt quicunque vincunt, & vicêre. Tentauit illum in deſerto, vt Adamum in paradiſo; ſed quia ibi mulier ſerpentis adiutrix adfuit, hîc defuit, non mirum ſi etiam ab hac parte victus in deſerto diabolus eſt, qui vicit in paradiſo. Rem egregiè vrget Sanctus Ambroſius in hæc verba. *In deſerto Saluator implet mandatum Dei, vt ibi Adam ſaluaret errantem, vbi fuerat de Paradiſi poſſeſſione proiectus: Adam enim, expulſus de paradiſo, incultis mundi deſerta ſuſtinuit: In deſerto ergo primum hominis ſalus refunditur, vbi non ſunt epulæ, vbi deſunt deliciæ vbi (quod eſt omnium malorum cauſa) deeſt, & mulier. Potuerat enim Adam inter illas Paradiſi inconcuſſus ſtare delicias, ſi Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuiſſet. Conueniens ergo eſt deſertum ſaluti, vbi non eſt Eua, quæ perſuadet, non eſt mulier, quæ blanditur. Videte rem miram in paradiſo cum Adam diabolus dimicat, vbique inſidiatur homini, vbique congreditur; ſed vbi mulierem inuenit, vincit; vbi mulierem non inuenit, victus abſcedit. Formam igitur dedit nobis Deus in hoc facto, vt ieiuniorum tempore, tanquam deſertum habitantes, abſtineamus epulis, voluptate, muliere, nec coniungatur nobis Eua; ne nos à caſta obſeruatione, illecebra, perſuaſione ſubuertat.* Vbi mulier adeſt, paradiſus euadit in deſertum, vbi abeſt, deſertum in Paradiſum.

292. Accedunt Angeli, & Chriſto neceſſaria miniſtrant. Cibum dæmon obtulerat, quem reſpuit, oſtendens à dæmone non eſſe aliquid accipiendum, ſed à Deo; tuncque diuinæ liberalitatis, ac prouidentiæ auxilium adfuturum, cum ſatanici hoſtis noxiam opem reſpuerimus.

Dæmonem tentantem vicit, & viciſſe contentos non eius imbecillitatem exprobrat, nec vltra verba aliquid tentat; Sancti Cypriani hæc ſunt verba: *Cum diabolo tentante congreditur, & inimicum tantùm viciſſe contentus nil vltra verba conatur*; ſcilicet in victoriæ ipſius parte ponendum benè victoriâ vti: poſt victoriam perdunt, qui ob victoriam nimis aut inſolescunt, aut nimium in hoſtes victos ſæuiunt.

293. Aggredi auſus Chriſtum ſatanas deuictus ab illo eſt. Abiit, ſed abire ab illo ſæuities, nocendi cupiditas non potuit. Eò acriùs inſurgit in Chriſti cultores, quò maiori triumpho victus à Chriſto eſt. In Chriſtianos ſe armauit, qui ſe nihil poſſe in Chriſtum expertus eſt. Audiendus hîc B. Laurentius Iuſtinianus: *Ipſum quoque Dei Filium Dominum Ieſum, ſuis ſuaſionibus aggredi veritus non eſt, quem quum inſuperabilem perſenſiſſet, ad extinguendum nominis eius cultores totâ ſe armauit conſtantiâ. Quum enim diſponeret omnes in Chriſtum credentes abolere: Principum orbis aduerſus fideles concitauit animos, ipſo nihilominus interinſecùs perſequente. Hinc martyrum perſecutiones, carceres, vincula, flagella, tormentorum horrenda genera, & mortis violenta crudelitas effluxerunt*; ſed mitis omnis eſt crudelitas, quâ homines Chriſti martyres fiunt. Vtilis hoſtis perſecutio eſt, quâ homines deſinunt eſſe hoſtes Dei, perhumana ſæuities eſt, cum ſatanici inimici inſidiis petiti in Deum adeò non deſæuimus, vt ardentius feramur in Dei cultum, & amorem.

Acceſſerunt Angeli, ſed deuictis tẽtationibus; vt hinc colligeremus, ad eos accurrere Angelos, qui ad mundi illecebras non accurrunt, iiſque cæleſtes ſpiritus adſiſtere, qui malignis ſpiritibus reſtitere. Appoſitè rem vrget Sanctus Bernardus, dum ait. *Tentationibus ſuperatis, & tentatore fugato, acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. Et tu ergo, ſi vis habere miniſterium Angelorum, fuge conſolationes ſeculi, & tentationibus reſiſte diaboli. Renuat conſolari anima tua in aliis, ſi vis in Dei memoriâ delectari.* 294.

Deuicto hoſte adſunt vicini Angeli, eique miniſtrant. Factum iſtuc, cum nullus hominum adeſſet, ne videretur ob iactantiam id feciſſe, humilitatis magiſter vbique humilitatis ſemina ſerit.

Nihil in Chriſtum diaboli fraudes potuere: victus abit, eum reliquit. Sed penitùs ne à tentationis munere deſtitit, qui tentator dicitur ab hac arte? Non deſtitit; ab eo enim ad tempus receſſit, vt ait Sanctus Lucas; per Iudæos poſtea pugnaturus, vt Gloſſa interlinearis innuit. Itane per impios homines diabolus obtinere poſſe non deſperat, quod ſe ipſo non potuit? Proh hominum impietatem, ac fraudolentiam! Sæpè ita fit, vt diabolus homines per homines & decipiat, & vincat: quod per ſe ipſum nequiuerat. Vicit Adamum per Euam, non auſus ſolum ſolus aggredi, ne ſtatim reiectus confuſus redire cogeretur. 295.

Diabolus victus reliquit tandem; Phariſæi, & Scribæ Chriſtum tentantes, nunquam reliquere, etiam in cruce eum tentant, proſcindunt maledictis, conuiciis onerant, & clamant, *ſi Filius Dei es descende de Cruce*: ac ſi cum diabolo dicerent: *mitte te deorſum.* Nempè nequiores homines diabolô ipsô videntur eſſe, & in malo magis pertinaces. Math. 27. 40.

Acceſſerunt poſt victoriam Angeli, qui ante receſſerant, ne vereretur diabolus accedere, & Chriſtum tentare; paueſcit enim dæmon, cum Dei Angelos videt in noſtri cuſtodiam exhibitos pro nobis pugnare. 296.

Accedunt, qui procul Chriſti agones aſpiciebant, ne videatur Chriſtus eorum præſidio indiguiſſe, dæmoneſque viciſſe. Non opus habuit Angelorum ope, vt ſatanicum hoſtem & ſibi, & nobis Chriſtus ſterneret.

Oſtendunt accedentes Angeli, quàm grata illis noſtra victoria: putant, quodammodo ſe viciſſe, cum vident homines victores.

Gloria etiam victorum oſtenditur: qui enim perfectè diabolum in tentationibus vicerit, Angelorum conſortium meretur. Poſt diaboli fugam Angeli Chriſto miniſtrant, oſtendentes, & nobis à nobis victo, calcatoque diaboli capite, & Angelorum miniſteria, & virtutum cæleſtium obſequia, atque officia non defutura.

Cum diabolus abiiſſet, acceſſerunt Angeli, & Chriſto ad victum neceſſaria miniſtrarunt. Pende 297.

nec

Digitized by Google

nec diabolo præſente comedere vult, tantùm abeſt, vt in eius gratiam lapides in panes verteret. Fors aliquis putaſſet, diabolum ſuaſiſſe, vt comederet: hanc calumniam euertit Chriſtus; comedit, cum diabolus diſceſſiſſet: comedere, eo præſente, noluit. Panem, diabolo præſente, non comedit, ne quis crederet à tentatore alimoniam illi delatam, neue aliquis poſtea victui neceſſaria ab hoſte expectaret, ſed à Deo.

Ante Chriſti menſam, arcetur diabolus, & fugit: contra apud pleroſque fit; nam ſuperfluo ciborum apparatu allicitur potiùs, vt maiori animarum damno menſæ aſſideat: ſit frugalis menſa, quæ mortem arceat, non foueat concupiſcentiam; & in fugam ſatanicus hoſtis ſe coniiciet.

SECTIO VI.

Satanam ſternat prius, qui prædicatoris officio ritè fungi vult. 298
Prædicatores ſuos quanti Deus faciat. 298
Lites, & diſſidia Chriſto maximè diſplicent. 299
Chriſtus contentiones fugit. 299
Prædicationis tempus cum iuſti opprimuntur. 300
Malorum pœnis, ac minis ab aliorum ſalute quærenda auocari non debemus. 300
Vita, & moribus prædicandum. 301
Qui Patriæ, & parentibus addictus prædicationi ferè ineptus. 302
Ab illis fugit Chriſtus, qui non Dei ſed ſuam gloriam quærunt. 302
Euangelicus Doctor Cælum non terram ſpectet. 302
A mundi floribus ſe prædicator ſubducat. 303
Verborum floſculos Doctor deuitet. 303
Proba monita prius illis offerenda, qui magis indigent. 304
Dei verbum audire vera lætitiæ cauſa. Tactus Moſes. 304
Vbi Chriſtus ibi vera lætitia. 305
Pœnitentia ſolidum gaudium parturit. 305
Vbi pœnitentia ibi bonorum copia. Expenſus Moſes. 306
Diues apud Deum paupertas eſt. 306
Pulchra, & pura ſint illius verba qui Dei verba audit. 307
Pœnitentia vera pulchritudinis mater. 307
Ad pœnitentiam currere vt ceruus quiſque debet. 307

Cum autem audiſſet Ieſus, quod Ioannes traditus eſſet, ſeceßit in Galilæam.

298. TEntatorem vicerat Chriſtus, poſtea ad prædicationem exit, vt indicaret, ineptum huic muneri eſſe, qui vitæ ſanctitate, probiſque moribus dæmonem non ſtrauerit priùs. Ægrè ab aliorum animis vitia repellet, quibus ſatanicus hoſtis homines vincere tentat, qui vitiis obnoxius dæmonis mancipium eſt. Chriſti prædicator audire non debet, qui diabolo famulatur.

Cum audit Chriſtus, Ioannem carceri traditum, tunc ſe ad prædicandum parat: cur non ante? Ne, ſi eodem tempore cum Ioanne prædicaret, auditores ad ſe alliceret, & Ioannes vilis fieret, auditoribus deſtitutus; & prædicatio vileſceret, ſi Doctor contemnatur. Pende, quanti ſuos Prædicatores Deus faciat, quamque gaudeat magnâ populi frequentiâ audiri.

299. Quamdiù Ioannes publicè prædicat, à prædicationis officio abſtinet Chriſtus; ne quid diſſidij inter ſuos, & Ioannis diſcipulos oriretur, quia adhuc imperfecti erant. Adeò lites, ac diſſidia Chriſto diſplicent, vt à prædicatione, quæ alioquin tam fructuoſa erat futura, abſtinuerit, ne vlla diſſenſionis daretur occaſio.

Abſtinuit etiam, ne aliquis exiſtimaret, quicquam per contentionem, & inanem gloriam fieri. Abeunt ab hac mente illi Diuini verbi tractatores, qui contendere de ptimatu cum aliis non erubeſcunt, ſuam non Chriſti gloriam quærentes, nec animarum ſalutem.

Cum Ioannes in carcerem truditur, Chriſtus 300.
prædicare incipit; quia tunc maximè audiendum eſt Dei verbum, cum iuſti calamitatibus opprimuntur; nam tunc colligendi fructus tempus eſt, cum exemplo ſuo alios ad ſalutis viam vocant. Tunc maximè Diuini verbi prædicatione opus eſt, cum impij in Dei ſeruos ſæuiunt.

Ioannes ob prædicationem in carcerem coniicitur; quia nempè liberè, & apertè Herodem arguebat. Chriſtus igitur ſtatim prædicat, vt oſtenderet, malorum pœnis, ac minis auocari neminem debere ab aliorum ſalute procurandâ. Alius, audiens ob prædicationem Ioannem traditum, à prædicationis munere abſtinuiſſet: non ita Chriſtus, qui noſtram ſalutem etiam morte ſua emere non dubitauit. Impiorum minas non timet, qui Dei gloriam quærit.

Et relictâ Ciuitate Nazareth venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritimâ in finibus Zabulon, & Nephtalim.

ALiquis hîc quærat, cur Patriam ſuam Chri- 301.
ſtus relinquat prædicare incipiens. An in patriâ ſuâ viuendo ſatis prædicauerat, vitâ ſcilicet, & moribus? Manſerat in Patriâ ſuâ Chriſtus; & altè clamauit, licèt tacuerit: vocem grandem moribus emittebat, vitæque puriſſimæ exemplo. Vbi Chriſtus, vbi iuſtus quilibet viuit, ibi prædicationis ſemina iacit.

Non alienum iſtuc: ſed, cur publicè, & voce prædicaturus patriam ſuam Nazareth deſeruerit, non caret ſuo compendio, ſicut myſterio non caruit. Docere voluit, Doctori, vt fructum in auditoribus faciat, exuendum patriæ amorem, ac parentum affectum. Qui nimiùm patriæ addictus, ineptus prædicationi videtur; cùm ægrè aliorum corda ad Deum allicere poſſit, qui ſuum ſuis alligauit, patriæque vinculis ſtrictum tenet.

Reliquit Nazareth, quia ciues miracula quære- 302.
bant, in quibus gloriari poſſent. Vbi, ſub prætextu verbi Dei, propria gloria quæritur illic non remanet Chriſtus; & ab illis abit, qui ſuam, non Dei gloriam quærunt. Proh quàm diſplicent Chriſto illi concionatores, qui non Diuinæ gloriæ, ſed ſuæ, labores ſuos ſacrant, & iactantiæ obſequium præbent, non Deo! Quòd, ſi Chriſtus in auditoribus ſuis hunc propriæ gloriæ affectum ita ægrè tulit, vt ob id à ſuis ſe ſubduxerit, initurus prædicationem; quantum in doctoribus ipſis auerſabitur, qui exemplo aliis eſſe debent, & ea præſtare, quæ docent?

Fugit Nazareth Chriſtus, ne in negotio Euangelico terra aliquid iuris habere putetur. Euangelicus Doctor aliam non nouit Patriam, niſi Cælum: ad hoc autem tendere vbique poteſt. Solum omne terram deſpicienti patria eſt. Vera hæc prædicatoris nota, vt ad cæleſtem patriam aſpiret, terrenæ prorſus oblitus.

Sed

303. Sed & patriæ notio vtilia monita exhibet. Na-
zateth flos interpretatur : ergò,qui Dei verbum in
auditorum mentibus ſeminare debet, relinquat
Nazateth ; à mundi flore ſe ſubducat ; mundana
omnia deſerat;quæ vt flos marceſcunt, & pereunt.
Diuitiarum florem non amet ,ſed fugiat. *Exicca-
tum eſt fænum , & cecidit flos: verbum autem Do-*
Iſa, 47.7. *mini manet in aeternum.* Iſaiæ 47.verſ.7.

Relinquat Nazateth concionaturus : reiiciat
verborum floſculos:ſententiarum lenocinia mini-
mè ſectetur : malè olet, qui vnguenta, qui elegan-
tiarum flores ſpargit ; quique nulla fructus curâ
tangitur,aut poſtremâ.

304. In Ciuitatem Capharnaum venit Chriſtus,quæ
maritima erat , ob idque moribus magis corrupta;
nam ob variarum gentium commixtionem , & ob
diuitiarum copiam ſolent maritimæ ciuitates om-
nium vitiorum genera recipere ; ſimul enim cum
mercibus & praui mores importantur, quos ſuo
excipit ſinu maritima ciuitas.Meritò Chriſtus præ-
dicaturus Capharnaum inhabitat ; docens,probo-
rum monitorum medicinam iis , qui magis indi-
gent,priùs offerendam:ſæuior plaga prior curanda
eſt, & perditiſſimis hominibus præſenti priùs cor-
rectionis remedio occurrendum eſt.

In terrâ Zabulon prius prædicat Chriſtus. Ob-
ſerua, quòd Moyſes moriturus benedicens duode-
cim tribus Iſrael Zabulon ſic alloquitur, Deut.33.
Deut.33. 18. verſ.18. *Lætare Zabulon in exitu tuo.* Quam pro-
phetiam, tunc adimpletam , cum Chriſtus in eâ
prædicauit,aliqui non alienè putant. Rectè lætari
iubetur ; quia tunc vera lætitiæ cauſa , cum Dei
verbum ad ſalutem auditur.

305. *Lætare,* inquit Moſes, *Zabulon,* nec cauſam cur
lætari debeat vllam ſubiicit.Sola hæc ſufficit,quòd
in eius finibus Chriſtus præſens ſit futurus. Vbi
Chriſtus eſt , ibi vera lætitia , nec aliud quæri
debet.

Et cur non læta Zabulon,quæ illa à Chriſti ore
verba auditura erat ? *Pœnitentiam agite appropin-
quabit enim regnum Cælorum.* Vbi pœnitentia , re-
gnique cæleſtis promiſſio, adeſt vera lætitia, triſti-
tia omnis exulat,omnis mœſtitia ; nam veri gaudij
mater pœnitentia eſt , firmæ iucunditatis nutrix.
Fallitur, qui aliter ſentit, & triſtitiâ tantùm graui-
dam pœnitentiam putat.

306. In finibus etiam Nephthali Chriſtus prædicat.
De tribu Nephthali ait idem Moſes Deut.33.verſ.
Deut.33.23. 23. *Nephthali abundantiâ perfruetur , & plenus erit
benedictionibus Domini.* Vbi Chriſtus adeſt, abun-
dantia eſt omnium bonorum.Vbi pœnitentia præ-
dicatur, pœnitentia excipitur , ibi verorum bono-
rum copia. Nam ita Moyſis verba cum verbis
Euangeliſtæ cohærent;quia abundantiâ perfruitur
Nephthali dum Chriſtum recipit, & libens pœni-
tentiæ monita ab eius ore audit.

Nephthali abundantiâ fruitur , & paupertatem
ſectari debebat Chriſti verbis obediens. Quî abun-
dantia cum paupertate cohæret ? Cohæret ; quia
apud Deum verarum diuitiarum mater paupertas
eſt;& cæleſtibus opibus diues,qui rerum tempora-
lium copiam fugit.

307. De Nephthali dicitur Gen.49.*Nephthali,ceruus*
Gen.49.21. *emiſſus,dans eloquia pulchritudinis.* Quæ prophetia,
cum Chriſtus in finibus Nephthali prædicauit,
maximè adimpleta eſt ; pulchra enim , honeſta, &
pura eſſe debent illius gentis verba, quæ Chriſtum
excipit,Chriſtum audit.

Eloquia pulchritudinis dedit terra Nephthali,
quia in eâ hæc Chriſti verba inſonuerunt:*pœniten-
tiam agite , appropinquauit enim regnum Cælorum.*
Quid pulchrius , quàm inuitatio ad pœnitentiam
per quam homines, peccati deformitate poſitâ,ſu-
peram pulchritudinem induunt, & Dei oculis ma-
ximè placent?

In Nephthali Chriſtus pœnitentiam prædicat,
& ceruo comparatur Nephthali. Probè, quia, qui
ad pœnitentiam inuitatur, velociter currere ad
eam,vt ceruus,debet ; abſit vt teſtitudineo incedas
gradu , & pœnitentiam de die in diem nocitura
cunctatione differas : teſtudo,non ceruus eris.

SECTIO VII.

*Chriſti præſentia omnis calamitatis memoriam abo-
let.* 308
Dei dona prius accipit,qui prius affligitur. 308
Ad plures ſalutis verba diffundi cupit Chriſtus.
309
Prædicator concordiam,non diſſidia foueat. 309
Χαβὶμων quid. *Inanis peccatoris labor.* 310
*Ad veritatis lucem venire propriis viribus nullus
poteſt.* 310
Ἀνίτολαν *quid. Chriſtus tanquam Sol non mutuato
lumine vt ſtella orbi illuxit.* 310
Baptiſmalis innocentiæ amator ſit qui alios edocet.
311
Abſtinentiæ amicus,abſtinentiæ præco. 312
*Omnia regna, & regnorum gloriam ſpernere Euange-
licus concionator debet.* 312
Inani gloriæ prædicator non litet. 313
Vtilia dicere Doctor ſtudeat potiùs quàm noua. 314
Cauenda Doctori iactantia. 314
Etiam à minoribus inchoata perficere debemus. 314
Chriſti mitias. 315
Meretur acriter reprehendi, qui bonitatem ſimulat.
315
Pœnitentiæ,& gaudij nexus. 315

*Vt adimpleretur , quod dictum eſt per Iſaiam
Prophetam : Terra Zabulon , & terra
Nephthalim,via maris trans Ior-
danem,Galilææ gentium.*

ISaias rem ſic habet : *In nouiſſimo aggrauata eſt* 308.
via maris. Grauatæ,& afflictæ non meminit Mat- Iſa. 9.
thæus ; ſed , Iudæis ſcribens , omiſit tanquam no-
tum. Fors afflictionis,& captiuitatis non meminit,
vt oſtenderet , Chriſti præſentiam vel calamitatis
memoriam aboleuiſſe , licèt grauia aliquis ſit paſ-
ſus ; ſe perpeſſum obliuiſcitur, dum Chriſtus ſuam
præſentiam exhibet.

Zabulon, & Nephthalim, primæ captiuæ factæ
ſunt à Salmanaſar Rege Aſſiriorum , vt habetur 4.
Reg.17. Congruè hîc priùs Chriſtus Euangelium 4. Reg.17.
prædicat ; vt , vbi primò incœpit captiuitas ſerui-
tutis , ibi incipiat annunciatio libertatis. Scilicet
Dei dona priùs recipere debet , qui prior pro eo
patitur,vt afflictioni reſpondeat conſolatio.

Hîc incœpit Chriſtus Euangelium prædicare; 309.
quia ibi confinium Iudæorum ; & Gentilium erat,
vnde audis : *via maris trans Iordanem Galilææ Gen-
tium :* vt ita facilè Euangelij fama etiam ad genti-
lem populum migraret. Vides, quàm cupiat Deus
miſericordiæ ſuæ limites porrigi , & ad plures ſa-
lutis verba diffundi ! Iudæos docuit , ſed ſimul
gentilium ſalutem ſpectabat:vnde ſubdit:*Populus,* Iſa. 9.2.
qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnam.

In

Digitized by Google

In conſinio Iudæorum, & Gentilium Chriſtus prædicat, vt vtrunque populum, tanquam lapis angularis, necteret, vt vtrique ſuis verbis conſuleret, ſua præſentia. Debet prædicator pacem, ac concordiam quærere, non diſſidia fouere.

Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam; & ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.

310. POpulus, qui ſedebat in tenebris. Aliqui codices pro, *ſedebat*, habent, *ambulabat*. Græcè eſt *καθήμενος*, *ſedens*, ſicuti vertit etiam Arias Montanus. Nos: *quieſcebat, morabatur*, Impius quilibet, licèt in tenebris ambulet, in tenebris tamen ſedet; quia nihil ambulando proficit, & in vanum laborat, quamuis ambulet, idem eſt ac ſi iaceret.

Vidit lucem magnam: Non occurrit ipſe populus luci, ſed lux ei apparuit; ad veritatis quippè lucem venire nemo poteſt, niſi ſuperà perfundatur luce.

Sedentibus in regione vmbra mortis lux orta eſt eis. Græcè pro *lux orta eſt*, ſic habetur: *φῶς ἀνέτειλεν, lux enata*, ſeu *exorta eſt*. Verbum, *ἀνατέλλω*, non de cuiuſlibet lucis ortu dicitur, ſed propriè de ſole, ſicut *ἐπιτέλλειν* de ſyderibus. Quo ſignificatur, Chriſti aduentu, qui ſicut ſol, proprio lumine lucet, non ſicut ſtellæ, mutuato, ignorantiæ tenebras expellendas.

Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite; appropinquauit enim Regnum Cœlorum.

311. POſt baptiſmum, prædicationem init Chriſtus, vt oſtenderet baptiſmalem innocentiam habendam, ſi fieri poſſet, ei, qui prædicationis munus obit. Audiant hoc illi, qui, peccatorum onere grauati, alios ad innocentiam vocant, & puritatem, ac ſanctitatem aliis ſuadent, impuritatis mancipia ipſi facti.

Exinde cœpit Ieſus prædicare. Tunc cœpit Ieſus prædicare, cùm Ioannes finiuit. Sed cur non ante Ioannis mortem Chriſtus prædicat: an ne vilem eius prædicationem redderet? Pulchrè Sanctus Chryſoſtomus, vbi ait: *Ex quo traditus eſt Ioannes, ex tunc* prædicare *cœpit (Chriſtus;) nam ſi viuo Ioanne prædicare cœpiſſet, ſine dubio vilem feciſſet Ioannem, & inuenta fuiſſet eius prædicatio ſuperflua.* Prædicatores ſuos non vult Chriſtus contemni, nec eorum prædicationem, dùm tanti vtrumque facit; vt, ne Ioannes prædicans vileſceret, à prædicatione abſtinuit, dum ille prædicauit.

312. Poſt gulæ tentationem deuictam ſe ad prædicationem Chriſtus parat; tacitè edocens, abſtinentiæ amicum, abſtinentiæ præconem eſſe debere; & ineptè ieiunij, & abſtinentiæ laudes recenſere, qui luxui, & crapulæ fœdè litat.

Obtulerat Chriſto diabolus omnia regna, vt coram illo cadens illum adoraret, reiecit oblationem Chriſtus & offerentem; hacque tentatione deuictâ, prædicationis ſuſcipit poſtea munus. Scilicet ineptus huic muneri eſt, qui mundi bona non contemnit, ſeculi gloriam glorioſè non calcat.

313. Qui omnia regna, regnorumque gloriam, illis omnibus maior, non ſpernit, non reſpuit, vix prædicationis officio eſt idoneus. Formam probi Doctoris in Chriſto Euangelicus concionator habet: hanc teneat, vt ritè ſuo fungatur munere: diſcat priùs omnem mundi gloriam conterere, & peritura regna animo pluſquam regio contemnere, & calcare.

In pinnaculo templi inani gloriâ tactus non fuit Chriſtus, nec loci ſublimitate intumuit, quod volebat diabolus. Exinde ad prædicationis munus exit, vt ſuo exemplo omnes doceret, eum, qui prædicatoris fungitur munere, inani gloriæ litare non debere.

Prædicans Chriſtus iiſdem verbis vtitur, quibus vſus fuerat Ioannes, dicens: *Pœnitentiam agite appropinquauit enim Regnum Cœlorum.* Illorum faſtum, & iactantiam arguit, qui non vtilia dicere curant, ſed, cum iactantiæ ſeruiant, noua producunt, quibus ſibi non vulgaris ſapientiæ concilient nomen: ſcilicet admirationi eſſe ſtudent, non vtilitati. 314.

Ab eiſdem verbis, quibus & Ioannes vſus, exorſus eſt Chriſtus, vt videri potuiſſet Ioannis diſcipulus, cum magiſter eſſet ipſius, & cæterorum. Verus magiſter exiſtit, quia humilis: docuit ſcilicet, nihil ſic cauendum doctori, quàm iactantiam, faſtum, inanemque gloriam.

Præterea eodem exordio vſus, quo & Ioannes; vt Ioannis doctrinam confirmaret, & vt nos inſtrueret, ne ab aliis etiam minoribus inchoata perficere, & abſoluere dedignemur.

Vocat ad pœnitentiam auditores ſuos Chriſtus, regnique cœleſtis nomine eos allicit; non tamen ſecuris ictum, aliaſque minas intentat, quibus in Iudæos inuehens vſus fuit Ioannes. Cur ita? An, vt oſtenderet, quam pius, & miſericors Chriſtus ſit? An, quia hîc ficte Phariſæi acceſſiſſe non dicuntur, ſicut ad Ioannem ſimulato acceſſerunt animo? Meretur acriter reprehendi, qui exteriùs bonitatem ſimulat, in quam intùs arietat. 315.

Pœnitentiam, inquit, *agite*: cur non magis? *Gaudete: lætitiâ ob Saluatoris præſentiam exultate.* Dum ad pœnitentiam vocat, quæ veri gaudij mater eſt, ad gaudium etiam inuitauit; verè enim peccator lætitiâ perfundi non poteſt, niſi peccatum priùs per pœnitentiam aboleuerit.

SECTIO VIII.

Laboris amicos amat Chriſtus, fugit deſidioſos. 316
Eccleſia baſis obedientia. 316
Obedientia firmitas. 317
Sequatur Chriſtum, qui alios ad Chriſtum allicere ſtudet. 318
Prædicator otio non torpeat. 318
Hominum non diuitiarum piſcator Prædicator eſt. 318
Vita ſanctitate antiſtare auditoribus Doctor, & Præſul debet. 319
Bonorum exemplum magnas vires habet. 319
Humana induſtria ſine Dei gratiâ nihil efficit. 320
Ad labores vocantur, qui Chriſtum ſequuntur. 320
Rerum terrenarum retia relinquat Prædicator, vt homines capiat. 321
Perfecta obedientia eſt ſua imperfecta relinquere. 321
Qui Chriſtum ſequitur alienæ ſalutis cura ſtatim tangitur. 3 2
Κοινωνία quid. Quàm abhorrere ab his quæ ob Chriſti amorem reliquimus, debeamus. 322
Πορισμός quid, de quibus dicatur. Chriſti labor in prædicando. 323
Circuit ſatanas in noſtram perditionem, Chriſtus in noſtram ſalutem. 323

Attentè Dei verba audienda. 324
Ὀψώνιον. *quid. Infirmi magnâ reuerentia contre-ctandi.* 324

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres; Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare, erant enim piſcatores.

316. NOn vidit hos duos fratres otio torpentes, ſed in mare mittentes retia: amat ſuos diſcipulos Chriſtus laboris amicos. Præcipuè verò qui ad dignitatis ſupremæ culmen vocatur laborioſus eſſe debet; nam qui dignè hominibus præſidere vult, laborans, aliis exemplo eſſe debet, atque adeò omnium labores ſuo ſubleuare.

Petrus Simon vocabatur, quod nomen *obedientem* ſignificat. Scilicet Eccleſiæ baſis obedientia eſt, cuius eſt Simon Petrus fundamentum.

317. Simon *obediens* dicitur, & Petri à petrâ indipiſcitur nomen, vt hinc colligeremus, firmam debere obedientiam eſſe, ſtabilemque, vt petræ ſtabilitatem induiſſe videri poſſit, ſicut & Simon dictus Petrus à firmitudine eſt. Quid? Andreas frater Simonis eſt, quia virilitas, & fortitudo obedientiæ cognata eſt, *fortis* enim Andreas interpretatur. Obedientia, quæ in duris, & difficilioribus frangitur, vera non eſt.

Erant enim piſcatores: Cur iſtuc adiecit? Satis erat dixiſſe, eos in mari retia miſiſſe, haud dubiè, vt piſcarentur: cur ergò addidit, *erant enim piſcatores?* Quia multi piſcantur, qui piſcatores non ſunt: ij ſcilicet, qui delectationis causâ, ac voluptatis piſcationem quandoque exercent: non tales erant hi Apoſtoli. Qui deliciis vacant, & laborem fugiunt, indigni ſunt, qui à Deo vocentur ad prædicationis munus.

Et ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.

318. PEnde verborum ordinem; priùs hi duo fratres iubentur Chriſtum ſequi, poſtea hominum piſcatores futuri dicuntur; vt intelligerent ipſi, & qui idem munus obituri erant, ineptum piſcandis per prædicationem hominibus eſſe, qui non ſequitur Chriſtum. Ritè homines verbi rete ad Chriſtum allicit, qui Chriſtum moribus imitatur, vt corpus vmbra.

Faciam, inquit, *vos fieri piſcatores:* non dicit, *faciam vos eſſe;* innuens, quòd debet quilibet laborare, & rectè operari, vt Chriſti prædicator fiat, & de ſuo etiam aliquid ponere in hoc munere; nec ita Dei vocationi fidere, vt negligens, & deſidioſus ſit, & omnis laboris, curæque fugitans.

Scitè autem addit, *piſcatores hominum;* ne aliquis ſe crederet rerum, diuitiarum, pecuniarumque piſcatorem conſtitutum. Hinc illud Apoſtoli 2.
2. Cor. 12. 14. Cor. 12. *Non enim quærimus, quæ veſtra ſunt, ſed vos.*

319. Præſules, ac Doctores Eccleſiæ, hominum, veluti piſcium, piſcatores fiunt: ergò tantùm præſtare Præſulis, & doctoris vita ſubditis, & auditoribus quodammodo deberet, quantùm homo ipſis piſcibus præſtat. Proh quàm copioſa eſſet iſta piſcatio, ſi tales eſſent piſcatores, vt ſine vllâ comparatione, vitæ ſanctitate, cæteros antiſtarent!

Hi duo fratres primi à Chriſto vocantur, & illis verbis, *faciam vos fieri piſcatores hominum*, alliciuntur. Non legimus, hæc verba addidiſſe Chriſtum, Iacobum, & Ioannem ſtatim poſt vocantem; ſed tantùm dicitur: *Vocauit eos: illi autem, ſtatim relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.* Nihil his promittit: cur ita? Quia primorum obedientia iis viam præparauerat. Magnam, ad bonum, aliorum exempla vim habent, vt abſque vllâ promiſſione, ſolo primorum fratrum exemplo, & hi poſteriores Chriſtum ſecuti fuerint.

320. *Faciam vos fieri;* non dixit. *Facite vos hominum piſcatores.* Humana induſtria ſine Dei gratia nihil efficit. *In vanum*, ait Sanctus Paſchaſius, *laborat aliquis Doctorum, ſi non factus à Deo fuerit, vt proficiat;* niſi ſupera manus eum formet, & elaboret, hominum piſcator eſſe nemo poteſt.

Venite faciam vos fieri piſcatores hominum. A labore tranſeunt ad laborem, & à minore ad maiorem. *Apoſtolos ſuos Chriſtus*, verba ſunt Sancti Petri Chryſologi, *humanis laboribus exerceri voluit, vt eos indefeſſos redderet in diuinis; voluit eos labores non perdere, ſed mutare:* noluit labores perdere ne ipſi perderentur.

At illi, continuò relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum.

321. VT dignè munus ſuum obeat euangelicus prædicator, retia relinquere debet; rerum ſcilicet ſecularium curas, diuitiarum amorem. Nihil capiet, aut exiguum prædicator, niſi rete proprium relinquat, commodum nempè ſuum, & Chriſtum ſequatur. Irritus ferè, inaniſque multorum prædicatorum labor eſt; quia retia non relinquunt; rebus terrenis acquirendis ſtudent, mundanarum rerum curis occupantur, & diſtinentur.

Dimittebant in mari ſua retia hi duo fratres; ſed à Chriſto vocati, ſtatim retia relinquunt, & ſequuntur Chriſtum; non enim legimus, retia extraxiſſe, vt piſces caperent: qua re indicatur, perfectæ obedientiæ notam eſſe, ſua imperfecta relinquere. In medio operis conſtituti diſcipuli, non cuiuslibet operis, ſed piſcationis (quàm auida res piſcatio! quàm curioſè finis expectatur ob dubium, variumque euentum!) cum audiſſent Domini vocem; nihil diſtulerunt, nec retia traxerunt, in perfectæ patientiæ notam; vt haberent poſteri, quod imitarentur.

322. Sequuntur iſti duo fratres, relictis retibus, Chriſtum, vt hominum piſcatores fierent; hoc illis promiſſum eſt: nam, qui Chriſtum amat, & Chriſtum ſequitur, ſtatim & alienæ ſalutis curâ tangitur: qui poſt Chriſtum it homines ad Chriſtum ſtatim allicit.

Relictis retibus: Græcè, ἀφέντες τὰ δίκτυα, *dimittentes, & repudiantes retia* Hoc idem verbum ſupra adhibitum eſt, quum diabolus Chriſtum reliquit. τότε ἀφίησιν αὐτὸν, *Tunc dimittit eum.* Prorſus abire à diaboli mente debemus: ille Chriſtum dimiſit quia eum decipere non potuit, & in peccatum allicere: Apoſtoli, ne relinquerent, relinquunt retia, quæ impedimento erant, quin perfectè Chriſto adhærerent. Qua mente ſatanas à Chriſto fugit, & ab eo abhorret: eâdem viri perfecti ea repudiant, quæ, ne Chriſtum expeditè ſequantur, impediunt.

***

Et

Et circuibat Ieſus totam Galilæam docens in ſynagogis eorum,& prædicans Euangelium regni,& ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

C*ircuibat* : Græcè, περιῆγεν, *luſtrabat,circuibat.* Verbum περιάγειν de pedibus propriè dicitur ; vt hinc colligamus, Chriſtum, non equo,aut mulo inſidentem, circuire ſolitum, vt Dei verbum populis per varias vrbes prædicaret,ſed in humilitatis exemplum peditem iuiſſe. Non defugiebat laborem , dummodo ſalutem omnibus ſuâ prædicatione poſſet afferre. Scilicet amanti labor non labor eſt,ſed quies.

Satanas *Circuit, quærens quem deuoret* : Chriſtus circuit,vt linguæ ſuæ officio omnibus medeatur,& verborum ſuorum virtute omnibus ſanitatem afferat,& regni cæleſtis deſiderium auditorum mentibus affricet.

Et curabat corpora, & Euangelium prædicabat. quod ſæpè præſtitiſſe Chriſtum legimus,vt ſcilicet auditores ſui ab infirmitatibus , & languoribus liberati attentiùs , atque pacatiùs Chriſti exciperent verba , nec dolorum magnitudine diſtraherentur. Tanti apud Deum eſt,ſua verba attentè excipi,non mente in varia ſparsâ,& effusâ.

Sanans omnem morbum : Græcè , θεραπεύων, *curans, ſanans.* Hoc verbum ſignificat non ſolum infirmos curare , & ſanitati reſtituere , ſed etiam in pretio habere,obſequi,ac venerari : vt tacitè nobis inſinuaretur , qua reuerentia : & obſequio contrectare infirmos,& aliquo morbo preſſos debeamus; tanquam ſcilicet rem ſacram, & ſummâ veneratione dignam. Abeunt,qui ſpernunt , & qui verbis aſperioribus infirmos exaſperant , quùm tanquam ſacra lipſana,vt ita dicam,contrectandi ſint.

Et obtulerunt ei omnes malè habentes , variis languoribus,& tormentis comprehenſos.

Obtulerunt vndique , ex totâ Syria , quotquot adducere potuerunt variis languoribus affectos, tormentis, ac cruciatibus detentos. Pro, *tormentis*, Græcè eſt, βασάνοις. Nomen autem, βάσανος, de tormentis , ac cruciatibus ita dicitur ; vt propriè cotem ſignificet,qua aurum exploratur, & an verum, ſeu adulterinum ſit probatur. Nectere has notiones poſſumus,& à nexu, & inſitione colligere,cruciatus,morbos , infirmitates ad modum lapidis indicis ſe habere , quippè quæ probant, an vera, ſeu adulterina virtus ea ſit, quæ in homine extimè,antequam morbo corripiatur,elucet.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
CAPVT V.	MATTHÆI.
Verſ. 1. VIDENS autem IESVS turbas, aſcendit in montem ; &,cùm ſediſſet,acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.	Videns. *Syr. Quum vidiſſet.* Cùm ſediſſet. *Vat. Cùm ipſe conſediſſet. Ar.M.Sedente eo. Arab. Et ſedit.* Acceſſerunt. *Ar. M. Aduenerunt.* Diſcipuli. *Ar. M. Illi diſcipuli.*
Verſ. 2. Et aperiens os ſuum docebat eos , dicens.	Aperiens os. *S.Hil. Aperuit os. Pagn.Cùm aperuiſſet. Auct. Et reſignans.* Docebat. *S. Hil. Et docebat.*
Verſ. 3. Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.	Beati pauperes ſpiritu. *Tert. Beati Mendici. Auct. Beati inopes.* Ipſorum eſt r. c. *Tert. Illorum eſt Regnum Dei. Orig. Ipſi hæreditatem capient Regnum Cælorum.*
Verſ. 4. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.	Mites. *S.Greg. Nyſſ. Mites & lenes.* Poſſidebunt t. *Pagn. Hæreditate accipient terram. S. Hilar. Hæreditabunt. S. Greg. Nyſſ. Hæreditatem terræ conſequentur. Al. Hæreditatem accipient terræ. Syr. Hæreditatis iure poſſeſſuri ſunt terram. Fr. Luc. Hæreditate poſſidebunt orbem terræ. Iac. Tir. Hæreditario iure obtinebunt terram.*
Verſ. 5. Beati, qui lugent : quoniam ipſi conſolabuntur.	Qui lugent. *Arab. Triſtes. S.Cypr. Plangentes. Tert. Lugentes atque flentes.* Conſolabuntur. *Syr. Conſolationem accepturi ſunt. S. Greg. Nyſſ. Conſolationem accipient. Caiet. Conſolatione afficientur. Auct. Solatio fruentur.*
Verſ. 6. Beati, qui eſuriunt , & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.	Eſuriunt. *Arab. Eſurientes.* Sitiunt. *Ar. M. Sitientes.*
Verſ. 7. Beati miſericordes: quoniam ipſi mi-	Ipſi miſericordiam conſequentur. *Syr. Super eos futura ſunt miſericordiæ S Hil. Ipſis miſericordiam præſtabit Deus. Ar. M. Ipſi miſericordiâ afficientur. S.Chrom. Ipſis miſerebitur Deus. S.Leo Ipſo-*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſericordiam conſequentur.

rum miſerebitur Deus. S. Aug. Ipſis miſericordia praſtabitur.

Verſ. 8.

Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.

Beati. *Clem. Alex. Qui ſunt autem.*
Mundo corde. *S. Aug. Mundicordes. Arab. Quibus eſt cor mundum. Clem. Alex. Mundi corde. S. Greg. Nyſſ. Puro corde.*

Verſ. 9.

Beati pacifici: quoniam Filij Dei vocabuntur.

Pacifici. *Auct. ex Syr. Operatores pacis. Fr. Luc. Pacem facientes. Apud eundem ex Syr. Pacis conciliatores. Menoch. Pacis factores.*
Vocab. *Tert. Nuncupabuntur.*
Quoniam. *Ar. M. Quoniam ipſi.*

Verſ. 10.

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum.

Perſecutionem patiuntur. *S. Cyp. Paſſi fuerint. Ar. M. Perſequutione affecti. Auct. Ad ſupplicium quaſiti.*

Verſ. 11.

Beati eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me.

Eſtis. *Tert. Eritis. Syr. Vos.*
Cum maledixerint vobis. *S. Amb. Cùm vobis maledicent. Tert. Cùm vos dedecorauerint. Orig. Cùm exprobrant vobis. Vat. Probra iecerint in vos. Pagn. Probris affecerint vos. Syr. Exprobrauerint vobis. Caiet. Cùm Opprobrauerint vobis. Fr. Luc. Conuiciati fuerint vobis. Auct. Cùm vos conuiciis infeſtauerint.*
Perſequuti v. f. e. d. *Orig. Perſequuntur vos & dicũt.*
Omne malum. *Syr. & S. Ioan. Chryſ. Omne verbum malum. Tert. Omnia mala. Vat. Quoduis malum verbum.*
Mentientes. *Syr. In mendacio.*
Propter me. *S. Amb. Propter iuſtitiam. Orig. Mei causâ.*

Verſ. 12.

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis: ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

Copioſa. *Orig. Magna. Tert. Plurima. Pagn. Multa. Fr. Luc. Ampla, immenſa.*
Cælis. *S. Hilar. Calo.*
Fuerunt. *S. Hilar. Erant.*

Verſ. 13.

Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Euanuerit. *S. Hilar. Infatuatus fuerit. Caiet. Infatuatus fuerit. Fr. Luc. Deſipuerit.*
In quo ſ. *Syr. Quo ſalietur. S. Hil. Id quod ſalietur.*
Ad nihilum valet. *S. Hier. Ad nihil eſt vtile. Syr. Ad nullum venit vſum.*
Vltra. *S. Hilar.* omittit.
Mittatur. *S. Hier. Pagn. Proiiciatur. Ar. M. Eiici foras.*
Et conculcetur. *Arab. Conculcent eum homines. Fr. Luc. Vt conculcatur.*

Verſ. 14.

Vos eſtis lux Mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

Lux Mundi. *S. Aug. Lumen Mundi. Tert. Lumen terra. Orig. Et lumina Mundi.*
Ciuitas. *Vat. Oppidum.*
Abſcondi. *S. Gregor. Nyſſ. Abſconſa eſſe. Fr. Luc. Occultari, Latere.*
Supra m. p. *S. Hil. Super montem adificata. Tert. Conſtituta ſupra montem. S. Greg. Nyſſ. Supra montem ſita.*

Verſ. 15.

Neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

Neque accendunt luc. & p. e. ſ. m. *Syr. Neque lumen lucerna admouent, vt ponant eam ſubter modium. Tert. Lucerna non ſub modio abſtrudi ſolet. Clem. Alex. Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio. Fr. Luc. Neque ſub vaſe mittunt.*
Sed ſuper c. *Tert. Sed in candelabrum conſtitui.*
Vt luceat. *Orig. Vt videant lumen. Caiet. Et lucet.*
Omnibus qui. i. d. ſ. *Clem. Alex. Omnibus, qui accepti fuerint conuinio. Orig. Introëuntes.*

Verſ. 16.

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Verſ. 16.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Verſ. 17.

Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere.

Verſ. 18.

Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

Verſ. 19.

Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in Regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.

Verſ. 20.

Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum cælorum.

Verſ. 21.

Audiſtis, quia Dictum eſt antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Verſ. 22.

Ego autem dico vobis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Verſ. 23.

Si ergo offers munus tuum ad altare, &

Lectionum Varietas.

Luceat: *Orig. Fulgeat: S. Auguſt. Luceat.*
Lux veſtra. *S. Cypr. Lumen veſtrum. S. Aug. Opera veſtra.*
Coram hominibus. *Orig. Ante homines.*
Opera v. b. *S. Aug. Bona facta veſtra.*
Glorificent. *Syr. Euchent laudibus. S. Cyp. Clarificent. S. Leo Magnificent.*
Bona. *Ar. M. Pulchra.*

Nolite putare. *Caiet. Ne putetis. Vat. Ne exiſtimetis.*
Soluere. *S. Hil. Diſſoluere. Syr. Vt ſoluam. Pagn. Ad deſtruendam. Vat. Ad diſſoluendum. Fr. Luc. Ad ſoluendum.*
Non veni. *S. Greg. Nyſſ. Non veni diſſoluturus legem. Orig. Non veni ad diſſoluendum. Pagn. Non veni, vt deſtruam. Vat. Non veni, vt diſſoluam.*
Adimplere. *S. Auguſt. Implere. Syr. Vt adimpleam. Pagn. Vt impleam. Al. Vt compleam. Orig. Ad implendum. S. Greg. Nyſſ. Impleturus.*

Amen q. d. v. *S. Hil. Dico autem vobis.*
Donec. *S. Proſp. Prius quàm.*
Tranſeat c. *Ar. M. Prætereat cælum. Vat. Præterierit cælum. Syr. Tranſierint cæli.*
Iota. *Menoch. Iod.*
Apex. *Auct. ex Syr. Ductus, lineola. ex Græc. Cornu.*
Non præteribit. *S. Proſp. Non cadet ex lege. Fr. Lu. Nequaquam præterierit, atque tranſierit.*
Donec om. f. *S. Proſp. Quæ non impleatur. Pagn. Quoad omnia facta fuerint.*

Qui ergo. *Orig. Quicunque.*
Soluerit. *Caiet. Violauerit. Fr. Luc. Tranſgreſſus fuerit. Orig. Exſoluerit.*
Mandatis iſtis m. *Arab. Horum mandatorum minimum. Fr. Luc. Minimorum.*
Magnus. *S. Cyp. Maximus.*

Dico enim. *Orig. Dico autem.*
Abundauerit. *Tert. Redundauerit. Auct. Excelluerit.*
Pluſquam Scribarum. *Arab. Super iuſtitiam Scribarum. Tert. Super Scribarum. Ar. M. Plus Scribarum.*
Non intrabitis. *Pagn. Non ingrediemini. Al. Non poſſitis ingredi. Fr. Luc. Nequaquam intretis.*
Cælorum. *Clem. Alex. Dei.*

Dictum eſt. *Ar. M. Pronunciatum eſt. Vat. Dictum eſſe.*
Antiquis. *Al. Veteribus. Caiet. Patribus in Sinai.*
Reus erit. *Pagn. & Ar. M. Obnoxius erit.*
Iudicio. *Syr. Iudicij.*

Qui ir. f. ſuo. *Syr. Quicunque iraſcetur fratri ſuo temerè. S. Ioan. Chryſ. & Pagn.* addunt, *ſine cauſâ. S. Gregor. Nyſſ. Quicunque enim temerè iraſcitur. Ar. M. Quia omnis iraſcens fratri ſuo immeritò.*
Reus erit iudicio. *Orig. Homicida eſt.*
Fatue. *S. Hilar. Fatuum.*
Concilio. *Syr. Conſeſſui. Ar. M. Conſeſſui. Fr. Luc. Synedrio.*
Gehennæ. *S. Cyp. In gehennâ. Al. Gehenna incendio. Ar. M. In gehennam.*

Si offers. *Syr. & S. Cypr. Si Obtuleris. S. Chryſ. Si*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te.

proferas. Caiet. Si offeras.
Ad altare. *Syr. Super altare, Al. Ad Aram.*
Habet aliquid aduerſum te. *Syr. Retinere contra te inimicitiam aliquam.*

Verſ. 24.

Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

Relinque ibi. *Syr. Dimitte illic.*
Munus. *Syr. Oblationem. Fr. Luc. Sacrificium.*
Ante altare. *Pagn. Coram altari.*
Reconciliari. *Syr. Redi in gratiam. Arab. Reconciliare.*
Veniens. *Pagn. Profectus.*
Offeres, *Arab. Offer.*

Verſ. 25.

Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in viâ cum eo: ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris.

Eſto conſentiens. *S. Hier. Benè ſentiens, & Beneuolus. S. Aug. Concorda citò. Tert. Habeto beneuolentiam. Clem. Alex. Sis citò beneuolus. Syr. Eſto Deſiderabilis. Arab. Eſto Benignus. Fr. Lu. Amicus, Concors eſto. Orig. Da operam vt liberes te ab eo in viâ.*
Aduerſario tuo. *Arab. Tecum litiganti. Fr. Luc. contra litigatori. S. Hier. De aduerſario tuo. S. Aug. Cum aduerſario tuo.*
Citò dum es in v. c. e. *Orig. Quando vadis cum aduerſario tuo ad Principem. S. Epiph. Dum adhuc es in via cum ipſo, & da operam ab eo liberari.*
Miniſtro. *Syr. Exactori. Tert. Angelo executionis.*
In carcerem mitt. *S. Epiph. Miniſter in carcerem te mittat. Syr. Incidas in domum vinctorum. Tert. Ille te in carcerem mandet. Ar. M. In cuſtodiam coniiciaris. Pagn. In carcerem coniiciaris. Franc. Luc. In cuſtodiam iaciaris. Proiiciaris.*

Verſ. 26.

Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.

Non exies. *Syr. Te illinc non egreſſurum. Pagn. Non exibis illinc.*
Reddas. *Al. perſolueris. Syr. Reddideris.*
Nouiſſimum. *Vat. Extremum. Syr. Vltimum Quadrantem. Syr. Octauum. Orig. Minutum.*

Verſ. 27.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis.

Quia dictum e. a. *Syr. Dictum fuiſſe. S. Greg. Nyſſ. Quia dictum eſt. Ar. M. Quia pronunciatum eſt antiquis.*
Non mœchaberis. *Pagn. Non committes adulterium. Fr. Luc. Ne mœcheris.*

Verſ. 28.

Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Quia omnis qui. *Orig. Si quis. vel. Qui autem. Clem. Alex. Qui enim.*
Viderit. *Vat. Aſpexerit. Clem. Alex. Reſpexit. Menoch. Aſpicit. Orig. Inſpexerit.*
Mulierem. *Pag. Vxorem alterius. Clem. Alex. Curioſius.*
Ad concupiſcendum e. *Clem. Alex.* omittit.
Mœchatus eſt eam. *S. Ambr. Adulterauit eam. Fr. Luc. Adulterium commiſit. Clem. Alex. Peccauit. Caiet. Mœchatus eſt cum eâ.*
In corde ſuo. *Clem. Alex.* omittit.

Verſ. 29.

Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Quòd ſit o. t. d. *Clem. Alex. Si oculus tuus.*
Scandalizat te. *Al. Obſtaculo tibi fuerit. Vat. Offendiculo tibi fuerit. Pagn. Offenderit. Fr. Luc. Facit, vt tu cadas.*
Erue, *Clem. Alex. Excinde.*
Et proiice abs te. *Clem. Alex. Ex imo euellens cupiditatem.*
Expedit. *Syr. Præſtat. Ar. M. confert. Auct. Vtile eſt.*
Mittatur. *S. Chrom. Eat.*

Verſ. 30.

Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te,

Scandalizat. *Vat. Offendiculo tibi fuerit. Al. Obſtiterit tibi. Pagn. Offenderit.*

abſcinde

Vulgata Editio.

abſcinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Verſ. 31.

Dictum eſt autem: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij.

Verſ. 32.

Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari: &, qui dimiſſam duxerit, adulterat.

Verſ. 33.

Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua.

Verſ. 34.

Ego autem dico vobis, non iurare omnino; neque per cælum, quia thronus Dei eſt.

Verſ. 35.

Neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis.

Verſ. 36.

Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere; aut nigrum.

Verſ. 37.

Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quòd autem his abundantius eſt, à malo eſt.

Verſ. 38.

Audiſtis, quia dictum eſt: Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

Verſ. 39.

Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed, ſi quis te percuſſerit in dexte-

Lectionum Varietas

Abſcinde eam. *Tert. Amputa eam.*
Proiice. *Syr. Abiice eam.*
Expedit enim tibi. *Syr. Satius enim tibi fuerit.*
Quam t. c. t. *Caiet. Et non totum corpus.*
Eat. *Syr. Incidat. Pagn. Conniciatur. Caiet. Mittatur.*

Dictum eſt. *Ar. M. Pronunciatum eſt.*
Dimiſerit. *Vat. Repudiauerit. Ar. M. Abſoluerit. Caiet. Dimiſerit totaliter.*
Libellum repudij. *Pagn. libellum diuortij. Ar. M. Repudium.*

Exceptâ causâ. *Syr. Præterquàm ratione. Pagn. Niſi ratione. Fr. Luc. Propter rationem.*
Fornicationis. *Vat. ſtupri.*
Facit e. m. *Arab. Dedit eam in fornicationem. Pagn. Efficit, vt illa ſit adultera.*
Dimiſſam. *Ar. M. Abſolutam.*
Duxerit. *Caiet. Duxerit in vxorem.*

Non periurabis. *Syr. Non mentieris in iuramento tuo.*
Reddes. *Vat. Perſolues.*

Non iurare. *Syr. Non iurabis. Arab. Nolite iurare. S. Hil. Neque iurabis.*
Omnino. *S. Cyp. In totum.*
Neque per cælum. *S. Hilar. Per cælum. Ar. M. Neque in cælo.*
Thronus. *Vat. Solium. S. Hilar. Sedes.*

Per terram. *Ar. M. In terrâ.*
Scabellum. *Vat. Subſellium. Fr. Luc. Suppedale.*
Per Ieroſolymam. *Ar. M. In Ieroſolymâ.*

Neque per caput tuum. *Ar. M. In caput tuum.*
Non potes. *S. Aug. Non eſt tibi poteſtas.*
Non potes vnum capillum. a. f. a. n. *Clem. Alex. Nullus autem alius poteſt album capillum facere, vel nigrum. Syr. Non poteſt facere in eo vel particulam vnius pili nigri vel albi. Tert. Quis veſtrum poteſt capillum atrum ex albo facere? Ar. M. Non potes vnum capillum album aut nigrum facere. Vat. Quia non poteſt vnum pilum album, aut nigrum facere.*

Sit autem ſermo v. *S. Epiph. Sed eſto vobis iuſiurandi inſtar. Clem. Alex. Sermo veſter ſit. Syr. Sed erit ſermo veſter.*
Eſt, eſt. *S. Epiph. Etiam, etiam. Clem. Alex. Ita, ita. Fr. Luc. Nè, nè, vel: Profectò, profectò.*
Quod aut. his ab. e. *Vatab. Quod ampliùs his eſt, ex malo eſt. Ar. M. Quod autem abundans his, à malo eſt. S. Ioan. Chryſ. & Al. Quod vltra hæc adiungitur. Pagn. Verùm, quod ſuperabundat his, ex malo eſt.*
A malo eſt. *Auct. Ex malo proficiſcitur.*

Audiſtis. *S. Hilar. Audis.*
Dictum eſt. *Ar. M. Pronuntiatum eſt. Syr. Dictum fuiſſe. Al. Dictum fuerit.*

Non reſiſtere malo. *Syr. Ne inſurgatis contra malum. Ar. M. Non obſiſtere.*
Sed. *Clem. Alex. &.*
Si quis te percuſſerit. *Tert. Verberanti te in faciem. Orig. Quiſquis impegerit alapam. S. Epiph. Tibi ceciderit. Clem. Alex. Tibi percutienti.*

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

In dexteram m. *S. Epiph. Dexteram, maxillam. Clem. Alex. Maxillam.*
Præbe. *Tert. Obuerte. Orig. Conuerte. Caiet. Verte.*
Et alteram. *Tert. Etiam alteram genam.*

Verſ. 40.

Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

Qui vult t. i. c. *Syr. Voluerit litigare tecum. Pagn. In iudicium vocare. Ar. M. Volenti tibi iudicium. Caiet. Non diſcutere iuſtum. Al. In ius trahere. Fr. Luc. Tibi iudicari.*
Dimitte. *S. Amb. Remitte. Tert. Offer. Vat. Permitte.*

Verſ. 41.

Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.

Angar. mil. paſ. *Syr. Traxerit te ad milliare vnum. Vat. Adegerit ad milliarium vnum. Pagn. Coegerit ad milliare vnum.*
Vade c. i. e. a. d. *Vat. Abite cum illo duo.*

Verſ. 42.

Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

Qui p. à t. d. e. *Syr. Petenti abs te dato.*
Volenti m. à t. *Pagn. Volentem abs te mutuum accipere. Al. Cupientem mutuum accipere.*
Ne auertaris. *S. Cyp. Ne aduerſatus fueris. Vat. Ne auerſeris.*

Verſ. 43.

Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Dictum eſt. *Ar. M. Pronunciatum. Syr. Dictum fuiſſe.*
Proximum t. *Fr. Luc. Eum, qui propè, propinquum.*
Odio h. *S. Hil. Odies.*

Verſ. 44.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.

Benefacite. *Syr. Benè precemini. Ar. M. Benedicite. Auct. Laudibus efferte.*
His qui o. v. *Syr. Eis, qui imprecatur vobis. Pagn. Maledicentibus vobis. Ar. M. Maledicentes vos. Vat. Deuouentibus vos. S. Greg. Nyſſ. Odio perſequentibus vos.*
Pro perſequentibus. *S. Auguſt. Pro perſequutoribus veſtris. S. Greg. Nyſſ. Pro his, qui ladunt. Ar. M. Pro infeſtantibus vos. Pagn. Pro his, qui nocent. Syr. Pro iis, qui vexant vos cum violentiâ. Caiet. Offendentibus vos. Auct. Pro iniuriâ afficientibus.*
Calumniantibus. *S. Greg. Nyſſ. Perſequuntur.*

Verſ. 45.

Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.

Vt ſitis f. *S. Epiph. Similes eſtote. Clem. Alex. Vt ſitis ſimiles. Orig. Vt ſiatis filij.*
Patris v. *S. Epiph. Patri veſtro.*
Qui i. c. e. *Orig. Cæleſtis.*
Qui Solem. *Clem. Alex. Per Solem Vat. Quia Solem.*
Oriri facit. *S. Amb. Lucere facit. Clem. Alex. Splendere facit. Vat. Exoriri ſinit. Ar. M. Producit. Orig. Oriri iubet. Fr. Luc. Facit, vt exoriatur.*
Super b. e. m. *Syr. Super probos, & improbos. Vat. Super malos, & bonos Clem. Alex. Super omnes.*
Pluit. *Syr. Facit deſcendere pluuiam ſuam. Vat. Pluuiam mittit. Clem. Alex. Pater meus pluit. S. Epiph. Imbrem ſuum largiatur.*
Super i. e. i. *Syr. Super æquos, & iniquos.*

Verſ. 46.

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt.

Diligitis. *Ar. M. Dilexeritis.*
Quam mercedem. *Vat. Quod præmium. Syr. Quanam merces.*
Habebitis. *Pagn. Habetis. Syr. Vos manet.*
Hoc. *Syr. Idem.*

Verſ. 47.

Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid ampliùs facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt?

Salutaueritis. *Syr. Poſtulaueritis pacem. Pagn. Complectendo ſalutaueritis. Vat. Complexi fueritis.*
Fratres veſtros. *Ar. M. Amicos veſtros. Syr. Fratrum veſtrorum tantummodo.*
Quid ampliùs. *Ar. M. Quid abundans. Al. Quid eximium.*
Ethnici. *Caiet. Publicani.*
Hoc. *Ar. M. Sic. Syr. Itidem.*

Verſ. 48.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 48. Eſtore ergo perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.	Eſtore. *Vat. Eritis. S.Greg.Nyſſ. Sitis.* Perfecti. *S.Hil. Boni.* Cæleſtis. *Vat. qui eſt in Cælis.*

CAPVT V.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Doctorem excitat ad dicendum auditoris auiditas. 326
Attentè Dei verba excipienda. 326
Vitæ eminentia in eo, qui alios docet. 317
Chriſti verba omni melle dulciora. Expenſus Ioël. 328
Paupertas, & rerum terrenarum deſpicientia non amara, ſed dulcis. 328
Virtutum, & gloria nexus. 328
Humilitas, & paupertas ingentis gloriæ loco. 329
Requies non in terrenis, ſed in cæleſtibus quærenda. 329
Doctoris quies laborare. 330
Magnus apud Deum qui probè alios edocet. 330
Lex Euangelica lex amoris. 331
Ἀνοίξας quid. Loquuturus tacere prius diſcat. 331
Verba aurea Prædicator euomat, non inutilia. 332
Vitâ docere prius quiſque debet, quàm verbis. 333
Charitas dictare debet, quod Doctor effundit. 333
Liber ab omni iniquitate ſit concionator. Tactus Iob. 334
Oratio prædicationis veluti anima. 334

Videns autem Ieſus turbas, aſcendit in montem.

326. VIDIT turbas, & ſtatim aſcendit in montem, vt prædicaret. Quid Chriſtum vrget, vt aſcendat, & prædicatet? Turbarum deuotio, & verbum Dei audiendi cupiditas, & deſiderium. Tacebant turbæ, clamabant deſiderio. Nihil adeò doctorem ad loquendum excitat, quàm auditoris audiendi auiditas.

Aſcendit in montem, tumultus, qui in imo erant, declinans, vt attentius eius verba exciperentur, ſimulque vt doceret abſque vllâ diſtractione Dei verba eſſe populis prædicanda. In montem aſcendit, non in vrbis, forique medio reſidet prædicaturus; nos videlicet erudiens, nihil ad oſtentationem noſtri faciendum eſſe, cum danda potiùs opera ſit, vt à cunctis tumultibus liberemur tunc præcipuè, cum de rebus ſeriis Diuiniſque diſſerendum eſt.

327. Docturus Chriſtus in montem aſcendit, vel loco ipſo edocens, prædicatoris eſſe vitæ eminentiâ ſuis auditoribus præferri; alioquin eius doctrina contemnitur, cuius vita deſpicitur. Vilis prædicator eſt, qui in vitiorum valle miſer iacet.

Ioël 3.18. Ad Meſſiæ tempora reſpiciens Ioël 3. 18. ait: *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* Non mirum ſi in monte docet; eius enim verba omni ſuauitate, & dulcedine referta ſunt, omnique lacte gratiora.

328. Sed quî, inquies, dulcedinem montes ſtillant; cum paupertas, luctus, aliaque commendentur, quæ amara videntur hominibus? Falluntur: hæc omnia ſano palato ſapidiſſima ſunt: dulcedine montes affluunt: quia in illis Chriſtus paupertatem, rerum terrenarum deſpicientiam, manſuetudinem, mititatem, luctum docuit, quæ non amara, ſed melle dulciora ſunt rectè ſentienti. Mel, ac lac paupertas eſt, & patientia in iniuriis, ceteræque virtutes, quas hîc Chriſtus nobis commendat.

Quiſnam hic mons fuerit, in quem Ieſus aſcendit, non explicat Sanctus Matthæus; plerique, inter quos Sanctus Hieronymus, montem Thabor fuiſſe arbitrantur. Probè: in hoc monte gloriam quoque ſuam diſcipulis oſtendit; in eo enim, vt communis opinio fert, transfiguratus eſt Chriſtus; ibi igitur hæ virtutes traduntur, vbi gloria oſtenditur; vt ſtatim diſceremus, eum, qui gloriam quærit, & amat, ſeruare quoque debere, quæ Chriſtus docet.

In eodem monte & gloria oſtenditur, & paupertas, & humilitas, & iniuriarum obliuio prædicatur: quia paupertatem colere, humilitatis inſignia ferre, & iniuriarum obliuiſci, ingentis nobis gloriæ loco eſſe debet. 329.

Aſcendit montem Chriſtus, & in monte ſedebat; vel nudus ſeſſionis locus edocet in cælo, cæleſtibuſque. Requiem quærendam; fruſtra in terrenis rebus quæri; Benè Rabanus: *Aſcendit ergo Dominus in montem, vt ſicut auis teneros fœtus prouocat ad volandum, ſic ipſe auditores ſuos erigat ad ſuperna, & cæleſtia ſacramenta meditanda, (ſedebatque ibi) vt demonſtraret, non niſi in cæleſtibus requiem eſſe quærendam.* Laborat fruſtra, ſeque fallit, qui à rerum terrenarum curâ requiem ſibi pollicetur.

Et cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.

SEdere quieſcentis eſt: quies doctoris eſſe debet, quum ob auditorum ſalutem laborat. Sedet Chriſtus prædicaturus; quia, vitæ verba in ſalutem proferre, ingentis quietis loco illi fuit. 330.

Sedet docturus, qui poſtea ad patris dexteram ſeſſurus in Cælo erat: à primâ iſtâ ſeſſione ad ſecundam euectus eſt; vt colligeremus, eos, qui Dei verba aliis communicant ad ſummum gloriæ culmen peruenturos, ſi tamen mores doctrinæ reſpondeant.

Sedendo, & in quiete, lex Euangelica promulgatur: lex vetus in monte Sinai data eſt cum ſtrepitu, & terrore: lex quippè euangelica, amoris eſt; vetus, timoris fuit. 331.

Et aperiens: ἀνοίξας, reſignans: aç ſi priùs ita os ſuum cuſtodiret, vt ſignatum, ac veluti ſigillo munitum videretur; quod ardenter cupiebat ſapiens, cum diceret: *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper* Eccli.22.33.
labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Eccli.22. 33. Probè labia diducit, & veluti reſignat, aliis Dei verba explicans, qui tacere antea didicerit, & ſignata priùs labia ob ſilentij cultum habuerit. Ineptus ferè prædicationis

prædicationis officio, qui totus in noxiis ſermonibus, antequam prædicet, effunditur, & reſignato ore ad docendum accedit. Diſcat à Chriſto Doctor: obſignatis, ac ſilentij ſigillo munitis labiis ad ſuggeſtum pergat: in ſilentio cogitet, quid loquuturus.

332. Hoc idem verbum in apertione theſaurorum adhibitum ſuperiùs eſt cap. 2. verſ. 11. *Et apertis theſauris ſuis, ϗ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν.* Idem verbum de oris, ac theſaurorum apertione dicitur; vt colligeremus, os aperiendum, & diducenda labia eſſe, vt verba, velut theſauri opes, veluti aurum, gemmaſque producamus. Quod fecit Chriſtus, & præſtare quilibet eius exemplo debet. Os, velut theſaurum, non aperit, qui inutilia, & noxia, qui impudica verba euomit, tanquam paleas, lutumque tantùm contineret. Cogitet, quàm à ſuo munere abeat concionator, qui os ſuum non aperit, tanquam ſi diues aperiret theſaurum, vtilia, & pretioſa emittens verba, & cæleſtium diuitiarum grauida, ſed nihil profutura, nullius ponderis, nullius pretij: denique non margaritas, ſed fœnum paleaſque.

333. *Os ſuum aperiens:* Non eſt myſterio vidua loquutio hæc: docturus, os ſuum aperit; vt indicaret, ſe ante vitæ moribus docuiſſe, nunc tandem docere & verbo, incipere. Vita ipſa Doctoris probéque docentis mores ſtentorea quædam vox eſt, & altè etiam clamat, licèt ſileat. Operibus Chriſtus docuerat, aperit nunc os ſuum & verbis quoque docet. Diſce à vero Doctore verum docendi modum: priùs vitâ edocere, quod verbo docturus es.

Aperit os ſuum in amoris, & charitatis argumentum. Apoſtoli verba ſunt: *Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij: cor noſtrum dilatatum* 2. Corinth. 6. verſ. 11. Labia ſcilicet ad loquendum diducuntur, & ſimul ſpatia dilatantur charitatis: quia nempè charitas dictare debet, quod prædicatoris os effundit.

2. Cor. 6. 11.

334. Iniquitatis eſt, os coram Deo contrahere: hinc illud apud Iob. cap. 5. verſ. 16. *Iniquitas contrahet os ſuum.* Aperire ergò os ſuum dicitur concionator; vt hac circumlocutione ſignificetur, ab omni iniquitate eum liberum eſſe, ab omni ſcelere, & crimine; ne os ſuum contrahat, & aperire illud, vitæ verba effuſurus, non poſſit.

Iob. 5. 16.

Aſcendit Chriſtus in montem concionandi causâ, vt patet ex Matthæo hîc: Lucas c. 6. in montem ſubiiſſe aſſerit, vt oraret: vtrunque præſtitit adeò, vt ferè prædicatio ab oratione non diſcriminetur: Quo docemur, orationem, prædicationis velut animam eſſe; vt à ſuo munere illi Doctores abeant, qui ita prædicationi vacant, vt fundendæ orationis obliuiſcantur.

SECTIO II.

Spiritualis ſtructura paupertati, & nihili innititur. 335
Quid πτωχὸς, quid πένης. 335
Manſuetudinis, & paupertatis nexus. 335
Terrenæ diuitiæ ferè cum cæleſtibus non cohærent. 336
Paupertatis præmium. 336
Se quiſque inter relinquenda numeret. 337
Verè ille diues, qui etiam in mendicitate eſt humilis. 337
Veri pauperes, mente in cælis ſunt. 338
Regnum cælorum paupertate emitur. 338
Cur primo loco propoſita paupertatis commendatio. 339
Ia imperio humanitatem præſeferant ſuperiores. 339
Paupertas ſuos euehit. 340
Mitìtas ab humilitate naſcitur. 341
Terram poſſidet, qui terrena contemnit. 341
Totus mundus mitibus patria. 342
Qui vt terra calcatur, cælum poſſidebit. 342
Cælum Deo comparatum terra eſt. 343
Diuitiæ fouere diſſidia ſolent. 343
Diuitiarum non habenda ratio, ſed virtutum. 343
Non verè pauper, qui ab irâ poſſidetur. 344
Lachrymæ peccatis abluendis ſacrandæ. 345
Præſens hæc vita nos æternitati parturit. 345
Hîc lugere debemus, quia quotidie morimur. 346
A terrenis illecebris abeſſe debemus. 346
Vera conſolatio cæleſtis eſt. 347
Gemitus, & delectationis nexus. 347
Dei conſolationes inexplicabiles. 347
Nulla vera conſolatio, quæ à Deo non ſit. Expenſus locus Apocalypſis. 348
Iuſtorum lachryma verâ lætitiâ grauida. 349
Lachryma cui rei fundenda. 349

Beati Pauperes ſpiritu.

PRimo loco paupertas ponitur, tanquam expedita ad Cælum via, & cæterarum virtutum fundamentum. Ex nihilo omnia Deus creauit; & vniuerſi huius locus, & fundamentum, vacuum, & nihil eſt: ſic & ſpiritualis ſtructura in altum aſſurget, ſi ſummæ paupertati, ac nihilo innitatur. 335.

Beati pauperes ſpiritu: id eſt voluntate. Spontanea hîc laudatur paupertas, non coacta. Græcè πτωχοὶ, propriè πτωχὸς dicitur, qui nihil habet, rebus omnibus deſtitutus: πένης verò, cui nihil ſupereſt, ſed nihil deeſt: primus, ſummus Euangelicæ paupertatis gradus eſt.

Præterea πτωχὸς dicitur etiam de miti & manſueto: quia nempè manſuetudo comitari paupertatem debet; ſicut immititas, & ferocitas quædam, diuitiis aſſidere ſolet.

Cæleſtes diuitias exhibiturus, ſtatim paupertatem laudat; quum ſoleant terrenæ diuitiæ cum cæleſtibus, poſſidentium malitiâ, non cohærere. 336.

Beati pauperes ſpiritu. Inde incipit, Dei iudicio, beatitudo, vbi ærumna æſtimatur humano ſenſu. Præmium adiicit, cum dicit: *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Pauperes, & qui omnia ob Chriſtum reliquerunt, cælum iam poſſidere videntur: quò longiùs affectu à terrenis diſtant eò cælo, rebuſque cæleſtibus ſunt viciniores.

Beati pauperes ſpiritu. Pauper, vt ita dicam, illa paupertas eſt, qua quis ſua tantùm relinquit, non relinquit ſe. Signatè dictum, beatos eſſe pauperes *ſpiritu*, non pauperes *rebus*; ne quis de illâ ſibi paupertate blandiretur, qua ſua abdicat, non ſe. *Non prodeſt nobis,* ait Hugo Victorinus, *noſtra relinquere, niſi relinquamus & nos: non enim dicit Dominus, beati pauperes rebus, ſed ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Omnia qui relinquere iubetur, ſe quoque inter relinquenda debet numerare, alioquin paupertate verâ pauper cenſendus eſt, qui pauperem, ſolâ externarum rerum priuatione, ſe putat. 337.

Beati pauperes. Vertunt aliqui ex Græco: *egeni, mendici.* Quam lectionem ita verſabat auctor ſub nomine Chryſoſtomi: *in Græco non dicit beati pauperes, ſed beati egeni, vel beati mendici; nam pauper eſt,*

Digitized by Google

eſt, qui anguſtiam quidem habet, non autem tantam, vt mendicare cogatur, ergo ideo dicit, beati mendici ſpiritu, vt in vltima neceſſitate humiles oſtendat. Verè ille diues, qui, etiam in mendicitate, humilitate non eſt paupet.

338. Pauperum regnum cælorum eſſe dicitur. Nimirum rerum terrenarum contemptu cæleſtium hæredes conſtituuntur. In terris corpore degunt, mente in cæleſtia euolant, vt verus fuerit Hugo Carenſis, qui de pauperibus loquens ait; *Et ſi corpore ſunt in terra, mente tamen ſunt in cælo.* In cælis poſſunt illi viuere, in quibus terrenorum amor mortuus eſt.

Beati pauperes. Sed cur? *quia ipſorum eſt regnum cælorum.* Sed quo pretio emetunt adeò diuitem poſſeſſionem? paupertate. *Nam regnũ cælorum paupertate emitur:* ait Sanctus Bernardus, quæ apud homines rerum acquirendarum impedimentum eſſe ſolet. Pecuniis, non pecuniarum priuatione, emuntur res perituræ. Deus regnum cæleſte exhibet ſolius paupertatis pretio contentus.

339. *Beati pauperes.* Cur primo loco ponitur paupertas? Quia Iudæi rebus temporalibus maximè erant addicti. Auertendi ergo ſtatim erant, vt ad perfectionis culmen pertingerent.

Beati pauperes. Pende quàm à faſtu alienus, quàm mitis, ac ſuauis hic Chriſtus ſit. *Comprimit doctrinam ſuam;* ait Sanctus Chryſoſtomus, *non ſub ſpecie mandatorum, atque exhortationum illam inducit; ſed ſub præmiis beatitudinum: vt ſcilicet ſermonem ipſum faciat gratiorem, & ſtudium doctrinæ ſuæ cunctis recludat: non enim dixit ille, & ille, ſed quicunque illa fecerit.* Quo exemplo ſuperiores docuit, vt in iubendo humanitatem, ac ſuauitatem præſeferant, quà magis, quàm duritie, ad monitorum parentiam ſuos alliciant.

340. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum;* diuitiæ ſuos amatores premunt; paupertas ſuos euehit, redditque ab omni diſcrimine ſecuros; beati pauperes, quos beata paupertas beat. Nam hoc eam titulo donat Beatus Laurentius Iuſtinianus hiſce verbis hæc verba illuſtrans: *Quò cernit minus ſibi terrena ſuppetere, & ardentius aſſueſcit cæleſtia ſperare. Tenet enim pollicitationẽ Domini dicentis. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. O beata paupertas voluntaria nihil in hoc ſeculo poſſidens, nihil formidans; quoniam omnem theſaurum ſuum recondit in cælo. Non irruentes piratas, non inſidiantes latrones, non terræ ſterilitatem, non aeris tempeſtates paueſcit. Quicquid infortunij, quicquid noui eueniat, ſecura eſt, ſemper hilaris, ſemper abundans eſt, & quum nihil habeat, omnia ſibi communia facit, omne incommodum ſuo facit profectui deſeruire. In facie læta, iucundiorque in corde Deum vbique reperit prouiſorem, hominum facultates temnens, in ſolo diuino innititur ſuffragio.* Diues paupertas iſta eſt; pauperes, præ iſta, terrenæ diuitiæ ſunt.

Beati mites; quoniam ipſi poſſidebunt terram.

341. POſt paupertatem ſpiritus, celebrat mititatem, ac manſuetudinem, & beatos mites vocat. Rectus ordo: nam, qui verè humilis eſt, mitis, ac patiens eſt, & facilè iniurias omnes fert. Mititas vituperationis lapides in gemmas vertit, quibus ſuam coronam exornat; ac conuitiorum veneno vtitur pro medicinà. Etiam Chriſtus mitem ſimul, & humilem ſe dixit: *mitis,* inquit, *ſum & humilis corde.* Matth. 11. vetſ. 29. Et Sanctus Lucas hanc beatitudinem prætetit, quia nempè in primâ continetur. Etiam apud Hebræos magna inter pauperem, & mitem affinitas; nam עני *nghani* pauperem, ענו *nghanau* verò mitem, humilemque ſignificat.

Matth. 11. 29.

Sed cur mitibus, terræ poſſeſſio promittitur; quum, qui tales ſunt, his quoque priuentur, quæ poſſident? omnium enim iniuriis mites patent, & rerum ſuarum damna, ſicut facilè, ita, etiam ſæpè patiuntur. An terram mites poſſident, quia terrena omnia contemnunt? Terram poſſident manſueti, non conſeruando, ſed contemnendo. Auarus, licèt multa habeat, tanquam vir diuitiarum, à diuitiis poſſidetur: ſeruus, non Dominus eſt. Verè opes poſſidet, qui non amat, & amittere non curat.

342. Mites terram poſſident; quia, etſi ſuis è ſedibus expellantur, totus mundus eis patria eſt, cum ſciant, ſe hîc exules, ac peregrinos.

Sed hîc, terræ nomine, Cælum ſecundùm aliquos ſignificatur: vt ſcilicet mites ſcirent, quòd, ſicut ipſi ſe omnibus, tanquam terra, calcabiles præbuerunt, omnibus iniuriis, ac contumeliis expoſiti; ita & Cælum ſe mitibus, tanquam terra, calcabile præbebit. Vt igitur cælum, tanquam terram, firmiter poſſideas; tanquam terram, quæ calcatur, nec conqueritur, te exhibe.

Cælum, terræ nomine, hîc intelligitur; quia, ſi imæ huic terræ comparetur cælum, cælum dicitur; ſi Deo ipſi, qui cælum, terra eſt.

343. *Beati mites.* Paupertatem præmiſerat: poſtea mititatem commendat, hæc ferè ab illâ pendet. *Nequaquam,* inquit Sanctus Paſchaſius, *mitis eſſe poteris, niſi prius pauper ſpiritu fueris factus. Quomodo inter diuitias poſitus animus poterit eſſe mitis, & lenis; niſi prius omnes diſcordiarum occaſiones præcideris?* diſſidia fouere conſueuere diuitiæ, quin & ſerere.

Beati mites. Nullibi hîc diuitum mentio, nullibi nobiliorum, inque dignitatibus poſitorum. Virtutum ratio habetur, non honoris, inhonotus ille honor, qui à virtutibus exulat. *Vide,* inquit Sanctus Chryſoſtomus, *quomodo nullibi diuitum quemquam, non generoſum, non gloria potitum beatificant diuinæ leges; ſed virtutem tantum aſſecutum?* non eſt ille verè beatus, qui diuitias habet, dignitatibus eſt inſignitus; ſed qui ſcit illas contemnere, in iſtis ſe contemnere, negligere iſtas.

344. Poſt paupertatem mititatem ponit. Fruſtra pauper dicitur, qui diuitias non poſſidet, ſed ab ira poſſidetur rixarum amans eſt. *Quid mihi prodeſt,* ait Sanctus Ambroſius, *carere ſecularibus niſi fuero mitis?* Non vera paupertas eſt, quæ deſpumat in contentiones.

Diuitiarum amorem per paupertatis commendationes abſcuerat; ſtatim cohærenti ſequela mititatem laudat; ex carentia enim diuitiarum, quæ rixas, & contentiones pariunt, mititas, & manſuetudo ſequitur.

Beati, qui lugent; quoniam ipſi conſolabuntur?

345. ITane omnes, qui lugent beati? Minimè: ſed tantùm, qui ob peccata, qui ob cæleſtis patriæ deſiderium. Qui pro rerum terrenarum amiſſione lugent, & lachrymas in parentum, & filiorum obitu fundunt, non ob id beati cenſendi ſunt. Cur igitur lugentes beatos prædicans Chriſtus, luctus cauſam non expreſſit? Vt nos doceret, non ob alia ferè fundendas eſſe lachrymas, niſi ob ſcelera commiſſa; adeò, vt ad hoc tantùm dirigi lachrymæ videantur.

deantur. Nihil ferè aliud planctu dignum, quàm peccata,& ob cæleſtis patriæ deſiderium.

Lugere nobis conſulit Christus; quia præſens hæc vita æternitati nos parit:ergo,cum partum lachrymæ comitentur, lachrymæ ab hac vitâ abeſſe non debent. Qui lachrymas non amat, & riſum quærit, æternitatem, cui natus eſt, negligere videtur.

346. Luctus vitæ huius comes eſt. Nil mirum; cum domus luctûs hîc mundus ſit, non conuiuij: fallitur,qui aliter cenſet.Lugeat, qui quotidie moritur; mors enim quædam præſens hæc vita eſt, quam luctus ex more comitari debet.

Solent, luctus tempore,à voluptatibus, à conuiuiis,ab honoribus homines abeſſe: ergo, cum ad luctum nos vocat Chriſtus, tacitè innuit, alienos eſſe nos debere à terrenis illecebris, & rerum terrenarum curâ. Dei, ſuperamque conſolationem non expectet, qui terrenis voluptatibus deceptus innatat.

347. Qui lugent conſolationem accipient. Quod in aliis beatitudinibus cæli nomine ſignificauerat,hîc per conſolationem notat, vt idem ſit conſolabuntur, ac cælum poſſidebunt: quo ſignificatur, veræ conſolationis nomen non mereri,quæ cæleſtis,ſuperaque non ſit. Terrena quælibet, conſolationis vmbra, ac inane ſimulachrum ſit;firma, legitimaque conſolatio non eſt.

Luctus igitur voluptatem parit, qua mens plenè perfunditur; quia in delectationem verti videtur.
Pſal.76.4. Hinc illæ Regij Prophetæ voces:Pſal.76.4.*Memor fui Dei,& delectatus ſum.* Chaldæus, *memor fui,& ingemui*: ac ſi planctus, gemituſque non tam conſolationem pariant, quam commutentur in illam. Scilicet veris delectationibus perpluitur, qui lachrymas ob Dei memoriam, & ob Diuini Patris offenſam dulciter fundit.

Quoniam ipſi conſolabuntur: Conſolationis modum, qualitatémque non expreſſit:quia inexplicabilis eſt. Rem ſic flectebat ad eos,qui aſceticæ vitæ vacant.Sanctus Iſaac,dum ait, verba hæc verſans: *Non expreſſit (Dominus) quam conſolationem. Nam, cùm Monachus per lachrymas regionem tranſire promeruit vitiorum, & peruenerit ad campum munditia animæ, tunc occurrit ei huiuſmodi conſolatio, quæ non pertranſitur ab his, qui inueniunt eam, & in iſtâ occurrit conſolatio,quæ hic nullatenùs inuenitur.*

348. Qui lugent,conſolationem accepturos pronuntiat Chriſtus;ſed non explicat, à quo hæc conſolatio emanatura ſit. Sed fruſtra ſit,qui hoc quæreret; cum vera nonniſi à Deo, tanquam à ſuo fonte, fluat. Conſolatio non eſt, quæ à Deo non eſt, vt aberret, qui aliunde eam expectat, ab alio quærit. Deus ſolus abſtergere lachrymas poteſt, mentem
Apoc.21.4. gaudio replere. Hinc illud Apocalypſis 21.*Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum.* Alius iuxta Deum vix poſſet; ac ne vix quidem.
Iſa 66.13. *Ego*, inquit Deus apud Iſaiam cap.66. *conſolabor vos. Videbitis,& gaudebit cor veſtrum.* Gaudio re-
349. pleri cor non poteſt,niſi Deus nos conſoletur.

Beati qui lugent. Ad luctum nos vocat Chriſtus, dum lugentes effert vocatque beatos: Paulus verò in Domino nos ſemper gaudere præcipit: *gaudete*, inquit, *in Domino ſemper.* Quà hæc inter ſe cohærent? quid luctus ad gaudium? cohærent, quia ex lachrymis pro Deo fuſis vera lætitia oritur, verum gaudium. Scitè ſanctus Chryſoſtomus, vbi hæc Chriſti verba expendens, ait: *Et quemadmodum, inquies, Paulus ait; gaudete in Domino ſemper? Dixit hoc quidem ille, confiteor; ſed eam procul dubio,quæ ex his naſcitur lachrymis,ſignificans voluptatem.* Mundanorum riſus eſt lachrymis grauidus; iuſtorum verò lachrymæ verâ lætitiâ, gaudio vero.

Beati qui lugent. Lugentes effert, nec explicat quid lugendum. Non mortui meminit, nec rerum deperditarum; ſupponens ſoliùs peccati cauſa lachrymas fundendas. Pulchrè ſanctus Chryſoſtomus huc reſpiciens: *Propterea*, inquit,*& Saluator ait: Beati qui lugent, non mortuum, non iacturam, ſed peccatum.* Lugendus eſt, qui mortuos, non ſe Deo mortuum ob peccatum luget.

SECTIO III.

Iuſtitiam eſurire,& ſitire qui dicantur. 350
Primo aditu difficilis iuſtitia via videtur, poſtea facilis fit. 350
Iuſtitia deſiderium alterius rei deſiderio preferendum. 351
Non ſatis eſt ſcire iuſtitiam, eſurire eam debemus. 351
Iuſtitia eſuries quàm felix. 352
Ingens iuſtitia amor. 353
Iuſtitia amatores abſint ab auaritiâ. 353
Sui prius quiſque miſereatur, quàm aliorum. 354
Affectum miſericordiâ pendit Deus. 354
Per munditiam homo ad Dei imaginem reparatur. 355
Per operum puritatem ad cordis munditiam itur. Tactus Dauid. 355
Eſuries & abſtinentia, puritatis mater. 356
Eo perfectius videmus Deum, quò magis ſeculo morimur. 356
Pacis auctores mundi ſint. 357
Conciliatores pacis iniuriarum obliuiſcantur. 357
Mundus titulis ſuos fallit. 358
Filij diaboli qui lites inter homines ſerunt. 358
Summa virtutum benè agere & mala pati. 359
Ανδραγαθιοι *qui.* 359
Qui perſecutionem patitur currere in ſpirituali via citiſſimè debet. 359
Quò quis iuſtior eò ferè calumniis & iniuriis magis laceſſitur. 359
Quoddam immortale vitæ genus iniuriis non moueri. 360
Perſecutionem pati, perfectorum eſt. 360
Paupertatis nexus & martyrij. 361

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam; quoniam ipſi ſaturabuntur.

PArum eſt iuſtitiam velle; eſurire debemus, & 350.
ingenti deſiderio in iuſtitiam ferri. Non dixit. *Beati, qui iuſtitiam degluttiunt*; ſed, *qui eſuriunt.* Hoc enim iuſtorum proprium eſt: licet ſemper iuſtitiæ operibus paſcantur, eſurire tamen ſemper, & ſitire, vt nihil ſibi præſtitiſſe videantur: ſciunt
quippè ſcriptum: *Cum conſummauerit homo, tunc* Eccl.18.6.
incipiet. A perfectâ iuſtitiâ abeſt,qui vel paucis iuſtitiæ operibus,veluti quibuſdam epulis,ſtatim ſatiatur,nec amplius eſurit,aut requirit.Eſuriunt iuſti iuſtitiam; quia,quò eam pleniùs poſſident, eò magis eâ ſe carere putant. Non ſatis eſt, iuſtitiam quærere; eſurire debemus, ac ſitire: quod ingens deſiderium præſefert. Si iuſtitiam quis eſuriens, ac ſitiens,concupiſcat, non poterit aliud,quàm iuſtitiam cogitare,iuſtitiam quærere;quia eſuriens,ac ſitiens neceſſe eſt,vt id,quod ſitit,concupiſcat.

Qui

Qui primò, tanquam cibum, iuſtitiam eſurit, poſtea tanquam potum ſitiet; quia, licèt primo aditu difficilia ei iuſtitiæ, & virtutis opera videantur, vt, tanquam cibus, cum aliquo labore terantur & deglutiantur; poſtea omnia facilia fiunt, tanquam potus.

351. Sitis, & eſuries omni appetitui præualent: imperij, gloriæ, opum, diuitiarum, ac terrenarum voluptatum amorem, affectumque, ingens cibi, ac potus appetitus ſopit adeò, vt vehementer eſuriens, & ſitiens, alia omnia alioquin magna, & ingenti deſiderio quæſita, negligat, & poſthabeat. Docemur itaque, ita vehemens eſſe debere iuſtitiæ deſiderium, vt omnibus præponderet, & cæterarum terũ affectui præferatur, velut ſitis, & eſuries.

Non vocat beatos, qui ſitiunt iuſtitiam diſcere; ſed eos, qui iuſtitiam ipſam ſitiunt, & eſuriunt. Scite iuſtitiam, parùm prodeſt; niſi iuſtitiâ ipsâ, veluti proprio cibo, anima nutriatur.

352. *Beati qui eſuriunt iuſtitiam.* Felix hæc eſuries, quæ eos beat, quos corripit. Eam ſic efferebat, & explicabat Beatus Laurentius Iuſtinianus. *Tales beati ſunt, qui felicem eſuriem comprobantur ſuſtinere iuſtitiæ: quoniam ipſi ſaturabuntur: Ex qua ſaturitate alacres exiſtunt ad tolerantiam aduerſorum impigri, ad obedientiam præceptorum, & ſpiritu feruentes ad contemptum terrenorum; atque affectuoſo charitatis zelo accẽſi ad commodum proximorum: Nam vera iuſtitia magis aliis, quàm ſibi prodeſt, & vtilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponens.* Sed verè ſua quærit, qui non quærit, & ſe aliis præponit, qui non præponit.

353. *Qui eſuriunt, & ſitiunt.* Ingentem iuſtitiæ amorem, ac cupiditatem claudunt hæc verba. *Non dixit*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *beati qui iuſtitiam ſeruant; ſed beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: vt non vtique mediocriter, ſed cum omni illam cupiditate teneamus.* Ægrè diù tenebit iuſtitiam, qui ingenti iuſtitiæ cupiditate non tenetur.

Quoniam ipſi ſaturabuntur. Iuſtitiæ amatores tacitè ab auaritiâ arcet, quæ iuſtitiam exercentes maximè comitatur: idcirco ait: *ſaturabuntur* ne paupertatis timore iuſtitiam corrumperent, quod ſæpè fit. *Noli igitur*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *iuſtitiam exercens formidare pauperiem, neque famem timere, cùm certè illi magis omnibus excidant, qui aliena diripiunt*; & contra, qui iuſtitiam rectè adminiſtrat, omnia bona ſperare poſſit.

Beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

354. ORdinem nota: priùs, qui ſua peccata lugent, beati dicuntur, poſtea, qui miſericordes in alios ſunt. Nempè prius ſui quiſque miſereri debet, deinde aliorum. Verè miſericors eſt, qui miſeriis propriis ſuccurrit, & occurrere alienis curat. Beatus audire non debet, qui, ſui ſalute neglectâ, de aliis cogitat.

Beati, inquit, *miſericordes*: non ait: *Beati, qui eleemoſynas largiuntur.* Ne pauperes, & qui dare nequeunt, à beatitudine ſe putent alienos. Affectum pendit Deus, potiùs, quàm rem.

Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt.

355. SExta hæc beatitudo eſt. Sexto loco munditia ponitur; quia per ipſam homo, ſextâ die conditus, ſuo nitori reſtituitur, ad Dei imaginem reparatur.

Opera præmiſit; ad cordis munditiam deinde pergit; ad hanc enim peruenire non poteſt, qui, mundis operibus, cordis innocentiam non quærit. Innuit hunc ordinem. Propheta Regius Pſal. 23. verſ. 4. vbi quærens: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* Reſpondet: *Innocens manibus, & mundo corde.* Manuum puritatem cum cordis munditiâ nectit, ne quis putaret ad hanc ſine illâ pergere ſe poſſe. Sic & Chriſtus priùs eas beatitudines poſuit, quibus manuum puritas oſtendi poteſt, deinde cordis munditiam laudat; quia per illas nobis ad hanc eundum eſt. Pſal. 23. 4.

Beati mundo corde. Deſideratur hæc apud Lucam beatitudo. Interpretes volunt, hanc in illâ contineri: *Beati qui nunc eſuritis.* In eſurie namque cordis mundities ſignificatur: mater enim caſtarum cogitationum eſuries eſt; ſicut è conuerſo gula eſt libidinis illecebroſa vorago. 356.

Magna merces Deum videre; ſed, cum mundus Deus ſit, à mundo corde conſpicitur. Vis, mundum cor habere, ac poſtea Deum videre? Mundo morere, ac tibi ipſi: *Non videbit*, inquit Deus Moyſi, *me homo & viuet.* Exod. 33, verſ. 20. Quo perfectiùs ſeculo mortuus eris, eò perfectiùs Deum videbis: hîc quidem per fidem; in cælo facie ad faciem. Verum illud Gloſſæ hîc: *Tantùm videmus, quantùm ſeculo morimur.* Perfectè morere, vt perfectè Deum videas. Exod. 33. 20.

Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur.

POſt cordis munditiam ad pacem tranſit, & beatos vocat, qui eius auctores ſunt. Scilicet, ægrè ad pacem alios vocare poteſt, qui, cum immundus ſit, pacem cum Deo non habet. Mundus corde ſis, vt ſis pacificus. Quod maximè verum eſt, ſi, per pacificos, eos intelligamus, qui pacem inter Deum, & peccatores faciunt, videlicet Prælatos, Eccleſiæque Doctores: hi enim, vt huic muneri ſint pares, mundo corde eſſe deberent, ab omni ſorde immunes, ab omni maculâ. 357.

Ægrè ad pacem alios allicit, qui pacem ipſe non amat, quique iniurias omnes æquo animo non fert; ideo priùs mites, ac manſueti, beati dicuntur, deinde pacifici; vt intelligeremus pacis conciliatores eſſe vix poſſe, qui omnium iniuriarum non obliuiſcuntur. Etiam Chriſtus, vt mititatem ſuaderet, ſui exemplum præbuit dicens; *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11, 29.

Pacifici Dei filij vocabuntur, id eſt, erunt. Mundus ſuis imponit, dum eo nomine, ac titulo ſuos donat, cum re tales non ſint: felices vocat, qui felices non ſunt; diuites, qui diuitiarum ſerui. Apud ipſum aliud eſt eſſe, aliud vocari: apud Deum, qui Dei filius vocatur, Dei filius eſt: ab appellatione non diſcrepat effectus. 358.

Filij Dei vocantur, qui pacem inter homines conciliant; ergo filij Diaboli dicendi, qui diſcordias, & lites inter homines ſerunt, & pacem ab eis auferunt. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Dei filius eſt, qui Deo ſimilis. Deus in ſeipſo quieſcit, nullo mouetur affectu. Hanc quietem pacis amatores, ac operatores imitantur.

***

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.

359. 1. Pet. 3. COhæret hæc ſententia cum illâ Petri: *ſed, & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati.* Poſtremo loco hæc beatitudo ponitur; quia ſumma virtutum eſt benè agere, & mala pati.

Beati, qui perſecutionem patiuntur. Græcè, *μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι, Beati ad ſupplicium quæſiti.* Arias Montanus, *Perſecutione affecti.* Verbum *διώκομαι*, à quo participium *δεδιωγμένοι* eſt propriè ad ſupplicium, ad pœnam quæri. Idem verbum aliquando ſignificat etiam currere. Liceat has adeò diuerſas notiones nectere. Qui perſecutionem patitur, currere in ſpiritali profectu debet, perque Diuinorum mandatorum viam velociſſimè pergere; adeo, vt calumniæ, illatæque iniuriæ ſtimuli quidam ſint, qui nos ad currendum vrgeant, & ad Deum ire quodammodo compellant.

Poſt omnes beatitudines poſtrema hæc eſt: quia, cùm quis in omnium virtutum actibus ſe exercuerit, ſi contingat perſecutione premi, hoc ſingularis præmij loco habere debet, vt perſecutionem ob iuſtitiam pati, præmij, ac coronæ vice ſit. Poſt alias beatitudines poſtrema hæc locatur, quia nec ſanctus, ac perfectus à perſecutione immunis eſt: quin, vbi ad perfectionis, ac ſanctitatis peruenerit culmen, tunc maximè calumniis obnoxius erit: & maledictis, vt eius virtus probetur, proſcindetur.

360. Octauo loco hæc beatitudo ponitur; quia octaua reſurrectionis nota ſolet eſſe. Vel à loco diſce, perſecutionem æquo animo ob iuſtitiam ferre, indicium eſſe, aliquem à peccati morte reſurrexiſſe, & immortalis quoddam vitæ genus etiam in hac mortali vitâ iniuiſſe; vt Angelis ipſis, & Beatis par ferè ſit, qui iniuriis non mouetur, & infracto animo, ac prorſus chalybeo perſequentium ictus fert.

Beati qui perſequutionem patiuntur. Cur hoc vltimo loco poſitum, tanquam teneret faſtigium? Ferè ita accidit; vt maximè perfectus ſit, qui perſecutionem patitur; bonis quippè operibus comes inuidia eſt. Vbi quis rigidam tenere iuſtitiam cœperit, incredulos ad pacem Domini reuocare, cordis puritati ſtudere, tunc demum perſecutiones oriuntur.

Qui perſecutionem patiuntur: A quibus? Non dixit à Gentibus, non à Iudæis, aut malis Chriſtianis. Nullum nominauit, vt nullum excluderet. A quocumque quiſque patiatur, æquo, fortique animo ferat, nec iniuriam inferentem ſpectet; ſpectet illum in cuius honorem, ac guſtum iniurias patitur.

361. *Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Idem præmium, & ſub eâdem formulâ pauperibus promittitur & iis, qui perſecutiooem patiuntur. Etiam de pauperibus dictum: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.* Quia ſcilicet voluntaria paupertas quoddam martyrij genus eſt. Pulchrè ſanctus Bernardus: *Quid ſibi vult, quod eadem promiſſio facta eſt pauperibus, & martyribus? niſi, quia verè martyrij genus eſt paupertas voluntaria. Quòd martyrium grauius, quàm inter epulas eſurire? inter veſtes multas, & pretioſas algere? paupertate premi inter diuitias?* Pecuniæ *ſecundus ſanguis* dicuntur. Pleriſque etiam primus; quidni aurum, opeſque largiens, & effundens martyri ſanguinem fundenti parietur?

SECTIO IV.

Grauiora plerumque verba quàm verbera. 362
Beatitudinis quodam guſtu fruuntur iuſti, cùm patiuntur. 362
Apoſtolici ſpiritus eſt maledicta cum gaudio excipere. 362
Chriſti præſentia & exemplo faciliùs aduerſa tolerantur. 363
Magnæ virtutis eſt falſas audire calumnias. 364
Ferendis contumeliis cæterarum virtutum præſidium neceſſarium. 364
Inter iniurias gaudere debemus. 364
Pro Chriſto pati ingens lætitiæ occaſio. 365
Gloriæ immenſitas æquo animo iniurias perferentibus. 365
Exemplo maximè ad patientiam prouocamur. 366
Auditis Dei verbis vitia in nobis pullulare non debent. 367
Dei victima fit qui Dei verba audit. Tactus Moſes. 367
Doctrina qualibet Apoſtolicæ doctrinæ ſale condienda. 367
Doctorum prædicatione omnis amaritudo ab auditorum animis auferenda. 368
Peccatum in animâ longâ conſuetudine ne putreſcat. 369
Doctor ab inani iactantia exulet. 369
Oportet prius bene viuere, quàm bene docere. 370
Doctor & præſul Diuino examini maximè obnoxij. 370
Proba vitæ fabrica prius ſtruatur antequam doctrinæ lux appareat. 371
Doctores, Præſuleſque licèt alij cadant, ſtare debent. 372
Quò quis maior, & ſplendidior, eò humilior eſſe debet. 372
Præſul omnibus virtute præluceat. 373
Viri Apoſtolici, ciuitatum anima. 373
Præſul ſuos ab hoſtibus tueri, veluti ciuitas ciues debet. 373
Doctor & Præſul animarum vnitas & pax. 373
Terminos ſibi in bene operando nullus præfigat. 374
Doctor cruci ac mortificationi appenſus ſit. 374
Doctrinæ lux corporis ſeruituti non eſt ſubiicienda. Pauli locus. 375
Prædicator doctrinam auaritiæ velamine non tegat. 375
Otio torpere Doctor non debet, qui alios ad laborem vocat. Expenſus Marci locus. 376
Apoſtolica doctrina nullas tenebras nouit, fidei lux non deficit. 376

Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cælis.

NOn dixit: *cum vos flagellauerint, ſuppliciis adfixerint; cum vos occiderint:* quia plerumque 362.
magis eſt ferre verba, quàm verbera: altiùs animum maledicta feriunt, quàm corpus flagella; ac morte grauiora verba noo rarò putantur, quæ à maledico ore ſunt. Vide igitur ne verbis quempiam lædas: verborum ictus grauior eſt, quam vt explicari verbis poſſit.

Beati eſtis, Noo dixit, *beati eritis;* quia ſcil. etiam cùm

Digitized by Google

cùm patiuntur viri iuſti tantâ ſuauitate perfunduntur, vt, quemdam futuræ beatitudinis guſtum libare, videantur.

Superiùs vniuerſim dixerat: *Beati pauperes; Beati mites; Beati pacifici; Beati mundo corde:* hic ſignatè ſermonem ad Apoſtolos coërcet dum ait: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines:* ſignificans Apoſtolorum proprium eſſe hominum maledicta cum gaudio excipere, & Apoſtolici eſſe ſpiritus in calumniis, & obtrectationibus lætari. Qui Cæli gloriam concupiſcit opprobrium hominum in terrâ non timeat; nec de hominum laude lætetur, qui de eorum conuitiis triſtari non vult.

363. Res difficilis, ſed Chriſti exemplo facilis: vnde non ab re ſubdit: *ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.* Cur poſtrema hæc verba addidit? An, quia, ſi Prophetæ, qui Chriſtum ante oculos non habebant, tot ſupplicia, ac calumnias paſſi ſunt viderent; quid agere Apoſtoli, & eorum ſucceſſores debent, qui Chriſti exemplum habent?

364. *Et dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me.* Beatitudinem fame, ſiti, lachrymys, ac paupertate comparadam etiam turbis propoſuerat. Vbi per calumnias, & crimina falsò obiecta comparari debet, ſermonem ad Apoſtolos flectit. Magnæ & apoſtolicæ virtutis eſt, falſa teſtimonia, & falſas audire calumnias, & tacere.

Alias virtutes, ac beatitudines ferendæ calumniæ præmiſit. *Quod, niſi quis illis armatus fuerit virtutibus, ad hæc nequaquam prodire poſſit certamina*; ait ſanctus Chryſoſtomus. Hominum maledictis gratis proſcindi, & ferre libenter, virtutum cæterarum præſidium quærit.

Gaudete, & exultate: Gaudio perfundi, & exultatione quodammodo exilire debemus, cùm in mediis malis, calumniis, & iniuriis verſamur. Non ſatis eſt ſi poſt mala illata gaudeamus. Verus Chriſti ſeruus gaudet, cum mala patitur, cum maledictis proſcinditur, calumniis petitur, vnde & Syrus legit: *Tunc gaudete, & exultate.*

Gaudete, & exultate: Tunc gaudio perfundi, & exultatione quodammodo exilire debemus, cùm in malis, calumniis, & iniuriis verſamur: non ſatis eſt ſi poſt mala illata gaudeamus. Verus Chriſti ſeruus gaudet, cùm mala patitur, cùm maledictis proſcinditur, calumniis petitur.

365. *Gaudete*, inquit, *& exultate.* Iſtuc aliis beatitudinibus non appoſuit; appoſuit hîc, vbi de hominum calumniis, & contumeliis, quibus iuſti proſcinduntur, agitur; quia nihil ſic perfundere iuſtorum mentes lætitiâ debet, quàm hæc ob Chriſti nomen pati: *Gaudete, & exultate.* Cur vtrunque dixit? Gaudete intùs, extra exultate: non ſatis lætitiam extra ſimulare: intùs mentem debet perfundere.

Quoniam merces veſtra multa eſt in Cælo; in aliis beatitudinibus certam mercedem aſſignauit; hic vbi de perferendis iniuriis, calumniis, & maledictis agitur indeterminatè dixit: *merces veſtra multa eſt in cælo*, ad ipſius præmij immenſitatem ſignificandam, quod nullâ nominatâ menſurâ exprimi poſſet, quæ promiſſionis excellentiæ huic beatitudini iurè ſeruata eſt, ob ſingularem eorum perfectionem, qui & bona agunt, & mala ſuſtinent; ſuſtinent opprobria, conuitia, contumelias ob Chriſti nomen.

Sic enim perſequuti ſunt Prophetas.

366. S*Ic enim perſequuti ſunt prophetas.* Prius ad perſequutionum tolerantiam præmij ſponſione

roborauerat, *beati*, inquit, *eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſequuti fuerint*, cur beati? *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Quis non æquo, ac forti animo aduerſa quæquæ perferret tantæ mercedis ſpe excitatus? cur igitur addit prophetarum exempla? *Sic enim perſecuti ſunt*, inquit, *prophetas, qui fuerunt ante vos*; non ſolùm præmio, ſed etiam exemplo eos ad patientiam prouocat; quaſi ad perſuadendum non minus valeat præmium, quàm exemplum.

Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?

VItiorum germen, auditis Dei verbis, in nobis pullulare amplius non debet. 367. Terra ſale adſperſa ſterilis fit, & infœcunda: iurè doctores terræ ſal dicuntur; quia, peccati regno deſtructo, peccati germina ſuccreſcere in mentis aruis non debent. Apoſtolicum ſal non accipit mentis humus, in quâ vitia pullulare non ceſſant.

Sale, victimæ ex lege condiuntur: hinc illud Leuit. 2. 13. *Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies:* Leuit. 2. 13. & apud Marcum cap. 9. Marc. 9. *Omnis victima ſale condietur.* Vt igitur Euangelicæ doctrinæ ſale condiaris, & à vitiorum putredine, ac fœtore ſerueris; Dei victima ſis, & per mortificationem te in ſacrificium Deo offer, Deo macta.

Sine ſale non ſapit cibus: nec externa ſapientia ſano palato ſapit, quæ apoſtolicæ doctrinæ ſale adſperſa non eſt.

Sal, doctores, præſuleſque dicuntur. 368. Illius ſalis naturam referant, quo vſus Eliſæus, vt aquas amaras in dulces verteret. Sal in illas hic Propheta coniecit, & ſtatim amaritudinem omnem exuerunt. 4. Reg. 2. 21. 4. Reg 2, 21. Tales & Doctores ſint: omnem amaritudinem ab eorum mentibus auferant, quos cæleſtis doctrinæ ſale condiunt adeò, vt cunctarum tribulationum amarities, ipſorum verbis dulcis euadat, ac ſuauis; & præſertim peccati amaror penitùs huius ſalis vſu auferatur.

Vos eſtis ſal terræ. Sal integra conſeruat, putrefacta non reparat. 369. Caue ne pectore peccatum longâ conſuetudine computreſcat; periculum tunc erit ſalutis, etiamſi ad Apoſtolicos ſacerdores accurras.

Quod ſi ſal euanuerit. Qui alios edocet, videat ne inani iactantiâ euaneſcat, opprobrium hominum factus, qui condimentum eſſe debebat. Inſero hîc Ruperti Abbatis verba, quæ ſunt iſta: *Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Noli ergo altum ſapere; ſed time, ô tu omnis, qui te ad ordinem illorum pertingere confidis, quibus dictum eſt: vos eſtis ſal: conſcius ſibi ſermonis ſapientiæ, vel ſcientiæ, quæ fortè ſibi ſuper aliòs abundat. Non nunquam enim accidit, vt euaneſceret ſal, nonnunquam accidit, vt ſcientiam quis habens abuteretur eâ in ſuperbia.* Nimirum ſic ferè accidit; vt hominum opprobrium fiant, qui cæteros ſuperbiendo contemnunt; & in omnium irriſionem incidant, qui omnes irrident, & negligunt.

Vos eſtis lux mundi: Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

370. PRoba Doctorum, ac Sacerdotum conuerſatio, populi condimentum eſt; & ideo ſal dicti, qui propter verbum doctrinæ ſunt lux: ſed priùs ſali comparantur, poſtea luci; quia oportet priùs benè viuere, quàm benè docere.

Sal prius dicuntur Doctores, quàm lux; quia proba, & incorrupta vita doctrinæ præmittenda eſt. Scitè auctor ſub nomine Chryſoſtomi. *Prius vocauit eos ſal, poſtea autem lux; quia prius eſt, benè viuere; ſecundum autem, benè docere.* Abeunt ab hac mente illi, qui lucere aliis per doctrinam ſtudent, ſed corruptis moribus ſunt, ſale deſtituti.

Paueat Doctor, & Præſul, cum, lucem ſe dici, audit. In mundi creatione res, quæ primùm Diuino
Gen. 1. 4. examini ſubiacuit lux fuit: *Vidit* quippè, *Deus lucem, quòd eſſet bona.* Etiam Præſul, & Doctor cogitet, ſe luci quidem pariari, ſed Dei examini, & diſcuſſioni maximè obnoxium futurum, & diligenter Deum diſcuſſurum, an rectè lucis nomen ſuſtinuerit.

371. Gen. 1. Primò conditus eſt mundus, deinde lux producta eſt Gen. 1. Idem hîc fiat: priùs probæ vitæ fabrica ſtruatur; appareat deinde doctrinæ lux.

Præterea priùs vocauit, ſal, deinde luci comparauit: priùs ſeruare eos debemus, qui noſtræ curæ ſunt commiſſi, & ab omni culpæ corruptione eximere, tanquam ſal; deinde alios doctrinæ lumine & veri Dei cognitione perfundere.

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Doctores, Præſuleſque, licèt alij cadant, ſtare debent. *Quid nos Dominus ciuitati ſupra montem poſitæ comparauit, ſi nos ſtamus inter demerſos?* inquit Tertullianus. Qui cum cadentibus cadunt, & cum peccantibus peccant, ciuitati ſuper montem locatæ comparari non debent.

372. *Non poteſt ciuitas abſcondi*; lux mundi dicti erant Apoſtoli, & ſtatim ciuitati comparantur, quæ cùm ſit ſupra montem latere non poteſt; & lucernæ, quæ ſub modio; quis verborum nexus, quæ cohærentia? ſcilicet quò ſplendidiores eò humiliores eſſe debent Chriſti diſcipuli; & cùm magni in oculis hominum ſint, parui in ſuis eſſe; hoc ſibi nexus iſte vult, & obſeruabat Rupertus in hæc verba: *Quid porrò ſibi vult, quod præmiſſo; vos eſtis lux mundi, continuò ſubiungit: (Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.) Quid niſi humilitatem contingit, & humilitati reſpondet eorum, qui tali ſunt nomine digni, vt lux mundi nominentur, & ſint? Denique talium quiſque paruulus eſt in oculis ſuis: latere vult; quia dignum ſe aſpectibus hominum, aut hominem eſſe non arbitratur; & vix animaduertere audet, quod Altiſſimus, quamuis omnia ſciens, quamuis omnia videns, eum ſcire, vel videre dignetur.* Veri ſplendoris hæc conſignatio eſt, veræque magnitudinis nota, vt quò quis magis lucet, eò magis latere præ humilitate ſtudeat.

373. Cur Apoſtoli eorúmque ſucceſſores ciuitati comparantur? Qui vnus homo integram ciuitatem referre poteſt? Poteſt; quia Præſul omnibus virtutibus præditus eſſe debet adeò, vt, quæ in ſingulis ſingularia, ipſe vnus ea omnia habeat. Apoſtoli, Apoſtolicuſque vir ciuitas dicitur; quia ciuitatis fundamentum, ac quædam veluti anima, præſul, ac doctor eſt.

Suorum ciuitas Præſul eſt, qui eos cuſtodit, tuetur ab hoſtibus, ac omnes in corde habet. Hinc illæ illius veri Paſtoris voces: *Iuſtum mihi eſt, hoc ſentire pro omnibus vobis eò, quòd habeam vos in corde*, ſicuti ciuitas muris ciues continet.

Ciuitas dicitur, quaſi, *ciuium vnitas.* Rectè hoc nomen Præſuli, & doctori competit; quia per eos animarum ſeruatur vnitas, & pax; quia ſuorum vnitas, & pax eſſe videntur.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio.

LVcerna non ponitur ſub modio, ſed ſuper candelabrum: modius ſtatum ac certum obſeruantiæ modum ſignificat. Lucernam ſub modio ponit, qui terminos ſibi in benè operando præfigit, atque menſuram. Qui lucere aliis vult, & aliorum exemplum eſſe, nullis debet terminis coërceri: ad maiora ſemper ſpectet, noua ſemper augmenta adiiciat. 374.

Lucerna omnibus lucet, cum ſuper candelabrum: interpretibus candelabrum, quod ligneum ferè eſt, crucem ſignificat. Nempè, tunc ritè aliis prædicat Doctor, & cæteris exemplo eſſe poteſt; cum cruci, ac mortificationi appenſus quodammodo eſt: non poteſt non lucere, qui mente adhæret cruci. Chriſtus aliis Lucerna eſt, in ligno per paſſionem ſuſpenſa, qui toti mundo crucifixus illuxit, & lumen ſuper orbem vniuerſum perfudit.

Per modium, Gloſſa, *corpus*, intelligit: lucerna 375.
ergò ſub modio ponenda non eſt; quia doctrinæ lux, corporis ſeruituti non eſt ſubiicienda, nec carnis commodis poſtponenda. Hac mente dicebat
Apoſtolus: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* 1. Cor. 9. 27. Nolebat, lucernam ſub modio ponere, nec corpus doctrinæ anteferre, nec ſapientiam, quam è cælo hauſerat, corporis ſeruituti ſubiicere. 1. Cor. 9. 27.

Sub modio locernam abſcondit, qui doctrinam auaritiæ velamine tegit, & veritatis lumen rerum terrenarum amore operit; nam modius menſura quædam eſt, & temporalia ſignificat: vim ſuam verbum amittit, dùm ſub rerum terrenarum curâ latet, & cum prædicans lucris inhiat, non animarum ſaluti.

Paulò aliter extulit Sanctus Marcus cap. 4. verſ. 376.
21. *Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Nonne vt ſuper candelabrum ponatur?* Marc. 4. 21.
Non ſine myſterio ait ſub lecto ponendam non eſſe doctrinæ lucernam: ne otio Doctor torpeat, &, qui alios ad laborem vocat, ſocordiæ deſidio ſus indormiat. Subter lectum lucernam ponit, qui luxu, & voluptate diffluit, &, in tutâ quiete deceptus, ad opus per prædicationem alios vrget, deſidiâ ipſe marceſcens.

De ſale dixerat: *Si ſal euanuerit, in quo ſalietur?* de luce nihil: non enim ſubiicit: *ſi lux in tenebras vertatur, quomodo illuſtrabitur, aut illuminabit?* Fors, quia Prælati, & Doctoris mores infatuari improbâ vitâ poſſunt, vt populis condiendis inepti ſint: Apoſtolica autem lux, atque doctrina nullas tenebras nouit; nunquam fidei lux deficit: vnde & Chriſtus: *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Luc. 22. 32.

SECTIO

SECTIO V.

Omnibus lucere iuſtorum vita debet. 377
Doctrina lux vitæ probitate non carere. 377
Doctores ab inani gloria immunes eſſe debent. 377
In bono aliis præire exemplo quiſque debet. 378
Doctoris vita ſtatim inſpicitur. 379
Omnium virtutum generibus ornatus ſit qui alios docet. 379
Hominum laudes Doctor non venetur. 379
Quàm ab omni iactantiâ Chriſtus abeſſet. 380
Etiam per minima ad magna itur. 381
Vitâ, & moribus docere excellens prædicationis genus. 381
Vitiis & peccatis quilibet iraſcatur. 382
Deliciarum & gehennæ nexus. 383
Terrenæ deliciæ in triſtitiam vertuntur. 383
In Dei templis de his admonemur quæ ad noſtram ſalutem ſpectant. Expenſus David. 384
In Dei templis ea verſare animo debemus, quæ ad puritatem & pacem ſpectant. 384
Sine pace & concordia Chriſti corpus percipere nemo præſumat. 385
Diſcordiæ malum quàm magnum ſit. 385
Sine pace ſacrificia ipſa Deo non placent. 386
Hominum vtilitatem vt Deus ſpectet. 386
Ira, quæ non ſtatim ſopitur grandior fit. 387
Honoris eſt, non ignominia iniurias remittere. 388
Bona opera iam inchoata omittenda non ſunt. 389
Iracundia, & libido tyrannidem in homines exercent. 390
Luxuriæ vitium, etiam ſecluſâ pœnâ fugiendum. 390

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.

377. S*Ic luceat lux veſtra.* Non nutriendæ, fouendæque iactantiæ hæc dicuntur; ſed augendæ virtuti. Lucere omnibus iuſtorum vita debet. Licet iuſtus ſe prodere, ſe iactare nunquam debeat. *Ad oſtentationem*, inquit hîc Sanctus Chryſoſtomus, *nos viuere atque ad gloriæ amorem iubes? abſit, non dico iſtud; neque verò dixi, vt rectè facta veſtra in medium ſtudeatis afferre, nec, vt illa monſtretis, admonui; ſed dixi, luceat lux veſtra hoc eſt plurima in vobis ſit virtus, ac maximè ingens illius accendatur ignis, & ineffabile omnino lumen effulgeat*, alioquin gloria indignus eſt, qui gloriam quærit, & incipit iacere, qui ſe iactat.

Doctrinæ lux vitæ probitate non careat: luceat lux, ſed videant homines opera, non nudam lucem. Verùm cur non dixit? *vt videant lucem, & opera veſtra bona.* Poſtremum hoc protulit, primum illud omiſit. An, quia, cum lux ſtatim ſe probat, huc Doctoris mens ſpectare debet, vt opera doctrinæ iungat, & probæ vitæ exemplo auditoribus ſuis præeat?

At, cur non ſuadet potius proba opera occultare, ob inanis gloriæ metum? facilè enim opus, quod omnium oculis exponitur, inficit humanæ laudis amor. Doctores, Præſuleſque hîc Chriſtus alloquitur, non priuatos homines. Vereantur hi inanis gloriæ impetum, & ſe, ſuaque abſcondant: Doctores, ac Paſtores, cum aliorum exemplar ſint, virtutum exempla oſtendant: ſed tàm firmi, tamque perfecti eſſe debent, vt inanis gloriæ vento iactari non facilè ſe patiantur.

378. *Sic luceat lux veſtra.* Non nutriendæ iactantiæ hoc dixit; ſed, vt bonum exemplum cæteris præberemus, & gloria omnis in Deum reſiliret. Aptè Theophylactus ad hæc verba: *non dixit, vos oſtentetis virtutem, hoc enim non eſſet bonum, ſed illa ſola luceat, vt & inimici veſtri admirentur, & glorificent non vos, ſed Patrem veſtrum*, gloriam ſuam inficit, qui ſe glorificat, & incipit non eſſe bonus, qui bona, quæ perfecerat oſtentat.

Sic luceat. Superiùs dixerat: attendite, *ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Faciendi non lucendi, verbo vtitur, cùm de hypocritis agitur. *Non prohibet*, ſancti Paſchaſij verba ſunt, *ne luceant, ſed tantùm ne fiant, vt videantur, quia profectò ſi virtutis eſſent lucerent; nunc, quia vitiorum ſunt, & tenebrarum opera, videant tenebroſi tenebras ſuas, Deus quia lux eſt, ea reſpicere, niſi vt puniat, nec approbare poteſt*,

Lux, inquit, *veſtra coram hominibus luceat, vt videant opera veſtra bona:* ſtatim enim homines doctrinam eum docentis moribus conferunt, vnde conſequens quodammodo videatur, vt ſimul ac doctrinæ lux apparuerit, ſtatim ad inſpiciendam Doctoris vitam eatur. 379.

Videant opera veſtra bona: Non explicat quæ; nam talis debet eſſe, qui docet, aliiſque præeſt; vt omnium virtutum generibus ſit ornatus, omnium bonorum operum actibus ſplendeat.

Non dixit, *vt videant vos*, ſed, *vt videant opera veſtra bona* Qui videri vult ab hominibus, & hominum laudes venatur, in tenebris eſt, & luce destituitur. Nemo ſe prodat, nemo iactet: ita opera bona videantur, vt videri, laudarique non quærat, qui ea efficit.

Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas.

N*Olite putare* Vide Chriſti humilitatem, quàm ab omni iactantiâ abeſſet. *Magnum eſt*, inquit 380.
Rupertus, *quod de ſemetipſo dicis: legem adimplere veni. Sed magnitudinem rei, ne iactantiam ſermo redolere videretur, pulcherrimè temperauit modus docendi dum in prima fronte, excuſationem præmittere, & iuſtam ſumet æſtimationem quodammodo flagitare curauit, dicendo. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas.* Quo exemplo monemur, ne noſtra iactemus, ſed cum bona, quæ egimus, re id exigente, recenſenda ſunt, id omni cautione fiat, ne appareat, iactantiæ æſtu correptos id nos feciſſe.

Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

V Bi de non adimplendis præceptis loquitur, 381.
nimirum mentionem facit, qui *ſoluerit*, inquit, *vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Vbi de adimplendis, non determinat; qui magna, aut minima fecerit; ſed abſolutè ait: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur.* Quia ſcilicet, etiam per minima, ad magna itur; & magnus quilibet fit, cùm nec magna negligit, nec minima, quæ non ſemel rerum magnarum cauſa.

Qui autem fecerit, & docuerit Cur illorum gradum hîc omittit, qui faciunt, ſed non docent? An quia, qui faciunt, docent etiam? licèt enim verbis non doceant, docent conuerſatione, docent factis, docent moribus: quod laudabile, excellénſque prædicationis genus eſt.

Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

382. NOn dixit ſimpliciter: *omnis qui iraſcitur*; ſed addidit, *Fratri ſuo*. Eſt enim ira laudabilis quæ non pœnam meretur, ſed præmium: illa ſcilicet, qua vitiis, & peccatis tum noſtris, tum alienis iraſcimur. Hinc eſt, quòd ita in ſacris litteris *peccatum* quandoque dicitur, non ſolùm quia Dei iram meretur culpa, & eam ſuſcitat; ſed quia irâ committentis, & odio delenda ſtatim eſt.

Qui autem dixerit, fatue: reus erit Gehennæ ignis.

383. GEhenna id eſt, quòd Hebræis *Gehennon*, ſeu *Gehen hinnon*. Erat enim vallis delicioſa viri, qui dicebatur Hinnou, vt aliqui voluere. Sumitur autem pro inferno, nec ab re; quia à terrenarum deliciarum amore facilè in gehennam itur, & *Gehinnon* in *Gehennam* vertitur; quia, qui delicias ſectatur, delitiis diffluit, ad infernum currit, & in terrenis deliciis infernum ſuum habet, qui illis madet.

Gehenna *triſtitiæ vallis* interpretatur. Cohærent: nam, etſi vallis delicioſa fuerit, quia tamen terrenæ deliciæ verum gaudium menti inhalare nequeunt, ſed potius in triſtitiam vertuntur, potuit delicioſus, amœnuſque locus vallis triſtitiæ dici: licèt, ſi hiſtoriæ ſtemus, triſtitiæ vallis dicta ſit; quia in eâ Idolo Moloch pueri viui incendebantur, quos Hebræi exuſtos falſo illi numini offerebãt.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.

384. IN ſacris Dei templis, maximè de his admonemur, quæ ad noſtram ſalutem ſpectant: ſi longè quis ab altari fuiſſet, fors reconciliationis, & offenſi fratris non fuiſſet recordatus: accedens ad altare, & munus offerens facilè eorum reminiſci ſolet (certè debet) quæ ad pacem, ad profectum ſpectant. Vel locus ſolus memoriam excitat. Hinc

Pſal. 72. 16. & 17. illud Regij Prophetæ Pſal. 72. *Exiſtimabam, vt cognoſcerem hoc, labor eſt ante me: donec intrem in ſanctuarium Domini, & intelligam in nouiſſimis eorum.* Sanctuarij ingreſſus illarum rerum cognitionem peperit, qua, extra illud; forſan caruiſſet.

Ab hoc diſce, quòd, dum in Eccleſiâ manes precum munera Deo oblaturus, ea potiſſimum verſare animo debes, quæ ad puritatem, ac pacem ſpectant, & ad animæ tuæ ſalutem, non quæ ad rerum terrenarum augmentum: non enim Saluator dixit: *& ibi recordatus fueris, quòd frater tuus pecunias, aſque tibi debet*, aut ſimile; ſed: *ſi habet aliquid aduerſum te*, ſi in aliquo eum læſiſti: non enim in ſacto loco terrena cogitanda ſunt: quod tamen fere culpâ noſtrâ accidit.

385. *Si offers munus tuum.* Si munera noſtra abſque pace, atque concordiâ offerre non poſſumus, quantò minùs poterimus Chriſti corpus, accipere; Nemo igitur pacis Sacramentum ſine pace præſumat excipere.

Si offers munus tuum. A diſcordantibus accipere non vult ſacrificium. Hinc pende, quàm malum diſcordiæ malum ſit, cuius causâ id abiicitur, quo culpa relaxatur: hinc etiam collige Dei miſericordiam, qui *hominis vtilitatem magis aſpicit, quàm ſuos honores; plus diligit corda fidelium, quàm munera*: ait ſanctus Chryſoſtomus, ſcilicet nos potiùs quærit, quàm noſtra.

Relinque munus. Tanti eſt concordiam, ac pa- 386.
cem ad ſacrificia ferri, vt ſine concordia ſacrificia reſpuat. *Ecce à diſcordantibus*, inquit ſanctus Gregorius, *accipere non vult ſacrificium, holocauſtum ſuſcipere recuſat. Hinc ergo perpendite quantum ſit malum diſcordia, propter quod, & illud abiicitur, per quod culpâ laxatur.* Porrò, quàm graue malum diſcordia eſt, tam ingens bonum eſt concordia. Vgo Victorinus ad hæc eadem verba, hæc verba ſubiicit: *Penſare debemus, quanta ſit apud Deum concordia virtus, ſine qua non placent ipſa ſacrificia, quibus delentur peccata.* Qui pacem cum pace non habet, nec cum concordia concordiam, nec ſecum ille habebit, nec cum Deo.

Relinque munus tuum. Non enim ſua quærit Deus; quærit noſtra. Hominum potiùs ſpectat vtilitatem, quàm, quæ honorem ſuum ſpectant. *Vide*, inquit auctor ſub nomine Chryſoſtomi ad hæc verba, *miſericordiam Dei; quomodo hominum vtilitatem amplius aſpicit, quàm ſuos honores: ſi enim ſuos honores magis aſpiceret, ſic dixiſſet: interim offer munus tuum, & poſtea vade reconciliari: nunc autem dicit: vade primum reconciliari, tanquam ſi dicat ad illum: Vade, ego libenter contemnor, libenter honoris mei patior damnum, libenter expecto Dominus ſeruos, tantummodo, vt vos in amicitiam veniatis.* Tanti concordiam Deus facit, tanti pacem facit.

Sed, cur iubet munus ad altare relinqui? *Re-* 387.
linque, inquit, *munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.* An, quia munus ante altare pro abeunte oret, vt veniam obtineat à Deo, pacem cum proximo ineat? An inchoatâ iam oblatione offerentem ad reconciliationem currere iubet, ne longiùs differatur? ira etenim, & rancor, qui non ſtatim ſopitur, grandior euadit, & noxiè ſerpit.

Nec dixit, vt, pacem cum proximo initurus abiens, munus ſecum deferat; ne fors offerre poſtea prætermittat, & incepti boni operis obliuiſcatur: quod ferè hominibus, quibus exigua ſuæ ſalutis cura eſt, accidere ſolet. Non vult igitur Deus, probæ operationis occaſionem prorſus dimitti.

Vade priùs reconciliari. Læſam inſtaura chari- 388.
tatem; offenſam omnem depone; offenſo ſatisfac. non putat, ſe contemni, Deus, cum oblatio, ne dum perfecta, relinquitur; vt, ne tu exiſtimes, contumeliam, tuoque honori detractum iri, ſi prior fratrem adeas, cui reconcilieris. Aureum monitum ab aurei oris auctore eſt, verba hæc expendente. *Prius reconciliare fratri tuo. Ipſe non accipit pro ignominiâ, quod donum ſibi deſtinatum relinquitur; & tu contumeliam putas, ſi prior abeas ad reconciliationem?* honoris eſt fratrem anteuertere, non eſt ignominiæ: detrahit ſibi honorem, qui detractum ſibi putat, ſi in iniuriarum remiſſione offenſum, offenſoremue præueniat.

Vade reconciliari. Non ſatis eſt, vt fratrem expectet, donec veniat: illum adire, qui munus offert, debet. *Non dixit*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *expecta donec ille veniat ad te, aut vt aliquo alio interceſſore reconciliationem inſtituas, aut deprecationem allegas; ſed, tu ipſe, inquit, ad illum accurre.* Abeunt ab hac mente, qui ab eo, cui

reconciliari

reconciliari debent, abeunt, & illum ad ſe venientem fugiunt.

Eſto conſentiens aduerſario tuo.

389. E*Sto conſentiens aduerſario tuo*, plus dixit, quàm ſi dixiſſet conſentire aduerſario tuo. Habitum, conſuetudinemque conſentiendi commendauit, non actum duntaxar; non bene conſentit, qui non ſemper conſentit; per aduerſarium, legem, quæ dum aliqua prohibet nobis, aduerſatur intelligit. Beatus Laurentius Iuſtinianus ait quippe hæc verba explicans: *Verbum audiat in Euangelio loquens ſic: eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in via. Aduerſarius quippè delinquẽtium lex eſt, quæ, dum prohibet, aduerſatur. Potiſſimè autem lex, quam Verbum in corde fixit mortalium, quæ omnino vetat concupiſcentias.* Non bene ſentit, qui huic aduerſario non conſentit, ſui aduerſarius eſt, qui aduerſario aduerſarur.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis.

390. DAmnaturus vitia Chriſtus, quæ humanum infeſtabant genus, exordium ab iracundiâ, & libidine ſumpſit. *Non occides, non mœchaberis; cur* potiùs ab his exorditur, quam ab aliis? quia frequentiùs hæc duo vitia homines inuadunt. *Hæc enim ſunt*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *quæ tyrannidem quandam in hominum corporibus exercent*, vt homines ab huiuſmodi vitiis auellere difficile admodum ſit.

Quæri hîc poteſt: cur Dominus cum luxuriæ vitium damnet, nullam pœnæ mentionem faciat quò facilius homines à fornicatione deterreret? ſuperiùs homicidium inhibens, pœnam ſubiicit dum ait: *Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicij.* Hic mœchiam prohibet, pœnam ſilet; cur ita factum? An quia luxuriæ vitium tam turpe, fœtidum ſuâ naturâ eſt, vt etiamſi nulla eſſet huic ſceleri pœna præſtitura, vitari tameo, præ eius fœditate, ab homine deberet? pœnam ſilet, quia ſuam hoc crimen pœnam defert.

SECTIO VI.

Oculorum modeſtia maximè viros decet. 391
Qui formarum exercet aucupium in laqueum cadet. 391
Malorum extrema anteuertere debet, qui à malorum extremis euerti non vult. 392
Quæ cariora nobis ſunt in maiora diſcrimina nos ſæpe coniiciunt. 393
Nemo tam demens vt ſalutis amore terrena lubens non dimittat. 393
Inimicus ſui incipit eſſe, qui lædentes amicos non fugit. 394
Longè à malorum conſuetudine abeundum. 394
Longè à quacunque peccati occaſione abeſſe debemus. 395
Nec illos videre tutum qui nobis ſcandalo ſunt. 395
Facile iurant, qui terrena negotia tractant. 395
Leues iniurias reddit, qui leuiter eas fert. 395
Ferendus, qui nos fert. 396
Quî pallium dimittendum. 397
Rari in mundo amici veri. 398
Dei amor Proximi amori ſubſternendus. 399
Qui iniuriam faciunt patiuntur iniuriam, & magis infelices ſunt. 398
Supera laude dignum eos laudare qui nos calumniantur. 400
Ἐπηρεάζειν de quibus dicatur. 400
Deo gratiſſimum ſacrificium, eos ferre qui nos perſequuntur, & irrident. 400
Diuina beneficia mali per bonos participant. 401
Bona temporalia etiam malis communia, ne nimis appetantur. 401
Diuitum liberalitas probata. 402
Inimicis & perſecutoribus non per alios, ſed per nos ipſos benefaciendum. 402
Summo charitatis feruore inimici diligendi. 402
Magnam lucem Deus ſuis ſeruat dum ſeruat ſe. 403
Chriſtiana perfectio nullis limitibus coërcetur. 404

Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Q*Vi viderit.* Viros hic alloquitur, viros monet. 391.
Cur non & mulieres? An, quia mulieris exemplar vir eſt, & vt per eum ad mulierem res iret, viri quippè eſt mulierem docere? An monentur viri, quia frequentior in illis hæc culpa cum modeſtiores fœminæ ſint? An, quia hæc tentatio maior in viro eſt, licèt in muliere minor reſiſtentia ſit? Ibi maximè cautio adhibetur, vbi magis tentatio viget, viget periculum lapſus.

Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Non dixit, *in oculo*, ſed *in corde*: abſoluit oculum, cor ligauit: in oculo viſus, in corde peccatum. Qui formarum exercet aucupium in libidinis ipſe laqueum cadet. Nemo ſpecioſis vultibus oculos affigat, ne fornacem luxuriæ ſibi accendat, & captiuam animam faciat.

Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam; 392.
non nudus mulieris aſpectus prohibetur, ſed ille, qui concupiſcentiam ſpectat; *Saluator noſter*, inquit Sanctus Iſidorus Peluſiota, *laſciuum aſpectum, qui alieno ſe paſcit pulchritudine, meritò puniendum interminatur, ab ipſo nos malo animique impotentiâ abducens, ne per oculos pulchritudo illabens mentem redigat in ſeruitutem, & anima opportunitates præoccupans, rationem doceat affectu cedere; quo inualeſcente, curatu difficile, ne dicam inſanabile, fiat malum; ne violenta aſpectu voluptatis animum aggreſſus non impoſſibilem quidem, ſed perdifficilem ad curandum morbum concitet*; Malorum extrema anteuertere debet, qui, à malorum extremis euerti, noo vult.

Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, Erue eum, & proiice abs te.

C*Vt oculi dextri, dextræque manus meminit;* 393.
non ſiniſtri, non ſiniſtræ? An, quia, quæ chariora nobis ſunt, nos ferè in maiora diſcrimina ſæpè coniiciunt? Proh quàm verum iſtue, quàm obuium!

Dextro oculo, dextrâque manu ea, quæ ſpiritualia ſunt, intelliguntur; quæ, ſi noxia nobis aliquando, eruenda, & relinquenda: de ſiniſtro oculo, aut ſiniſtrâ manu nihil dicitur; quia, ſi bona ſuâ naturâ dimittenda, cum nocent; multo magis id faciendum de his, quæ terrena ſunt: horum autem non meminit, vt indicaret, neminem eſſe tam cæcum, tam dementem, qui ſalutis amore terrena lubens non dimittat.

Digitized by Google

394. Oculus ipſe dexter ſi nos lædat eruendus, proiiciendusque iubetur; quod de amicorum conſuetudine accipi poteſt; rem ita explicat Sanctus Chryſoſtomus, *Et ideo*, inquit, *etiam ſuaſit Chriſtus, non ſolùm eos, qui ſunt tales fugere, ſed etiam excindere, ſic dicens; ſi oculus tuus dexter te ſcandalizat, erue eum, & eiice à te: non dicens de oculo, quid enim malè fecerit oculus, ſi animus ſit ſanus? ſed de amicis neceſſariis, & qui ſunt vobis loco horum membrorum, & vos lædunt hæc conſtituit*; Inimicus incipit eſſe ſui, qui lædentibus amicis parcit, & ab illorum conſortio ſe non ſubducit.

Et proiice; non ſatis eſt eruere oculum, proiiciendus quoque eſt: qua loquutionis formulâ indicatur; longè à malis, malorumque conſuetudine abeundum; non enim tutus eſt, qui proximus malis eſt, etiamſi ab amicitiæ ſolo videantur auulſi; *Diligentius*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vim ipſam ſermonis examina; non enim dixit à talium ſocietate diſcede; ſed maximam ſeparationem indicans; erue inquit, & proiice abs te*; qui malos à ſe non proiicit, malus ipſe fiet à Deo proiiciendus in locum, vbi mali torquentur.

Erue, inquit, *& proiice:* Non ſatis eſt eruere; nam erutus oculus ſcandalo eſſe non amplius poteſt. Per oculum dextrum, conſanguineus, aut amicus quilibet intelligitur, quo cum magnam conſuetudinem habeamus: qui oculus, ſi ſcandali, & ruinæ occaſio nobis ſit, non ſolùm eruendus, ſed proiiciendus etiam eſt; quia longè à quacunque peccati occaſione abeſſe debemus.

Proiiciendus eſt oculus dexter, & etiam manus: non ſatis eſt abſcindere hanc, eruere illum: proiicienda vtraque ſunt; ne ſcilicet quis aſpiciat, quo malè pereat. Efficax exempli vis ad malum eſt, nec nobis tutum videre illos, qui ad beatitudinem impedimento ſunt.

Ego autem dico vobis; non iurare omnino.

395. N*On iurare omnino*; niſi ſcilicet cauſa ſufficiens ſubſit & veritas, fors & ab terrenarum rerum lucris, ac negotiis auocare nos voluit; facilè enim iurant, qui terrena negotia tractant. *Cùm ergò dicit, non iurare omnino, liberum eſſe vult ab omni ſeculari negotio*, ait Rupertus; nam negotiatores falsò non raro iurant, facilè terrenis lucris addicti, niſi ſibi caueant, mentiuntur.

Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram

T*E percuſſerit*; graui ferendæ animo iniuriæ non debent, licèt graues; leues iniurias reddit, qui iniurias leuiter fert; à nobis graues fiunt, dum putantur graues, premi his Chriſti verbis poſſunt, qui nec leuia ferre queunt.; Audiendus hîc ſanctus Chryſoſtomus, cuius hæc, ad hæc verba, ſunt verba: *Qui & cædi palmis, & cogi, atque nudari ab amicis iubemur, & tamen ferre patienter; qua tandem digni veniâ ſumus, qui, in ſalutatione nuda, tam grande vitium contentionis oſtendimus?* & ex rebus minimis magnâ rixarum materiâ exculpimus.

396. *Si quis te percuſſerit*; ferendus qui nos ferit; &, quod maius, pro amico habendus, qui nos cædit tanquam inimicus; ſcitè hunc locum verſat Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Quantam verè patientiam habere debeamus in moleſtiis corporum inſinuat Dominus dicens: ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Cùm enim difficilè inueniatur, qui zelo virtutis carnem ſuam caſtiget, amicus exiſtimandus eſt, qui ipſius carnis concupiſcentias corpus affligendo reſecat. Nam etſi ad tempus videatur oneroſum, tolerando tamen fortiter, pacem reperit in corde, qui prius bella patiebatur in carne*; vt mitis in nos eſſe videatur, qui ſæuus creditur, pacem afferre, qui bellum infert.

Et qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

PAllium Philoſophiæ, & ſapientiæ inſigne olim 397.
erat; dimittit pallium, qui rudem ſe fatetur, & à ſapientiâ alienum, vera hæc Chriſti ſapientia eſt, minimè ſapientiæ ſuæ credere, nec credere ſe ſapientem eſſe; deſipit qui contentione pallium tenet, humanam ſapientiam iactat, Chriſtianæ, ſummæque ſapientiæ eſt, poſſe humanæ ſapientiæ veſtem exuere.

Pallium exhibet, qui quidquid ſapit, etiam aliis communicat, ne ſcite ſolus inuidus videatur, *quod iubet ſe dare*, inquit, B. Ambroſius, *ſi quis à te tunicam petat, vt dimittas ei pallium, ideſt inſigne Philoſophiæ ſuæ tradas, & quaſi amictum prudentiæ ſuæ eum, qui ante nudus fuerat circumueſtias*; ſi quæ in nobis fuerit recta rerum agendarum ratio, faciles ſimus alios inſtruere; non inuidi intra nos cohibeamus, quod aſſequi nobis datum fuerit.

Et tunicam tuam tollere, relinque ei & pallium; nollem nobis poſſe obiici illud Saluiani: *Tam procul abeſt, vt cum tunicis etiam alia relinquamus, vt, ſi quando poſſumus, pallium ſimul aduerſariis, tunicáſque tollamus.* Hominem videtur exuiſſe, qui ita ſpoliare homines ſtudet.

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.

D*Iligite inimicos veſtros:* Hæc dilectionis lex
non in noſtri gratiam tantùm promulgatur, 398.
ſed eorum etiam, qui nos infeſtant, & calumniantur; neque enim, qui audit, ſed, qui facit conuitium, miſer eſt; &, cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere ſe credunt: ergo inimicorum & ſæuientium miſeriæ, & infelicitati conſulitur, quum dicitur, diligendos inimicos eſſe, & benefaciendum iis, qui in nos ſæuiunt, nos perſequuntur.

Diligite inimicos veſtros. Adeò rari in mundo amici veri ſunt, vt, ne otioſa torpeat voluntas, etiam ad inimicos porrigendus eſt amor. Paucos haberet, quos amaret voluntas, niſi eos diligeret, à quibus minimè diligitur,

Proximum à proximo diligi Deus iubet, ita ta- 399.
men, vt Dei amor huic amori ſubſternatur; cautè id factum, non ſolùm, quia ab amore Dei proximi amor pendet, ſed vt proximus proximum verè diligeret, non perderet; quod factum, ſi iuſſus quis amare proximum ſicut ſe ipſum, à Dei amore reſiliendo; ſe ipſum perderet; acutè rem tetigit Beatus Laurentius Iuſtinianus dum ait: *Notandum autem eſt, quod nequaquam proximum rectè poteſt diligere, qui priùs Deum veraciter non diligit. Amore enim Dei firmata debet eſſe dilectio proximi. Nemo quippe poteſt fideliter amicus hominis eſſe, niſi priùs ipſe ſit veritatis. Ideo inter quos non eſt diuinarum rerum contentio, nec humanarum, plena eſſe poterit.*

Google

poterit. Neceſſe enim eſt, vt aliter, quàm oportet, humana exiſtimet, qui diuina contemnit. Nec hominem rectè diligere nouit, quiſquis eum rectè non diligit, qui hominem fecit. Illud enim ſciendum eſt, quod qui ſe non nouit diligere, vtique nec proximum; Valdeque timendum eſt, ne ipſum decipiat, ſicut & ſe. Si te interrogem, (ait quis) vtrum diligas te, reſpondes quod diligis. Quis enim ſe odit? Audi pſal. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Quomodo volebas tibi committi proximum, vt diligeres eum tanquam te, ô homo, qui perdis te? Si enim tu ipſe te diligis, vt perdas te? ſic profectò perditurus es eum quem diligis, ſicut te? Nolo autem, vt hoc modo quemquam diligas; vel ſolus peri: aut corrige dilectionem, aut reſpue tuam charitatem; Verè hominem non diligit, qui in Deo non diligit, nec verus amor eſt, qui Dei amore eſt viduus.

Benefacite: Græcè, εὐλογεῖτε, *benedicite*, ſeu, vt nos vertimus, *Laudibus extollite*: Magnum iſtuc & ſuperà dignum laude, eos laudibus euehere, quos calumniatores, & maledicos ſuſtinemus.

Orate pro perſequentibus: Græcè, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, *pro infeſtantibus*, ſeu, *pro iniuriâ afficientibus vos.* Verbum, ἐπηρεάζειν, infeſtationem dicit cum inſultu, & ludibrio: quod grauiſſimum, moleſtiſſimumque ſuâ natura eſt, iniuria ſcilicet affici, & inſuper irrideri: ſed, quò grauior, moleſtiorque res eſt, eò gratius Deo ſacrificium erit: maiorique laude dignum, ſi pro his preces Deo ſternamus, qui nos perſequuntur, inſuper & irrident, nobiſque inſultant.

Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.
401. Priùs ſuper bonos oriri Solem ſuum facit, deinde ſuper malos; quia Diuina beneficia mali per bonos participant, quos perſequuntur. Bona Deus non propter improbos dat, ſed propter ſanctos; ſicut nec flagella propter iuſtos, ſed propter peccatores mittit. In bonis iniuſtos à iuſtis non ſecreuit, ne deſperarent: nec in malis iuſtos à peccatoribus, ne nimis gloriarentur.

Bonus temporalibus bonis non extollitur, nec malis frangitur. Malus felicitate, boniſque terrenis punitur: quia felicitate corrumpitur, & deterior ſuâ malitiâ fit. Iſta temporalia bona vtriſque, bonis ſcilicet, & malis communia ſunt; ne nimis hæc appetantur, quia etiam mali habere cernuntur: ſicut & mala bonis communia ſunt; ne turpiter euitentur, quibus & boni premuntur.

Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. 402.
Suam illud, *ſuum*, vim habet. Auaros diuites tacitè arguit, & ad liberalitatem vocat, in hunc ſenſum. Deus ſolem ſuum, quem ipſe creauit, communem bonis, maliſque facit: ergò & vos munera aliis exhibete, omnibus benefacite, cum ea veſtra non ſint, nec à vobis creata, ſed à Dei manu accepta.

Solem ſuum: hoc eſt non ſterile lumen, & infœcundum: Dei eſt Sol iſte, qui oritur, & à Deo virtutem habet; alioquin inutile, & infœcundum ſpargeret lumen: Solis potius meminit, quàm lunæ; quia luna lumen à ſole mutuat, ſol immediatè à Deo lumen recipit. Tacitè nos edocuit, inimicis, & perſecutoribus non eſſe per alios benefaciendum, ſed nos ipſos id præſtare debere, vt exhibiti beneficij magis appareat magnitudo.

Tandem remiſſius Lunæ lumen eſt; ſolis maius
eſt: Solis igitur meminit, non Lunæ; vt colligeremus, ſummo charitatis feruore inimicos diligendos, non remiſsè, & imperfectè. 403.

Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Cogita, quâ luce ſit bonos beaturus qui ſolis luce non ſolum bonos illuſtrat, ſed & malos. *Iſtam lucem*, inquit ſanctus Auguſtinus, *vident tecum iniqui, vident tecum latrones, vident tecum impudici, vident tecum beſtia, muſcæ, vermiculi. Qualem lucem iuſte ſeruat, qui & iſtis iſtam dat?* magnam lucem ſuis Deus ſeruat; quia ſeruat ſe.

Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

CHriſtiana perfectio nullis limitibus coërcetur, nullis terminis, quippè, cui ipſius Diuinitatis 404.
proponatur imitanda perfectio; ne ſcilicet vnquam ſiſteremus, cum ſemper deſit, quod acquiratur. Patris perfectio nobis in exemplum proponitur; vt, cùm nouerimus, ſemper supereſſe, quod acquiramus, & addamus acquiſitis, nunquam in eâ perfectione ſiſtamus, quam habemus.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

CAPVT VI. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ATTENDITE, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Verſ. 2.

Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tubâ canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur

Atendite. *S. Aug. Cauete. Auct. ex Syr. Videte. ex Græc. Aduertite. Studete. Franc. Luc. Animum adhibete.*

Iuſtitiam. *Syr. In eleemoſynâ. Arab. Miſericordiam. Pagn. Eleemoſynam.*

Ne faciatis. *Vat. Ne præſtetis. Ar. M. Non Facere. Syr. Ne erogetis.*

Vt videamini. *Syr. Vt ſpectemini. Ar. M. Ad ſpectari. Al. Quò ſpectemini. Auct. Vt ſpectaculo ſitis.*

Mercedem. *Auct. Premium.*

Non habebitis. *Caiet. & Vat. Non habetis. Syr. Nulla vobis futura eſt merces.*

Cùm ergo facis eleem. *Syr. Quum igitur facturus es eleemoſynam. Al. Itaque cùm præſtas eleemoſynam.*

Noli tub. ca. ante te. *Syr. Ne proclamaueris coram. S. Cypr. Noli buccinare. S. Hier. Noluit tubâ clan-*

ab

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

gere ante vos. Pagn. Ne tubâ cecineris. Vat. Ne tubâ clanxeris. Al. Ne tubis canatur ante te. Fr. Luc. Ne buccinandum curaueris.
Sicut hypocritæ. *Syr. Sicut acceptores vultus. Hier. M. Sicut ſimulatores faciei.*
In ſynagogis. *Al. In Conciliabulis. Fr. Luc. In conuenticulis.*
In vicis. *Syr. Plateis.*
Vt honorificentur. *S. Cyp. Vt Clarificentur. Pagn. Vt glorificentur. Vat. Vt gloriâ extollantur. Fr. Lu. Vt exiſtimentur. S. Greg. Nyſſ. Qui hîc laudationem accipiunt.*
Ab hominibus. *S. Greg Nyſſ. Hominum.*
Receperunt. *S. Cyp. Complouerunt. Pagn. Recipiunt. Ar. M. Excipiunt. Vatab. Abſtulerunt. Al. Habent. Auct. Obtinent. Fr. Luc. Referunt.*

Verſ. 3.

Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

Te autem fac. ele. *Clem. Alex. Si eleemoſynam feceris. S. Aug. Cùm facis Eleemoſynam. Syr. Cum erogas eleemoſynam. Vat. Cùm praſtas eleemoſynam.*
Neſciat ſ. t. *Clem. Alex. Nemo ſciat Auct. Non ſentiat ſiniſtra tua.*
Quid faciat. *Al. Quod facit. Clem. Alex.* omittit.
Dextera tua. *Clem. Alex.* omittit.

Verſ. 4.

Vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

In abſcondito. *Pagn. In occulto. S. Aug. In abſconſo. Ar. M. In ſecreto.*
Reddet tibi. *Syr. Ipſe rependet tibi in propatulo. Hier. M. ex Syr. In reuelatione. Pagn. Ipſe reddet tibi in manifeſto.*

Verſ. 5.

Et, cùm oratis, non eritis, ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.

Cùm oratis. *Syr. Quum oras. Pagn. Oraueris. Ar. M. Quum adoras.*
Non eritis. *Pagn. & Caiet. Non eris. Syr. Ne ſis. Vat. Non imiteris hypocritas.*
Amant. *Vat. ſolent.*
Vt videantur. *Pagn. Vt appareant. Syr. Vt ſpectentur. Al. Quò conſpicui ſint. Auct. Luceant hominibus.*
Receperunt. *S. Aug. Perceperunt. Vat. Abſtulerunt. Ar. M. Excipiunt. Al. habent. Caiet. Recipiunt. Auct. Colligunt.*

Verſ. 6.

Tu autem, cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, &, clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Cùm oraueris. *Pagn. Cùm oras. S. Aug. Oratis. Ar. M. Quum adores. Auct. Cùm orationem fuderis.*
Intra. *Auct. Introito.*
In cubiculum tuum. *Al. In conclaue tuum. Auct. In cellam tuam.*
Clauſo oſtio. *S. Claude oſtium tuum.*
Ora. *Ar. M. Adora. S. Hilar. Et ora.*
Clauſo oſtio. *Tert.* addit. *tuo. Pagn. Et, cùm clauſeris oſtium. Vat. Oſtio tuo. Ar. M. Claudens oſtium tuum.*
Videt in abſcondito. *Vat. Qui eſt in occulto. Ar. M. Conſpiciens in ſecreto. Al. Qui videt in occulto. Auct. Qui cernit in occulto.*
Reddet tibi. *Syr. Rependet tibi in propatulo. Ar. M. Reddet tibi in apparenti. Al. Perſoluet tibi in propatulo. Arab. Dabit tibi manifeſtè.*

Verſ. 7.

Orantes autem nolite multum loqui, ſicut ethnici: putant enim, quòd in mul-

Orantes autem. *Syr. Quumque preces funditis.*
Nolite multum loqui. *Syr. Ne ſitis muſſitantes. Pagn. Ne multum loquamini. Vat. & Caiet. Ne ſitis multiloqui. Adam C. Non battologabitis. Ar. M. Ne inania loquamini. Fr. Luc. Ne batologetis, ne ſitis loquaces.*
Sicut ethnici. *Syr. Sicut hypocritæ. S. Greg. Nyſſ. Ne ſitis ſicut Gentiles.*
Putant enim. *Ar. M. Arbitrantur enim. Auct.*

tiloquio

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

tiloquio ſuo exaudiantur.

Cenſent enim. Vat. Opinantur.
In multiloquio. *Pagn. Ob multiloquium. Ar. M. In multiloquio ſuo. Arab. In multitudine verborum.*
Exaudiantur. *Ar. M. Exaudientur. Syr. Exaudetum iri.*

Verſ. 8.

Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.

Nolite ergo aſſimilari eis. *Pagn. Ne igitur efficiamini ſimiles eis. Ar. M. Ne igitur aſſimilemini eis.*
Scit enim. *Ar. M. Nouit enim.*
Quid opus ſit. *Pagn. Quibus rebus opus ſit. Caiet. Quibus opus habetis. Syr. Quid requiratur vobis. Ar. M. Quorum vſum habetis. Arab. Quid vobis opus ſit ab eo.*
Antequam petatis eum. *Ar. M. Ante vos petere eum. Pagn. Priuſquam petatis ab illo.*

Verſ. 9.

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum.

Sic ergo vos orabitis. *Syr. Vos ita orate. Ar. M. Sic ergo adorate vos. Al. Ad hunc ergo modum orate vos. Vat. Sic igitur orate vos.*

Verſ. 10.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terrâ.

Adueniat. *S. Ambr. Veniat.*
Sicut in cælo. *Tert. In cælis.*
Et in terrâ, *S. Hier. Ita & in terrâ. Pagn. Sic etiam in terrâ.*

Verſ. 11.

Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.

Panem noſtrum ſuperſubſtantialem. *S. Amb. Panem aduenientem. Syr. Panem indigentiæ noſtræ. Arab. Sufficientem. S. Hier. Panem ſubſtantiuum. vel: Superuenturum. Goth. Panem noſtrum quotidianum. Ap. Alb. M. Egregium panem. Fr. Luc. ex Syr. Panem neceſſitatis noſtræ.*

Verſ. 12.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Dimitte. *Vat. Remitte.*
Debita. *Arab. Peccata.*
Dimittimus. *S. Cyp. Remittimus.*
Debitoribus. n. *Arab. Iis, qui peccauerunt in nos.*

Verſ. 13.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Et ne nos inducas. *S. Cyp. Ne nos patiaris induci. S. Aug. Ne nos inferas. S. Hil. Ne derelinquas nos.*
In tentationem. *S. Hil. In tentationem, quam ferre non poſſumus.*
Sed libera. *Tert. Sed Euehe. Auct. Sed Cuſtodi.*

Verſ. 14.

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra.

Dimiſeritis. *Syr. Remiſeritis.*
Hominibus. *Orig. Fratribus veſtris ex corde.*
Peccata. *Vat. Errata. Pagn. Delicta. Ar. M. Lapſus. Auct. Offenſas.*
Dimittet. *Syr. Remittet.*
Cæleſtis. *Syr. Qui eſt in cælis.*

Verſ. 15.

Si autem non dimiſeritis hominibus: nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

Dimiſeritis. *Orig. Remiſeritis.*
Hominibus. *Pagn. Hominibus delicta ſua. Ar. M. Hominibus Lapſus ipſorum. Orig. Fratribus veſtris ex corde.*
Dimittet. *Vat. Remittet. Syr. Dimiſſurus eſt.*
Peccata veſtra. *Ar. M. Lapſus veſtros. Syr. Errata veſtra. Auct. Offenſas veſtras.*

Verſ. 16.

Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiu-

Nolite fieri. *Caiet. Ne ſitis. Ar. M. Ne fiatis.*
Triſtes. *Syr. Atrati. Pagn. Vultu mœſti. Vat. Tetrici. Adam C. Vultu perturbato. Ar. M. Obtriſtati. Auct. Vultu inamœno, vultuoſi.*
Exterminant. *Syr. Deturpant. Pagn. Obſcurant. S. Hier. Demoliuntur. S. Hil. Conficiunt. S. Chryſ. Corrumpunt. Ianſ. Perdunt. Auct. ex Syr. Deuaſtantur.*
Appareant. *S. Hil. Pateant. S. Petr. Chryſol. Vt videantur. Ianſ. Quò conſpicuum ſit.*

nantes.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

nantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

Ieiunantes. Arab. Ieiunia eorum. Ianſ. Eos ieiunare. Fr. Luc. Ieiunare.
Receperunt. Pagn. Recipiunt. S. Pet. Chryſol. Perceperunt. Al. Habent. Vat. Abſtulerunt.

Verſ. 17.

Tu autem, cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

Tu autem, cùm ieiunas. S. Aug. Vos autem, cùm ieiunatis. Ar. M. Tu autem ieiunans. Orig. Tu autem ſi ieiunas.
Vnge caput tuum. S. Aug. Vngite capita veſtra.
Faciem t. l. Syr. Ablue vultum tuum. S. Hilar. Faciem veſtram lauate.

Verſ. 18.

Ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Ne videaris. S. Aug. Ne appareatis. Arab. Ne appareant ieiunia tua. Pagn. Ne appareas. Al. Ne conſpicuum ſit hominibus te ieiunare. Syr. Vt ne appareas tu ipſe ieiunans.
In abſcondito. Arab. Abſcondita. Pagn. In occulto. S. Aug. In abſconſo. Al. In abdito.
Reddet tibi. S. Aug. Reddet vobis, & addit, In palam. Ar. M. Reddet in manifeſto. Al. Reddet tibi in propatulo. Syr. Ipſe rependet. Arab. Reddet manifeſtè.

Verſ. 19.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terrâ: vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur.

Nolite theſaurizare vobis t. S. Cyp. Nolite vobis condere theſauros. S. Gregor. Nyſſ. Non congerita theſauros. Pagn. Ne recondatis vobis theſauros. Syr. Ne reponatis theſauros vobis. Caiet. Ne recondas theſauros. Clem. Alex. Non theſaurizate ergo.
In terrâ. S. Cypr. Super terram.
Ærugo. S. Cyp. Comeſtura. Orig. Tinea.
Tinea. Orig. Vermes.
Demolitur. Pagn. Corrumpit. S. Aug. Exterminat. Syr. Corrumpunt.
Effodiunt. Ar. M. Perfodiunt.

Verſ. 20.

Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.

Theſaurizate a. v. t. Pagn. Sed recondite vobis theſauros. Syr. Sed Reponite vobis theſauros. S. Greg. Nyſſ. Sed congregate.
In cælo. S. Greg. Nyſſ. In Cælis.
Ærugo. S. Cyp. Comeſtura.
Tinea. S. Epiph. Tinea.
Demolitur. S. Fulg. Exterminat. S. Epiph. Corrumpunt. Vat. Corrumpit.
Vbi fures non effodiunt. S. Aug. Quò fur non accedit. S. Greg. Nyſſ. Vbi fures non perfodiunt.

Verſ. 21.

Vbi enim eſt theſaurus tuus: ibi eſt & cor tuum.

Vbi eſt. S. Ioan. Chryſ. Vbi fuerit.
Theſaurus tuus. Pagn. Theſaurus veſter. S. Ioan. Chryſ. Theſaurus hominis.
Ibi eſt. S. Aug. Ibi erit.
Cor tuum. Caiet. Cor veſtrum. S. Ioan. Chryſ. Cor. ipſius.

Verſ. 22.

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit.

Lucerna. Clem. Alex. Lucerna enim.
Eſt oculus tuus. Ar. M. Eſt oculus.
Si oculus. Fr. Luc. Si igitur oculus.
Simplex. Euthy. Sanus. Fr. Luc. Sincerus. Purus.

Verſ. 23.

Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt?

Nequam. Pagn. Malus. Fr. Luc. Vitioſus. Menoch. Vitiatus.
Ipſæ tenebræ q. e. Syr. Tenebræ tuæ quantæ futuræ ſunt? Ar. M. Tenebræ quantæ.

Verſ. 24.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum

Duobus. Orig. Simul duobus.
Odio habebit. Ar. M. Oderit. Syr. Odio proſequetur.
Diliget. Orig. Amabit.

diliget:

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

diliget: aut vnum ſuſtinebit & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.

Vnum ſuſtinebit. *Syr. Vnum honorabit. Pagn. & Caiet. Vni adherebit. Ar. M. Vnum amplexabitur. S. Aug. Patietur. Menoch. Amplectetur, retinebit.*

Alterum contemnet. *Ar. M. Alterum deſpiciet. Al. Alterum negliget.*

Et mammonæ. *Fr. Luc ex Syr. Et diuitiis. Auct. ex Syr. Et lucru.*

Verſ. 25.

Ideo dico vobis ne ſolieiti ſitis animæ veſtræ quid manducetis; neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt, quàm eſca; & corpus pluſquam veſtimentum?

Ideò. *Pag. Propterea. Ar. M. Propter hoc.*

Ne ſoliciti ſitis. *S. Hilar. Ne cogitetis S. Ioan. Chryſ. Nolite cogitare. Ar. M. Ne anxiemini.*

Animæ veſtræ. *Arab. Animabus veſtris. Vat. Pro vitâ veſtrâ. Al. Vita. veſtra S. Hilar. In corde veſtro. S. Ioan. Chryſ. Anima veſtra.*

Quid manducetis. *Syr. Quid eſuri ſitis, & quid bibituri. Pagn. Quid comeſſuri ſitis. Vat. Quid edatis, & quid bibatis.*

Quid induamini. *S. Hil. Quid veſtiatis. Syr. Qua re ſitis induendi. Al. Quibus indumentis vſuri.*

Nonne anima. *S. Hil. Nonne. Anima veſtra. Clem. Alex. Anima enim.*

Eſca. *Pagn. Cibus. Syr. Alimentum.*

Pluſquam. *S. Hil. Pluris eſt, quàm.*

Veſtimentum. *Pagn. Indumentum?*

Verſ. 26.

Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cæleſtis, paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?

Reſpicite vol. *S. Aug. Conſiderate volatilia. Clem. Alex. Conſiderate coruos Syr. Aduertite ad volucres. Pagn. Intuemini ad volatilia. Ar. M. Inſpicite in volatilia. Al. Vertite oculos ad volatilia. Vat. Intuemini volucres. Ter. Suſpicite. Fr. Luc. Adſpicite.*

Quoniam. *Syr. Quæ.*

Non ſerunt. *Ar. M. Non ſeminant.*

Neque metunt. *S. Hilar.* omittit.

Neque congregant in horrea. *Vat. Non comutbunt in horrea. S. Aug. Quibus non ſunt cellaria. Syr. Non colligunt in horrea. Clem. Alex. Quibus non eſt penus nec horreum.*

Pater veſter c. *S. Cyr. Ieroſol. Pater meus. Clem. Alex. Deus.*

Paſcit i. *Clem. Alex. Nutrit ipſos. Vat. Alit illas.*

Nonne vos magis pluris eſtis illis? *Syr. Nonne vos eſtis eis præſtantiores? Pagn. Nonne vos longè præſtatis illis? Vat. Longè præcellitis illas? Ar. M. Magis excellitis illis? Clem. Alex. Num vos præſtatis volucribus.*

Verſ. 27.

Quis autē veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

Cogitans. *Pagn. Solicitè cogitans. S. Hilar.* omittit. *Syr. Solicitus. Ar. M. Anxiatus. S. Ioan. Chryſ. Solicitè cogitando. Fr. Luc. Solicitus exiſtens.*

Adiicere. *Syr. Poſſit addere.*

Verſ. 28.

Et de veſtimento qoid ſoliciti eſtis? conſiderate, lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent.

Et de veſtimento. *Ar. M. Et circa veſtimentum. Al. Ac de indumento. Caiet. De veſtimentis.*

Quid ſoliciti eſtis. *Syr. Quid anxij eſtis. Ar. M. Quid anxiamini?*

Conſiderate. *Pagn. Cognoſcite. Ar. M. Obſeruate. Fr. Luc. Perdiſcite.*

Quomodo creſcunt. *Ar. M. Quomodo augentur. Vat. Quomodo creſcant.*

Non laborant. *Ar. M. Non fatigantur.*

Verſ. 29.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloriâ ſuâ coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.

Coopertus. *Pagn. Amictus. Orig. Indutus.*

Verſ. 30.

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt,

Si autem. *S. Hil. Si enim.*

Fœnum agri. *Tert. Lilia agreſtia. Pagn. Herba*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

& eras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei?

agri. Vat. Gramen agri.
Quod hodie eſt. *Ar.M. Hodie exiſtens. Syr. Hodie extat.*
In Clibanum. *S.Hil. In ignem.*
Mittitur. *Ar.M. Iniectum.*
Sic veſtit. *Ar.M. Sic circumornat.*
Quantò magis vos. *Pagn. An non multò magis vobis id faciet.*
Modicæ fidei? *Vat. O parum fidentes? Syr. Modicâ fide præditi? Ar.M. Exiguæ fidei? Caiet. Minimæ fidei? Fr.Luc. ex Syr. Parum fide?*

Verſ. 31.

Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

Nolite ergo ſoliciti eſſe. *Syr. Ne anxij ſitis. Ar.M. Ne igitur anxiemini. Arab. Nolite ſoliciti eſſe aliquando.*
Quid manduc. a. q. b. *Clem. Alex. Quænam comedatis, aut quænam bibatis.*
Quo operiemur? *S.Cyp. Quid veſtiemur? Ar.M. Quid circumamiciemur? Al. Quibus operiemur?*

Verſ. 32.

Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.

Hæc enim. *Clem. Alex. Hæc autem.*
Gentes. *S.Cyp. Nationes. Syr. Gentes huius Mundi. Clem. Alex. Gentes Mundi.*
Inquirunt. *Tert. Requirunt. Syr. Quærunt ſibi. S. Cypr. Quærant. Al. Exquirunt. Fr. Luc. Deſiderant.*
Scit enim. *S. Cyp. Sciet autem.*
Pater veſter. *Caiet. Pater veſter cæleſtis.*
Indigetis. *Pagn. Opus habeatis. Syr. Vobis requiruntur.*

Verſ. 33.

Quærite ergo primùm Regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.

Quærite ergo. *Clem. Alex. Quærite enim. Caiet. Quærite autem. Auct. Requirite.*
Primùm. *Tert. Priùs. Syr. Primè.*
Regnum Dei. *Tert. Regnum. Clem. Alex. Regnum Cælorum.*
Et iuſtitiam eius. *Ar.M. Et iuſtificationem eius.*
Hæc omnia. *Clem. Alex. Quæ ad alimentum pertinent.*
Adiicientur. *Syr. Adiiciantur. S.Cyp. Apponentur.*

Verſ. 34.

Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.

Nolite ſol. eſſe in craſt. *S.Cyp. Nolite cogitare in craſtinum. Ar.M. Ne anxiemini in cras. S.Hil. Nolite ſoliciti eſſe de craſtino.*
Craſtinus enim dies. *Ar.M. Nam cras.*
Solicitus. e. ſ. i. *S. Cyp. Ipſe cogitabit ſibi. Ar. M. Curabit ſua ipſius. Vat. Curabit, quæ ſua ſunt. Syr. Curam habebit ſui ipſius. Fr.Luc. ex Cod. Victoriano. Solicitus erit de ſe ipſo.*
Sufficit. *Ar.M. Sufficiens. Clem. Alex. Sufficit enim.*
Diei. *Arab. Cuique diei.*
Malitia. *Pagn. afflictio. Syr. Malum ſuum.*

CAPVT VI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Poſt bona opera inanis gloriæ amor nos inuadit. 405
Προσέχειν quid, & de quibus dicatur. 406
Sæuus hoſtis humanæ laudis amor. 406
Contra inanem gloriam velut contra ingentes militum copias pugnandum. 406
Inanis gloria tanquam ſerpens lethale virus euomit. 407
Cauet Chriſtus ne homines ſegniores ad eleemoſynam erogandam reddantur. 407
Inanis gloria maximâ vigilantiâ vitanda. 408
Iuſtitia de beneficentia. Explicatur David. 409
Iuſtus audire non debet qui miſericors non eſt. 410
Beneficus iuſtitia litat. 410
Θεαθῆναι quid. 410
Inanis gloria amor ſæuiſſima fera. 411
Securi de bonorum operum mercede ſimus. 412
Qui laudes humanas fugit ſanctiori fœnore eas auget. 412
Tuba ſonitu pauperes olim ad locum eleemoſynæ conuocabantur. Cur id fieret. 413

Sui hoſtis, qui humanam gloriam quærit. 413
Eleemoſyna ob inanem gloriam facta Dei iudicium prouocat. 414
Deum laudare debemus, non noſipſos. Tactus Dauid. 414
Angelum referat, qui eleemoſinam erogat. 415
Δοξαστὸν quid, humana gloria nuda opinio eſt. 415
Ἄπυχεν quid, A vera laude fugit, qui eam quærit. 416
Toto aberrat cœlo, qui labores ſuos inani laudi ſacrat. 416
Inanis gloriæ cupidus, quàm demens, qui ex operum aruis humanæ gloriæ tribulos & ſpinas demetit. 417
Sua præmia vult magnifieri Deus, & cætera deſpici. 417
Nullâ ſui parte homo torpeat. 418
Omnia, quæ agimus, ſpectare cœlum debent. 418

Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis

405. POSTQVAM virtutes inſeruit, tunc noxiam peſtem, quæ illos inficit, & corrumpit, inanem ſcilicet gloriam, auferendam docet: non egit hoc in principio ſermonis, antequam aliquid ſanctorum operum facere ſuaderet; quia ſuperfluum videbatur: inanis quippe gloriæ amor tunc maximè nos inuadit, cum opera laude digna præſtiterimus.

406. *Attendite*, Græcè, *προσέχετε*, *curam adhibete, ſtudete, ac cauete* tanquam ab hoſte obſeſſi: ad hoſtes, militiamque non raro hoc verbum transfertur. Plato de Leg. *προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πολεμίοις* ideſt: *ad hoſtes mentem, animumque conuertere:* & Ariſtoph. *προσέχειν τῷ πολέμῳ incumbere in bellum.* Sed cur hoc verbum hîc ponitur, vbi nullæ pugnæ, nulli hoſtes? An ſæuus hoſtis, humanæ laudis amor, inanis gloriæ cupido? Ita eſt: & mentem grauiùs pungit, ac vulnerat hic appetitus, quàm cuiuſlibet hoſtis tela, ac ſpicula. Bellum ingruit, cum iactantia exerit contra nos arma. Denique & tubæ, qua ad bellum populus vocabatur, ſtatim mentio fit cum dicitur: *Noli tubâ canere ante te,* Vt ſtatim intelligeremus, contra inanem gloriam, veluti contra ingentes militum copias, arma ſumenda.

407. *Attendite*, inquit, ac ſi *de inſidioſiſſimo aliquo ſerpente loqueretur*, addit Sanctus Chryſoſtomus hîc: inanis quippè gloriæ amor lethale, tanquam ſerpens, virus euomit, quo bona opera inficiuntur, & pereunt.

408. *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* An prohibet abſolutè coram hominibus fieri miſericordiæ opera? Minimè; ſed addit; *vt videamini ab eis.* Poteſt aliquis coram hominibus eleemoſynam facere, nec tamen hoc ideo facere, vt eam hominum oculis oſtentet. Sed quæri poteſt: cur abſolutè non inhibuit coram hominibus fieri? An, quia hoc difficile, & quia ſic multi à miſericordiæ operibus abſtinuiſſent? Noluit Chriſtus præcipere, latenter eleemoſynam fieri, ne homines ſegniores ad eam erogãdam redderentur.

Attendite. Cautionem hîc maximam neceſſariam oſtendit, cum ait: *attendite*, nimirum, cum de inanis gloriæ fugâ, quæ & non cogitantibus obrepit, vigilantiâ maximâ opus eſt; auctor ſub nomine Chryſoſtomi; *Quod præ omnibus*, inquit, *vitiis carnalibus periculoſius eſſe intellexit, hoc cautius cauendum mandat dicens; attendite, ne eleemoſinam veſtram coram hominibus faciatis*; opus inficit, quod facit, qui coram hominibus facit, vt laudem ab hominibus exſculpat.

Iuſtitia hic beneficentiam, & miſericordiam ſignat, ſeu eleemoſinam, quam iuſtitiæ nomine 409.
ſolet Scriptura Diuina ſignificare: & quidem etiã apud Hebræos צדקה vtrumque ſignificat. Hinc Pſal. 102. v. 18. *Miſericordia autem Domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum, & iuſtitia illius in filios filiorum.* Pſal. 102. 17. & 18.
Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ, & idem iuſtitia eſt, ac miſericordia. Cum igitur monet, vt caueamus, ne iuſtitiam noſtram faciamus coram hominibus, ſignificat, eleemoſynam non eſſe erogandam ſolô inanis gloriæ deſideriô. In aliquibus etiam Græcis exemplaribus pro, *iuſtitiam*, eſt, *ἐλεημοσύνην*, eleemoſynam.

Sed cur miſericordia, & eleemoſyna iuſtitiæ 410.
nomine ſignificatur? An, quia iuſtus audire non debet qui miſericors non eſt? Tàm indiuidua comes iuſtitiæ beneficentia eſt, vt penè cum illâ vel nomine confundi videatur. Eleemoſyna iuſtitia dicitur, vt ſtatim diſceres, eleemoſynæ nomen non mereri, quæ ex opibus iniuſtè poſſeſſis fit. Eleemoſynæ, iuſtitiæ nomen conuenit, vt beneficus ſtatim admoneatur, virtutes alias quærere, ne, aliis beneficus, ipſe ſui hoſtis ſit: benefici nomen non meretur, qui miſericors in alios opum largitione eſt, in ſe ipſum verò vitiis, ac ſceleribus ſæuit. Vt igitur plenam eleemoſinam eroges, etiam tui miſerearis, & iuſtitiæ lita, diuitias indigentibus diſtribuens.

Vt videamini ab eis: in Græco eſt, *πρὸς τὸ θεαθῆναι, vt ſpectemini* velut in theatro. Olim in thea- 411.
tro, in hominum ſpectaculum, feris homines obiiciebantur: qui inani gloriæ ſuos labores ſacrat, ſæuiſſimæ philautiæ feris, amoriſque proprij obiectus eſt, à quibus crudeliter diſcerpitur, & laceratur, & ſic aliis ſpectaculo eſſe poſſit velut in theatro; vt tamen illi miſereantur qui ſpectant, non æmulentur.

Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

NOn habebitis: Græcè eſt præſens, *οὐχ ἔχετε. Non*
habetis. Quo ſignificatur, iam non repo- 412.
ſitam apud patrem bonorum operum mercedem, quæ ad illius honorem à nobis fient, vt ſecuri, & certi de illâ ſimus, ſi in iis conſtantes permaneamus.

Apud Patrem veſtrum: Honorem, laudemque humanam in bonis operibus minimè quærendam docet, & mercedem à Patre exſpectandam. Patrem noſtrum vocat, ne nobis, tanquam filiis, graue ſit, honorem patri cedere; præſertim, cum patri delatus honor in ipſum filium quodammodo redundet, & reſiliat. Itaque, qui humanas laudes in ſuis operibus effugit, vt ſolus Deus laudetur, laude non deſtituitur, ſed ſanctiori fœnore eam auget, dum Deo exhibet.

Cum ergo facis eleemoſynam, noli tubâ canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.

NOli tubâ canere: Syrus, *Ne clamaueris cornu* 413.
Arias Montanos, *ne tubâ clanxeris.* Franciſ-

cus Lucas, *Ne buccinandum curaueris.*

Tubæ ſonitu pauperes ad locum eleemoſynæ conuocabantur: rem non improbat Dominus, ſed abuſum, captandæ enim humanæ laudis causâ id actitabant. Probè res inſtituta erat, ne egenus quiſpiam beneficio excluderetur, neue pauperes huc illuc vagarentur, & moleſtiam eleemoſynam erogantibus afferrent. Sed hypocritæ, & iactantiæ mancipia hôc more abutebantur, illum ſeruantes, vt ab hominibus honoris, & laudis auram aucuparentur.

Tuba, belli ſignum eſt, vnde tubis ad bellum
Num 10. conuocabantur. Num. 10. Bellum infert ſibi, ſui hoſtis, & ſæuus eſt, qui in bonis operibus humanæ laudi litat, ſuam gloriam quærit: in ſe ipſum, & in actiones ſuas arietat, qui inanem hominum laudem in ſuis operibus quærit.

414. Extremo præibit iudicio tuba,, vt Apoſtolus
1.Cor.15.52. monet 1.Cor.15.verſ.52. ergo eleemoſyna, quæ ab
irâ Dei eximere nos debet (ait quippe Chriſtus:
Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis
regnum: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare:
Matth.25. 34 & 35. *ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* Matth.25.) ob inanem
gloriam facta, Dei iudicium prouocat; & tuba
iſta, qua humanæ gloriæ litantes, pauperes aduocant, nos ante Dei tribunal ſtantes condemnabit.

Monet propheta regius, vt Deum in voce tubæ
Pſal. 150. laudemus, Pſal. 150. verſ. 3. *Laudate*, inquit, *eum in ſono tubæ.* Tubæ ſonitu abutitur, qui laudem ſuam tubæ ſonitu quærit, nec Deum laudat, ſed ab aliis laudari appetit.

415. Rectè tubâ canit tum in eleemoſynâ erogandâ, tum in aliis operibus perficiendis, qui Dei ſolius gloriam quærit, Angelicamque puritatem æmulatur. Tubâ canere Angelorum videtur munus. Apoc.
Apoc 8.6.7. 8. verſ. 6. *Angeli, qui habent ſeptem tubas.* & verſ. 7. *primus Angelus tubâ cecinit,* Et cap. 11. verſ. 15. *ſeptimus Angelus tubâ cecinit.* Angelum ergo refer, cum eleemoſynam facis, aliaque opera; & tunc grandiorem vocem emittes, quàm ſi tubâ caneres.

Vt honorificentur: S. Cyprianus, *vt clarificentur.* Pagninus, *vt glorificemur.* Vatablus, *vt gloriâ extollantur.* Nos, *vt celebrêtur.* Græcè eſt, *ὅπως δοξασθῶσι*: quod verbum non ſolùm ſignificat *celebrare*, & *honorare*, ſed etiam *opinari.* Vt tacitè nobis inſinuaretur, gloriam, & honorem, quem ab hominibus aucupamur, nudam inanemque opinionem eſſe, nihil ſolidi firmique habere, niſi virtuti innitatur, & in laudis auctorem Deum referatur.

416. *Receperunt mercedem ſuam.* Sanctus Cyprianus legit, *compleuerunt.* Pagninus, *recipiunt.* Vatablus, *abſtulerunt.* Alius, *habent.* Nos, *obtinent.* In Græco eſt, *ἀπέχουσι*: verbum, *ἀπέχω*, non ſolùm ſignificat *recipere*, ſed primariò, *fugere, diſtare* ab aliquo: cohærent hîc hæ duæ notiones tàm diuerſæ; nam, qui hominum laudes, veluti bonorum operum mercedem recipit, dum recipere ſe putat, amittit, & à gloriâ fugit, quam ſequitur. Nimirum nullus adeò à verâ laude diſtat, quàm, qui eam bonis operibus exculpere ab hominibus ſtudet.

Hoc idem verbum ſignificat etiam *aberrare.* Scilicet toto aberrat cælo, qui labores ſuos, ſuaque opera inani laudi ſacrat; verâ quippe laude carebit, quia inanem recipit.

417. Denique, *ἀπέχειν*, eſt recipere veluti reditum ex aruis; ac ſi hypocritarum labor huc tendat vt ex ſuis operibus, veluti ex agris; laudis fructus colligant, & ſuis ſudoribus inanem gloriam, veluti inanes, vacuaſque ſpicas, demetant. Quis tam fatuus, vt ingenti ſolicitudine agrum excolat, nihil aliud demeſſurus quàm paleas, vacuaſque frumento ſpicas? Hoc præſtat inanis gloriæ cupidus, & qui à ſuis operibus nihil aliud expectat, expetitque, quàm plauſus, laudiſque paleas. Proh quàm demens, deliruſque, qui ex operum aruis nil aliud percipit, quàm humanæ gloriæ tribulos, & ſpinas!

Receperunt mercedem ſuam. Suam, non eam, quam illis Deus parauerat. Mercedem ſuam Deus cum eâ, quæ ab hominibus quæritur, non commiſcet; vult quippè ſua præmia magni fieri Deus, & cætera quæcunque præ illis deſpici, ac ne reſpici quidem.

Te autem faciente eleemoſinam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

QVid ſi dexteræ opus ſciat ſiniſtra? hærebit fors otioſa, hoc vno contenta, quod operata manus dextera ſit; ne igitur aliqua ſui parte homo torpeat, ignorare quid dextera agat, ſiniſtra debet; Pulchrè Galfridus. *Quid eſt neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, niſi propterea non vacet ipſa?* vacaret fors, ſi ſciret. Ita dextera operetur, vt otium non inferat ſiniſtræ. 418.

Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, omnia quæcunque agimus ſpectare tantùm cœlum debent, vitámque æternam. *Dextera noſtra* ait Sanctus Auguſtinus, *eſt vita æterna; ſiniſtra noſtra eſt vita temporalis. Si charitati vitæ æternæ in operibus tuis miſcueris concupiſcentiam vitæ temporalis, aut laudis humanæ, aut alicuius commodi ſæcularis, cognouit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Siniſtrum opus eſt, ſi dexteræ opus cognoſcat hæc ſiniſtra; idem ſanctus Pater alibi rem eamdem verſat hiſce verbis: Hoc documento inſinuans, quia eleemoſinam, & omne opus miſericordiæ, quod facimus, non venando laudes hominum, ſed propter intentionem vitæ æternæ, quæ per dexteram ſignificatur, *facere admonemur.* Suæ venationis præda fit, qui, vt hominum venetur laudes, videri ab hominibus ſtudet, quæ agit.

SECTIO II.

Ineptus orationi ſternenda, qui terrenorum amore ignetur. 419
Eleemoſyna orationis præparatio. 419
Qui orat paratum ſe ad omnia Dei præcepta adimplenda præbeat. 420
Orationis & Legis nexus. 420
In angulis platearum cur orarent hypocritæ. 421
Φανῶσι quid. Qui apparere ſtudet vt laudetur ab hominibus veluti fiſco bona ſua adicit. 421
Humanæ laudis merces tunc perditur cùm recipitur. 421
Προσεύχεσθαι quid ſignificet. Oratio attentè fundatur. 422
Oratio ieiunium, ac eleemoſynam ſocias deſiderat. 422
Orantium cor vnum & vna fides fides ſit. 423
Plurimi fieri dona ſua Deus vult. 424
Deo familiares, purique euadimus in oratione. 424
Orationem ſuſurrus omnia quæ infra Deum excludat. 425
Ταμεῖον quid. Oratio diues theſaurus. 425
In oratione leuium cogitationum paleæ reiiciendæ. 426
Oratio à Dei ira nos eximit. Iſaiæ locus. 426
A rerum externarum amore ſe ſubducat ſpiritualia cogitaturus. 426

In Oratio

Oratio producenda. 426

βλέπειν *quid. Orationem fundens iucundum Deo ſpectaculum præbet.* 427

Qui orat Deum, Deum ferè obſtringit, vt poſtulatis annuat. 427

βαττολογεῖν *quid. In loquendo verborum effuſio vitanda.* 428

Fiducia in oratione habenda. 428

Suorum orationibus Deus attendit, ac ſi aliud non ageret. 428

Solus Deus in oratione quærendus. 429

In oratione quæ loquacitas probanda, quæ improbanda. 429

Quàm celeriter Deus orantis poſtulata exaudiat. 430

Et cum oratis, non eritis, ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.

419. AB eleemoſyna ad orationem tranſit: rectus ordo, nec myſterio viduus; nam, qui opes, diuitiaſque ita amat, vt tribuere pauperibus nolit, ineptus ſternendæ orationi eſt, quæ animum à terrenorum amore purgatum, ac ſolutum poſcit.

Eleemoſyna orationis præparatio eſt; dat enim animæ confidentiam, vt a Deo poſtulare cæleſtia poſſit; vnde, qui terrena, ac peritura Dei amore pauperibus erogat, petere ab eo non peritura poteſt: itaque poſt eleemoſynam de oratione nos Chriſtus inſtruit.

420. Quod ait, hypocritas in ſynagogis, & angulis platearum ſtantes orare, ad Iudæorum morem reſpicit; conſueuerant enim Iudæi ſtantes orare, vt
Luc.18.13. apparet ex oratione Phariſæi (Luc.18.verſ.13.) qui ſtans apud ſe orabat. Hoc autem habitu, vt plerique notauere, orationes fundebant Iudæi, quia etiam ſtantes legem à Deo acceperunt, Exod. verſ.
Exod.19.17. 17. *Steterunt ad radices montis.* Hic mos in hoc magnâ laude dignus, ſi idem non modò ſit orantis, & legem accipientis habitus, ſed etiam mens; adeò, vt, qui orat, paratum ſe ad omnia Dei præcepta adimplenda præbeat.

Stat, qui orat, & ſtat, qui legem accipit: vt orationis, & legis nexum colligeremus. Nempè, ſeruare ægrè Dei legem poteſt, qui non orat, nec aptè orationem fundere poteſt, qui Dei legem non ſeruat, vt alterum alteri auxilio ſit.

421. *In angulis platearum:* Cur non in plateis orabant, ſic enim magis hominum oculis patuiſſent? In angulis platearum orabant, vt ſe ab aliorum oculis ſubducere viderentur, ac proinde magis laudarentur: humilitatem ſimulabant humilitatis hoſtes, propterea ſimulationis laruâ ſe veros hypocritas prodebant. Sed fors in angulis orabant, quia ibi maior hominum concurſus.

Vt videantur ab hominibus; Græcè ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, *Vt appareant hominibus:* Verbum φαίνομαι non *apparere* tantùm ſignificat, ſed etiam *ad fiſcum deferre*; vnde τὰ φανέντα *delata bona* dicuntur. Pulchre hæc notio hìc quoque cohæret; nam, qui inanis gloriæ amore tacti bona opera præſtant, dùm hominibus apparere ſtudent, ſtatim fiſco, vt ita dicam, bona omnia adiiciunt, nudi ipſi remanent, & vacui.

Receperunt mercedem ſuam: Operis mercedem receperunt; quoniam perdiderunt: recepiſſe perdidiſſe fuit; ea quippè merces, quæ in verbis &

laudibus ſita eſt perditur, quando recipitur. Quàm fatuus, qui hac mercede contentus magnos labores ſuſtinet?

Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

CVm oraueris: Græcè, ὅταν προσεύχῃ. *Quum orationem fuderis.* Hoc verbum propriè dicitur de precatiune, quæ ad Deum funditur, & attentionem claudit adeò, vt cognationem habeat cum verbo προσέχειν, quod ſignificat, *attendere, intendere, animumque aduertere:* vt nobis inſinuaretur, ab orationis fuſu abire eum, qui licèt corporis habitu orare videatur, mente tamen huc illuc vagatur; &, ſe ante Deum ſtare oblitus animam in varia ſpargit, nec, quid agat, attendit. 422.

Aptè inter eleemoſinam, & ieiunium orationem locat, ac de eâ tractat Chriſtus; quòd illa eleemoſinam, ac ieiunium ſocias deſideret, eiſque velut alis vtatur, quibus euehatur in Cœlum. Hinc illud Angeli ad Tobiam: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſynâ.* Tob.12.v.8. Volare non poteſt his Tob 12 8.
alis deſtituta.

Tu autem cùm oraueris; vnitatis numero vnum alloquitur, vt nouerint qui orant cor vnum omnium eſſe debere; vnam fidem, vnam Eccleſiam, vnam Chriſti charitatem, vnum ſpiritum, quæ orationi neceſſaria; Bene Sanctus Paſchaſius; *ſignificantius*, inquit, *quia vna charitate Chriſti fulcitur, & fide generatur, atque vno Spiritu ſancto regitur, & viuificatur; per vnum vniuerſalitas exprimitur, & ſic omnibus veluti ſoli ſermo diuinus intimatur. Vt per hoc vnus in cunctis, & cuncti in vno ſimul animentur, ex quo maxima communio Eccleſia monſtratur. Tu autem*, inquit, *cùm orabis* Optimè cum multis orat, cùm vnus in multis eſt; ex multis vnum coaleſcit ob animorum vnitatem, ac fidei. 423.

Petit Deus, vt oretur; ne ſcilicet vileſcat, quod exhibuerit: vult enim magni ſua dona fieri, & in pretio haberi, ob id & deſideranti dat, & poſtulanti. 424.

Oras, non vt Deum doceas, ſed vt flectas, vt ei familiaris fias, & ſanctitatem iſta tibi familiaritas affricet. Familiatitatem cum vitiis non contrahit, qui per orationem familiaris Deo eſt.

Intra in cubiculum tuum; In abditis locis orare conuenit, vt ſciamus vbique Deum eſſe præſentem, nec ab vllo loco excludi. Oraturus intùs ſe recipiat & vel à ſitu diſcat, externa non quærere, terrena non poſtulare. Anima intùs ſe colligat, intùs claudat, omnia quæ infra Deum excludat; Deum cogitet, quem orat; omnes terrenas ſolicitudines excludat. 425.

Intra in cubiculum tuum: Græcè, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, *Ingredere in cellam, ſeu conclaue tuum.* Nomen ταμιεῖον ſignificat etiam *horreum & ærarium*, vbi opes, diuitiæ, ac theſauri reconduntur. Sed nullæ adeſſe opes referuntur: vbi fundi oratio debet, nullus theſaurus: cur igitur hoc nomen hìc adhibetur? An diues theſaurus ibi eſt, ibi verarum diuitiarum copia, vbi oratio ſternitur ipſa quippè è Cœlo cœleſtes ad nos aduehit opes, non perituras diuitias; ipsâ cœleſtes theſauros obtinemus.

Locus, in quo orationem fuſurus eſt, ταμιεῖον, dicitur, quæ vox horreum etiam notat; vt vel à 426.

nomine diſcas leuium cogitationum paleas in eum non importare, nec eſſe, naſci vè permittere, dum orationem Deo ſternis, quia nec ſecularum paleas à Deo petere debes.

Monetur populus, vt ſe à Dei irâ, quæ imminebat, ſubduceret. Hæc apud Iſaiam cap. 26. v. 20. habentur: *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te: abſcondere modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio.* Et quis locus à Dei oculis, à Dei irâ eximere populum poterit, cum Deus vbique ſit, & vbique in peccatores ſæuire eius ira queat? Confer hæc Prophetæ verba cum his, quæ expendimus; perſimilia enim ſunt, & lucem aliquam nodo ſoluendo accipies. Intret in ſua cubicula populus, oſtiumque claudat ſuper ſe: vt nempè orationem, ſicuti Christus iubet, fundat, & tunc à Dei indignatione ſe muniet, tutus à Dei vindicta erit; oratio enim ritè ad Deum fuſa, Deum lenit, & miſericordiam flectit.

Intra in cubiculum tuum. Vt rerum externarum terrenarum amore, atque etiam cogitatione, quantum fieri poteſt te ſubducas, vt in ſpiritualia feraris in perennatura; pulchrè ad hæc verba Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Ante orationem animus ab exterioribus ad interiora reuocetur; de hoc admonet Dominus dicens: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum. Ante namque orationem purgandus eſt animus; atque à temporalium rerum cogitationibus reſtringendus; vt pura acie verè, & ſimpliciter ad ſpiritualia dirigatur: quia longè adhuc eſt à Deo, qui in oratione cogitationibus ſeculi fuerit occupatus: Propterea electorum mentes ſi quas in ſe præſentis vitæ cogitationes inueniunt, pœnitentiæ ardore conſumunt, nec cogitationes ſuas extra ſe dilatari permittunt; ſed eò ſe diſtrictius in ſe ipſos colligunt, quò feruentius aſſiſtere ante Deum per orationis ſtudium diſponunt; quia reuerâ, abſque confuſione, Deo vacare non poteſt, qui extra ſe mente inaniter extiterit dilatatus.* Externus orationi, vt ita dicam, eſt, qui ab externis in oratione animum non auocat.

Clauſo oſtio: qui orationem fundit claudere oſtium debet, vt non externa à Deo poſtulet, ſed quæ intus latent, quæ ſolus Deus noſcat; ſcitè Sanctus Auguſtinus; *intra*, inquit, *in cubiculum tuum*, ſic enim ille legit; *quid eſt claude oſtium tuum? noli talia expectare de Deo, quæ forinſecus ſunt, ſed ea, quæ intrinſecus ſunt. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Quis eſt, qui non claudit oſtium? qui talia petit à Deo pro magno, & ibi conſtituit omnes preces ſuas, vt accipiat ea, quæ ſunt huius ſæculi bona.* Pergit, *quid eſt claude oſtium tuum? vt hoc petas à Deo, quod ſolus Deus nouit, quod tibi det*; neſcit benè petere, qui ſeculi bona petit.

Cum dixit, oſtio clauſo fundendam orationem eſſe, diù in eâ nos conſiſtere vult; alioquin quorſum oſtium clauderemus?

427. *Qui videt in abſcondito:* Græcè, *ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, cernens in ſecreto.* Verbum, *βλέπων*, plerumque deſiderium quoddam indicat, quo videns tenetur: vt tacitè nobis innueretur, Patrem, qui in Cœlis eſt ingenti oblectatione perfundi, cum quempiam orationem fundentem intuetur, cum magno huius rei videndæ deſiderio teneatur. Adeò vt, orationem ſternens, iucundum Deo ſpectaculum præbeat.

Reddet tibi; non dixit *dabit*, ſed reddet, quaſi Deus ex debito ſolueret; ſanè qui orat Deum obſtringit, vt, cùm Deus poſtulatis annuit, potius reddere ex debito, quàm gratis donare videatur? Tanta orationis vis, & virtus eſt.

Orantes nolite multùm loqui.

GRæcè eſt, *βαττολογεῖν*, *futili verborum profu- 428.
ſione uti* Etiam verborum parcitas in oratione Deo placet, quantò magis, cum ſermo inter homines ſeritur, nimia effuſio vitanda eſt?

Inhibet in oratione multum loqui? cur ita? An, ne diffidere eius pietati videamur, paratus eſt concedere, quod petimus, qui iubet, nos petere, vt concedat? Non ergò multis verbis extorquendum à Deo eſt, quod ille promptè offert.

An multis verbis in oratione vtendum minimè
eſt; ne gentilibus ſimus pares, qui in multiloquio
ſe à falſis ſuis numinibus exaudiri putabant? nam
credentes, Deos ſuos circa alia occupari ingemi-
nabant voces, vt patet ex illo 3. *Reg.* 18. *v.* 27. de 3.Reg 18.27.
Sacerdotibus Baal. Abeſt ab hoc verus noſter Deus
qui ita ſingulorum orationi intendit, ac ſi aliud
non ageret.

Adiecerim multum loqui in oratione inhibi- 429.
tum, ne multa peteremus, ſed vnum tantùm; ſo-
lum ſcilicet ipſum Deum: *vnum enim*, vt Christus
alibi ait, *neceſſarium eſt.* Multùm loquitur in ora- Luc.10.42.
tione, qui multa poſcit; terrena, & peritura poſ-
ſtulat: qui vnum quærit, & vnum amat, multùm
loqui non indiget nec effundere multa.

Orantes nolite multum loqui; non prohibet ſimpliciter in oratione multiloquium, ſed inane multiloquium; vanam loquacitatem & idcirco ait: *ſicut ethnici*, vt innueret, eſſe & multiloquium, quod probaret, ſi ab ethnicorum ſuperſtitione abeſſet; *nam loquacitas in ædificatione nulla turpis*, ait Tertullianus; turpis eſt, quæ ſine vllo compendio eſt, ſine aliqua vtilitate.

430. Breuis oratio eſt, vt celeriter ſe exauditurum ſignificaret; tetigit iſtuc verbis iſtis Sanctus Paſchaſius Ratbertus; *compoſuit breuiſſimam precem, ſi quomodo ſalutem celerem miſericors tribueret, & nulla præpediret verborum prolixitas; immò fiducia eſſet ex breuitate dictorum; quod pius iudex, qui breui ſe voluit rogari oraculo, citius annuat poſcenti ex voto.* Adeo promptus, paratuſque Deus eſt, vt cito concedat poſtulata.

SECTIO III.

Orationis formulam Christus nobis præbuit, vt facilius exaudiremur. 431

Promptus Deus vt citò concedat quæ in oratione petimus 431

Qui patrem in oratione Deum vocat, filium ſe ſanctis moribus monſtret. 432

Fraternæ charitatis admonemur dum Deum patrem noſtrum dicimus. 432

Grandia, & Dei filiis digna in oratione petenda. 432

Terram, & terrena relinquat, qui Deum orat. 433

Ibi præcipuè Deus dicitur eſſe, vbi bonitatis ſuæ diuitias pleniùs communicat. 433

Cælum deſideret, & quærat, qui Cæleſtem orat Patrem. 434

Vt noſtræ ſalutis ſolicitus ſit Christus. 434

In oratione terreni patris obliti, cæleſtis tantùm recordemur. 434

A Cæleſti Patre non degeneret qui cæleſtem Patrem orat. 435

In

In terrâ ſe peregrinum cogitet, qui orationem fundit. 435
In cunctis operibus ſanctus in nobis Deus appareat 436
Quod Deus ſancta vita glorificetur, & à Deo & ab homine eſt. 436
Ab omnibus ſanctificari Dei nomen debet. 436
Semper proba vita actibus Dei nomen ſanctificari debet. 436
Nullus adeo ſanctus qui creſcere in ſanctitate non debeat. Expenſus Leuitici locus. 436
Peccatum in nobis non regnet, vt Dei regnum in nos aduenıat 436
Nos præcipuè Dei regnum ſumus. 436
Nos ex nobis ad Dei regnum pergere non poſſumus. 437
Quotidie proficere debemus & ſanctiores euadere. 437
Paulatim ad ſanctitatis culmen pergendum. 437

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cælis

431. ORare nos Chriſtus edocet, & formulam, qua patrem exoremus, exhibet; vt, dum oratione quam Chriſtus docuit, apud Patrem loquimur, faciliùs exaudiamur; agnoſcit enim Pater filij verba.

Orationis formulam tradit, quæ plena, ſed breuis, Non ab re: breuibus verbis orationem compoſuit, vt confidamus citò daturum, quod breuiter vult rogari. Breuiter orare docuit, qui citò vult poſtulata præſtare.

432. Qui pâtrem vocat Deum, ſe filium per imitationem monſtret: Patris nomen orationi Dominus inſeruit, vt in oratione ſtatim nos Dei filios eſſe meminerimus; adeo, vt nihil ageremus, quod tantum dignitatis nomen dedeceret. Patrem vocare Deum dignè nequit, qui ſe filium ſanctis operibus non exhibet. Age, vt viuendo ſanctè ſancto reſpondeas Patri. Terram neſciat, ignoret petitura, qui Deum Patrem, ſic edoctus à Filio, vocat. Non degenerent à tanta dignitate mores.

Dum Patrem noſtrum Deum, vocamus fraternitatis admonemur, hoc enim nequeunt dicere, qui fraternâ ſe charitate minimè complectuntur. Pater noſter Deus erit, ſi nos fratres agnoſcamus.

Pater noſter: Pater non *Dominus*, ne ſeruos nos putaremus, & parua, & exigua peteremus, quæ ſeruos decet petere, Patrem inuocamus, vt filios nos eſſe noſcamus, ac proindè magna, & genere noſtro digna poſcamus.

433. Orare Patrem iobemur, qui in cælis eſt. Dicat hîc aliquis: & non in terris quoque eſt? Eſt: nec his verbis in cælis Deum claudit; ſed à terra abducit orantem. Nempè mente in cælum ferri debet, & ima iſta relinquere, qui Deum orat. In cælis Pater noſter eſſe dicitur, vt ſtatim intelligamus, è cælo nobis genus eſſe, nec terrenis affectibus obſcurandum. In cælis dicit Panem noſtrum eſſe, vt orantem à terris abduceret, eiuſque mentem cæleſtibus affigeret.

Pater noſter, qui es in Cælis: Non eſt loco clauſus, qui claudit omnia, nec loco circumſcribitur, qui vbique incircumſcriptus eſt. In cælo dicitur eſſe; quia ibi maximè ſuæ bonitatis diuitias hominibus communicat. In cælo præſertim dicitur eſſe, quia ibi beatos homines facit, à quibus facie ad faciem, ablato omni velamine, videtur. Scilicet ibi præcipuè Deus eſſe videtur vbi clariùs videtur pleniúſque diuitiarum ſuarum theſauros amatoribus ſuis effundit.

Patrem, qui in cælis, velut in regiâ ſuâ, ſedet, in- 434.
uocamus, vt pudeat terrenis nos ſubſternere, qui Patrem in cælis habemus. Cælum ſuſpiret, & cælum inhiet, qui Patrem ſe in cælis habere cogitat; nam, ſi, vbi Pater, ibi & filium eſſe conuenit, dum Patrem noſtrum in cælis eſſe dicimus, nos quoque cæli amore teneamur.

Pater noſter; non Deum, non Dominum, ſed Patrem inuocare iubemur ſummæ pietatis appellatio iſta eſt; ſignatè hanc formulam docuit Chriſtus, ne ipſe excluderetur; *In patre*, inquit Tertullianus *filius inuocatur; ego enim, inquit, & pater vnum ſumus*; cum ſine filio pater nequeat eſſe, quin in patre filius ſit, in patre inuocari & filius voluit; ne putaremus curam omnem noſtri in patrem reieciſſe.

Pater noſter. Patrem inuocamus, vt terreni nos patris oblitos ſignificemus; *patrem dicimus, & oblitos patris denotamus*, ait Tertullianus; ne cognatorum memoria, & affectus, orationis intentionem impediat; quod ſi patris terreni obliuiſcimur, multò magis aliarum rerum terrenarum.

Pater noſter, Patrem iubemur vocare Deum, 435.
vt tanquam filij à patre non eſſemus degeneres; *Illum orantes patrem vocamus*, ait Sanctus Chriſoſtomus, *vt nos ipſos ad virtutem admonentes, ne quid tale indignum cognatione committamus*; filij enim eſt, paternus motibus referre mores, & vitam vitâ.

Pater noſter qui es in Cœlis, Patrem qui in Cœlis nos habere dicimus, in terra nos eſſe peregrinos colligamus; *Fidelis oratio*, inquit Sanctus Bernardus, prima hæc huius orationis verba expendens; *oratio, cuius ipſa primordia, & diuinæ adoptionis, & terrenæ peregrinationis admoneant; vt hoc ſcientes, quod quamdiu non ſimus in cælo, peregrinamur à Domino, gemamus intra noſmetipſos adoptionem filiorum expectantes, præſentiam vtique patris*. à veritate peregrinatur, qui, ſe hîc eſſe peregrinum non agnoſcit.

Sanctificetur nomen tuum.

SAnctificatur Dei nomen quum ſanctè colitur, 436.
& prædicatur; vel quum glorificatur per noſtram vitam, cum tales ſcilicet eius gratiâ ſumus vt in nobis ſanctus appareat. Generaliter dictum eſt, *ſanctificetur*, nec exprimitur in quo ſanctificandus ſit; vt ſtatim diſcamus, laborandum, quantùm in nobis eſt, vt in rebus omnibus Deus ſanctificetur: in cunctis operibus, verbis, cogitationibus, ac in omnibus vitæ partibus.

Non dicitur *ſanctifica*, nec *ſanctificemus*; ſed *ſanctificetur*; vt Dei ſimul, & hominis opus intelligatur: quòd enim per ſanctam vitam glorificetur, nec à nobis tantùm eſt, nec ab ipſo tantùm, ſed ab vtriſque.

Non dicimus, à quibus ſanctificari Dei nomen oporteat; ab omnibus enim debet? vnde ſuſpensâ enuntiatione, non dicentes, *ſanctificetur in nobis*, in omnibus dicimus.

Nulla hic temporis mentio: indefinitè dicitur, *ſanctificetur*: cur ita? An, quia iugiter ſanctificari probæ vitæ actibus Dei nomen debet?

Nullus adeo Sanctus, qui creſcere in ſanctitate Leuit. 11.44.
non poſſit. Hinc Leuit. 11. verſ. 44. *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum*. Sanctitatis formam ſe ipſum præbet; vt ſciremus, ſemper aliquid nobis deeſſe, quod

 acquiramus,

acquiramus, & creſcere in ſanctitate nos poſſe, dum vita iſta producitur.

Adueniat regnum tuum.

Regnum Dei illud hîc dicitur, quo Deus, poſitis omnibus inimicis ſuis in ſcabellum pedum ſuorum, vbique regnaturus eſt. Qui ſibi regnauit ſemper, petimus vt modò regnet in nobis, vt nos in illo, & cum illo regnare poſſimus. *Non regnet*,
Rom.6,12. vt Apoſtolus monet, *peccatum in noſtro mortali corpore*; vt Dei in nos veniat regnum, regnetque in nobis, qui nos creauit.

Adueniat, inquit, *regnum tuum*; ſed quibus? Nobis quærimus aduenire. Non explicuit iſtuc Chriſtus, quia iam intelligebatur; ac ſi Dei regnum nobis tantùm aduenire dicatur, & nos præcipuè Dei regnum eſſemus.

437. *Adueniat regnum tuum.* Non dixit, *nos veniamus ad regnum*; quia ex nobis virtutem non habemus, quo pergamus ad ipſum. Si Dei regnum ad nos veniat, tunc eius auxilio pergemus ad ipſum: hinc infra dicitur: *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius.* Cum aduenerit, quærere tunc iubemur; quia adueniens dat, vt quæri poſſit, & inueniri.

Pende quod ait, *Adueniat*, quaſi continuè optemus ipſum venire: nemo quippè tàm iuſtus, qui iuſtior eſſe non poſſit: in nullum Dei regnum venit, quin perfectius venire nequeat, vt quotidie dicere poſſimus, *adueniat regnum tuum* qui quotidie proficere debemus, ſanctioreſque ſuperа Dei gratia euadere. Quærendum ſemper Dei regnum, ac ſi adhuc in nos non aduenisset.

Paulatim Dei regnum aduenit, nec ſtatim totam poſſidet mentem, totum obtinet hominem; vt diſceremus pedetentim, & per quoſdam gradus ad ſanctitatis culmen pergere nos debere. Præcipitio proximus eſt, qui non aſcendere nititur, ſed volare.

SECTIO IV.

Diuinæ voluntati vt Angeli obtemperemus. 438
Perficere diuinam voluntatem non noſtri ſtudij tantùm, ſed maximè Dei gratia eſt. 438
Omnium ſalus nobis curа ſit, dum oramus. 438
Orantis voluntas immigret in diuinam. 439
Dei voluntatem à nobis fieri, quàm ingentia bona claudat. 439
Ad hoc viuimus vt diuina voluntas in nobis impleatur. 440
Ex rerum terrenarum affectu maxima peccatorum pars proficiſcitur. 440
Noſtra nomine noſtra eſſe videntur, cum auferri facile poſſint. 441
Nobis non alendis canibus panis petendus. 441
Vt a Deo paſcamur, alieno abſtinendum. 441
Humanæ vitæ incertitudo. 442
Panis mortis memoriam excitat. 442
Sacram Euchariſtiam quiſque recipiat ac ſi ſtatim è vita migraturus eſſet. 443
Temperantia in cibis vt commendata. 444
Pecuniæ amorem vt à nobis amoueat Chriſtus. 444
Quanti referat, beneficia à Dei manu accipere & in illum referre. 445
Peccata cur debita *dicantur.* 446
Aſſiduè aliena peccata condonanda. 446
Homo innocentiæ ac ſanctitatis ſuæ adſcribat, quòd à Deo poſtulata accipiat. 447
De veniâ etiam poſt accepta beneficia nullus deſperet. 447
Ad peccatum ſollicitari grauiſſima tentatio. 448
Peccatum malorum omnium origo & fons. 448
Dæmon cunctorum nobis caput & cauſa malorum. 448

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terrâ.

Tunc Dei voluntas in terrâ fit, ſicut in cœlo, 438.
cum homines Deo obediunt, ſicut Angeli; vt nempè ad nutum Diuinæ voluntati obtemperemus.

Vide, quemadmodum humilitatem doceat; *fiat*, inquit, *voluntas tua*: oſtendens, quòd iſtuc perficere, non noſtri ſit ſtudij tantùm, ſed maximè Dei gratiæ.

Non dixit, *fiat in me*, vel *in nobis voluntas tua*; ſed abſolutè, *fiat*: ſcilicet vbique terrarum vt omnium curam quilibet orationem fundēs ſuſciperet ſic enim terra in Cœlum quodammodo verteтur & in Angelorum naturā natura migrabit humana.

Fiat voluntas tua, Hoc petimus, vt voluntas 439.
omnis noſtra immigret in diuinam; vt non ſolùm voluntatem noſtram diuinæ accommodemus; ſed vt diuina ſola in nobis fiat, in nobis perficiatur.

Fiat voluntas tua; quàm multa, quàm magna bona, quàm ingentes continent theſauros pauca hæc verba, exigua hæc ſententia? Præſtat hîc innectere Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui hanc ſententiam ita efferebat, ita explicabat: *Omnium noſtrarum hæc ſit concluſio petitionum; Fiat voluntas tua. Huiuſmodi oratio paucis comprehenditur ſyllabis, & multis eſt decorata ſententiis. Honoratur enim Dei bonitas, iuſtificatur eius voluntas, charitas prædicatur, aduocatur ſapientia, & poteſtas extollitur; noſtrum quoque ſubiicitur velle, illuminatur ignorantia, roboratur fides, ſpes non confunditur, oratio non repellitur, & poſtulatio exauditur. Prudenter namque iudicio ſe committit alieno, qui, ſibi pro ſe non ſufficere, minimè ignorat alienus à iudicio eſſe videtur, qui alieno ſe iudicio committere deuitat.*

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Hactenus ea precati, quæ ad Dei gloriam ſpe- 440.
ctant, nunc ea humiliter petimus, quæ, dum hic ſumus, vitamque hanc miſeriis plenam degimus, nobis neceſſaria ſunt. Scitè poſtquam dixerat: *fiat voluntas tua, ſicut in Cœlo, & in terrâ*, ſtatim ea iubemur peti, quibus vita ſuſtentatur; vt colligeremus ab hoc nexu, ob id tantum nos viuere, vitamque producere, vt Diuina voluntas in nobis impleatur. Hoc nempè vera vita eſt, cum Dei voluntas adimpletur in nobis.

Panis nomine, omnibus cibus neceſſarius intelligitur. Sed, cur corporis curam, animæ curæ præpoſuit, poſtea de peccatorum remiſſione agens? An panem dum docet petere, non tàm carnis quàm animæ curam habet? Exſcindit enim multorum peccatorum cauſam, & originem; nam ex terrenorum affectu maxima peccatorum pars proficiſcitur.

Panem, inquit, *noſtrum da nobis*: ſi noſter, quo- 441.
modo eum dari nobis rurſus petimus? An *noſtrum* dicitur, quia nobis neceſſarius? Quid? Noſter eſt, quia habemus; ſed petere debemus, ac ſi noſter non eſſet, cum eo carere ſtatim, ſi Deus manum

ſubtrahat,

ſubtrahat, poſſimus. Nempè noſtra minimè noſtra ſunt,& quæ videmur habere non habemus. *Da nobis :* Signatè, *nobis*, non canibus, ac ſimilibus ; dedecet enim brutis alendis conſumi, quod hominibus exhibetur, pro hominibus petitur.

Panem noſtrum : Qui ſcilicet nobis communi Dei prouidentiâ debetur. Simul ex hoc verbo colligere licet ; ſi à Deo paſci cupimus, alieno eſſe abſtinendum, nihil furto, aut rapina, fraudeque comparandum.

442. Nec nudè panem petimus, ſed hodie nominamus : *Da nobis hodie.* Cur hodie, non cras? An, quia de craſtino ſoliciti eſſe non debemus? craſtinus enim dies ſolicitus eſt ſibi ipſi. An, vt ita humanæ vitæ inſinuetur incertitudo? quia quid craſtinus pariat dies ignoramus, neſcimuſque an craſtinum viſuri ſimus diem : ſcilicet mortalitatis noſtræ monemur, vt vitæ huius abeuntis incertitudinem conſideremus.

Quid? Panis coquitur, cineri adhæret, qui mortalitatis nos admonet, mortis memoriam ingerit: nutrit ergo panis dum editur, vitamque producit; ſed mortis memoriam excitat, dum cineri inogitur.

443. Poteſt de cæleſti Euchariſtico pane hæc ſentẽtia exponi, ſicut expoſita à ſanctis Patribus fuit. Iure quoque hunc petere iubemur panem, ſed hodie tantùm ; vt illum, tanquam viaticum, panem & iam iam morituri recipiamus. Bonus hic apparatus, vt vnuſquiſque Angelorum recipiat panem, ac ſi ſtatim è vita migraturus eſſet, & ad perpetuum diem peruenturus.

444. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè* ; panis quotidiani nomine enim temperantiam, mediocritatemque ſuadet ; auctor ſub nomine Chryſoſtomi ; *ſi in vno conuiuio tantùm expendas, quantum pluribus ſufficere poterat, iam non quotidianum cibum manducas, ſed multorum dierum*, atque à Deo quotidianum panem petere non potes.

Panem iubemur petere, non pecuniam, non aurum, & argentum, quæ temporalium bonorum fundamenta; ſcilicet amat Deus pecuniam non amari; cupit negligi, tanquam multorum malorum cauſam ; ſatis eſt ſi neceſſaria quærantur.

445. *Panem noſtrum da nobis* ; noſter panis eſt, cum illum apud nos paratum habemus ; ſed cur prætérea petimus nobis à Deo dari. Vt, dum datur à Deo, ſanctificetur ; *vt ſi laicus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *offerat panem Sacerdoti, vt Sacerdos eum accipiens ſanctificet, & porrigat ei, quod enim panis eſt offerimus, quod autem ſanctificatur, beneficium Sacerdotis eſt* ; tantum refert beneficia à benefica Dei manu accipere, & in illum referre, vt ſacra & ſanctificata fiant ; ſicut & panis in laici manu communis eſt, in ſacerdotis manu conſecratur ita & beneficia Dei, ſi Deo accepta referantur, & gratiarum actione excipiantur quodammodo ſacrificantur, & ſancta redduntur.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

446. DEbita *noſtrà : peccata* dixit Sanctus Lucas. Peccata debita vocantur ; quòd illis tanquam ære alieno conſtricti teneamur Deo ; quòd debitores nos faciant iniuriæ reparandæ, quam Deo irrogamus Diuinæ legis violatione.

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris : Hac nos conditione, & ſponſione conſtrinxit ; vt, ſi noſtris in Deum peccatis veniam impetrare volumus, aliorum in nos peccatis ignoſcamus : &, ne aliquando aſſiduè condonando fatigaremur, in quotidiana oratione intextum eſt, vt, quod quotidie à Deo petimus pro quotidianis peccatis, id quotidie erga proximos noſtros præſtare non detrectemus.

Dimitte nobis debita noſtra ; Poſt bonorum, quæ præmiſſa, poſtulationem, dimitti nobis noſtra delicta ſtatim poſcimus ; ne quis innocentiæ, ac ſanctitati aſcribat, ſi bona quæ poſtulauerat, accipiat ; nemo de ſe præſumat, diuinæ munificentiæ tribuat, quod à Deo accipit, non ſuis meritis. 447.

Vide hic Dei bonitatem ; poſt dona exhibita, & exhibenda, adhuc peccantibus veniam pollicetur, cum ad petendam vrget ; aliquis exiſtimare poterat veniâ indignos eſſe, qui Dei donis cumulati Deum offendunt ; ne igitur de venia, etiam poſt beneficia, deſperaremus, ad veniam poſt beneficia nos inuitat, dum petere nos iubet, vt nobis noſtra peccata dimittantur.

Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

ET *ne nos inducas :* S. Auguſtinus, *ne nos inferas*, quod ad Græcam vocem propiùs accedere videtur ; eſt enim Græcè *εἰσενέγκῃς*, ſed tantundem valet ac, *inducas.* Addit, *in tentationem :* non explicat in quam, ſed intelligitur de eâ, qua ad peccatum ſolicitamur : quælibet alia præ iſta tentationis nomen non meretur. 448.

Sed libera nos à malo. Græcè, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ : per *malum* intelligi peccatum poteſt, quod ſummum malorum omnium eſt adeò, vt *κατ' ἀντονομασίαν* malum dicatur, & vix alia, mala dici queant, ſi peccato comparentur. Præterea malum dicitur peccatum, quia omnium malorum fons, & origo eſt.

Denique malus *κατ' ἐξοχὴν* diabolus dicitur propter exceſſum malitiæ, & quia cunctorum nobis caput, & cauſa malorum eſt. Et pulchrè ſic ille in fine oppoſitus eſt cæleſti Patri, à quo exorta oratio eſt.

SECTIO V.

Ieiunium orationis ala. 449
Abſtinentia cæterarum virtutum velut fundamentum. 449
Perſtricti qui ieiunium ſimulant quàm non ieiunent. 449
Εὐσχήμονες qui dicantur. 450
Peccatum à ieiunio abſit, Angelus quidam ſit qui ieiunat. 450
Perſtricti, qui vultu ieiunium fingunt. 451
Lætitia tempus cum caro abſtinentia premitur. 452.
Diem feſtum ſe agere exiſtimet, qui ieiunat. 452
Proſperitatem abſtinentia portendit. 453
Fletus pœnitentibus dulcis. Expenſus Ioel. 453
Ieiunium animæ cibus, eo anima deliciatur. 454
Qui ieiunat Dei tabernaculum & arca ſit, diuinam legem ſeruet, & manna. 455
Ieiunans de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem Deo mactet. 455
Regium induat animum qui ieiunat, affectibus imperet. 456
Ieiunij cultor futura cogitet præſentium oblitus. 456
Vitari in ieiunio iactantia debet. 457
Ieiunium ſanctæ eleemoſynæ vbertate pingueſcat. 457

Cum

Cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.

449. POſt orationem ieiunij meminit; quia orationis ala ieiunium eſt, & infirma ſine abſtinentiâ oratio eſt

Pende loquendi modum: *Cum ieiunatis* inquit: non præcipit ieiunium, ſed ſupponit; cæterarum quippè virtutum initium, ac veluti fundamentum abſtinentia eſt.

Arguit Chriſtus eos, qui, cum ieiunant, triſtem exhibent faciem, vt hominibus appareant ieiunantes. Quanto iniquiores erunt, qui cum non ieiunent ſimulant tamen?

450. *Nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.* Syrus *atrati.* Pagninus, *vultu mæſto.* Vatablus. *Tetrici.* Græcè eſt vox σκυθρωποὶ, quæ ſignificat etiam moleſtum eſſe: ferè enim vultuoſi, triſtes, ac ſeueri, aliis ſuâ triſtitiâ, ac ſeueritate moleſtiam creant, quâ nec ipſi carent.

In ieiunio triſtia ſimulanda non eſt, ſed veræ triſtitiæ cauſa minùs fouenda; peccatum ſcilicet, quod triſtes reddit, quos poſſidet. Cum ieiunamus igitur nec triſtes ſicut hypocritæ appareamus, nec verè ſicut peccatores ſimus. *Ieiunium Angelorum cibus* Sancto Athanaſio lib. de Virg. dicitur: Angelorum ergo vitam æmuletur, qui ieiunat, & humanus quidam Angelus ſit verus abſtinentiæ cultor.

451. *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes;* prodere faciei pallore triſtiorique vultu ieiunium non debet, qui ieiunat; quàm à Chriſti mente illi abeunt, qui nec verè ieiunant, & vultu ieiunium fingunt; Iure in eos inuehitur auctor ſub nomine Chryſoſtomi; *Si ergo qui ieiunat, & triſtem ſe facit, hypocrita eſt, quanto magis iniquior eſt, qui non ieiunat, ſed argumentis quibuſdam in facie ſuâ pingit, venalem pallorem, quaſi ieiunij ſignum.* Pleroſque auctor ieiunium olim ſimulaſſe tradit, & dolet verus Chryſoſtomus, *Gemere,* inquit, *prorſus hoc loco, & amarum quidem immergere nos conuenit. Non ſolum enim hypocritas imitamur, ſed illos quoque ſimulatione ipſa ſuperauimus. Noui enim pleroſque non non ieiunantes modo, idque idipſum omnibus oſtentantes, ſed non ieiunantes quoque & perſonam ſibi ieiunantium nihilominus induentes;* non operit ſe ieiunio, quod præſtabat Dauid, qui ieiunij perſonam geſtat, nec ieiunat.

Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.

452. IDeſt lætum te oſtende, triſtitiam ne finge. Palæſtini in diebus feſtis in lætitiæ ſignum ſolent capita vngere, ad quem morem Chriſtus in his verbis reſpicit, Nempè lætitiæ tempus eſt, cum caro abſtinentiâ premitur: animus enim gaudio diffunditur, cum caro parſimoniâ coarctatur.

Qui ieiunat, caput ſuum vngat, hoc eſt diem feſtum ſe agere exiſtimet: feſtus ſanè dies eſt, cum ſpiritus carnem ſibi ſubiicit, deque eâ, tanquam de ſæuo hoſte, triumphum agit.

453. Orientales in lætitia, & in rebus proſperis vngebantur, vt ex ſacris litteris conſtat: ergo, cum, caput vngi in ieiunio, iubet Chriſtus, indicat proſpera omnia in ieiunio futura, & proſperitatem abſtinentiam comitari.

Sed quî vngi caput in lætitiæ argumentum iubet Chriſtus, dum ieiunamus? cum Ioël, cuius verba legit in quadrageſimæ initio Eccleſia dicat: *Et nunc hæc dicit Dominus conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu.* Quæ lætitiæ cum fletu connexio? Magna: nam fletus ipſe dulcis pœnitentibus eſt, veræ ſolidæque lætitiæ cauſa.

In ieiunio vngi caput iubet, metaphorâ ſumptâ 454.
ab antiquo more, quo ad lautum, diueſque conuiuium ſe vnctione parabant; quod ſolemne, vt aliqui notauere, Palæſtinis. Hinc illud Regij Prophetæ: *Paraſti in conſpectu meo menſam* (vnctionem, Pſal. 22. 5. 6.
tanquam diſpoſitionem nectit) *impinguaſti in oleo caput meum.* Et Chriſtus ipſe tangit Phariſæum, quòd conuiuio ab hoc excepto eius caput non vnxerit, quod præſtitit Magdalena. Cum igitur vnctio prandentis habitus fuerit; cur iubet Chriſtus caput in ieiunio vngi? An, quia ieiunium animæ cibus eſt, & deliciatur anima cum corpus ieiunat? Scilicet diues conuiuium abſtinentia Dei ſeruis eſt. Præterea iubet in ieiunio caput vngi, vt prandentis habitu abſtinentia tegatur, nihilque ad oſtentationem fiat.

Sed vnctio iſta aliud nobis tacitè innuit. Olim 455.
Dei tabernaculum vngebatur, vt ſanctum Deo eſſet Exod. 30. v. 25. & 26. *Facies vnctionis oleum ſan-* Exod. 30. 25. 26.
ctum, vngeſque ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti. Ergò, qui ieiunat, caput ſuum vngat, vt meminerit, ſe Dei tabernaculum eſſe debere, ſpiritualemque arcam, in qua Diuina lex, & manna ſeruetur.

Vngebantur oleo etiam Sacerdotes Exod. 30. Exod. 30 v. 30. Leuit. 16. 32.
v. 30. & Leuit. 16. v. 32. Inungatur & ieiunans; vt diſcat, Dei ſe cultui mancipatum, talemque vitam inſtituere debere, tanquam ſi ſacerdos, Deoque ſacer eſſet: ſacerdotis munus quodammodo agat, qui ieiunat: de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem ſuam Deo mactet.

Reges quoque vngi olim conſueuerant 1. Reg. 456.
15. v. 1. *Vt vngerem te in regem* & 2. Reg. 5. v. 3. *Vn-* 1. Reg 15. 1.
xerunt Dauid regem. Ab vnctione igitur iſtâ diſcat, 2 Reg 5. 3.
qui ieiunat, regium induere animum, affectibus ſuis dominari. Verus ille rex, qui ſui imperium habet, nec vitiis infeliciter ſeruit.

Etiam Prophetæ oleo inungebantur: ſic Elias 3 Reg. 19.
Eliſæum vnxit in Prophetam, 3. Reg. 19. Ergo, qui ieiunat, oleo vngitur; quia non verbis tantùm, ſed toto corpore prænuntiat vitam futuram, pro qua vitæ præſentis bona contemnit. Propheta quodammodo eſt, quia futura cogitat, præſentium ferè oblitus.

Vnge caput tuum; non carnis illecebras tuetur, ſed vitari in ieiunio iactantiam docet bonus humilitatis magiſter; Pulchrè Beatus Petrus Chryſologus; *cum dicit,* inquit, *vnge caput tuum, & faciem tuam laua: non vt coma capitis illecebroſo redundet vnguento, ſerius magiſter iniungit: neque faciem niteſcere ſolito vult lauacro: ſed habitu prandentis vult celare ieiunium Chriſtiano; quia Chriſtianum venditare non vult artifici mœrore ieiunium.* Ieiunii vim imminuit, aut penitùs tollit, qui ieiunium ſuum iactat, & oſtentat; pulchrior ieiunij facies videtur, cùm non videtur ieiunium.

Vnctio iſta capitis beneficentiam quoque commendat, quæ oleo ſolet comparari. *Vngit reuerâ,* inquit Sanctus Maximus, *omnis deuotus caput ſuum, cum religioſum ieiunium ſancta eleemoſyna vbertate pingueſcit;* ſqualidum ieiunium eſt, ſi eleemoſinæ pinguedine ſit deſtitutum.

***

SECTIO

SECTIO VI.

Inanis gloria diuitias facit concupiſcere. 458
Ieiunium diuitiarum contemptus comitetur. 458
Abſtinentiam eleemoſyna animet. 459
Inanem gloriam vitet, qui terrenarum rerum amore non vult tangi. 459
Vbi dilectionis theſaurus, ibi & cor. 460
Diues ferè diuitiarum ſeruus. 461
Amorem obſequium prodit. 461
Dei obſequium diuitiæ non impediunt, ſi diuitiis quis vtatur in obſequium Dei. 462.
Diuitiis dæmon vtitur ad incautos decipiendos 462
Nimis circa terrena non laborandum. 463
Cibus obiter ſumendus, & diuinis laudibus vacandum dum ſumitur. 463
Omnem ſollicitudinem exonere debemus, maximè inter calumnias, & perſecutorum ſpinas. Cautiorum locus expenſus. 464
Anima decor vni Deo acceptus referendus. 465
Veſtitus cura tangi nullus debet. 465
Extima veſtium pulchritudo depretianda. 466
Qui ſuperfluo veſtium laborant luxu ignem exſpectent. 466
Studium in veſtitus elegantia vt coerceat Chriſtus. 466
Cibi & potûs veſtimentorumque ſuperfluitas præcidenda. 467
Difficilè rerum terrenarum ſolicitudo euelli à mentis humo poteſt. 467
Nec regnum Cœlorum nimia anxietate quærendum, ſed quietè. 468
Ζητεῖν quid. Cœlum ingenti affectu quærendum. 468
Regna terrena vix regni nomen merentur. 468
Vitæ incertitudo terrenorum ſollicitudinem auferat. 469
Μεριμνᾷν à quo deriuetur. 469
Terrenorum ſolicitudo mentem, animumque diſcerpit, & diſcindit. 469
Μετεωρίζεσθαι quid. De terrenis ſicut de cœleſtibus non cogitandum. 469
Vel tempus ipſum de ſuperflua illi impoſita afflictione contra nos inclamat. 469

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.

458. EXpulſo inanis gloriæ veneno, quod mentem, opuſque omne inficit, contemnendas terrenas diuitias Dominus ſuadet, quas illa maximè facit concupiſcere. Ab inanis gloriæ amore liber, facilè terrenas diuitias ſpernit, alioquin in terrà theſaurizat ſibi theſauros qui inanis gloriæ vanitatem cordis theſauro condiderit.

Poſt ieiunium de diuitiarum neglectu agit; quia non ſatis à cibis abſtinere, niſi & terrenarum rerum amorem exuamus. Diuitias ſpernendas poſt ieiunium monet, ne aliquis à cibis ad augendas diuitias abſtineat; nam auaritiæ, non religionis hoc ieiunium eſſet.

459. Commendato ieiunio eleemoſynam ſuadet; ieiunium quippè deficit, quod eleemoſyna non firmat: moritur abſtinentia, quam miſeratio non operit, imo & animat.

Nolite theſauriſare; poſtquam medicam inani gloriæ manum admouerat, ad rerum terrenarum contemptum nos vocat; quarum amorem; ac cupiditatem gloriæ cupiditas accendit; hunc horum monitorum nexum expendebat his verbis ad hæc verba Sanctus Chryſoſtomus: *Quia enim inanis gloriæ morbum fugaras, facilè in contemptum habendi & mundi conſequenter inducit. Nihil quippe ita ad amorem diuitiarum, vt gloriæ cupiditas inflammat*; vt videatur inaniter laborare, qui inanem gloriam non excindit, diuitiarum cupiditati vt occurrat.

Vbi enim eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum.

VBi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum; cor theſaurum ſequitur eòque mens rapitur, quò eam theſaurus trahit; pulchrè hæc verba exponebat Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Neceſſe eſt, ô homo, vt quò præceſſerit dilectionis theſaurus tuus, ibi illuc ſequatur etiam cogitationis affectus. Ideo veritas ait. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Vt ergo cœlis theſaurizemus, cœleſtia diligamus. Vis noſſe vbi theſaurizas? attende, quid amas: vis noſſe quid amas, attende quid cogitas. Ita fit vt theſaurum tuum ex tuo amore cognoſcas, & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. In terrâ, terrenorum acquiſitione, qui theſaurizat, non theſaurum acquirit, ſed perdit.* 460.

Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit; & alterum diliget.

SIc ferè contingit, vt diues diuitiarum ſit ſeruus, nam opibus, ſicut domino, ſeruit. Non ait, *nemo poteſt duos Dominos habere; ſed duobus ſeruire*; quia habere diuitias poſſumus & Deo ſeruire: non autem ſeruire ſimul diuitiis, & Deo. 461.

A ſeruitute ad dilectionem, odiumque tranſit; nam, qui Dominum diligit, obſequij promptitudine dilectionem ſuam oſtendit; ſicut qui odit odium obſequendi difficultate prodit.

Deo ſeruire, & Mammonæ; aliud eſt habere diuitias, aliud diuitiis deſeruire; Dei obſequium diuitiæ non impediunt; ſi diuitiis quis vtatur in Dei obſequium, non ſeruiat verò diuitiis; *Quomodo Abraham*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *quomodo etiam Iacob placuerunt Deo? at noli eis mihi contra hanc ſententiam proferre diuites ſed diuitiis ſeruientes; alioquin etiam Iob erat quidem diues, non tamen pecuniæ ſeruiebat, ſed diuitias habebat, eiſque vt congruis imperabat, nec erat profectò famulus earum, ſed Dominus.* Seruire tibi diuitiæ debent non tu ſeruire diuitiis. 462.

Et Mammonæ; hoc nomen etiam dæmonis eſſe aliqui affirmant; *quaſi*, inquit Sanctus Paſchaſius, *qui diuitiis præſit huius ſæculi non quòd in eius ditione ſint; ſed quia iis vtitur ad decipiendum, dum incautos diuitiarum irretit laqueis.* Diuitiis dæmon præſidet, quia diuitiarum obiectu homines fallit.

Reſpicite volatilia Cœli.

CVr aues reſpiciendas monuit, & non alia animalia, quæ in terris degunt? Quia cum in ſublimi aere verſentur longius à cibo abſunt, & tamen Deus paſcit illas. Terreſtria animalia plus in quærendo, & recondendo cibo induſtriæ adhibent; tacitè igitur nos edocet, ne nimis circa terrena, ac peritura laborioſi ſimus, & induſtrij; tunc enim magis Dei prouidentia apparebit; vbi minùs prouidi nos fuerimus. 463.

Cœli auiculas ſpectare nos iubet, non leones, vrſos, elephantes, & ſimilia, ſed animalium minima quæ cantui ferè vacant, & veluti obiter ci-

bum

bum ſumunt; vt ab illis nos diſceremus, Dei laudibus concinendis vacare, & cibum tanquam aliud agentes ſumere, & laudes cum cibo miſcere, quod auiculæ actitare ſolent, dum comedentes canunt.

Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt; non laborant neque nent.

464. LIlia nos conſiderare hîc admonet, quæ neque laborant, neque nent, & tamen adeò pulchrè à Deo veſtiuntur. Hinc laudatur in ſacro epithalamio ſponſa, ac lilio comparatur: *Sicut lilium inter*
Cant.2.2. *ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Cant.2.2. Idcirco lilium à ſponſo ſponſa dicitur, vt, quæ neque neat, neque texat, ſed omnem ſolicitudinem in ſponſum reiiciat, vt ab ipſo veſtiatur, & nutriatur. Signatè lilium inter ſpinas; quia inter calumniatores & perſecutores, qui eam, veluti ſpinæ pungunt, ipſa ſui, & iniuriarum veluti oblita, ſpem ſuam in ſponſum iacit, ad modum lilij ſe habet, Deo ſuo ſui curam committens.

465. *Conſiderate lilia* agri: Græcè, *καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, animaduertite lilia agri*: ſignatè *agri*, non *hortenſia*; hæc enim aliquid, humanæ curæ debere videntur: lilia, quæ inagris, omnem ſuam pulchritudinem, ac decorem acceptum vni Deo referunt: etiam animæ decor vni Deo receptus referatur.

Conſiderate lilia. Cur non ea auibus pauonem nobis propoſuit, aut cygnum, vel ea pecoribus agnum? Ad herbarum vilitatem ſe contulit, vt magis Patris cæleſtis prouidentiam exaggeraret, qui herbas citò perituras tanto veſtit decore, tantâ pulchritudine: minùs exquiſitæ veſtis ambitum depretiaret, ſi eis animalia præponeret; præpoſuit inſenſibilia, vt minus veſtitûs curâ tangeremur.

466. Sed pende, quod poſtea dicit: *ſi autem fœnum agri*: Lilia agri fœnum vocat: Ita ne lilia in fœnum verſa? Minimè. Cur igitur, quæ lilia dixerat, nunc fœnum appellat? Vt omnis pulchritudo nobis vileſceret, neue, quia liliorum veſtem, candoremque laudauit, magnum aliquid hoc eſſe putaremus, & dignum, quod veſtium paratura exprimeremus.

Addit: *ſi autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur.* S.Hilarius aliique, *quod cras in ignem mittitur.* Vides, quò decor omnis, ac pulchritudo abeat! quem finem candor habeat! In ignem mittitur, vt tacitè nos doceret, eis, qui veſtium luxu laborant, & ignem imminere, & flammis vanam hanc culturam puniendam; vnde & di-
Luc.16.19. ues ille in Euangelio, qui *purpurâ & byſſo induebatur*, vltrices tandem flammas miſer ſenſit.

Nec Salomon coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis: Græcè, *περιεβάλετο, amictus, indutus fuit.* Pende, vt omnem mundi gloriam vnico agri flori poſtpoſuerit; vt ita hominum inane ſtudium in veſtitus elegantiá reprimeret, & coërceret.

Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

467. CIbi potus, veſtimentorumque ſuperfluitas tacitè præciditur; Clementis Alexandrini verba ſunt; *Hic hæc particula, quid, cibi varietatem expulit*; non ſunt varia fercula anxiè quærenda, nec ciborum copiâ, ac varietate mens obtuenda.

Inhibet ſolicitudinem, non laborem. Non ait, *nolite laborare*, ſed, *nolite ſoliciti eſſe*: laborare quippè poſſumus, & ſudore victum acquirere, noxiâ verò ſolicitudine corripi non debemus.

Difficilè ſolicitudo rerum terrenarum euelli à mentis humo poteſt, & idcirco tam ſæpè idem vrget Chriſtus; *Nolite*, inquit, *ſoliciti eſſe in craſtinum, Craſtinus enim dies*, verba Ruperti ſunt, *ſolicitus erit ſibi: ſufficit diei malitia ſua. Iam ſemel, & iterum dixeras, Nolite ſoliciti eſſe. Quid adhuc tertiò repetis? niſi quia magnum eſt negotium, quod intendis, & difficilè, valdéque operoſum eſt; euellere de profundo cordis noſtri hanc radicem amaritudinis, radicem cupiditatis?* Infelia mens, quàm nimius habendi amor, nimia rerum cura occupat.

Quærite ergò primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

QVærite, non dixit, *ob regnum Cælorum ſoliciti ſitis*; ſed, *quærite regnum Dei*: quia nec circa 468.
regnum cælorum vult nos dubiam adhibere curam, ſed certam, quæ fidei innitatur. Non vult regnum cælorum à nobis anxiè, & perturbatè quæri, ſed quietè, & ſummâ animi tranquillitate.

Quærite: Græcè, *ζητεῖτε*: verbum, *ζητεῖν*, ſignificat etiam, *velle*, & ingentem voluntatis propenſionem notat: rectè ergo hîc adhibetur, vt diſceremus, regnum cælorum voluntatis actibus quæri, & amorem ad illud nos perducere: quæritur non corporis greſſu, ſed voluntatis affectu.

Regnum Dei: Tertullianus, *regnum*, tantùm habet; ac ſi ſolum Dei regnum regni nomen mereatur: terrena vix regna dici poſſint, cum peritura, caſura ſint: ſolum Dei regnum ſtabile, ac firmum.

Nolite ergò ſoliciti eſſe in craſtinum, craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.

QVid in craſtinum ſit ſolicitus, qui an die cra- 469.
ſtinâ ſit futurus ignorat? Fors præſens hic dies nobis poſtremus erit: non eſt igitur, quòd ſuperuacaneâ anxietate ob terrena, & peritura premamur.

Nolite ſoliciti eſſe: Græcè, *μὴ οὖν μεριμνήσητε, Ne ergò ſoliciti ſitis.* Arias Montanus, *Ne igitur anxiemini. μεριμνᾶν* grammatici deriuant, *ἀπὸ τοῦ μερίζειν τὸν νοῦν*; quod animum, mentemque in varias partes diuidat, & diſcerpat: hoc terrenarum rerum ſolicitudini congruit, quæ mentem in varias partes rapit, ac veluti diſcindit.

Sanctus Lucas eleganter hoc aliter expreſſit, cum dixit: *μὴ μετεωρίζεσθαι, ne ſitis longâ futuri ſolitudine ſuſpenſi*: ſicut mathematici, cum de cælo diſputant: neque de terrenis cogitetis, ſicut ſi de cælo ageretur; hoc enim indicat Græcum verbum: *μετεωρίζομαι*: noſtri hoc eleganti Italiſmo explicant: *Far caſtelli in aria.*

Sufficit diei malitia ſua: id eſt ſua afflictio. Vt eos acriùs increparet, ipſum tempus animauit, & veluti afflictum ab omnibus introduxit; quaſi quòd contra illos de impoſitâ ſibi ſuperfluâ afflictione inclamaret.

Vulgata

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

NOLITE iudicare, vt non iudicemini.

Nolite iudicare. *Syr. Ne iudicaueritis. Caiet. Ne iudicate. Pagn. Ne iudicetis. Al. Nolite condemnare. Auct. Ne damnetis.*
Vt non iudicemini. *Caiet. Et non iudicabimini. Al. Ne condemnemini.*

Verſ. 2.

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis.

In quo. *S. Hil. Quo.*
Iudicaueritis. *Caiet. Iudicatis.*
Iudicabimini. *S. Hier. Iudicabitur de vobis.*
In qua menſurâ. *Orig. Quâ menſurâ.*
Menſi fueritis. *Orig. Metimini.*
Remetietur. *Vat. Menſura dabitur. Caiet. Menſurabitur. Fr. Luc. Viciſſim metietur. Theoph. Metientur. Euthym. Remetientur alij. Orig. Remetientur & alij.*

Verſ. 3.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides.

Quid. *Pagn. Cur.*
Vides. *Ar. M. Intueris. Auct. Spectas. Fr. Luc. Adſpicis.*
Feſtucam. *S. Aug. Stipulam.*
In oculo fratris tui. *Syr. Qua eſt in oculo fratris tui.*
Et trabem. *Ar. M. At trabem. Syr. Trabem autem.*
Non vides. *Syr. Non animaduertis. Arab. Non perſpicis. Pagn. Non conſideras.*

Verſ. 4.

Aut quomodo dicis fratri tuo: ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo?

Dicis. *Ar. M. Dices.*
Sine. *Auct. Permitte.*
Eiiciam. *Syr. Eruam. Vat. Eximam. Arab. Me eiicere. Auct. Expellam.*
De oculo tuo. *Theoph. Oculi tui. Al. Ex oculo tuo.*
Trabs eſt. *Orig. Trabs ſubiacet.*

Verſ. 5.

Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

Hypocrita. *Syr. Acceptor vultus. Hier. M. ex Syr. Simulator faciei.*
Primùm. *Pagn. Prius.*
Videbis. *Pagn. Proſpicies. Ar. M. Intueberis. Auct. Deſpicies. Fr. Luc. Perſpicies.*
Eiicere. *Syr. Ad educendam. Al. Vt eximas. Auct. Vt expellas.*
De oculo. *Fr. Luc. Ex oculo.*

Verſ. 6.

Nolite dare ſanctum canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos.

Nolite dare. *Orig. Nolite mittere. Pagn. Ne detis. Syr. Ne dederitis.*
Sanctum. *Vat. Quod ſanctum eſt. Fr. Lu. Res ſanctas.*
Neque mittatis. *S. Hier. Neque. Miſeritis. Pagn. Ne proieceritis. Vat. Ne Obieceritis. Auct. Ne proiiciatis.*
Margaritas veſtras. *Auct. Vniones veſtras.*
Ne fortè. *Fr. Luc. Ne quando.*
Conculcent. *Auct. Proculcent.*
Pedibus ſuis. *Ar. M. In pedibus ſuis.*
Et conuerſi. *Pagn. Et illi verſi in vos. Ap. B. Alb. M. Et canes conuerſi.*
Dirumpant. *Syr. Dilacerent. Tert. Euertant. S. Cyp. Elidant. Pagn. Lacerent. Hier. M. ex Syr. Confodiant. Fr. Luc. Lanient. Ar. M. Diſrumpant.*

Verſ. 7.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

Petite. *Clem. Alex. Petite enim. Auct. Efflagitate.*
Quærite. *Clem. Alex. Quærite enim. Auct. Indagate, requirite.*

Verſ. 8.

Omnis enim, qui petit, accipit; & qui

Omnis enim qui petit. *Syr. Quiſquis enim petit. Ar. M. Omnis petens.*

cus Lucas, *Ne buccinandum curaueris.*

Tubæ ſonitu paupetes ad locum eleemoſynæ conuocabantur: rem non improbat Dominus, ſed abuſum, captandæ enim humanæ laudis causâ id actitabant. Probè res inſtituta erat, ne egenus quiſpiam beneficio excluderetur, neue pauperes huc illuc vagarentur, & moleſtiam eleemoſynam erogantibus afferrent. Sed hypocritæ, & iactantiæ mancipia hôc more abutebantur, illum ſeruantes, vt ab hominibus honoris, & laudis auram aucuparentur.

Tuba, belli ſignum eſt, vnde tubis ad bellum
Num 10. conuocabantur. Num. 10. Bellum infert ſibi, ſui hoſtis, & ſæuus eſt, qui in bonis operibus humanæ laudi litat, ſuam gloriam quærit: in ſe ipſum, & in actiones ſuas arietat, qui inanem hominum laudem in ſuis operibus quærit.

414. Extremo præibit iudicio tuba, vt Apoſtolus
1. Cor. 15. 52. monet 1. Cor. 15. verſ. 52. ergo eleemoſyna, quæ ab irâ Dei eximere nos debet (ait quippe Chriſtus: *Venite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare:*
Matth. 25. 34 & 35. *ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* Matth. 25.) ob inanem gloriam facta, Dei iudicium prouocat; & tuba iſta, qua humanæ gloriæ litantes, pauperes aduocant, nos ante Dei tribunal ſtantes condemnabit.

Monet propheta regius, vt Deum in voce tubæ
Pſal. 150. laudemus, Pſal. 150. verſ. 3. *Laudate*, inquit, *eum in ſono tubæ.* Tubæ ſonitu abutitur, qui laudem ſuam tubæ ſonitu quærit, nec Deum laudat, ſed ab aliis laudari appetit.

415. Rectè tubâ canit tum in eleemoſynâ erogandâ, tum in aliis operibus perficiendis, qui Dei ſolius gloriam quærit, Angelicamque puritatem æmulatur. Tubâ canere Angelorum videtur munus. Apoc.
Apoc 8. 6. 7. 8. verſ. 6. *Angeli, qui habent ſeptem tubas.* & verſ. 7. *primus Angelus tubâ cecinit*, Et cap. 11. verſ. 15. *ſeptimus Angelus tubâ cecinit.* Angelum ergo refer, cum eleemoſynam facis, aliaque opera; & tunc grandiorem vocem emittes, quàm ſi tubâ caneres.

Vt honorificentur: S. Cyprianus, *vt clarificentur.* Pagninus, *vt glorificentur.* Vatablus, *vt gloriâ extollantur.* Nos, *vt celebrentur.* Græcè eſt, *ὅπως δοξασθῶσιν:* quod verbum non ſolùm ſignificat *celebrare*, & *honorare*, ſed etiam *opinari.* Vt tacitè nobis inſinuaretur, gloriam, & honorem, quem ab hominibus aucupamur, nudam inanemque opinionem eſſe, nihil ſolidi firmique habere, niſi virtuti innitatur, & in laudis auctorem Deum referatur.

416. *Receperunt mercedem ſuam.* Sanctus Cyprianus legit, *compleuerunt.* Pagninus, *recipiunt.* Vatablus, *abſtulerunt.* Alius, *habent.* Nos, *obtinent.* In Græco eſt, *ἀπέχουσι*: verbum, *ἀπέχω*, non ſolùm ſignificat *recipere*, ſed primariò, *fugere, diſtare* ab aliquo: cohærent hîc hæ duæ notiones tàm diuerſæ; nam, qui hominum laudes, veluti bonorum operum mercedem recipit, dum recipere ſe putat, amittit, & à gloriâ fugit, quam ſequitur. Nimirum nullus adeò à verâ laude diſtat, quàm, qui eam bonis operibus exculpere ab hominibus ſtudet.

Hoc idem verbum ſignificat etiam *aberrare.* Scilicet toto aberrat cælo, qui labores ſuos, ſuaque opera inani laudi ſacrat; verâ quippe laude carebit, quia inanem recipit.

417. Denique, *ἀπέχειν*, eſt recipere veluti reditum ex aruis; ac ſi hypocritarum labor huc tendat vt ex ſuis operibus, veluti ex agris; laudis fructus colligant, & ſuis ſudoribus inanem gloriam, veluti inanes, vacuaſque ſpicas, demetant. Quis tam fatuus, vt ingenti ſolicitudine agrum excolat, nihil aliud demeſſurus quàm paleas, vacuaſque frumento ſpicas? Hoc præſtat inanis gloriæ cupidus, & qui à ſuis operibus nihil aliud expectat, expetitque, quàm plauſus, laudiſque paleas. Proh quàm demens, deliruſque, qui ex operum aruis nil aliud percipit, quàm humanæ gloriæ tribulos, & ſpinas!

Receperunt mercedem ſuam. Suam, non eam, quam illis Deus parauerat. Mercedem ſuam Deus cum eâ, quæ ab hominibus quæritur, non commiſcet; vult quippè ſua præmia magni fieri Deus, & cætera quæcunque præ illis deſpici, ac ne reſpici quidem.

Te autem faciente eleemoſinam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

Quid ſi dexteræ opus ſciat ſiniſtra? hærebit 418.
fors otioſa, hoc vno contenta, quod operata manus dextera ſit; ne igitur aliqua ſui parte homo torpeat, ignorare quid dextera agat, ſiniſtra debet; Pulchrè Galfridus. *Quid eſt neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, niſi propterea non vacet ipſa?* vacaret fors, ſi ſciret. Ita dextera operetur, vt otium non inferat ſiniſtræ.

Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua; omnia quæcunque agimus ſpectare tantùm cœlum debent, vitámque æternam. *Dextera noſtra* ait Sanctus Auguſtinus, *eſt vita æterna; ſiniſtra noſtra eſt vita temporalis. Si charitati vitæ æternæ in operibus tuis miſcueris concupiſcentiam vitæ temporalis, aut laudis humanæ, aut alicuius commodi ſæcularis, cognouit ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Siniſtrum opus eſt, ſi dexteræ opus cognoſcat hæc ſiniſtra; idem ſanctus Pater alibi rem eamdem verſat hiſce verbis: Hoc documento inſinuans, quia eleemoſinam, & omne opus miſericordiæ, quod facimus, non venando laudes hominum, ſed propter intentionem vitæ æternæ, quæ per dexteram ſignificatur, *facere admonemur.* Suæ venationis præda fit, qui, vt hominum venetur laudes, videri ab hominibus ſtudet, quæ agit.

SECTIO II.

Ineptus orationi ſternenda, qui terrenorum amore tenetur. 419
Eleemoſyna orationis preparatio. 419
Qui orat paratum ſe ad omnia Dei præcepta adimplenda præbeat. 420
Orationis & Legis nexus. 420
In angulis platearum cur orarent hypocritæ. 421
Φανῆναι quid. Qui apparere ſtudet vt laudetur ab hominibus veluti fiſco bona ſua addicit. 421
Humanæ laudis merces tunc perditur cùm recipitur. 421
Προσεύχειν quid ſignificet. Oratio attentè fundatur. 422
Oratio ieiunium, ac eleemoſynam ſocias deſiderat. 422
Orantium cor vnum & vna fides fidus ſit. 423
Plurimi fieri dona ſua Deus vult. 424
Deo familiares, purique euadimus in oratione. 424
Orationem fuſurus omnia quæ infra Deum excludat. 425
Ταμεῖον quid. Oratio diues theſaurus. 425
In oratione leuium cogitationum palea reiicienda. 426
Oratio à Dei ira nos eximit. Iſaiæ locus. 426
A rerum externarum amore ſe ſubducat ſpiritualia cogitaturus. 426

In Oratio

Oratio producenda. 426
Βλέπειν quid. Orationem fundens iucundum Deo ſpectaculum præbet. 427
Qui orat Deum, Deum ferè obſtringit, vt poſtulatis annuat. 427
Βαττολογεῖν quid. In loquendo verborum effuſio vitanda. 428
Fiducia in oratione habenda. 428
Suorum orationibus Deus attendit, ac ſi aliud non ageret. 428
Solus Deus in oratione quærendus. 429
In oratione quæ loquacitas probanda, quæ improbanda. 429
Quàm celeriter Deus orantis poſtulata exaudiat. 430

Et cum oratis, non eritis, ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.

419. AB eleemoſyna ad orationem tranſit: rectus ordo, nec myſterio viduus; nam, qui opes, diuitiaſque ita amat, vt tribuere pauperibus nolit, ineptus ſternendæ orationi eſt, quæ animum à terrenorum amore purgatum, ac ſolutum poſcit.

Eleemoſyna orationis præparatio eſt; dat enim animæ confidentiam, vt a Deo poſtulare cæleſtia poſſit; vnde, qui terrena, ac peritura Dei amore pauperibus erogat, petere ab eo non peritura poteſt: itaque poſt eleemoſynam de oratione nos Chriſtus inſtruit.

420. Quod ait, hypocritas in ſynagogis, & angulis
platearum ſtantes orare, ad Iudæorum morem reſpicit; conſueuerant enim Iudæi ſtantes orare, vt
Luc.18.13. apparet ex oratione Phariſæi (Luc.18.verſ.13.) qui
ſtans apud ſe orabat. Hoc autem habitu, vt plerique notauere, orationes fundebant Iudæi, quia
etiam ſtantes legem à Deo acceperunt, Exod. verſ.
Exod. 19.17. 17. *Steterunt ad radices montis.* Hic mos in hoc magnâ laude dignus, ſi idem non modò ſit orantis, & legem accipientis habitus, ſed etiam mens; adeò, vt, qui orat, paratum ſe ad omnia Dei præcepta adimplenda præbeat.

Stat, qui orat, & ſtat, qui legem accipit: vt orationis, & legis nexum colligeremus. Nempè, ſeruare ægrè Dei legem poteſt, qui non orat, nec aptè orationem fundere poteſt, qui Dei legem non ſeruat, vt alterum alteri auxilio ſit.

421. *In angulis platearum:* Cur non in plateis orabant, ſic enim magis hominum oculis patuiſſent? In angulis platearum orabant, vt ſe ab aliorum oculis ſubducere viderentur, ac proinde magis laudarentur: humilitatem ſimulabant humilitatis hoſtes, propterea ſimulationis laruâ ſe veros hypocritas prodebant. Sed fors in angulis orabant, quia ibi maior hominum concurſus.

Vt videantur ab hominibus; Græcè ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, *Vt appareant hominibus:* Verbum φαίνομαι non *apparere* tantùm ſignificat, ſed etiam *ad fiſcum deferre*; vnde τὰ φανέντα *delata bona* dicuntur. Pulchrè hæc notio hîc quoque cohæret; nam, qui inanis gloriæ amore tacti bona opera præſtant, dùm hominibus apparere ſtudent, ſtatim fiſco, vt ita dicam, bona omnia adiiciunt, nudi ipſi remanent, & vacui.

Receperunt mercedem ſuam: Operis mercedem receperunt; quoniam perdiderunt: recepiſſe perdidiſſe fuit; ea quippè merces, quæ in verbis &

laudibus ſita eſt perditur, quando recipitur. Quàm fatuus, qui hac mercede contentus magnos labores ſuſtinet?

Tu autem, cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

CVm oraueris: Græcè, ὅταν προσεύχῃ. *Quum orationem fuderis.* Hoc verbum propriè dicitur de precatione, quæ ad Deum funditur, & attentionem claudit adeò, vt cognationem habeat cum verbo προσέχειν, quod ſignificat, *attendere, intendere, animumque aduertere:* vt nobis inſinuaretur, ab orationis fuſu abire eum, qui licèt corporis habitu orare videatur, mente tamen huc illuc vagatur; &, ſe ante Deum ſtare oblitus animam in varia ſpargit, nec, quid agat, attendit. 422.

Aptè inter eleemoſinam; & ieiunium orationem locat, ac de eâ tractat Chriſtus; quòd illa eleemoſinam, ac ieiunium ſocias deſideret, eiſque velut alis vtatur, quibus euehatur in Cœlum. Hinc illud Angeli ad Tobiam: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſynâ.* Tob.12.v.8. Volare non poteſt his Tob 12.8.
alis deſtituta.

Tu autem cùm oraueris; vnitatis numero vnum alloquitur, vt nouerint qui orant cor vnum omnium eſſe debere; vnam fidem, vnam Eccleſiam, vnam Chriſti charitatem, vnum ſpiritum, quæ orationi neceſſaria; Bene Sanctus Paſchaſius; *ſignificantius*, inquit, *quia vna charitate Chriſti fulcitur, & fide generatur, atque vno Spiritu ſancto regitur, & viuificatur; per vnum vniuerſalitas exprimitur, & ſic omnibus veluti ſoli ſermo diuinus intimatur. Vt per hoc vnus in cunctis, & cuncti in vno ſimul animentur, ex quo maxima communio Eccleſiæ monſtratur. Tu autem*, inquit, *cùm orabis* Optimè cum multis orat, cùm vnus in multis eſt; ex multis vnum coaleſcit ob animorum vnitatem, ac fidei. 423.

Petit Deus, vt oretur; ne ſcilicet vileſcat, quod exhibuerit: vult enim magni ſua dona fieri, & in pretio haberi, ob id & deſideranti dat, & poſtulanti. 424.

Oras, non vt Deum doceas, ſed vt flectas, vt ei familiaris fias, & ſanctitatem iſta tibi familiaritas affricet. Familiaritatem cum vitiis non contrahit, qui per orationem familiaris Deo eſt.

Intra in cubiculum tuum; In abditis locis orare conuenit, vt ſciamus vbique Deum eſſe præſentem, nec ab vllo loco excludi. Oraturus intùs ſe recipiat & vel à ſitu diſcat, externa non quærere, terrena non poſtulare. Anima intùs ſe colligat, intùs claudat, omnia quæ infra Deum excludat; Deum cogitet, quem orat; omnes terrenas ſolicitudines excludat. 425.

Intra in cubiculum tuum: Græcè, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου, *Ingredere in cellam, ſeu conclaue tuum.* Nomen ταμεῖον ſignificat etiam *horreum* & *ærarium*, vbi opes, diuitiæ, ac theſauri reconduntur. Sed nullæ ad eſſe opes referuntur: vbi fundi oratio debet, nullus theſaurus: cur igitur hoc nomen hîc adhibetur? An diues theſaurus ibi eſt, ibi verarum diuitiarum copia, vbi oratio ſternitur ipſa quippè è Cœlo cœleſtes ad nos aduehit opes, non perituras diuitias; ipsâ cœleſtes theſauros obtinemus.

Locus, in quo orationem fuſurus eſt, ταμεῖον, 426.
dicitur, quæ vox horreum etiam notat; vt vel à

nomine diſcas leuium cogitationum paleas in eum non importare, nec eſſe, naſci vè permittere, dum orationem Deo ſternis, quia nec ſecularum paleas à Deo petere debes.

Monetur populus, vt ſe à Dei irâ, quæ imminebat, ſobduceret. Hæc apud Iſaiam cap.26.v.20. habentur: *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te: abſcondere modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio.* Et quis locus à Dei oculis, à Dei irâ eximere populum poterit, cum Deus vbique ſit, & vbique in peccatores ſæuire eius ira queat? Confer hæc Prophetæ verba cum his, quæ expendimus; perſimilia enim ſunt, & lucem aliquam nodo ſoluendo accipies. Intret in ſua cubicula populus, oſtiumque claudat ſuper ſe: vt nempè orationem, ſicuti Chriſtus iubet, fundat, & tunc à Dei indignatione ſe muniet, tutus à Dei vindicta erit; oratio enim ritè ad Deum fuſa, Deum lenit, & miſericordiam flectit.

Intra in cubiculum tuum. Vt rerum externarum terrenarum amore, atque etiam cogitatione, quantum fieri poteſt te ſubducas, vt in ſpiritualia feraris in perennatura; pulchrè ad hæc verba Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Ante orationem animus ab exterioribus ad interiora reuocetur; de hoc admonet Dominus dicens: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum. Ante namque orationem purgandus eſt animus; atque à temporalium rerum cogitationibus reſtringendus; vt pura acie verè, & ſimpliciter ad ſpiritualia dirigatur: quia longè adhuc eſt à Deo, qui in oratione cogitationibus ſeculi fuerit occupatus: Propterea electorum mentes ſi quas in ſe præſentis vitæ cogitationes inueniunt, pœnitentia ardore conſumunt, nec cogitationes ſuas extra ſe dilatari permittunt; ſed eò ſe diſtrictiùs in ſe ipſos colligunt, quò feruentiùs aſſiſtere ante Deum per orationis ſtudium diſponunt; quia reuerâ, abſque confuſione, Deo vacare non poteſt, qui extra ſe mente inaniter extiterit dilatatus.* Externus orationi, vt ita dicam, eſt, qui ab externis in oratione animum non auocat.

Clauſo oſtio: qui orationem fundit claudere oſtium debet, vt non externa à Deo poſtulet, ſed quæ intus latent, quæ ſolus Deus noſcat; ſcitè Sanctus Auguſtinus; *intra*, inquit, *in cubiculum tuum*, ſic enim ille legit; *quid eſt claude oſtium tuum? noli talia expectare de Deo, quæ forinſecus ſunt, ſed ea, quæ intrinſecus ſunt. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Quis eſt, qui non claudit oſtium? qui talia petit à Deo pro magno, & ibi conſtituit omnes preces ſuas, vt accipiat ea, quæ ſunt huius ſeculi bona.* Pergit, *quid eſt claude oſtium tuum? vt hoc petas à Deo, quod ſolus Deus nouit, quod tibi det*; neſcit benè petere, qui ſeculi bona petit.

Cum dixit, oſtio clauſo fundendam orationem eſſe, diù in eâ nos conſiſtere vult; alioquin quorſum oſtium clauderemus?

427. *Qui videt in abſcondito*: Græcè, *ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, cernens in ſecreto.* Verbum, *βλέπων*, plerumque deſiderium quoddam indicat, quo videns tenetur: vt tacitè nobis innueretur, Patrem, qui in Cœlis eſt ingenti oblectatione perfundi, cum quempiam orationem fundentem intuetur, cum magno huius rei videndæ deſiderio teneatur. Adeò vt, orationem ſterneos, iucundum Deo ſpectaculum præbeat.

Reddet tibi; non dixit *dabit*, ſed reddet, quaſi Deus ex debito ſolueret; ſanè qui orat Deum obſtringit, vt, cùm Deus poſtulatis annuit, potius reddere ex debito, quàm gratis donare videatur? Tanta orationis vis, & virtus eſt.

Orantes nolite multùm loqui.

GRæcè eſt, *βαττολογεῖν, futili verborum profu-* 428.
ſione vti Etiam verborum parcitas in oratione Deo placet, quantò magis, cum ſermo inter homines ſeritur, nimia effuſio vitanda eſt?

Inhibet in oratione multum loqui? cur ita? An, ne diffidere eius pietati videamur, paratus eſt concedere, quod petimus, qui iubet, nos petere, vt concedat? Non ergò multis verbis extorquendum à Deo eſt, quod ille promptè offert.

An multis verbis in oratione vtendum minimè eſt; ne gentilibus ſimus pares, qui in multiloquio ſe à falſis ſuis numinibus exaudiri putabant? nam credentes, Deos ſuos circa alia occupari ingeminabant voces, vt patet ex illo 3.*Reg.*18.*v.*27. de Sacerdotibus Baal. Abeſt ab hoc verus noſter Deus qui ita ſingulorum orationi intendit, ac ſi aliud non ageret. 3.Reg 18.27.

Adiecerim multum loqui in oratione inhibi- 429.
tum, ne multa peteremus, ſed vnum tantùm; ſolum ſcilicet ipſum Deum: *vnum enim*, vt Chriſtus
alibi ait, *neceſſarium eſt.* Multùm loquitur in ora- Luc.10.42.
tione, qui multa poſcit; terrena, & peritura poſtulat: qui vnum quærit, & vnum amat, multùm loqui non indiget nec effundere multa.

Orantes nolite multum loqui; non prohibet ſimpliciter in oratione multiloquium, ſed inane multiloquium; vanam loquacitatem & idcirco ait: *ſicut ethnici*, vt innueret, eſſe & multiloquium, quod probaret, ſi ab ethnicorum ſuperſtitione abeſſet; *nam loquacitas in ædificatione nulla turpis*, ait Tertullianus; turpis eſt, quæ ſine vllo compendio eſt, ſine aliqua vtilitate.

Breuis oratio eſt, vt celeriter ſe exauditurum 430.
ſignificaret; tetigit iſtuc verbis iſtis Sanctus Paſchaſius Ratbertus; *compoſuit breuiſſimam precem, ſi quomodo ſalutem celerem miſericors tribueret, & nulla præpediret verborum prolixitas; immò fiducia eſſet ex breuitate dictorum; quod pius iudex, qui breui ſe voluit rogari oraculo, citius annuat poſcenti ex voto.* Adeo promptus, paratuſque Deus eſt, vt cito concedat poſtulata.

SECTIO III.

Orationis formulam Chriſtus nobis præbuit, vt faciliùs exaudiremur. 431

Promptus Deus vt citò concedat quæ in oratione petimus 431

Qui patrem in oratione Deum vocat, filium ſe ſanctis moribus monſtret. 432

Fraternæ charitatis admonemur dum Deum patrem noſtrum dicimus. 432

Grandia, & Dei filiis digna in oratione petenda, 432

Terram, & terrena relinquat, qui Deum orat. 433

Ibi præcipuè Deus dicitur eſſe, vbi bonitatis ſuæ diuitias pleniùs communicat. 433

Cælum deſideret, & quærat, qui Cæleſtem orat Patrem. 434

Vt noſtræ ſalutis ſolicitus ſit Chriſtus. 434

In oratione terrens patris oblitis, cæleſtis tantùm recordemur. 434

A Cæleſti Patre non degeneret qui cæleſtem Patrem orat. 435

In

In terrâ ſe peregrinum cogitet, qui orationem fundit. 435
In cunctis operibus ſanctus in nobis Deus appareat 436
Quod Deus ſancta vita glorificetur, & à Deo & ab homine eſt. 436
Ab omnibus ſanctificari Dei nomen debet. 436
Semper proba vitæ actibus Dei nomen ſanctificari debet. 436
Nullus adeo ſanctus qui creſcere in ſanctitate non debeat. Expenſus Leuitici locus. 436
Peccatum in nobis non regnet, vt Dei regnum in nos aduenìat 436
Nos præcipuè Dei regnum ſumus. 436
Nos ex nobis ad Dei regnum pergere non poſſumus. 437
Quotidie proficere debemus & ſanctiores euadere. 437
Paulatim ad ſanctitatis culmen pergendum. 437

Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cælis

431. ORare nos Chriſtus edocet, & formulam, qua patrem exoremus, exhibet; vt, dum oratione quam Chriſtus docuit, apud Patrem loquimur, faciliùs exaudiamur; agnoſcit enim Pater filij verba.

Orationis formulam tradit, quæ plena, ſed breuis, Non ab re: breuibus verbis orationem compoſuit, vt confidamus citò daturum, quod breuiter vult rogari. Breuiter orare docuit, qui citò vult poſtulata præſtare.

432. Qui pâtrem vocat Deum, ſe filium per imitationem monſtret: Patris nomen orationi Dominus inſeruit, vt in oratione ſtatim nos Dei filios eſſe meminerimus; adeo, vt nihil ageremus, quod tantum dignitatis nomen dedeceret. Patrem vocare Deum dignè nequit, qui ſe filium ſanctis operibus non exhibet. Age, vt viuendo ſanctè ſancto reſpondeas Patri. Terram neſciat, ignoret peritura, qui Deum Patrem, ſic edoctus à Filio, vocat. Non degenerent à tanta dignitate mores.

Dum Patrem noſtrum Deum, vocamus fraternitatis admonemur, hoc enim nequeunt dicere, qui fraternâ ſe charitate minimè complectuntur. Pater noſter Deus erit, ſi nos fratres agnoſcamus.

Pater noſter: Pater non *Dominus*, ne ſeruos nos putaremus, & parua, & exigua peteremus, quæ ſeruos decet petere, Patrem inuocamus, vt filios nos eſſe noſcamus, ac proindè magna, & genere noſtro digna poſcamus.

433. Orare Patrem iubemur, qui in cælis eſt. Dicat hîc aliquis: & non in terris quoque eſt? Eſt: nec his verbis in cælis Deum claudit; ſed à terra abducit orantem. Nempè mente in cælum ferri debet, & ima iſta relinquere, qui Deum orat. In cælis Pater noſter eſſe dicitur, vt ſtatim intelligamus, è cælo nobis genus eſſe, nec terrenis affectibus obſcurandum. In cælis dicit Patrem noſtrum eſſe, vt orantem à terris abduceret, eiuſque mentem cæleſtibus affigeret.

Pater noſter, qui es in Cælis: Non eſt loco clauſus, qui claudit omnia, nec loco circumſcribitur, qui vbique incircumſcriptus eſt. In cælo dicitur eſſe; quia ibi maximè ſuæ bonitatis diuitias hominibus communicat. In cælo præſertim dicitur eſſe, quia ibi beatos homines facit, à quibus facie ad faciem, ablato omni velamine, videtur. Scilicet ibi præcipuè Deus eſſe videtur vbi clariùs videtur pleniúſque diuitiarum ſuarum theſauros amatoribus ſuis effundit.

Patrem, qui in cælis, velut in regiâ ſuâ, ſedet, inuocamus, vt pudeat terrenis nos ſubſternere, qui Patrem in cælis habemus. Cælum ſuſpiret, & cælum inhiet, qui Patrem ſe in cælis habere cogitat; nam, ſi, vbi Pater, ibi & filium eſſe conuenit, dum Patrem noſtrum in cælis eſſe dicimus, nos quoque cæli amore teneamur. 434.

Pater noſter; non Deum, non Dominum, ſed Patrem inuocare iubemur ſummæ pietatis appellatio iſta eſt, ſignatè hanc formulam docuit Chriſtus, ne ipſe excluderetur; *In patre*, inquit Tertullianus *filius inuocatur*; *ego enim, inquit, & pater vnum ſumus*; cum ſine filio pater nequeat eſſe, quin in patre filius ſit, in patre inuocari & filius voluit; ne putaremus curam omnem noſtri in patrem reieciſſe.

Pater noſter. Patrem inuocamus, vt terreni nos patris oblitos ſignificemus; patrem dicimus, *& obliuos patris denotamus*, ait Tertullianus; ne cognatorum memoria, & affectus, orationis intentionem impediat; quod ſi patris terreni obliuiſcimur, multò magis aliarum rerum terrenarum.

Pater noſter, Patrem iubemur vocare Deum, vt tanquam filij à patre non eſſemus degeneres; *Illum orantes patrem vocamus*, ait Sanctus Chriſoſtomus, *vt nos ipſos ad virtutem admonentes, ne quid tale indignum cognatione committamus*; filij enim eſt, paternos moribus referre mores, & vitam vitâ. 435.

Pater noſter qui es in Cælis; Patrem qui in Cœlis nos habere dicimus, in terra nos eſſe peregrinos colligamus; *Fidelis oratio*, inquit Sanctus Bernardus, prima hæc huius orationis verba expendens; *oratio, cuius ipſa primordia, & diuina adoptionis, & terrenæ peregrinationis admoneant; vt hoc ſcientes, quod quamdiu non ſimus in cælo, peregrinamur à Domino, gemamus intra noſmetipſos adoptionem filiorum expectantes, præſentiam vtique patris*, à veritate peregrinatur, qui, ſe hîc eſſe peregrinum non agnoſcit.

Sanctificetur nomen tuum.

SAnctificatur Dei nomen quum ſanctè colitur, & prædicatur; vel quum glorificatur per noſtram vitam, cum tales ſcilicet eius gratiâ ſumus vt in nobis ſanctus appareat. Generaliter dictum eſt, *ſanctificetur*, nec exprimitur in quo ſanctificandus ſit; vt ſtatim diſcamus, laborandum, quantùm in nobis eſt, vt in rebus omnibus Deus ſanctificetur: in cunctis operibus, verbis, cogitationibus, ac in omnibus vitæ partibus. 436.

Non dicitur *ſanctifica*, nec *ſanctificemus*; ſed *ſanctificetur*; vt Dei ſimul, & hominis opus intelligatur: quòd enim per ſanctam vitam glorificetur, nec à nobis tantùm eſt, nec ab ipſo tantùm, ſed ab vtriſque.

Non dicimus, à quibus ſanctificari Dei nomen oporteat; ab omnibus enim debet? vnde ſuſpensâ enuntiatione, non dicentes, *ſanctificetur in nobis*, in omnibus dicimus.

Nulla hic temporis mentio: indefinitè dicitur, *ſanctificetur*: cur ita? An, quia iugiter ſanctificari probæ vitæ actibus Dei nomen debet?

Nullus adeo Sanctus, qui creſcere in ſanctitate non poſſit. Hinc Leuit. 11. verſ. 44. *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* Sanctitatis formam ſe ipſum præbet; vt ſciremus, ſemper aliquid nobis deeſſe, quod Leuit. 11.44.

acquiramus, & creſcere in ſanctitate nos poſſe, dum vita iſta producitur.

Adueniat regnum tuum.

REgnum Dei illud hîc dicitur, quo Deus, poſitis omnibus inimicis ſuis in ſcabellum pedum ſuorum, vbique regnaturus eſt. Qui ſibi regnauit ſemper, petimus vt modò regnet in nobis, vt nos in illo, & cum illo regnare poſſimus. *Non regnet,*
Rom.6.12. vt Apoſtolus monet, *peccatum in noſtro mortali corpore*; vt Dei in nos veniat regnum, regnetque in nobis, qui nos creauit.

Adueniat, inquit, *regnum tuum*; ſed quibus? Nobis quærimus aduenire. Non explicuit iſtuc Chriſtus, quia iam intelligebatur; ac ſi Dei regnum nobis tantùm aduenire dicatur, & nos præcipuè Dei regnum eſſemus.

437. *Adueniat regnum tuum.* Non dixit, *nos veniamus ad regnum*; quia ex nobis virtutem non habemus, quo pergamus ad ipſum. Si Dei regnum ad nos veniat, tunc eius auxilio pergemus ad ipſum: hinc infra dicitur: *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius.* Cum aduenerit, quærere tunc iubemur; quia adueniens dat, vt quæri poſſit, & inueniri.

Pende quod ait, *Adueniat*, quaſi continuè optemus ipſum venire: nemo quippè tàm iuſtus, qui iuſtior eſſe non poſſit: in nullum Dei regnum venit, quin perfectius venire nequeat, vt quotidie dicere poſſimus, *adueniat regnum tuum* qui quotidie proficere debemus, ſanctioreſque ſuperâ Dei gratia euadere. Quærendum ſemper Dei regnum, ac ſi adhuc in nos non aduenisſet.

Paulatim Dei regnum aduenit, nec ſtatim totam poſſidet mentem, totum obtinet hominem; vt diſceremus pedetentim, & per quoſdam gradus ad ſanctitatis culmen pergere nos debere. Præcipitio proximus eſt, qui non aſcendere nititur, ſed volare.

SECTIO IV.

Diuina voluntati vt Angeli obtemperemus. 438
Perficere diuinam voluntatem non noſtri ſtudij tantùm, ſed maximè Dei gratiæ eſt. 438
Omnium ſalus nobis cura ſit, dum oramus. 438
Orantis voluntas immigret in diuinam. 439
Dei voluntatem à nobis fieri, quàm ingentia bona cl andat. 439
Ad hoc viuimus vt diuina voluntas in nobis impleatur. 440
Ex rerum terrenarum affectu maxima peccatorum pars proficiſcitur. 440
Noſtra nomine noſtra eſſe videntur, cum auferri facile poſſint. 441
Nobis non alendis canibus panis petendus. 441
Vt a Deo paſcamur, alieno abſtinendum. 441
Humana vita incertitudo. 442
Panis mortis memoriam excitat. 442
Sacram Eucharistiam quiſque recipiat ac ſi ſtatim è vita migraturus eſſet. 443
Temperantia in cibis vt commendata. 444
Pecuniæ amorem vt à nobis amoueat Chriſtus. 444
Quanti referat, beneficia à Dei manu accipere & in illum referre. 445
Peccata cur debita *dicantur.* 446
Aſſiduè aliena peccata condonanda. 446
Nemo innocentiæ ac ſanctitati ſuæ adſcribat, quòd à Deo poſtulata accipiat. 447
De veniâ etiam poſt accepta beneficia nullus deſperet. 447
Ad peccatum ſollicitari grauiſſima tentatio. 448
Peccatum malorum omnium origo & fons. 448
Dæmon cunctorum nobis caput & cauſa malorum. 448

Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terrâ.

TVnc Dei voluntas in terrâ fit, ſicut in cœlo, cum homines Deo obediunt, ſicut Angeli; vt nempè ad nutum Diuinæ voluntati obtemperemus. 438.

Vide, quemadmodum humilitatem doceat; *fiat*, inquit, *voluntas tua*: oſtendens, quòd iſtuc perficere, non noſtri ſit ſtudij tantùm, ſed maximè Dei gratiæ.

Non dixit, *fiat in me*, vel *in nobis voluntas tua*; ſed abſolutè, *fiat*: ſcilicet vbique terrarum vt omnium curam quilibet orationem fundẽs ſuſciperet ſic enim terra in Cœlum quodammodo vertetur & in Angelorum naturã natura migrabit humana.

Fiat voluntas tua, Hoc petimus, vt voluntas omnis noſtra immigret in diuinam; vt non ſolùm voluntatem noſtram diuinæ accommodemus; ſed vt diuina ſola in nobis fiat, in nobis perficiatur. 439.

Fiat voluntas tua; quàm multa, quàm magna bona, quàm ingentes continent theſauros pauca hæc verba, exigua hæc ſententia? Præſtat hîc ionectere Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui hanc ſententiam ita efferebat, ita explicabat: *Omnium noſtrarum hæc ſit concluſio petitionum; Fiat voluntas tua. Huiuſmodi oratio paucis comprehenditur ſyllabis, & multis eſt decorata ſententiis. Honoratur enim Dei bonitas, iuſtificatur eius voluntas, charitas prædicatur, aduocatur ſapientia, & poteſtas extollitur; noſtrum quoque ſubiicitur velle, illuminatur ignorantia, roboratur fides, ſpes non confunditur, oratio non repellitur, & poſtulatio exauditur. Prudenter namque iudicio ſe committit alieno, qui, ſibi pro ſe non ſufficere, minimè ignorat alienus à iudicio eſſe videtur, qui alieno ſe iudicio committere deuitat.*

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

HActenus ea precati, quæ ad Dei gloriam ſpectant, nunc ea humiliter petimus, quæ, dum hîc ſumus, vitamque hanc miſeriis plenam degimus, nobis neceſſaria ſunt. Scitè poſtquam dixerat: *fiat voluntas tua, ſicut in Cælo, & in terrâ*, ſtatim ea iubemur peti, quibus vita ſuſtentatur; vt colligeremus ab hoc nexu, ob id tantum nos viuere, vitamque producere, vt Diuina voluntas in nobis impleatur. Hoc nempè vera vita eſt, cum Dei voluntas adimpletur in nobis. 440.

Panis nomine, omnibus cibus neceſſarius intelligitur. Sed, cur corporis curam, animæ curæ præpoſuit, poſtea de peccatorum remiſſione agens? An panem dum docet petere, non tàm carnis quàm animæ curam habet? Exſcindit enim multorum peccatorum cauſam, & originem; nam ex terrenorum affectu maxima peccatorum pars proficiſcitur.

Panem, inquit, *noſtrum da nobis*: ſi noſter, quomodo eum dari nobis rurſus petimus? An *noſtrum* dicitur, quia nobis neceſſarius? Quid? Noſter eſt, quia habemus; ſed petere debemus, ac ſi noſter non eſſet, cum eo carere ſtatim, ſi Deus manum ſubtrahat, 441.

ſubtrahat, poſſimus. Nempè noſtra minimè noſtra ſunt,& quæ videmur habere non habemus. *Da nobis :* Signatè, *nobis*, non canibus, ac ſimilibus ; dedecet enim brutis alendis conſumi, quod hominibus exhibetur, pro hominibus petitur.

Panem noſtrum : Qui ſcilicet nobis communi Dei prouidentia debetur. Simul ex hoc verbo colligere licet ; ſi à Deo paſci cupimus, alieno eſſe abſtinendum, nihil furto, aut rapina, fraudeque comparandum.

442. Nec nudè panem petimus, ſed hodie nominamus : *Da nobis hodie.* Cur hodie, non cras? An, quia de craſtino ſoliciti eſſe non debemus? craſtinus enim dies ſolicitus eſt ſibi ipſi. An, vt ita humanæ vitæ inſinuetur incertitudo? quia quid craſtinus pariat dies ignoramus, neſcimuſque an craſtinum viſuri ſimus diem : ſcilicet mortalitatis noſtræ monemur, vt vitæ huius abeuntis incertitudinem conſideremus.

Quid? Panis coquitur, cineri adhæret, qui mortalitatis nos admonet, mortis memoriam ingerit: nutrit ergo panis dum editur, vitamque producit; ſed mortis memoriam excitat, dum cineri iungitur.

443. Poteſt de cæleſti Eucharistico pane hæc ſententia exponi, ſicut expoſita à ſanctis Patribus fuit. Inde quoque hunc petere iubemur panem, ſed hodie tantùm; vt illum, tanquam viaticum, panem & iam iam morituri recipiamus. Bonus hic apparatus, vt vnuſquiſque Angelorum recipiat panem, ac ſi ſtatim è vita migraturus eſſet, & ad perpetuum diem peruenturus.

444. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè*; panis quotidiani nomine enim temperantiam, mediocritatemque ſuadet; auctor ſub nomine Chryſoſtomi; *ſi in vno conuiuio tantùm expendas, quantum pluribus ſufficere poterat, iam non quotidianum cibum manducas, ſed multorum dierum*, atque adeo quotidianum panem petere non potes.

Panem iubemur petere, non pecuniam, non aurum, & argentum, quæ temporalium bonorum fundamenta; ſcilicet amat Deus pecuniam non amari; cupit negligi, tanquam multorum malorum cauſam; ſatis eſt ſi neceſſaria quærantur.

445. *Panem noſtrum da nobis*; noſter panis eſt, cum illum apud nos paratum habemus; ſed cur præterea petimus nobis à Deo dari. Vt, dum datur à Deo, ſanctificetur; *vt ſi laicus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *offerat panem Sacerdoti, vt Sacerdos eum accipiens ſanctificet, & porrigat ei, quod enim panis eſt offerimus, quod autem ſanctificatur, beneficium Sacerdotis eſt*; tantum refert beneficia à benefica Dei manu accipere, & in illum referre, vt ſacra & ſanctificata fiant; ſicut & panis in laici manu communis eſt, in ſacerdotis manu conſecratur ita & beneficia Dei, ſi Deo accepta referantur, & gratiarum actione excipiantur quodammodo ſactificantur, & ſancta redduntur.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

446. DEbita noſtra : peccata dixit Sanctus Lucas. Peccata debita vocantur; quòd illis tanquam ære alieno conſtricti teneamur Deo; quòd debitores nos faciant iniuriæ reparandæ, quam Deo irrogamus Diuinæ legis violatione.

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris : Hac nos conditione, & ſponſione conſtrinxit; vt, ſi noſtris in Deum peccatis veniam impetrare volumus, aliorum in nos peccatis ignoſcamus: &, ne aliquando aſſiduè condonando fatigaremur, in quotidiana oratione intextum eſt, vt, quod quotidie à Deo petimus pro quotidianis peccatis, id quotidie erga proximos noſtros præſtare non detrectemus.

Dimitte nobis debita noſtra; Poſt bonorum, quæ præmiſſa, poſtulationem, dimitti nobis noſtra delicta ſtatim poſcimus; ne quis innocentiæ, ac ſanctitati aſcribat, ſi bona quæ poſtulauerat, accipiat; nemo de ſe præſumat, diuinæ munificentiæ tribuat, quod à Deo accipit, non ſuis meritis. 447.

Vide hic Dei bonitatem; poſt dona exhibita, & exhibenda, adhuc peccantibus veniam pollicetur, cum ad petendam vrget; aliquis exiſtimare poterat venia indignos eſſe, qui Dei donis cumulati Deum offendunt; ne igitur de venia, etiam poſt beneficia, deſperaremus, ad veniam poſt beneficia nos inuitat, dum petere nos iubet, vt nobis noſtra peccata dimittantur.

Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

ET *ne nos inducas :* S. Auguſtinus, *ne nos inferas*; quod ad Græcam vocem propiùs accedere videtur; eſt enim Græcè εἰσενέγκῃς, ſed tantundem valet ac, *inducas*. Addit, *in tentationem* : non explicat in quam, ſed intelligitur de eâ, qua ad peccatum ſolicitamur : quælibet alia præ iſta tentationis nomen non meretur. 448.

Sed libera nos à malo. Græcè, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: per *malum* intelligi peccatum poteſt, quod ſummum malorum omnium eſt adeò, vt κατ' ἀντονομασίαν malum dicatur, & vix alia, mala dici queant, ſi peccato comparentur. Præterea malum dicitur peccatum, quia omnium malorum fons, & origo eſt.

Denique malus κατ' ἐξοχὴν diabolus dicitur propter exceſſum malitiæ, & quia cunctorum nobis caput, & cauſa malorum eſt. Et pulchrè ſic ille in fine oppoſitus eſt cæleſti Patri, à quo exorta oratio eſt.

SECTIO V.

Ieiunium orationis ala. 449
Abſtinentia cæterarum virtutum velut fundamentum. 449
Perſtricti qui ieiunium ſimulant quàm non ieiunent. 449
Σκυθρωποὶ *qui dicantur.* 450
Peccatum à ieiunio abſit, Angelus quidam ſit qui ieiunat. 450
Perſtricti, qui vultu ieiunium fingunt. 451
Lætitia tempus cum caro abſtinentia premitur. 452.
Diem feſtum ſe agere exiſtimet, qui ieiunat. 452
Proſperitatem abſtinentia portendit. 453
Fletus pœnitentibus dulcis. Expenſus Ioel. 453
Ieiunium animæ cibus, eo anima delicatur. 454
Qui ieiunat Dei tabernaculum & arca ſit, diuinam legem ſeruet, & manna. 455
Ieiunans de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem Deo mactet. 455
Regium induat animum qui ieiunat, affectibus imperet. 456
Ieiunij cultor futura cogitet præſentium oblitus. 456
Vitari in ieiunio iactantia debet. 457
Ieiunium ſancta eleemoſyna vbertate pingueſcat. 457

Cum

Cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.

449. POſt orationem ieiunij meminit; quia orationis ala ieiunium eſt, & infirma ſine abſtinentiâ oratio eſt

Pende loquendi modum: *Cum ieiunatis* inquit: non præcipit ieiunium, ſed ſupponit; cæterarum quippe virtutum initium, ac veluti fundamentum abſtinentia eſt.

Arguit Chriſtus eos, qui, cum ieiunant, triſtem exhibent faciem, vt hominibus appareant ieiunantes. Quanto iniquiores erunt, qui cum non ieiunent ſimulant tamen?

450. *Nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.* Syrus *atrati.* Pagninus, *vultu mæſto.* Vatablus. *Tetrici.* Græcè eſt vox σκυθρωποὶ, quæ ſignificat etiam moleſtum eſſe: ferè enim vultuoſi, triſtes, ac ſeueri, aliis ſuâ triſtitiâ, ac ſeueritate moleſtiam creant, quâ nec ipſi carent.

In ieiunio triſtia ſimulanda non eſt, ſed veræ triſtitiæ cauſa minùs fouenda; peccatum ſcilicet, quod triſtes reddit, quos poſſidet. Cum ieiunamus igitur nec triſtes ſicut hypocritæ appareamus, nec verè ſicut peccatores ſumus. *Ieiunium Angelorum cibus* Sancto Athanaſio lib. de Virg. dicitur: Angelorum ergo vitam æmuletur, qui ieiunat, & humanus quidam Angelus ſit verus abſtinentiæ cultor.

451. *Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes;* prodere faciei pallore triſtiorique vultu ieiunium non debet, qui ieiunat; quàm à Chriſti mente illi abeunt, qui nec verè ieiunant, & vultu ieiunium fingunt; Iure in eos inuehitur auctor ſub nomine Chryſoſtomi; *Si ergo qui ieiunat, & triſtem ſe facit, hypocrita eſt, quanto magis iniquior eſt, qui non ieiunat, ſed argumentis quibuſdam in facie ſuâ pingit, venalem pallorem, quaſi ieiunij ſignum.* Pleroſque auctor ieiunium olim ſimulaſſe tradit, & dolet verus Chryſoſtomus, *Gemere*, inquit, *prorſus hoc loco, & amarum quidem immergere nos conuenit. Non ſolum enim hypocritas imitamur, ſed illos quoque ſimulatione ipſa ſuperauimus. Noui enim pleroſque non non ieiunantes modo, idque idipſum omnibus oſtentantes, ſed non ieiunantes quoque & perſonam ſibi ieiunantium nihilominus induentes;* non operit ſe ieiunio, quod præſtabat Dauid, qui ieiunij perſonam geſtat, nec ieiunat.

Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.

452. IDeſt lætum te oſtende, triſtitiam ne finge. Palæſtini in diebus feſtis in lætitiæ ſignum ſolent capita vngere, ad quem morem Chriſtus in his verbis reſpicit, Nempè lætitiæ tempus eſt, cum caro abſtinentiâ premitur: animus enim gaudio diffunditur, cum caro parſimoniâ coarctatur.

Qui ieiunat, caput ſuum vngat, hoc eſt diem feſtum ſe agere exiſtimet: feſtus ſanè dies eſt, cum ſpiritus carnem ſibi ſubiicit, deque eâ, tanquam de ſæuo hoſte, triumphum agit.

453. Orientales in lætitia, & in rebus proſperis vngebantur, vt ex ſacris litteris conſtat: ergo, cum, caput vngi in ieiunio, iubet Chriſtus, indicat proſpera omnia in ieiunio futura, & proſperitatem abſtinentiam comitari.

Sed quî vngi caput in lætitiæ argumentum iubet Chriſtus, dum ieiunamus? cum Ioël, cuius verba legit in quadrageſimæ initio Eccleſia dicat: *Ex nunc hæc dicit Dominus conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu.* Quæ lætitiæ cum fletu connexio? Magna: nam fletus ipſe dulcis pœnitentibus eſt, veræ ſolidæque lætitiæ cauſa.

In ieiunio vngi caput iubet, metaphorâ ſumptâ ab antiquo more, quo ad lautum, diueſque conuiuium ſe vnctione parabant; quod ſolemne, vt aliqui notauere, Palæſtinis. Hinc illud Regij Prophetæ: *Paraſti in conſpectu meo menſam* (vnctionem, tanquam diſpoſitionem nectit) *impinguaſti in oleo caput meum.* 454. Pſal. 22. 5. 6. Et Chriſtus ipſe tangit Phariſæum, quòd conuiuio ab hoc excepto eius caput non vnxerit, quod præſtitit Magdalena. Cum igitur vnctio prandentis habitus fuerit; cur iubet Chriſtus caput in ieiunio vngi? An, quia ieiunium animæ cibus eſt, & deliciatur anima cum corpus ieiunat? Scilicet diues conuiuium abſtinentia Dei ſeruis eſt. Præterea iubet in ieiunio caput vngi, vt prandentis habitu abſtinentia tegatur, nihilque ad oſtentationem fiat.

Sed vnctio iſta aliud nobis tacitè innuit. Olim Dei tabernaculum vngebatur, vt ſanctum Deo eſſet Exod. 30. v. 25. & 26. 455. Exod. 30. 25. 26. *Facies vnctionis oleum ſanctum, vngeſque ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti.* Ergò, qui ieiunat, caput ſuum vngat, vt meminerit, ſe Dei tabernaculum eſſe debere, ſpiritualemque arcam, in qua Diuina lex, & manna ſeruetur.

Vngebantur oleo etiam Sacerdotes Exod. 30. v. 30. & Leuit. 16. v. 32. Exod. 30 v. 30. Leuit. 16. 32. Inungatur & ieiunans; vt diſcat, Dei ſe cultui mancipatum, talemque vitam inſtituere debere, tanquam ſi ſacerdos, Deoque ſacer eſſet: ſacerdotis munus quodammodo agat, qui ieiunat: de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem ſuam Deo mactet.

Reges quoque vngi olim conſueuerant 1. Reg. 15. v. 1. 456. 1. Reg. 15. 1. *Vt vngerem te in regem* & 2. Reg. 5. v. 3. 2. Reg. 5. 3. *Vnxerunt Dauid regem.* Ab vnctione igitur iſtâ diſcat, qui ieiunat, regium induere animum, affectibus ſuis dominari. Verus ille rex, qui ſui imperium habet, nec vitiis infeliciter ſeruit.

Etiam Prophetæ oleo inungebantur: ſic Elias Eliſæum vnxit in Prophetam, 3. Reg. 19. 3. Reg. 19. Ergo, qui ieiunat, oleo vngitur; quia non verbis tantùm, ſed toto corpore prænuntiat vitam futuram, pro qua vitæ præſentis bona contemnit. Propheta quodammodo eſt, quia futura cogitat, præſentium ferè oblitus.

Vnge caput tuum; non carnis illecebras tuetur, ſed vitari in ieiunio iactantiam docet bonus humilitatis magiſter; Pulchrè Beatus Petrus Chryſologus; *cum dicit*, inquit, *vnge caput tuum, & faciem tuam laua: non vt coma capitis illecebroſo redundet vnguento, ſerius magiſter iniungit: neque faciem niteſcere ſolito vult lauacro: ſed habitu prandentis vult celari ieiunium Chriſtiano; quia Chriſtianum venditare non vult artifici mærore ieiunium.* Ieiunii vim imminuit, aut penitùs tollit, qui ieiunium ſuum iactat, & oſtentat; pulchrior ieiunij facies videtur, cùm non videtur ieiunium.

Vnctio iſta capitis beneficentiam quoque commendat, quæ oleo ſolet comparari. *Vngit reuerâ*, inquit Sanctus Maximus, *omnis deuotus caput ſuum, cuius religioſum ieiunium ſancta eleemoſyna vbertate pingueſcit;* ſqualidum ieiunium eſt, ſi eleemoſinæ pinguedine ſit deſtitutum.

***

SECTIO VI.

Inanis gloria diuitias facit concupiſcere. 458
Ieiunium diuitiarum contemptus comitetur. 458
Abſtinentiam eleemoſyna animet. 459
Inanem gloriam vitet, qui terrenarum rerum amore non vult tangi. 459
Vbi dilectionis theſaurus, ibi & cor. 460
Diues ferè diuitiarum ſeruus. 461
Amorem obſequium prodit. 461
Dei obſequium diuitiæ non impediunt, ſi diuitiis quis vtatur in obſequium Dei. 462.
Diuitiis dæmon vtitur ad incautos decipiendos 462
Nimis circa terrena non laborandum. 463
Cibus obiter ſumendus, & diuinis laudibus vacandum dum ſumitur. 463
Omnem ſollicitudinem euomere debemus, maximè inter calumnias, & perſecutorum ſpinas. Canticorum locus expenſus. 464
Animæ decor vni Deo acceptus referendus. 465
Veſtitus cura tangi nullus debet. 465
Externa veſtium pulchritudo depretianda. 466
Qui ſuperfluo veſtium laborant luxu ignem exſpectent. 466
Studium in veſtitus elegantia vt coerceat Chriſtus. 466
Cibi & potus veſtimentorumque ſuperfluitas præcidenda. 467
Difficilè rerum terrenarum ſolicitudo euelli à mentis humo poteſt. 467
Nec regnum Cœlorum nimia anxietate quærendum, ſed quietè. 468
Ζητεῖν *quid. Cœlum ingenti affectu quærendum.* 468
Regna terrena vix regni nomen merentur. 468
Vitæ incertitudo terrenorum ſollicitudinem auferat. 469
Μεριμνᾶν *à quo deriuetur.* 469
Terrenorum ſolicitudo mentem, animumque diſcerpit, & diſcindit. 469
Μετεωρίζεσθαι *quid. De terrenis ſicut de cœleſtibus non cogitandum.* 469
Vel tempus ipſum de ſuperflua illi impoſita afflictione contra nos inclamat. 469

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.

458. EXpulſo inanis gloriæ veneno, quod mentem, opuſque omne inficit, contemnendas terrenas diuitias Dominus ſuadet, quas illa maximè facit concupiſcere. Ab inanis gloriæ amore liber, facilè terrenas diuitias ſpernit, alioquin in terrà theſaurizat ſibi theſauros qui inanis gloriæ vanitatem cordis theſauro condiderit.

Poſt ieiunium de diuitiarum neglectu agit; quia non ſatis à cibis abſtinere, niſi & terrenarum rerum amorem exuamus. Diuitias ſpernendas poſt ieiunium monet, ne aliquis à cibis ad augendas diuitias abſtineat; nam auaritiæ, non religionis hoc ieiunium eſſet.

459. Commendato ieiunio eleemoſynam ſuadet; ieiunium quippè deficit, quod eleemoſyna non firmat: moritur abſtinentia, quam miſeratio non operit, imo & animat.

Nolite theſauriſare; poſtquam medicam inani gloriæ manum admouerat, ad rerum terrenarum contemptum nos vocat; quarum amorem; ac cupiditatem gloriæ cupiditas accendit; hunc horum monitorum nexum expendebat his verbis ad hæc verba Sanctus Chryſoſtomus: *Quia enim inanis gloriæ morbum fugarat, facilè in contemptum habendi & mundi conſequenter inducit. Nihil quippe ita ad amorem diuitiarum, vt gloriæ cupiditas inflammat*; vt videatur inaniter laborare, qui inanem gloriam non excindit, diuitiarum cupiditati vt occurrat.

Vbi enim eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum.

VBi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum; cor theſaurum ſequitur eòque mens rapitur, quò eam theſaurus trahit; pulchrè hæc verba exponebat Beatus Laurentius Iuſtinianus: *Neceſſe eſt, ô homo, vt quò præceſſerit dilectionis theſaurus tuus, ibi illuc ſequatur etiam cogitationis affectus. Ideo veritas ait. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Vt ergo cœlis theſaurizemus, cœleſtia diligamus. Vis noſſe vbi theſaurizas? attende, quid amas: vis noſſe quid amas, attende quid cogitas. Ita fit vt theſaurum tuum ex tuo amore cognoſcas, & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. In terrâ, terrenorum acquiſitione, qui theſaurizat, non theſaurum acquirit, ſed perdit.* 460.

Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit; & alterum diliget.

SIc ferè contingit, vt diues diuitiarum ſit ſeruus, nam opibus, ſicut domino, ſeruit. Non ait, *nemo poteſt duos Dominos habere*; *ſed duobus ſeruire*; quia habere diuitias poſſumus & Deo ſeruire: non autem ſeruire ſimul diuitiis, & Deo. 461.

A ſeruitute ad dilectionem, odiumque tranſit; nam, qui Dominum diligit, obſequij promptitudine dilectionem ſuam oſtendit; ſicut qui odit odium obſequendi difficultate prodit.

Deo ſeruire, & Mammonæ; aliud eſt habere diuitias, aliud diuitiis deſeruire; Dei obſequium diuitiæ non impediunt; ſi diuitiis quis vtatur in Dei obſequium, non ſeruiat verò diuitiis; *Quomodo Abraham*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *quomodo etiam Iacob placuerunt Deo? at noli eos mihi contra hanc ſententiam proferre diuites ſed diuitiis ſeruientes; alioquin etiam Iob erat quidem diues, non tamen pecuniæ ſeruiebat, ſed diuitias habebat, eiſque vt congruit imperabat, nec erat profectò famulus earum, ſed Dominus.* Seruire tibi diuitiæ debent non tu ſeruire diuitiis. 462.

Et Mammonæ; hoc nomen etiam dæmonis eſſe aliqui affirmant; *quaſi*, inquit Sanctus Paſchaſius, *qui diuitiis præſit huius ſæculi non quod in eius ditione ſint; ſed quia iis vtitur ad decipiendum, dum incautos diuitiarum irretit laqueis.* Diuitiis dæmon præſidet, quia diuitiarum obiectu homines fallit.

Reſpicite volatilia Cœli.

CVr aues reſpiciendas monuit, & non alia animalia, quæ in terris degunt? Quia cum in ſublimi aere verſentur longius à cibo abſunt, & tamen Deus paſcit illas. Terreſtria animalia plus in quærendo, & recondendo cibo induſtriæ adhibent: tacitè igitur nos edocet, ne nimis circa terrena, ac peritura laborioſi ſimus, & induſtrij; tunc enim magis Dei prouidentia apparebit; vbi minùs prouidi nos fuerimus. 463.

Cœli auiculas ſpectare nos iubet, non leones, vrſos, elephantes, & ſimilia, ſed animalium minima quæ cantui ferè vacant, & veluti obiter ci-

bum

bum ſumunt; vt ab illis nos diſceremus, Dei laudibus concineodis vacare,& cibum tanquam aliud agentes ſumere, & laudes cum cibo miſcere, quod auiculæ æſtirate ſolent,dum comedentes canunt.

Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt;non laborant neque nent.

464. Ilia nos conſiderare hîc admonet, quæ neque laborant,neque nent, & tamen adeò pulchrè à Deo veſtiuntur. Hinc laudatur in ſacro epithalamio ſponſa, ac lilio comparatur: *Sicut lilium inter*
Cant.2.2. *ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Cant.2.2. Idcirco lilium à ſponſo ſponſa dicitur, vt,quæ neque neat, neque texat, ſed omnem ſolicitudinem io ſponſum reiiciat, vt ab ipſo veſtiatur, & nutriatur. Signatè lilium inter ſpinas; quia inter calumniatores & perſecutores, qui eam, veluti ſpinæ pongunt, ipſa ſui, & iniuriarum veluti oblita, ſpem ſuam in ſponſum iacit, ad modum lilij ſe habet, Deo ſuo ſui curam committens.

465. *Conſiderate lilia* agri: Græcè, *καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, animaduertite lilia agri:* ſigoatè *agri*, non *hortenſia*; hæc enim aliquid,humanæ curæ debere videntur: lilia, quæ inagris, omnem ſuam pulchritudinem, ac decorem acceptum vni Deo referunt: etiam animæ decor vni Deo receptus referatur.

Conſiderate lilia. Cur non ex auibus pauonem nobis propoſuit, aut cygnum, vel ex pecoribus agnum! Ad herbarum vilitatem ſe contulit,vt magis Patris cæleſtis prouidentiam exaggeraret, qui herbas citò perituras tanto veſtit decore, tantâ pulchritudine: minùs exquiſitæ veſtis ambitum depretiaret, ſi eis animalia præponeret; præpoſuit inſenſibilia,vt minus veſtitus curâ tangeremur.

466. Sed pende, quod poſtea dicit: *ſi autem fœnum agri:* Lilia agri fœnum vocat: Ita ne lilia in fœnum verſa? Minimè. Cur igitur,quæ lilia dixerat, nunc ſœnum appellat? Vt omnis pulchritudo nobis vileſceret, neue, quia liliorum veſtem, candoremque laudauit, magnum aliquid hoc eſſe putaremus, & dignum, quod veſtiom paratura exprimeremus.

Addit: *ſi autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur.* S.Hilarius aliique, *quod cras in iguem mittitur.* Vides, quò decor omnis, ac pulchritudo abeat! quem finem candor habeat! In ignem mittitur, vt tacitè nos doceret, eis, qui veſtium luxu laborant, & ignem imminere, & flammis vanam hanc culturam puniendam,vnde & di-
Luc.16.19. ues ille in Euangelio, qui *purpurâ & byſſo induebatur*,vltrices tandem flammas miſer ſenſit.

Nec Salomon coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis: Græcè, *περιεβάλετο, amictus, indutus fuit.* Pende,vt omnem mundi gloriam vnico agri flori poſtpoſuerit; vt ita hominum inane ſtudium in veſtitus elegantiâ reprimeret,& coërceret.

Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

467. Ibi potus, veſtimentorumque ſuperfluitas tacitè præciditur;Clementis Alexandrini verba ſunt; *Hîc hæc particula, quid, cibi varietatem expulit*; non ſunt varia fercula anxiè quærenda, nec ciborum copiâ, ac varietate mens obruenda.

Inhibet ſolicitudinem, non laborem. Non ait, *nolite laborare*, ſed, *nolite ſoliciti eſſe:* laborare quippè poſſumus, & ſudore victum acquirere, noxiâ verò ſolicitudine corripi non debemus.

Difficilè ſolicitudo rerum terrenarum euelli à mentis humo poteſt, & idcirco tam ſæpè idem vrget Chriſtus; *Nolite*, inquit, *ſoliciti eſſe in craſtinum, Craſtinus enim dies*, verba Ruperti ſunt, *ſolicitus erit ſibi: ſufficit diei malitia tua. Iam ſemel, & iterum dixerat, Nolite ſoliciti eſſe. Quid adhuc tertiò repetit? niſi quia magnum eſt negotium, quod intendit, & difficilè, valdéque operoſum eſt, euellere de profundo cordis noſtri hanc radicem amaritudinis,radicem cupiditatis?* Infelix mens,quàm nimius habendi amor, nimia rerum cura occupat.

Quærite ergò primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius,& hæc omnia adiicientur vobis.

Quærite, non dixit, *ob regnum Cælorum ſoliciti ſitis*; ſed,,*quærite regnum Dei:* quia nec circa 468.
regnum cælorum vult oos dubiam adhibere curam, ſed certam,quæ fidei innitatur. Noo vult regnum cælorum à nobis anxiè,& perturbatè quæri, ſed quietè,& ſummâ animi tranquillitate.

Quærite: Græcè, *ζητεῖτε*: verbum, *ζητεῖν*, ſignificat etiam, *velle*, & ingentem voluntatis propenſionem notat: rectè ergo hîc adhibetur, vt diſceremus,regnum cælorum voluntatis actibus quæri, & amorem ad illud nos perducere: quæritur non corporis greſſu,ſed voluntatis affectu.

Regnum Dei: Tertullianus, *regnum*,tantùm habet; ac ſi ſolum Dei regnum regni nomen mereatur: terrena vix regna dici poſſint, cum peritura, caſura ſint: ſolum Dei regnum ſtabile, ac firmum.

Nolite ergò ſoliciti eſſe in craſtinum, craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi: ſufficit diei malitia ſua.

Quid in craſtinum ſit ſolicitus, qui an die cra- 469.
ſtinâ ſit futurus ignorat? Fors præſens hic dies nobis poſtremus erit: non eſt igitur, quòd ſuperuacaneâ anxietate ob terrena, & peritura premamur.

Nolite ſoliciti eſſe: Græcè, *μὴ οὖν μεριμνήσητε, Ne ergò ſoliciti ſitis.* Arias Montanus, *Ne igitur anxiemini. μεριμνᾶν* grammatici deriuant, *παρὰ τὸ μερίζειν τὸν νοῦν*; quod animum,mentemque in varias partes diuidat, & diſcerpat: hoc terrenarum rerum ſolicitudini congruit,quæ mentem in varias partes rapit,ac veluti diſcindit.

Sanctus Lucas eleganter hoc aliter expreſſit, cum dixit: *μὴ μετεωρίζεσθε, ne ſitis longâ futuri ſolitudine ſuſpenſi:* ſicut mathematici, cum de cælo diſputant: neque de terrenis cogitetis, ſicut ſi de cælo ageretur; hoc enim indicat Græcum verbum: *μετεωρίζομαι*: noſtri hoc eleganti Italiſmo explicant: *Far caſtelli in aria.*

Sufficit diei malitia ſua: id eſt ſua afflictio. Vt eos acriùs increparet, ipſum tempus animauit, & veluti afflictum ab omnibus introduxit; quaſi quòd contra illos de impoſitâ ſibi ſuperfluâ afflictione inclamaret.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

NOlite iudicare, vt non iudicemini.

Nolite iudicare. *Syr. Ne iudicaueritis. Caiet. Ne iudicate. Pagn. Ne iudicetis. Al. Nolite condemnare. Auct. Ne damnetis.*
Vt non iudicemini. *Caiet. Et non iudicabimini. Al. Ne condemnemini.*

Verſ. 2.

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis.

In quo. *S. Hil. Quo.*
Iudicaueritis. *Caiet. Iudicatis.*
Iudicabimini. *S. Hier. Iudicabitur de vobis.*
In qua menſurâ. *Orig. Quâ menſurâ.*
Menſi fueritis. *Orig. Metimini.*
Remetietur. *Vat. Menſura dabitur. Caiet. Menſurabitur. Fr. Luc. Viciſſim metictur. Theoph. Metientur. Euthym. Remetientur alij. Orig. Remetientur & alij.*

Verſ. 3.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides.

Quid. *Pagn. Cur.*
Vides. *Ar. M. Intueris. Auct. Spectas. Fr. Luc. Adſpicis.*
Feſtucam. *S. Aug. Stipulam.*
In oculo fratris tui. *Syr. Qua eſt in oculo fratris tui.*
Et trabem. *Ar. M. At trabem. Syr. Trabem autem.*
Non vides. *Syr. Non animaduertis. Arab. Non perſpicis. Pagn. Non conſideras.*

Verſ. 4.

Aut quomodo dicis fratri tuo: ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo?

Dicis. *Ar. M. Dices.*
Sine. *Auct. Permitte.*
Eiiciam. *Syr. Eruam. Vat. Eximam. Arab. Me eiicere. Auct. Expellam.*
De oculo tuo. *Theoph. Oculi tui. Al. Ex oculo tuo.*
Trabs eſt. *Orig. Trabs ſubiacet.*

Verſ. 5.

Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

Hypocrita. *Syr. Acceptor vultus. Hier. M. ex Syr. Simulator faciei.*
Primùm. *Pagn. Prius.*
Videbis. *Pagn. Proſpicies. Ar. M. Intueberis. Auct. Deſpicies. Fr. Luc. Perſpicies.*
Eiicere. *Syr. Ad educendam. Al. Vt eximas. Auct. Vt expellas.*
De oculo. *Fr. Luc. Ex oculo.*

Verſ. 6.

Nolite dare ſanctum canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos.

Nolite dare. *Orig. Nolite mittere. Pagn. Ne detis. Syr. Ne dederitis.*
Sanctum. *Vat. Quod ſanctum eſt. Fr. Lu. Res ſanctas.*
Neque mittatis. *S. Hier. Neque. Miſeritis. Pagn. Ne proieceritis. Vat. Ne Obieceritis. Auct. Ne proiiciatis.*
Margaritas veſtras. *Auct. Vniones veſtras.*
Ne fortè. *Fr. Luc. Ne quando.*
Conculcent. *Auct. Proculcent.*
Pedibus ſuis. *Ar. M. In pedibus ſuis.*
Et conuerſi. *Pagn. Et illi verſi in vos. Ap. B. Alb. M. Et canes conuerſi.*
Dirumpant. *Syr. Dilacerent. Tert. Euertant. S. Cyp. Elidant. Pagn. Lacerent. Hier. M. ex Syr. Confodiant. Fr Luc. Lanient. Ar. M. Diſrumpant.*

Verſ. 7.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

Petite. *Clem. Alex. Petite enim. Auct. Efflagitate.*
Quærite. *Clem. Alex. Quærite enim. Auct. Indagate, requirite.*

Verſ. 8.

Omnis enim, qui petit, accipit; & qui

Omnis enim qui petit. *Syr. Quiſquis enim petit. Ar. M. Omnis petens.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

quærit, inuenit; & pulſanti aperietur.

Qui quærit. *Ar.M. Quærens.*
Pulſanti. *Arab. Ei qui pulſat.*

Verſ. 9.

Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei?

Quis ex vobis homo. *S. Ioan. Chryſ. Quis ex vobis Pater. Fr. Lu. Num quis eſt veſtrum. Syr. Sed quis eſt vir ex vobis. Al. An quiſquam eſt veſtrûm.*
Quem. *Fr. Luc. A quo.*
Si petierit. *S. Ioan. Chryſ. Si petat.*
Filius ſuus. *Fr. Luc. Filius ipſius.*
Porriget. *Vat. Daturus ſit. Ar. M. Indet. Pagn. Dabit.*

Verſ. 10.

Aut ſi piſcem petierit, nunquid ſerpentem porriget ei?

Nunquid ſerpentem. *Syr. Num colubrum.*
Porriget. *Ar. M. Indet. Arab. Dabit.*

Verſ. 11.

Si ergo vos, cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis Pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?

Cùm ſitis mali. *S. Cyp. Cùm ſitis nequam. Syr. Qui mali eſtis. Ar. M. Mali exiſtentes.*
Noſtis. *S. Cyp. Scitis.*
Bona data. *Syr. Munera bona. Goth. Bona. S. Ioan. Chryſ. & Pagn. Dona bona.*
Dare. *Arab. Donare.*
Filiis veſtris. *Fr. Luc. Liberis veſtris.*
Petentibus ſe. *Syr. Iis, qui rogauerint eum. Al. Si poſtuletis ab ipſo. Arab. His, qui petunt ſe.*

Verſ. 12.

Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.

Omnia e. q. *Orig. Quæ.*
Vultis. *Syr. Volueritis.*
Et vos. *Vat. Talia & vos. Syr. Ita & vos. Fr. Luc. Sic & vos. Orig. Eadem & vos.*
Hæc eſt enim. *Syr. Hoc eſt enim. Ar. M. Sic enim eſt.*

Verſ. 13.

Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.

Intrate. *Orig. Contendite intrare. Vat. Introite. Fr. Luc. Ite.*
Per anguſtam portam. *Pagn. Per arctam portam. Per anguſtum oſtium.*
Quia lata. *S. Hier. Quàm lata. S. Val. Quàm ampla. Hier. M. ex Syr. Quàm dilatata.*
Ducit. *Vat. Abducit. Auct. Deducit.*
Ad perditionem. *S. Hier. & S. Val. Ad mortem. Vat. In exitium. Pagn. In perditionem. Fr. Luc. In ignem, ſeu ſupplicium æternum. Auct. In interitum.*
Qui intrant. *S. Hier. Qui ingrediuntur. Arab. Intrantes. Ar. M. Ingredientes. Syr. Qui abeunt. Fr. Lu. Qui incedunt, gradiuntur. Auct. Qui vadunt.*

Verſ. 14.

Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam!

Quàm. *Caiet. Quoniam. Theoph. Quid.*
Anguſta. *Hier. M. ex Syr. Anguſtiata, obſeſſa. Syr. Parua. Orig. Arcta.*
Porta. *Orig.* omittit.
Arcta via. *Pagn. Stricta via. Adam. C. Compreſſa. Orig. Anguſta.*
Et pauci ſunt. *Fr. Luc. Et quàm pauci ſunt.*

Verſ. 15.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces.

Attendite. *Syr. Cauete. Fr. Luc. ex Syr. Cuſtodite vos. Pagn. Attendite vobis.*
A falſis Prophetis. *Vinc. Lir. A pſeudo Prophetis.*
Qui veniunt. *S. Ioan. Chryſ. Venient enim. Orig. Ab iis.*
In veſtimentis ouium. *Tert. In pellibus ouium. S. Amb. In veſtitu. Syr. Cum veſtimentis. Ar. M. In indumentis ouium. Vat. In veſtibus.*
Intrinſecùs. *S. Val. & Vinc. Lir. Ab intus. Syr. Intus. Fr. Luc. Animo.*
Sunt l. r. *Hier. Oleas. Rapacem lupum gerunt.*

Verſ. 16.

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

A fructibus. *Syr. Sed à fructibus.*
Cognoſcetis. *Pagn. Agnoſcetis.*

Nunquid

Vulgata Editio.

Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?

Lectionum Varietas.

Nunquid colligunt. *Syr. Non colliguntur ex ſpinis vua?*
Vuas. *Vat. Vnam.*

Verſ. 17.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

Facit. *Vat. Gignit. Arab. Producit.*
Mala. *Pagn. Putris. Fr. Luc. Vitioſa.*

Verſ. 18.

Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

Non poteſt a. b. *Syr. Impoſſibile eſt, arborem bonam. Clem. Alex. Non eſt arbor bona.*
Malos fructus f. *Clem. Alex. Quæ malos fructus facit.*
Neque. *Quid. Codd. m. ſ.* addunt. *Neque rurſus.*
Mala. *Pagn. Putris. Vat. & Ar. M. Carioſa. Euthym. Inutilis.*
Bonos fructus. *Ar. M. Fructus pulchros. Clem. Alex. Quæ fructus bonos.*
Facere. *Arab. Producere. Vat. Gignere. Clem. Alex. Facit.*

Verſ. 19.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Fructum bonum. *Ar. M. Fructum pulchrum. Syr. Fructus bonos.*
Excidetur. *S. Ioan. Chryſ. & Pagn. Exciditur.*
In ignem mittetur. *S. Ioan. Chryſ. In ignem mittitur. Pagn. In ignem coniicietur. Ar. M. In ignem inicitur. Syr. In ignem cadit.*

Verſ. 20.

Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Igitur. *A. M. Itaque.*
Cognoſcetis. *Pagn. Agnoſcetis.*

Verſ. 21.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum cælorum: Sed, qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum cælorum.

Omnis. *Vat. Quiſquis.*
Domine, Domine. *Syr. Domine mi, Domine mi.*
Intrabit. *S. Hier. Ingredietur. Syr. Intraturus eſt. Pagn. Intrabit.*
Qui fecerit. *Syr. & Arab. Qui facit. A. M. Faciens.*

Verſ. 22.

Multi dicent mihi in illâ die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.

Multi dicent. *Syr. Multi dicturi ſunt.*
In illâ. *S. Aug. In illo.*
Domine, Domine. *Syr. Domine mi, Domine mi.*
In nomine tuo. *Pagn. Per nomen tuum. Ar. M. Tuo nomine.*
Eiecimus. *S. Cyp. Excluſimus.*
Virtutes multas. *S. Cyp. Virtutes magnas. Ar. M. Efficientias multas. Fr. Luc. Multas poteſtates, multa miracula.*
Fecimus. *Vat. Præſtitimus. Fr. Luc. Edidimus. S. Aug.* addit, *Et in nomine tuo manducauimus, & bibimus.*

Verſ. 23.

Et tunc confitebor illis: Quia nunquam noui vos: diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

Confitebor. *Syr. Profitebor. Arab. & S. Aug. Dicam. Caiet. Fatebor. B. Alb. M. Iurabo.*
Nunquam. *S. Aug. Non.*
Diſcedite. *S. Aug. Recedite. Ar. M. Abſcedite.*
Qui operamini in. *Syr. Operarij iniquitatis. Aliqui Codd.* addunt. *Omnes. Orig. Vos operarij iniquitatis.*

Verſ. 24.

Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

Omnis. et. *S. Hier.* Addit, *Omnis, qui venit ad me, & audit.*
Verba mea. *S. Hier. Sermones meos. Vat. Ex me ſermones hos.*
Et facit. *Syr. Exequitur.*
Aſſimilabitur. *Syr. Aſſimilatur. S. Aug. Similabo eum. Vat. Aſſimilabo illum. Fr. Luc. Comparabo eum. Apud S. Hil. Similem æſtimabo eum. Auct. Similis erit.*
Sapienti. *S. Aug. Prudenti.*
Qui ædificauit. *Syr. Qui quidem extruxit.*

Vulgata Editio.

Verſ. 25.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram.

Verſ. 26.

Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.

Verſ. 27.

Et deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Verſ. 28.

Et factum eſt: cùm conſummaſſet IESVS verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius.

Verſ. 29.

Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum, & Phariſæi.

Lectionum Varietas.

Pluuia. *Pagn. Imber.*
Irruerunt. *Ar. M. Procubuerant domui illi. Fr. Luc. Inciderunt domui illi. Lucif. Epiſc. Impegerunt.*
Non cecidit. *S. Aug. Non concidit. Al. Et non eſt proſtata.*
Fundata e. e. ſ. p. *Syr. Quippe cuius fundamenta ſupra petram iacta fuerant.*

Qui audit. *Vat. Qui audit à me.*
Verba hæc. *Vat. Sermones hos. Lucif. Epiſc. Sermones meos.*
Similis erit. *S. Ioan. Chryſ. Similis iudicabitur.*
Ædificauit. *Syr. Extruxit.*

Venerunt. *Lucif. Epiſc. Aduenerunt.*
Flauerunt. *Auct. Spirauerant.*
Irruerunt. *S. Aug. Impegerunt. Ar. M. Proruerunt domui illi. Lucif. Epiſ. Illiſerunt domui illi.*
Et cecidit. *Syr. Atque corruit. Al. Et deiecta eſt.*
Fuit. *S. Ioan. Chryſ. Facta eſt.*
Ruina. *Ar. M. Caſus.*

Factum eſt. *Vat. Euenit.*
Conſummaſſet. *Syr. Abſoluiſſet. Pagn. Finiſſet.*
Admirabantur. *Vat. Obſtupeſcerent. Pagn. Obſtupebant. Ar. M. Stupebant. Fr. Luc. Excutiebantur. Auct. Percellebantur.*

Erat enim docens eos. *Pagn. Docebat enim eos.*
Sicut poteſtatem habens. *Ar. M. Vt auctoritatem habens. Fr. Luc. ex Syr. Vt dominium exercens. Iſid. Cl. ſicut auctoritatem habens.*

CAPVT VII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Iuſtus, & perfectus caueat ne alios temerè iudicet. 470
Non facilè iudicandus is qui temporalia procurat. 470
Qui ſæpè alios iudicat temerè non ſemel id facit. 471
χρῆσιν quid. Aliena curioſè non inueſtiganda. 471
Qui aliena iudicant ſæpè nuda ſomnia narrant. 472
Quò quis grauioribus delictis premitur, eò ſeueriùs aliena arguit. 473
Βλέπειν quid. Notati qui latentia aliorum peccata curioſè inueſtigant. 473
Qui temerè iudicat trabem in oculo ſe habere prodit. 474
Qui ſine trabe, ſine feſtucis eſt, aliena non facile iudicat. 474
Qui alios temerè iudicat Dei iudicium expectet. 474
Malignus facilè alios damnat. 475
Qui leues aliorum labeculas notat phreneſis laborat morbo, & rectæ rationi defunctus eſt. 475
Qualis debeat eſſe doctor, qui feſtucam de alieno oculo eiicere debet. 477
Studio atque labore veritatis aditus nobis aperitur. 478
Dei verba vilipendere heretici poſſunt, non contemnere. 478
Maximè curandum, ne Dei verba depretientur. 478

Nolite iudicare, vt non iudicemini.

IVRE poſt tot virtutes, quas hucuſque docuit; poſt data circa ieiunium, circa eleemoſynam, circa orationem, circa rerum terrenarum neglectum monita; monet Chriſtus, ne quempiam temerè iudicemus; quia ferè ita accidit, vt vbi quis virtutum exercitiis ſe dederit, ſtatim alios arguat, & aliorum defectus notet, damnetque ſeuerius. Danda igitur hæc cautio hoc loco fuit, quia hoc vitium maximè eos corripit, qui ſanctitatis ſemitam noſſe cœperunt. Scilicèt, quò quis ſanctior, eò magis à temerariâ aliorum cenſurâ abeſſe debet. 470.

Vel ſi proximè dicta reſpiciat, poſt quam monuerat omnem terrenarum rerum curam reiiciendam, neque de craſtino cogitandum, cum diei ſua ſufficiat malitia, ſtatim de non iudicandis temerè aliis cautionem exhibet; quia nempè incertum eſt, quo animo quis temporalia procuret in futurum

Iudicium omne non damnat Chriſtus: damnat malignum, & temerarium: abſolutè tamen, & indefinitè ait: *Nolite iudicare:* indicans, eum, qui ſæpè iudicat, temerè non ſemel iudicare; vt præſtet iudicium ſuſpendere, niſi apertiſſima res ſit.

Nolite iudicare: Græcè, *μὴ κρίνετε, ne iudicate,* ſeu, *ne damnate:* hoc verbum quandam indaginem

nem involuit, vt, *κρίνειν*, ſit diligenter inueſtigata ſeuero iudicio ſubiicere, ac damnare; vnde, *κρίνειν*, aliquando ſignificat *curioſè indagare*, ac *perquirere*: ergò illud iudicium propriè inhibet hìc Chriſtus, quo aliena curioſè inueſtigamus, & quæ occulta ſunt, noxiâ indagine prodimus, ac dijudicamus: quod vitium multos obſidet, multos inficit.

472. Præterea, *κρίνειν*, ſignificat, etiam, *interpretari*, & plerumque de ſomniis dicitur, quo ſenſu Homerus exnſit Iliad. 3. Non rarò & aliorum cenſores, dum aliena iudicant, & damnant, non rem, vt res eſt, producunt; ſed omnia ſua narrant, ſomnia explicant, quum ea, quæ contra aliorum famam excogitant, ſæpè nuda ſomnia ſint.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui; & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo.

473. SCilicet ita eſt, vt, quò quis grauioribus delictis premitur, eò ſeueriùs aliena arguat, quæ minima, & exigua. Nulli atrociùs ſæuiont in leues aliorum lapſus, quàm qui longe grauioribus vitiis madent.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: Græcè, *τὶ δὲ βλέπεις τὸ κάρφος*, *quid intueris, quid ſpectas feſtucam*. *βλέπειν* non rarò dicitur de viſione, & aſpectu rei, quæ latebat & celabatur: vnde ſuperiori cap. v. 18. *ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ Pater tuus, qui vides in ſecreto*. Hìc ergò illi arguuntur, qui non ſolùm aliorum leuia peccata vident, & notant, ſed ea, quæ latebant, curioſè inueſtigant, & ſua, quæ grauia, grandiaque, & omnium oculis expoſita, non vident; adeò, vt, ſui curâ neglectâ, alienas labeculas explorent.

474. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris & trabem in oculo tuo non vides?* Non explicat, vnde factum ſit, vt in oculo trabem habeat. An in in hoc ipſo, quòd temerè iudicat, trabem in oculo ſe habere prodit?

Trabs, quæ impedimento alienæ feſtucæ videndæ eſſe debebat, fit explorádæ occaſio, qui ſine, trabe, qui ſinè feſtucis eſt, aliena non temerè iudicat.

Eſther. 7. 10. Aman in trabe, quam Mardochæo parauerat, vltimum ſubiit ſupplicium *Eſther*. 7. &, qui trabem in oculo habet, alios condemnans, Dei ſententiam exſpectet, qua condemnetur: vnde Chriſtus hìc: *in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.*

475. Malignus in aliorum oculo feſtucam videt: non ait, *in oculis, ſed in oculo*: ſatis illi, vt feſtucam in vuo oculo videat, ad hoc, vt alium damnet.

Sine eiiciam feſtucam de oculo tuo: Græcè, *ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σοῦ*, *ſine expellam, depromam feſtucam ex oculo tuo.* Trabem in oculo ſuo habet, & colligere ex alieno oculo feſtucam ſtudet. Imminentis mortis ſignum habetur, quum decumbens feſtucas colligit; quin à Galeno *καρφολογία feſtucarum collectia* inter ſigna phræneſeos ponitur: ergò, qui minuta aliorum errata, leueſque labeculas notat, cum grauioribus ipſe teneatur, phræneſis ſe laborare morbo iodicat, & rectæ rationi ſe iam defunctum oſtendit.

476. *Sine eiciam*: Plerique grauiùs in hac re peccant, & grauiori calumniæ laborant morbo: ab oculo ſui fratris non feſtucas eiiciunt, quibus infeſtatur, ſed potiùs nouas infigunt, nouas minimarum labecularum feſtucas fingunt, quas in alios reiiciunt eorum lædentes famam, & mendaciter calumniantes innocentes.

Feſtuca hìc leue peccatum, minimámque culpam ſignificat; ſed tacitè indicatur, minimè negligendam eſſe, ſtatimque excutiendam ab animæ oculo. Experiri quilibet io ſe poteſt, quàm grauiter oculus lædatur, & infeſtetur, ſi vel minima feſtuca, ſi puluis, ſi alicuius rei ramenta in illum ceciderint; quàmque omnis læſionis impatiens ſit. Idem, & multò magis in animæ oculo accidit. Explicari non poteſt, quàm mentis puritas, ac pax vel minimarum culparum infeſtatione turbetur: ſtudendum igitur eſt, vt ſtatim euellantur.

Reprehendit eos, qui minimas aliorum labeculas, veluti feſtucas, curioſè inueſtigant, & dicunt: *ſine eiciamus feſtucam de oculo tuo*. Quàm maiori reprehenſione digni ſunt, qui non quærunt, vt eiiciant, ſed vt calumnientur, vt carpant? 477.

Ineptus alienæ feſtucæ reiiciendæ eſt, qui trabem in ſuis oculis habet. *Cura erga*, inquit Sanctus Hilarius, *propria adhibenda eſt cæcitati, quia ex naturâ noſtrâ eſt, non priùs aliquem purganda de oculo fratris feſtuca idoneum effici poſſe doctorem, quàm de mentis ſuæ lumine trabem perfidæ grauitatis eiecerit.*

Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, conuerſi dirumpant vos.

MArgaritas veſtras: cur noſtræ? Per margaritas ſacræ ſcripturæ intelligentia, ac veritas intelligitur, quæ non Dei tantùm eſt, ſed etiam noſtra; quia ſcilicet aſſiduo ſtudio, atque labore cum Dei adiutorio intelligentiæ nobis aditus aperitur; vt margaritæ noſtræ quoque dicantur, licèt præcipuè Dei ſint. 478.

Ne fortè conculcent eas: Conculcare poſſunt hæretici veritatis margaritas, dirumpere non poſſunt, non poſſunt terere. Dei verba rumpi non poſſunt, quamuis poſſint vilipendi: firma, atque ſtabilia ſunt, ac prorſus perennatura.

Et conuerſi dirumpant vos. Et & de margaritis, & de miniſtris ſolicitus eſt, & vtriſque conſuluit. Sed ordinem pende: prius ait: *ne fortè conculcent eas*, poſtea, *& conuerſi dirumpant vos.* Quo ordine oſtendit, priùs curam adhibendam, ne Dei verba depretientur, & vilipendantur, quàm vt nos ab impiorum iniuriis, & perſecutionibus eximamus. Quæramus priùs Dei verba ab impiorum contemptu vindicare, quàm nos vitámque noſtram ab eorum manibus ſubducere.

SECTIO II.

Orationis inſtantia, & ardor. 479
Oratio bonis operibus ammetur. 479
Bona omnia non ab alio, quàm à Deo petenda. 479
Æterna, non peritura in oratione quærenda. 480
Αἰτεῖν de quibus dicatur. Non perfunctoriè Deus rogandus. 480
Ζητεῖν quid. Cæleſtia quærenda in oratione, non terrena, & obuia. 481
Sua dona non vult Deus nimiâ inueniendi facilitate vileſcere. 481
Homo cur malus *dicatur.* 482
Bona non merentur dici, quæ ſpiritus ſancti gratia non animantur, vel à diuino ſpiritu ſunt. 482

Veris bonis non affluunt, qui à ſupera ſpiritus gratia abſunt. 483
Promptior & facilior, in benefaciendo eſt Deus quam homines ſint. 483
Proni ad voluptates homines ferè ſunt. 484
Ἀπάγειν quid. Amens eſt qui ſpatioſam voluptatis viam ingreditur. 484
Obuia perditionis via. 484
Labores Deus admiratur, vt deſiderium erigat. 485
Lato corde per arctam perfectionis viam currendum. 485
Perfectionis via inuenta ſæpe deſeritur. 485
Charitatis porta vnit quos admittit. 486

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

479. ORationis inſtantia his verbis ſignificatur. Petimus precibus, quærimus labore, ac ſtudio; nam otio torpentes, & negligentes, dona Dei recipere non merentur; &, licet extimis ea labiis poſtulent, vitâ, moribuſque reiiciunt. Tribus loquendi formis iterat rem eandem, docetque, non obiter, & ſupinè ſternendam orationem eſſe, ſed magnâ intenſione, ſedulitate, ardoreque vehementi. Non vult Deus dona ſua nimiâ inueniendi facilitate vileſcere.

Pulſat, qui rectè operatur: plena hæc orationis forma, quæ non ab ore duntaxat promitur, ſed bonis operibus animatur. Proba, & vera oratio eſt, qua, non vocibus tantùm, ſed actibus clamatur.

Petendum docet, nec addit à quo: fruſtrà eſt, qui ab alio bona petit, quàm ab omnium bonorum Auctore: nemo tàm fatuus, qui à ſilice aquam expoſtulet, & à creaturis bona non peritura, à mundo perennatura poſtulet.

480. *Petite*, inquit Chriſtus, *& dabitur vobis: quærite, & inuenietis*: non explicat quid petendum quid quærendum ſit. Numquid terrena, & peritura? Maioribus inhiare hominis mens debet: dedecet, Cœlo natum immori perituris: cœleſtia, & ſempiterna quærenda ſunt. Non explicuit Chriſtus, ſuo ſilentio docens, neminem tàm delirum eſſe debere, qui inanium rerum petitione occupetur, & terrenorum amore diſtendatur.

Petite: Græcè, *αἰτεῖτε, efflagitate: poſtulate eo* modo quo ſolent mendici; nam *αἰτεῖν* eſt etiam *mendicare*: non ergò remiſsè, ac perfunctoriè rogandus Deus eſt, ſed ſummis precibus, ſummâ inſtantiâ non ſecus, ac mendici vitæ neceſſaria ſolent poſtulare.

481. *Quærite*: Græcè, *ζητεῖτε, indagate, requirite, rimamini, ſcrutamini*; hæc enim omnia continet verbum *ζητεῖν*. Quo docemur, ſummâ indagine, ac diligentiâ à Deo dona Cœleſtia inquirenda. Innuitur præterea, non terrena, quæ obuia ſunt, & minimè latent, facilè quærenda, ſed ſpiritualia, atque cœleſtia; hæc quippè, vt minimè obuia, ita maiori diligentiâ inquirenda.

Petite, Petere, quærere, & pulſare nos, Deus vult, vt petentibus detur, quærentes inueniant, pulſantibus aperiatur; cur non vltrò nobis ſua dona exhibet, etiam ſi non quærantur? cur tantâ præſtanda nobis ſunt, vt ea conſequamur? *Non vult*, inquit Fauſtus Rhegenſis, *Deus noſter dona ſua nimia inueniendi facilitate vileſcere; Pretioſa mora cupidum amatorem, atque auidum negotiatorem requirit.* Vetus verbum eſt. Vltroneas merces putere, atque vileſcere; ne Dei beneficia putreant, vileſcant, tantâ ſedulitate, ac ſtudio iubentur quæri.

Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis Pater veſter, qui in Cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe?

MAli, homines dicuntur Dei comparatione. Malus omnis homo eſt, quia pronus ad malum; vel malos hîc vocat ſeculi dilectores, qui, quùm terrenis inhiént, boni eſſe non poſſunt. 482.

Sanctus Lucas cap. 11. verſ. 13. hanc eandem ſententiam referens ſic extulit. *Si vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter de Cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Noſter hic Euangeliſta *bona* dixit? Lucas, *ſpiritum bonum*: quæ cohærentia maxima: quia cætera bona hoc nomen non merentur, niſi Spiritus ſancti gratiâ veluti animentur, vel à Diuino ſpiritu, tanquam à ſuo fonte, proficiſcantur. Luc. 11. v. 13

Bona, & ſpiritus bonus conuerti videntur; quia vbi Dei ſpiritus non eſt, bona cenſeri non debent quæ talia apparent, cum verè non ſint. Falluntur, qui à ſuperâ ſpiritus gratiâ abſunt, & bonis veris affluere ſe putant, dum terrenis opibus, deliciiſque obruuntur. 483.

Acuminis magis habet; quàm ſoliditatis obſeruatio hæc, quòd de hominibus loquens ait: *noſtis bona data dare filiis veſtris*; de Patre, *dabit bona petentibus ſe.* Non dixit *nouit bona dare*, ſed, *dabit*; quia promptior, ac facilior in benefaciendo eſt, quàm homines ſint, qui in donis exhibendis nimiam plerumque indigentiæ notitiam præmittunt, & beneficentiam negligunt; quia nimis accuratè aliorum miſeriam inueſtigant: quod maximè præſtant, cum eleemoſynam pauperibus, & indigentibus erogant.

Lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam! & pauci ſunt qui inueniunt eam.

DIxiſſet de latâ voluptatis portâ, & ſpatioſâ mundi viâ, *multi ſunt, qui inueniunt eam*; ſignificantiùs, *multi*, inquit, *ſunt qui intrant*, Inueniſſe; intraſſe eſt: quia proni ad voluptates homines ſunt, oblatam occaſionem auferri ſibi non patiuntur: intrant, nec interrogant, quò ducat, & vbi finiat. Mundanorum hæc amentia eſt, vt in ſpiritalis vitæ genere ineundo accuratè conſulant, & omnia expendant; ſed vbi de latæ viæ, perditæque ratione agitur, ſtatim abſque vlla conſultatione eam arripiunt, & nihil de exitu cogitantes, ad exitium ducuntur. 484.

Quæ ducit ad perditionem: Græcè, *ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, quæ deducit in exitium*; ſeu, vt vertit Vatablus, *quæ abducit in exitium.* Sanctus Valerianus, *quæ ducit ad mortem. ἀπάγειν* dicitur quandoque de abductione, qua quis à rectâ ratione abducitur; quæ notio, cum de latâ perditionis viâ agitur, hîc probè cohæret; amens enim eſt, qui ſpatioſam voluptatis, ac deliciarum viam ingreditur, quæ ad mortem, ſuppliciumque æternum ducit.

Intrant portam, nec quærunt eam; quia ſponte
ſe

ſe offert,obuia perditionis via eſt. Caue;ne facilè ingrediaris.

485. *Quàm anguſta:* inquit *porta?* Dominus ipſe, vitæ ſpiritualis anguſtias admiratur, ſed admiratione deſiderium erigit;animos à laboribus ſumere debemus, cum videmus Deum labores admirantem. Admiratur labores,admirabitur magis laborem hunc ſui amore ſubeuntem, & anguſtæ huius portæ difficultatem ſuperantem.

Anguſta ſalutis porta eſt,& arcta eſt via? ſed per ipſam benè, niſi lato corde, non curritur: probè
Pſal.118,32 ille: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Cordis anguſtia cum viæ anguſtiâ non cohæret: cohæret latitudo.

De perfectæ vitæ ratione ineundâ, *pauci ſunt,* inquit, *qui inueniunt eam.* Dixiſſet, *intrant:* ſed abſtinuit, indicans, qui eam inuenit, ſtatim non ingredi, vt ferè in perditionis porta accidit; ſed ſæpè inuenta deſeritur, nam pauci inueniunt, pauciores ingrediuntur: multi ſeculi voluptatibus capti, vitæ ianuâ repertâ, reuertuntur, & in perditionis viam ſe dant.

486. Anguſta porta eſt charitatis, quæ quos admittit, indiſſolubili nexu inter ſe vnit, nec patitur eſſe diuiſos. Anguſta perfectionis porta ſine anguſtiis eſt; & lata perditionis via magnis anguſtiis premitur.

Arcta, & anguſta via eſt, quæ ad vitam ducit, ne per illam quis tentet ire diuitiarum onere grauatus, & deliciarum corporearum pinguedine obæſus. Peritè ſanctus Gaudentius, qui huc ſpectans hæc habet: *Quoniam verò arcta & anguſta via eſt, qua ducit ad vitam, oneratos diuitiarum terreſtrium faſcibus ingredi per illam non capit. Expeditos quærit, ac tenues, omnique continentiâ caſtigatos, & (vt ita dixerim) filogracili ſimiles, quod etiam per foramen illius myſtica acus facilè tranſeat ſpiritua-les effecti.*

Arcta, & anguſta via eſt,qua itur ad cœlum;*anguſta via eſt,* inquit Sanctus Proſper, *qua ducit ad vitam, & tamen per ipſam, niſi dilatato corde, non curritur,* hinc illa Dauidis verba: *viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum;* quò anguſtior eſt via, eò magis dilatari cor debet

SECTIO III.

Malorum hominum exemplum quàm noxium. 487
Hominum fraudes, & doli maxie noxij, quàm animantium. 487
Impiorum hominum conſortium probis vitæ præcipuum impedimentum. 488
Prompti in aliorum perniciem homines mali, mali doctores. 488
Præſules & doctores tantâ cognitione pollere debent, vt Prophetæ dicantur. 488
Perſtricti Paſtores qui laſciuiore habitu ouibus nocent. 489
Opera non verba diſcernunt inter filios Dei & filios diffidentiæ. 489
καλὸς quid. Et pulchri, & boni operum fructus ſint. 489
Etiam in minimis valde placere Deo poſſumus. 489
Impius probus euadat, probus malus non fiat. 490
ἀγαθὸν cur de arbore dicatur, καλὸς de fructibus. 490
Pulchritudo in operibus, quæ ab hominibus ſpectantur. 490
Perſeuerantia in bonis operibus. 491
Certa malorum pœna. 491
Impiorum cruciatus hîc incipit, in inferno infelicius expietur. 491
Quam pœnam timere debeant, qui mala opera præſtant. 492
Chriſtus ab omni arrogantia ſigno aberat. 493
Extremi iudicij diem cogitare aſſiduè debemus. 493
In conſpectu iudicis ſupremi mentiri non audebunt impij. 494
Peccandi affectus ægrè relinquitur. 494
Notantur qui Dei verba audire negligunt. 495
Diſcordia ruinæ occaſio. 495
Peccata quæ notitiam noſtram fugiunt magis nocent. 495.
Noxia malorum ſpirituum ſuggeſtiones. 496
Superbia fabricæ ſpiritualis maximè nocet. 496
Diſcordes Diaboli cubile ſunt, 496
Otioſi Diaboli puluinar. 496
Sola magna iactura cùm de animæ ſalute agitur. 496
Maxima Chriſti verbis vis inerat, & ſuauitas. 497
Amorem ſui loquens Chriſtus mentibus inbalabat. 497
Ea quæ docet Doctor operetur. 497

Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces.

MOnuerat vt per anguſtam portam intraremus, neglectâ voluptatis viâ, quæ lata eſt, 487.
& mundanarum illecebrarum ianua: nunc ſtatim monet,vt à falſis prophetis caueremus:non abſurda hæc cautio: maximeque cohærens cum ſuperioribus; nihil enim ita nos ad perditionis viam ducit, quàm malorum hominum exemplum, & fraus, facilè ſe à latâ perditionis viâ ſubducet, qui impiorum hominum vitabit conſortium.

Ab hominum deceptione, ac fraudibus cauendum monet: non monet, vt à vulpibus, à ſubdolis aliis animalibus caueremus; quia horum fraus non ita nobis nocet, ſicuti hominum: animantium fraus, ac deceptio ſi hominum fraudi compareturnulla eſt: externis rebus, corporique nocere animantia dolis poſſunt; animam, mentemque non inuadunt, nec illis inſidias ſtruunt: ſtruit hominum malitia.

Intrandum per anguſtam portam Chriſtus dixe- 488.
rat: *intrate,* inquit, *per anguſtam portam,* Nunc præcipuum impedimentum oſtendit, quo ferè ab ingreſſu auocamur: huiuſmodi autem eſt impiorum hominum conſortium, & hæreticorum fraus qui ementito virtutis habitu, cum oues videantur, lupi rapaces ſunt.

Qui veniunt ad vos: non dixit, *nos ad illos ire,* nam pergunt ad nos, etiam non vocati, mali homines, malique doctores, vt decipiant, ad perditionem trahant: ſoli perire nolunt, perire cum aliis amant: vrget illos eorum malitia, vt aliorum perniciem quærant.

Attendite à falſis prophetis; cur de prophetis malis cauendis loquitur, cùm prophetæ in Chriſto finierint? Prophetæ, qui de Chriſto prophetarent, in Chriſto defecerunt; non illi, qui de aliis nam & ad poſteriora tempora reſpiciunt illa verba. *Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ;* Præterea Prophetæ dicuntur Præſules, atque Doctores; nam qui hoc munus exercent,tanta cognitione, rerúmque notitia pollere debent, vt quæ aliis occulta, ipſis nota ſint.

489. *Qui veniunt ad vos*; Ad vos venire ſe blanditiis, & veſtimenti ſimilitudine ſimulant; ſed verè veniunt contra vos; amicos ſe fingunt, hoſtes ſunt; eò magis cauendi, quò ſub ouium habitu in oues ſæuiunt.

In veſtimentis ouium; qui ſanctiore habitu nequitiam contegunt, reprehenduntur à Chriſto. Quid in illos fiet, qui laſciuiore habitu ouibus nocent? Audiendus Sanctus Paſchaſius: *Intelligant, quo cenſendi ſint nomine, qui nec habitu teguntur humilitatis; ſi enim ab iſtis cauendum eſt, qui & prophetiam prædicationis impendunt, & habitum ſanctæ religionis gerunt; quid vtique ab his, qui cultioribus ſeculi ſe ornant veſtibus, mundi ſectantur gloriam,* mulierum mollitiem, vanitatem?

Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

SIgnatè *à fructibus* dixit: *quia*, vt ait Sanctus Bernardus, *non ex foliis, non ex floribus, ſed ex fructu bona arbor, maláve dignoſcitur; denique à fructibus ait cognoſcetis eos; opera ergo, & non verba diſcernunt inter filios Dei, & inter filios diffidentiæ;* nemo ſibi de verbis blandiatur, iuſtum ab iniuſto opera diſcriminant, & facta.

Omnis arbor bona fructus bonos facit.

F*Ructus bonos facit*: Græcè καρποὺς καλοὺς ποιεῖ, *pulchros, ac venuſtos fructus facit. καλὸς & pulchrum &* *bonum* ſignificat; ſed Interpres bonum vertit, quia extima pulchritudo non prodeſt, ſi malus, noxiuſque ſit fructus. Bonitatis non pulchritudinis ratio habeatur: hypocritarum eſt pulchros tantum fructus oſtentare, non bonos. Et pulchri, & boni fructus ſint, vt καλοὺς appellare eos poſſimus.

Non dixit, *fructus magnos*, aut, *multos*: ſufficit, ſi iuxta vires quiſque fructus producat: non operis magnitudo ſpectatur, ſed bonitas; nam etiam in exiguis placere Deo poſſumus, & fors ſæpè magis in illis, quàm in magnis, ſi magna tantùm ſint, quàm in multis, ſi tantùm multa: Deo, qui bonus eſt, boni fructus operum placent.

Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

490. PEnde, quòd non ait: *Non poteſt, arbor bona mala fieri; nec mala, bona fieri*; hoc enim poſſibile eſt: nam Paulus de perſecutore factus eſt Apoſtolus, & Iudas, ex Apoſtolo Chriſti, ſui proditor: ergo, qui bona arbor Dei gratiâ eſt, timeat, ne mala ſuâ malitiâ fiat; &, qui mala arbor eſt, curet, vt vitæ mutatione in bonam vertatur.

Bona arbor: Græcè, δένδρον ἀγαθὸν. Etiam fructus, *boni*, dicuntur, eadem tamen vox non adhibetur, ſed alia, nempè καλοὺς, quæ pulchritudinem maximè notat. Ergo in fructibus ea bonitas requiritur, quæ pulchritudini, ac venuſtati admixta eſt: in arbore non adeò neceſſaria pulchritudo, vt in fructibus. Operum fructus ſpectari ab hominibus poſſunt: voluntatis arbor ab illis videri nequit; hinc eſt, quòd in fructibus pulchritudinis ratio magis habetur, quàm in arbore.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

491. SIgnatè, *quæ non facit*, dixit; non, *quæ non fecit*: non enim ſufficit ſemel, aut bis fructus feciſſe, niſi in bonis operibus perſeueres: parum eſt feciſſe, niſi aſſiduè facias.

Excidetur, & in ignem mittetur. Syrus, *Exciditur, & in ignem cadit.* Ita & Græcè. Tàm certa futura eſt malorum pœna, vt adeſſe iam videatur, licèt futura ſit. Vel dicitur, *exciditur, & in ignem conicitur*, id eſt excidi, & in ignem coniici ſolet.

Denique præſens dicitur malorum cruciatus; quia plerúmque in hac vitâ torqueri incipiunt, & præſentia mala eos ad futura ita tranſmittunt, vt duplex eorum contritio iuſto Dei iudicio ita continuetur, & hîc cœpta, in inferno infeliciùs expleatur.

Quæ non facit fructum bonum; excinditur arbor, quæ bonum fructum non facit; quid illa patietur, quæ facit malum? Rem benè contra malos, 492.
malique operatores vrget Sanctus Auguſtinus, *Omnis*, inquit, *arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Non dixit, quæ facit fructum malum, ſed quæ non facit fructum bonum. Hinc ergo poſſumus euidenter agnoſcere, quas pœnas arbor ſpinoſa in die iudicij patietur; quando illa, quæ fructum non dederit excidetur, & in ignem mittetur?* A malorum operum pœnis mali diſcant meliorem mentem ebibere, & timore pœnæ culpam euitare.

Multi dicent mihi in illâ die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis: Quia nunquam noui vos.

M*Vlti dicent mihi*, tanquam ſupremo ſcilicet Iudici. Vide Chriſti humilitatem: non 493.
apertè Iudicem ſe futurum dicit; tantùm id tectè inſinuat, ne infirmos auditores offenderet, neue arrogantiæ ſignum, vel leue, poſſent in eo reperire.

In illa die: Græcè Ἐμφατικῶς, Extremi iudicij diem, *illum diem*, vocat: quod frequens in ſacris litteris, etiamſi de eo nihil præceſſerit. *Diem illum*, vocat, tanquam ſingularem, quem nemo ignorare debeat: cuius nos ſemper meminiſſe, quem ſemper nobis ob oculos verſari, oporteat.

Dicturi impij ſunt voce, aut (quod probabilius 494.
eſt) cogitatione: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Nec reſpondebit Dominus, *non feciſtis*; non enim in conſpectu tanti Iudicis audebunt mentiri, aut iactare, quæ non fecerunt. In die iudicij nec ipſe peccator audebit quidpiam in ſui deffenſionem, aut excuſationem fingere.

Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem.

NOn ait, *operati eſtis*; ſed, *operamini iniquitatem*, quia licèt facultatem peccandi, impij in iudicio non ſint habituri, peccandi tamen affectu non carebunt. Hæc prauorum ſtultitia & impietas vt velint peccare, cùm non poſſint: adeò peccandi libidine tenentur, qui in peccatis vitam conſumpſerunt.

Omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam.

SI ſtultus audit, qui Dei verba audit, nec opere complet; qua reprehenſione dignus erit, qui 495.
Dei

Dei verba nec audire dignatur, qui ſcire negligit, quæ Diuina lex docet? Et non huc quorundam hominum dementia euaſit? Vtinam non euaſiſſet.

Domus ſuper arenam fundata irruente vento corruit; & ædificium, quod vnitati non innititur, ſed diſcordiæ, labitur; & ſolo æquatur adueniente tentatione.

Cadente pluuia, & vento irruente, domus malè fundata cadit: pluuia, manifeſta peccata ſunt; pluuia enim oculis videtur, ventus, occulta, ac ſpiritulia; oculorum enim aciem ventus fugit. Igitur animæ ruina non à manifeſtis tantùm criminibus, ſed magis ab occultis, ac ſpiritalibus eſt; ſicut ventus præcipua eſt ruinæ cauſa. Nempè, lapſus, qui notitiam noſtram fugiunt grauiores ſunt, magis nobis nocent.

496. Ventus, malorum etiam ſpirituum ſuggeſtiones ac infeſta ſpiramina ſignificat, quæ domûs ruinam moliuntur, noſtrumque exitium quærunt.

Denique ventus, ſuperbia eſt; nihil eſt enim, quod fabricæ ſpirituali magis officiat, quàm inanis gloria, iactantia, atque ſuperbia.

Arena, eos, qui ſibi non cohærent, notat; vnde non mirum, ſi *Apoc.* 12. ſuper arenam Dra-
Apoc. 12. 18. co ſtare perhibetur: diſcordes enim, minimèque inter ſe vniti Diaboli cubile videntur, & in ipſis, veluti in molli ſtratu, iacet.

Arena, quæ ſterilis eſt, ſteriles ſignificat, & infœcundos, eoſque, qui otio torpent: iurè in arenâ Draco iacet; quia, vt ille ait, otioſus molle puluinar diabolo parat, uno ſatanæ puluinar eſt.

Et cecidit & fuit ruina illius magna.

ET *fuit ruina domus illius magna*; cur magna? *Quia non exiguarum*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *leuiúmque rerum periculum eſt. Sed de animæ diſcrimine, & immortalibus ſupplicijs ſuſtinendis, de cæleſtis regni, æternorumque bonorum amiſſione res agitur*; alioquin alia quælibet iactura exigua minimáque eſt.

Cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrinâ eius.

COgita, quanta fuerit docentis virtus, verborumque vis, vt in admirationem, ſtuporemque auditores rapuerit; cum alioquin præceptorum onere, ac rerum ſublimitate ſe preſſos queri potuiſſent. Tanta inerat Chriſti verbis vis, tantâ auditorum mentes ſuauitate loquens permulcebat, vt præceptorum onus non ſentirent. 497.

Sermonem Chriſtus finierat, non deſcendebant tamen turbæ, non abibant; ſed illum ſequebantur è monte deſcendentem. Tantum illis dictorum ſuorum amorem infuderat, vt, veluti quadam catenâ conſtricti, ei adhærerent.

Erat docens, ſicut poteſtatem habens.

SErmo doctoris in poteſtate fit, cum ea, quæ docet, operatur. Eſt enim docentis virtus, quæ perſuadet, non oratio, quæ quò accuratior eſt, eò magis ſuſpecta eſt, & minùs altas in auditorum mentibus agit radices. Denique exempla mouent, verba ſonant.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VIII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

CVM autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.

Quum deſcendiſſet. *Theoph. Quum deſcenderet. S. Hilar. deſcendente eo.*
Secutæ ſunt. *Syr. Circumdederunt.*

Verſ. 2.

Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare.

Leproſus. *Syr. Leproſus vnus. S. Hilar. Leproſus quidam.*
Veniens. *Euthym. Quum acceſſiſſet. Pagn. Accedens. Theoph. Acceſſit. Fr. Luc. Quum veniſſet.*
Adorabat. *Fr. Luc. Accidebat ei ad genua.*
Si vis. *Pag. Si velis. Syr. Si volueris.*
Potes. *Ar. M. Efficax es.*

Verſ. 3.

Et extendens Ieſus manum tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

Extendens manum. *Vat. Protenſáque manu. Euth. Extenſâ manu. Syr. Manum ſuam. Auct. Porrectâ manu.*
Volo. *Syr. Volo ego.*
Mundare. *Pagn. Mundus eſto. Vat. Mundus fias. Fr. Luc. Mundator.*
Confeſtim. *Syr. In illâ ipsâ horâ. Al. Protinus.*
Mundata eſt lepra eius. *Arab. Mundatus eſt à leprâ ſuâ.*

Verſ. 4.

Et ait illi Ieſus: Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te Sacerdoti, & offer

Nemini dixeris. *Arab. Ne dicas alicui.*
Vade. *Euth. Abi.*
Oſtende. *Auct. Repræſenta.*
Te. *Theoph. Te ipſum. Syr. Temet ipſum.*
Sacerdoti. *Syr. Sacerdotibus.*
Offer. *S. Gaud.* addit. *Pro emundatione tuâ.*
Munus. *Syr. Oblationem. S. Cyp. Donum. Fr. Luc. Sacrificium.*

munus

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

Præcepit *Vat. Conſtituit. Ar. M. Attribuit. Pagn. Iuſſit.*
In teſtimonium illis. *Syr. Vt ſit eis teſtimonio.*

Verſ. 5.

Cum autem introiſſet Capharnaum. acceſſit ad eum centurio, rogans eum.

Cum autem introiſſet. *S. Hilar. Poſt hæc autem cùm introiſſet. Ar. M Introeunte autem ipſo. Vat. Quum autem ingreſſus fuiſſet. Fr. Luc. Ingreſſum autem.*
Acceſſit. *Pagn. Adiit. S. Ioan. Chryſ. Aduenit. Arab. Venit.*
Centurio. *S. Hil. Quidam Tribunus.*
Rogans. *Arab. Et rogauit. Pagn. Obſecrans. Ar. M. Appellans.*

Verſ. 6.

Et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

Dicens. *Syr. Inquiens.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Puer meus. *Pagn. Famulus meus. S. Hil. Puer. Fr. Luc. Seruus meus.*
Iacet. *Teoph. Diſcumbit. Vat. Decumbit. Pagn. Penitus iacet. Fr. Luc. Proiectus eſt. Auct. Lecto affixus eſt.*
In domo. *Fr. Luc. Domi.*
Malè torquetur. *Arab. Cruciatus valdè. Syr. Malè cruciatur. Pagn. Grauiter cruciatur. Ar. M. Vehementer diſcruciatus. Al. Grauiter diſcruciatur. Fr. Luc. Vehementer vexatus. Auct. Vehementer afflictus.*

Verſ. 7.

Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.

Ego veniam. *Pagn. Ego profectus. Vat. Ego, cùm venero. Syr. Iturus ſum.*
Curabo eum. *Vat. Medebor illi. Fr. Luc. Sanabo eum.*

Verſ. 8.

Et reſpondens centurio, ait: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Reſpondens. *Arab. Reſpondit.*
Dignus. *Pagn. Idoneus.*
Tectum. *Syr. Tugurium. Arab. Tectum domus meæ. Fr. Luc. In domum meam. Hier. Matr. ex Syr. Sub vmbram. Sub vmbraculum meum.*
Dic verbo. *Multi Codices & Syr. Dic verbum, Theoph. Dic ſermonem. Fr. Luc. Iube ſermone.*

Verſ. 9.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub mê milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit.

Nam & ego. *Iſid. Clar. Etenim ego.*
Homo ſum. *S. Epiph* omittit.
Sub poteſtate conſtitutus. *Pagn. Sub poteſtate alterius conſtitutus. Aliqui Cod. Sub poteſtate. Ar. M. Sub auctoritatem. Vat. Subditus poteſtati alterius.*
Habens. *S. Epiph. Habeo.*
Sub me. *Syr. Sub manu meâ. Ar. M. Sub me ipſum. Vat. Sub mê ipſo. S. Epiph. In meâ poteſtate.*
Milites. *S. Epiph. Milites & ſerues.*
Dico huic v. e. v. *S. Epiph. Quodcunque imperauero, perficiunt.*
Et alij. *Iſid. Clar. Et alteri. S. Epiph.* omittit.
Veni e. v. e. ſ. m. *S. Epiph.* omittit.
Fac hoc, & facit. *Syr. Hoc age, & agit,*

Verſ. 10.

Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.

Audiens. *Syr. Quod quum audiſſet. Vat. Hæc autem cùm audiſſet.*
Miratus eſt. *Pagn. Admiratus eſt.*
Amen. *Theoph. Amen Amen.*
Non inueni. *Tert. Ne reperi. Theoph. Ne inueni.*
Tantam fidem. *Syr. Talem fidem. Arab. Similem huic fidei. Tert. Tantum fidei.*
In Iſraël. *Arab. In vno ex Iſraël. Theoph. In Iſraël quidem.*

Verſ. 11.

Dico autem vobis, quòd multi ab

Dico autem vobis. *Fr. Lu. Adfirmo autem illud vobis.*

Oriente,

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in Regno cœlorum.

Ab Oriente. *S. Hier. de Oriente. Ar. M. Ab orientibus.*
Ex Occidente. *S. Hier. Occidente & Septentrione, & meridie. Ar. M. Et occidentibus. Orig. Ab Occidente & quatuor ventis.*
Venient. *Syr. Venturi ſunt. Vat. Venturos eſſe.*
Recumbent. *S. Hier. Accumbent, & Diſcumbent, & accubabunt. Syr. Seſſurique ſunt. Vat. Accubituros.*
Cùm Abraham. *S. Hier. In ſinu Abrahæ. S. Ioan. Chryſ. In ſinibus Abrahæ.*
In Regno cælorum. *S. Hier. In Regno Dei. S. Proſp. In Regno Patris ſui.*

Verſ. 12.

Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Filij. *Clem. Alex. Qui.*
Regni. *S. Aug. Regni huius. Clem. Alex. In peccata inciderunt. Fr. Luc. Indigenæ.*
Eiicientur. *S. Cyp. Expellentur. S. Aug. Ibunt. Syr. Extrudentur. Arab. Proiicientur. Vat. Eiiciendos.*
In tenebras exteriores. *Fr. Luc. In tenebras extimas.*
Ibi. *S. Cyp. Illic.*
Fletus. *S. Cyp. Ploratio. Pagn. Ploratus.*
Stridor dentium. *Ar. M. Fremitus dentium.*

Verſ. 13.

Et dixit Ieſus centurioni: Vade, &, ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illâ horâ.

Vade. *Pagn. abi. Fr. Luc. Sis bono animo, & pacato.*
Sicut credidiſti. *Theoph. Sicut credis. Arab. Secundum fidem tuam. Pagn. Quemadmodum credidiſti. Al. Quemadmodum credis.*
Puer. *Vat. Famulus. Syr. Puer eius. Fr. Luc. Seruus eius.*
In illà horâ. *Fr. Luc. ex Syr. In eo ipſo momento. Syr. In illâ ipsâ horâ.*

Verſ. 14.

Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem:

Cùm veniſſet. *Ar. M. Ingreſſus.*
In domum. *Syr. In ædes. Fr. Luc. In domum ſocrûs Petri.*
Iacentem. *Pagn. In lecto decumbentem.*
Febricitantem. *S. Petr. Chryſ. Febrientem. Syr. Febre correptam. Fr. Luc. Grauiter laborantem febribus.*

Verſ. 15.

Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

Dimiſit. *Pagn. Reliquit.*
Miniſtrabat. *Syr. Miniſtrauit.*
Eis. *Arab. Ei.*

Verſ. 16.

Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habentes curauit:

Veſpere autem facto. *Arab. Cùm autem eſſet ſerò. Vat. Cùm autem aduesperauiſſet. Al. Cùm appetiſſet veſpera.*
Obtulerunt. *Pagn. Adduxerunt.*
Ei. *Syr. Coram eo.*
Multos dæmonia habentes. *Fr. Luc. Multos dæmoniacos. S. Paſch. Multos dæmonium habentes.*
Eiiciebat. *Pagn. Eiecit. Syr. Fecit exire.*
Spiritus. *Syr. Dæmonia. S. Hil. Spiritus immundos.*
Verbo. *Fr. Luc. Solo ſermone, ſolo iuſſu. S. Hilar.* omittit.
Curauit. *Vat. Sanauit. Ar. M. Sanabat.*

Verſ. 17.

Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem: Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotationes noſtras portauit.

Adimpleretur. *Vat. Impleretur.*
Infirmitates. *Tert. Imbecillitates noſtras.*
Accepit. *Vat. Suſcepit. Tert. Abſtulit. Quidam Cod. In humeros accepit. Euth. Aſſumpſit. Syr. Accipiet.*
Ægrotationes. *Arab. Dolores. Tert. Languores. Pagn. Morbos.*
Portauit. *Syr. Suſtinebit. B. Alb. M. Aſportauit. Fr. Luc. Altè portauit, abſtulit.*

Verſ. 18.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

Verſ. 18.

Videns autem Ieſus turbas circum ſe, iuſſit ire trans fretum.

Turbas. *Vat.* addit, *Multas.*
Iuſſit ire trans fretum. *Pagn. Iuſſit vt abirent in vlteriorem ripam. S. Hil.* addit *diſcipulos. S. Chry. Turbas.*
Ire. *Syr. Eas abire. Vat. Vt diſcederent. Fr. Luc. Abire. Vt abiretur.*

Verſ. 19.

Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocunque ieris.

Accedens. *Arab. Acceſſit. S. Hil. Accedens ad eum.*
Vnus ſcriba. *Syr. Quidam ſcriba.*
Magiſter. *Pagn. Præceptor. Syr. Præceptor mi.*
Sequar te. *Syr. Ibo poſt te.*

Verſ. 20.

Et dixit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Foueas. *Fr. Luc. Cauernas. Syr. Luſtra.*
Volucres cæli. *S. Aug. Volatilia cæli. S. Petr. Chryſ. Aues cæli.*
Nidos. *S. Cyp. Diuerſoria. S. Ambr. & Goth. Nidos, vbi requieſcunt. Manuſcriptum Brugenſe. Tabernacula. Fr. Luc. Vmbracula.*
Caput. *Syr. Caput ſuum.*
Reclinet. *S. Cyp. Inclinet. Fr. Luc. Reclinet feſſus.*

Verſ. 21.

Alius autem de diſcipulis eius ait illi: Domine, permitte, me primùm ire, & ſepelire patrem meum.

De diſcipulis eius. *Vat. De numero diſcipulorum. Ar. M. Diſcipulorum eius. Syr. Ex diſcipulis.*
Me. *S. Petr. Chryſ. Mihi.*
Ire. *Ar. M. Abire. Vat. Vt abeam.*
Sepelire. *Syr. Sepultum. Pagn. Sepeliam.*

Verſ. 22.

Ieſus autem ait illi: Sequere me, & dimitte, mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Sequere me. *Syr. Veni poſt me. Fr. Luc. Adhæreto mihi, relictis omnibus.*
Dimitte. *S. Paſch. Rat. Sine.*
Sepelire. *S. Hier. Vt ſepeliant. Syr. Sepelientes. S. Theoph. Patr. Antioch. Mortui ſepeliant.*

Verſ. 23.

Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.

Aſcendente eo. *Pagn. Cùm inſcendiſſet. Syr. Quum conſcendiſſet. Vat. Cùm eſſet ingreſſus. Fr. Luc. Ingreſſum eum. Orig. Aſcendente Ieſu.*
In nauiculam. *Fr. Luc. In nauigium. Syr. Nauem.*
Secuti ſ. e. *Syr. Conſcenderunt cum eo.*
Diſcipuli e. *S. Hil. Diſcipuli.*

Verſ. 24.

Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

Motus. *Syr. Commotio magna. S. Hil. Tempeſtas magna.*
Factus. *Vat. Ortus. Syr. Facta.*
Fluctibus. *Ar. M. Sub fluctibus. Auct. A fluctibus.*
Ipſe verò. *Syr. Ipſe autem Ieſus.*

Verſ. 25.

Et acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine, ſalua nos, perimus.

Acceſſerunt. *Ar. M. Accedentes.*
Suſcitauerunt. *Pagn. Excitauerunt.*
Salua nos. *Pagn. Serua nos. S. Gaud. Libera nos.*
Perimus. *Arab. Profectò perimus. Auct. Periclitamur.*

Verſ. 26.

Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis, modicæ fidei? Tunc ſurgens, imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

Modicæ fidei. *Pagn. Exiguæ fidei. Vat. O exiguâ fide præditi. Syr. Modicâ fide præditi. Theoph. Parum fidentes. Al. Exiguâ præditi fiduciâ.*
Surgens. *Fr. Luc. Experrectus. Arab. Stetit. Syr. Surrexit Auct. Excitatus.*
Imperauit. *Pagn. Increpuit. Syr. Cohibuit.*
Ventis. *Auct. oper. imper. Vento. Syr. Ventum. Vat. Ventos.*
Mari. *S. Aug. Fluctibus.*
Tranquillitas. *Theoph. Serenitas.*

Verſ. 27.

Porro homines mirati ſunt dicentes: Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?

Qualis eſt hic. *S. Ioan. Chryſ. Qualis eſt hic homo. Syr. Quis eſt iſte?*
Quia venti. *Vat. Quia & venti. Al. Quia venti quoque. Fr. Luc. Quòd etiam venti.*
Obediunt. *S. Cyr. Alex. Obediant.*

Verſ. 28.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 28.

Et, cùm veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.

Trans fretum. *Pagn. In vlteriorem ripam. Fr. Luc. In vlteriorem ripam.*
Occurrerunt e.d.h.d. *S.Epiph. Ecce dæmoniaci duo. S.Hil. Occurrerunt ei duo homines.*
De monumentis. *Fr.Luc. Ex monumentis. Syr. De domo ſepulchrorum. Vat. E monumentis.*
Exeuntes. *S.Hil. Egreſſi.*
Sæui nimis. *S.Hil. Periculoſi nimis S.Epiph. Difficiles valdè. Theoph. Sæui ſupra modum. Syr. Mali admodum. Fr.Luc. Moleſti ſupra modum, valdè.*
Poſſet. *Fr.Luc. Valeret.*

Verſ. 29.

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Ieſu Fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos?

Et ecce. *S Epiph.* omittit.
Clamauerunt. *Vat. Clamabant. Al. Vociferabantur. S. Acclamarunt.*
Quid nobis & tibi. *Vat. Quid rei nobis tecum eſt? S.Epiph. Sine: quid nobis & tibi.*
Veniſti huc. *S.Epiph. Quoniam veniſti.*
Toquere nos. *S.Cyp. Punire nos. Pagn. Ad cruciandum nos. Theoph. Vt torqueas nos. Euth. Vt affligas nos. Arab Vt torqueres nos. Iſid. Hiſp. Perdere nos. Vat. Ad torquendum. Fr. Luc. Cruciatum nos.*

Verſ. 30.

Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens.

Multorum p. *S.Epiph. Porcorum.*
Paſcens. *Arab. Qui paſcebat Qui paſcebatur illic.*

Verſ. 31.

Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

Dæmones autem rogabant. *Ar. M. Verùm dæmones appellabant. Syr. Ipſi verò dæmones petebant ab eo.*
Hinc. *S Epiph. Ex hominibus.*
Mitte nos. *Pagn. Permitte nobis vt abeamus. Vat. Permitte nobis, vt demigremus. Fr.Luc. Permitte nobis abire.*
In gregem p. *Fr. Luc. In illum gregem porcorum. S.Epiph. In porcos.*

Verſ. 32.

Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.

Ite. *Pagn. Abite.*
Exeuntes. *Euth. Egreſſi. Syr. Statim exeuntes. Arab. Et ipſi cùm exiſſent. Vat. Illi verò egreſſi.*
Abierunt. *Euth. Demigrauerunt. Syr. Ingreſſi ſunt.*
Abiit. *Pagn. Ferebatur. Syr. Contendit in rupem. Ar.M. Irruit.*
Mortui ſunt. *Pagn. Perierunt. Arab.* addit, *Omnes ipſi.*

Verſ. 33.

Paſtores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

Paſtores. *Pagn. Qui paſcebant. Syr. Illi, qui paſtores agebant. Fr.Luc. Paſcentes.*
Fugerunt. *Pagn. Aufugerunt. Syr. Fugientes.*
Venientes. *Fr.Luc. Abeuntes. Auct. Digreſſi. Pagn. Cùm abiiſſent. Vat. Profecti. Syr. Seſe receperunt.*
Et de eis, qui dæm. *Pagn. Et quæ accidiſſent dæmoniacis. Vat. Quid accidiſſet dæmoniacis. Ar.M. Et illa, quæ dæmoniacorum.*

Verſ. 34.

Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu: & viſo eo, rogabant, vt tranſiret à finibus eorum.

Obuiam. *Syr. In occurſum.*
Viſo eo. *Ar.M. Videntes eum.*
Rogabant. *Ar. M. Appellabant.*
Vt tranſiret. *Vat. Vt decederet. Euth. Vt diſcederet. Fr.Luc. Vt digrederetur.*

CAPVT VIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Prius querenda, qua ſpiritualia. 498
Modeſtia & attentio in Dei verbis audiendis. 498
Infirmitates ad Chriſtum nos vrgent. 499
Animæ ſanitas prius querenda, quàm corporis. 459
Sanitas corporis quanta cautione petenda. 499
Citius curatur, qui ſe curatione indignum exiſtimat. 499
Ἐκτείνειν quid. A peccato nos educere Chriſtus quærit, dum non ſanat. 500
Crux mundi ſanitas: Crucis deſiderio Chriſtus ardebat. 500
Aliena peccata ne facilè tangat, qui ea curare nonpoteſt. 501
Euchariſtia ſumptio etiam corpori ſalubris. 502
Infirmorum vulnera quanta charitate contrectanda. 502
Sanitatem alteri nullus debeat, quàm Deo. 503
Qi citò ſanari vult, citò ad Deum recurrat. 503
Inuidia quantum in hominum animos poſſit. 503

Cùm autem deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ; & ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine, ſi vis potes me mundare.

498. *CVm autem deſcendiſſet de monte:* Cur non antequam deſcenderet, ſe hic leproſus ante Chriſtum ſiſtit? An quia in monte docebat Chriſtus, corda curauit, ſanauit animas? Quæ corporis ſanitatem concernunt ſecundas obtinent; nec, quæ ad ſpiritualem profectum ſpectant, iis, quæ carnis ſunt, ſunt aut commiſcenda, aut patianda. Suum vnicuique rei tempus eſt; ſed præire debent, quæ ſpiritualia, nec inuertendus hic ordo.

Pende turbarum vrbanitatem, atque modeſtiam: dum in monte Chriſtus concionaretur, leproſus hic, nec vllus ægrotus illi curandus oblatus eſt; ne ſcilicet eius ſermo impediretur. Turbæ, ne concionem turbent, non audent ægrotos adducere in montem; nec leproſus audet pergere: quid hîc illi, qui geſtis, ac logis, imperitiſque ſermonibus ſacros Eccleſiaſtas, dum auditores ſuos alloquuntur, impediunt? Quid verò illi, qui non leproſos, & debiles adducunt, ſed in concionibus ipſis peccati lepram otioſis verbis, curioſis aſpectibus contrahunt, quam ante non habuerant?

499. Vtiles, animæ corporis morbi ſunt: leproſus iſte ad Chriſtum accedit, reuerentiam ei exhibet, ſe illi inclinat, hoc fors non facturus, ſi ſanus; ferè enim in Euangelio videmus, eos acceſſiſſe ad Chriſtum, qui aliquâ infirmitate tenebantur.

Leproſus accedit, non quia ſpirituali infirmitate corripiebatur: ita enim ferè fit, vt maior nobis corporeæ valetudinis cura ſit, quàm ſpiritualis, corpori infirmo medecina quæritur, non ita animæ languenti.

Si vis, inquit, *potes me mundare:* non dubitat de Chriſti voluntate; ſed, an ſibi expediat curatio illa? eadem nobis ſit mens, dum ab infirmitate corporis corripimur. Dicere poterat leproſus: *quia potes me mundare, velis etiam.* Non vſus hoc ſermone eſt; ne abſolutè quæreret, quod neſciret, an expediret.

Si vis, potes me mundare: Non quòd de benignitate Domini dubitaret leproſus, dixit, *ſi vis;* ſed, quòd eius voluntati rem totam ſubiiceret, ſe dignum agnoſcens plagâ, quam ferebat; itaque eò citiùs à Chriſto curatus eſt, quò magis ſe indignum curatione humiliter ſentiebat.

Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare.

ET extendens Ieſus manum: Græcè, *καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, & porrectâ manu:* Verbum *ἐκτείνειν, porrigere*, ſeu *protendere* ſignificat & 500.
etiam *educere*; & in ſacris litteris de eductione à peccatis dicitur, Sap.10.v.1. *& eduxit illum à delicto ſuo:* in fonte eſt ἐξήγαγεν. Hæc vis poteſt huic verbo hîc quoque ſubeſſe; nam Chriſtus ita manum leproſo porrexit, vt à lepra mundaret, vt etiam à peccato ſe illum voluiſſe educere tacitè ſignificaret. A peccato nos educere Chriſtus quærit, dum manum porrigit & ſanat. Sap. 10.1.

Mundare poterat etiam ſinè manus extenſione; ſed tacitè innuit, quòd extenſis in cruce manibus erat mundum ſanaturus: tam ardenter cupiebat Chriſtus in cruce mori, vt aſſiduè ad crucem cogitaret, & vel corporis habitu extenſionem, quæ in Cruce futura, ante Crucem repræſentaret.

Cur leproſum tangit? quod lege inhibebatur. 501.
Leuit.14.v.2. Non erat ei prohibitum tangere, Leu. 14.2.
qui tactu curare lepram poterat: ſicut Elias, & Eliſæus non fecerunt contra legem, tangendo mortuos, quia tactu eos vitæ reddiderunt 3.*Reg.*7. 3. Reg. 7.
& 4.*Reg.*4. Diſce: alienam peccatorum lepram 4. Reg. 4.
minimè tangas, minimè lingua prodas, niſi tactu curare poſſis; alioquin tu quoque immundus habeberis. Tangit leproſum, oſtendens, mundo nihil immundum eſſe, & non corporis immunditiam, ſed animæ ad virtutem impedimentum eſſe. Supra legem ſe eſſe oſtendit: quæ leproſi contactum vetabat. Verbum indiuulſam ſe cum carne ſuâ ſocietatem habere, vt innueret, pleraque miracula corporis miniſterio edidit.

Tactu ſuæ carnis leproſum curat, vt ſtatim diſ- 502.
ceremus, etiam carnem ſuam, propter coniunctionem cum Diuinitate, viuificam vim, ſalutiferámque habere. Opportunè illi, qui morbo aliquo correpti, curant Euchariſtiam ſumere, ſaluti, ſi expedierit, futuram; aliena eorum mens, qui in corporis inualetudine ſalubrem iſtum contactum defugiunt.

A leproſi contactu non abhorruit Chriſtus, vt nos exemplo doceret, infirmos, & ægrotos non defugere; quod quidam delicatuli præſtitiſſent. Probo illi ſtomacho ſed magis mente, qui ægrotantium contrectant vulnera, ſaniem, púſque; & eò ſpiritus, & charitatis ardore aliqui deuenerunt, vt vulnera aliena lamberent, saniémque elicerent, & exprimerent: quod, quum Epiſcopus quidam feciſſet, gemmas, putridæ carnis loco, à plaga excidiſſe legimus, vt tanto miraculo eius charitas probaretur.

Reſpondet Chriſtus leproſo. *Volo, mundare.*

Poterat

Poterat tacitè curare; ſed tunc neſciretur, cuius virtute eſſet ſanatus: loquitur igitur propter ſpectatores; & ne fortè ſanitatem alteri deberet, quàm Deo, alteríque gratias agerent, laudeſque offerrent, quàm vero Auctori Chriſto: quod faciunt, qui ſanati, non à Deo ſanitatem recognoſcunt, ſed à creaturis.

Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

NOn diſtulit leproſus Chriſtum confiteri, Chriſtum, vt, Deum, adorare. Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte, ſtatim occurrit illi leproſus adorans eum; non mirum igitur ſi ſtatim ſanetur: non diſtulit æger confeſſionem, nec dilata mundatio eſt. Qui igitur citò ſanari à Deo vult, citò ad eum recurrat, auxiliatémque eius manum expoſcat: non ſinat, ſe ad extremum diſcrimen reduci, & tunc Deum inuocet, eiuſque auxilium poſtulet; ſed id in morbi principio præſtet.

Leproſum tangit, leproſum ſanat, nec aliquis eum vellicat, ac reprehendit, quòd contra legem egerit; nam in lege veteri leproſi contactus immundus habebatur. Cur nullus factum iſtuc calumniatur? Nemo fractæ legis eum inſimulat; quia nondum inuidia auditores tenebat: ſi hæc auditorum animos inuaſiſſet, immunis à calumnia non fuiſſet Chriſtus: tantùm in hominum mentibus inuidia poteſt.

SECTIO II.

Iactantia fugienda in bonis operibus. 504
Fide ad Deum accedendum. 504
Nemo ſua verbis iactet, ſed factis clamet. 504
Calumnia valde Deo diſplicet. 504
Inuidia omnia inficere quærit. 505
Nihil tutum ab inuidorum calumniis. 505
Omnia per ſacerdotes, qui Dei locum tenent, probanda. 506.
Sacerdotes ab omnibus honorandi etiam mali. 506
Difficile conuertuntur ac ſanantur ſacerdotes qui aliorum medici ſunt. 507
Δωρον quid ſignificet. Se quilibet explicare ſacerdotibus debet. 507
Chriſti quies omnibus benefacere. 508
Morbis ac calamitatibus veluti magnete nos ad ſe Deus allicit. 508
In re ſalutis non ita fidamus aliis, vt nos torpeamus. 508
Fide ac deſiderio ad Chriſtum accedendum. 509
A deliciis ægritudines ferè naſcuntur. 509
Qui pinguedinis villam inhabitat anima paralyſim timeat. 509
Conſolationis mater etiam ipſa valetudo. 510
Terrena gloria animæ paralyſim affricat. 510
Serui domi curandi. 510
Centurionis fides. 511
Probo dominorum exemplo ſerui boni fiunt. 511
Curent domini vt ſerui probi ſint. 512
Βέβληται quid. Qui lecto iacet aſtantes ædificet, & ſpiritualem fabricam erigat. 512
Βασανίζειν quid. Infirmitates nos & virtutes noſtras probant. 513
In anima corporiſue morbis ad Deum currendum. 513
Pietas & charitas erga ſeruos lecto decumbentes. Expenſus locus. 1. Reg. 514
Serui vnius curâ tangi dominus debet ſerui causâ, non ſui. 515
In ſeruos nimis non ſæuiant domini. 515
Charitas in ſeruos vt commendata. 516
Hominum ſerui malè torquentur: Dei ſerui torquentur bene. 516
Serui Dei in Domo Dei ſtant: hominum ſerui in hominum domo iacent. 517
Dignus Dei domo plerumque fit, qui ſe illis putat indignum. 518

Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris.

DIgnum eſt quæri; cur tantum beneficium 504.
prodi Chriſtus nolit. An ita nobis oſtendit, fugiendam eſſe in bonis operibus iactantiam? Nemo gloriam ſuam in bonis operibus quærat, non quærat laudari.

Vel inhibuit Chriſtus, ne ſalus offerretur, non quæreretur, ne alij impulſi potiùs miraculo, quàm fide, ac ſpontè ad Chriſtum deinceps accederent. Amat Chriſtus, fide plenos nos ad eum pergere.

Inhibet etiam, curationem iſtam prædicari; quia neceſſarium minimè erat, vt leproſus ſermone iactaret, quod toto corpore præferebat. Idem in moribus fiat: fruſtra quis ſua verbis iactet, toto corpore virtutem ſi loquatur: Fruſtra oris officium adhibetur, vbi totus homo factis clamat. Munditiam, modeſtiam in omnibus actibus præfer, & ſuperuacua iactantiæ vox fuerit. Altè clamat, qui totus clamat: parum qui ore tantùm.

Vult Chriſtus gloriam ſuam ſilentio iſto occultari, ne aliis daretur calumniandi occaſio. Adeò calumnia Deo diſplicet, vt, ne illam excitaret, tantum miraculum ſupprimi voluerit.

Vel non omninò vetuit Chriſtus, ne quid vn- 505.
quam leproſus diceret; ſed, ne diceret, antequam ſe ſacerdotibus oſtenderet; hi quippe ſi vulgatâ famâ factum cognouiſſent calumniati eſſent, non eſſe verè mundatum, cuius munditiës non eſſet iuxta legem, quæ Leuit. 14. traditur; vt nempè Leuit. 14.
Sacerdotum iudicio probaretur. Vide, quid inuidia poſſit, & quàm ſubdolè omnia inficere quærat.

Vide, nemini dixeris: Vt Sacerdotum calumniam anteuerteret fors iſtuc egit Chriſtus: miraculi propalatione, & eius, qui illud ediderat, notitiâ, calumnia ſe contra veritatem erectura facilè erat; nam, cùm ſacerdotes odio in Chriſtum corriperentur, vbi reſciuiſſent leproſum à Chriſto ſanitati reſtitutum quàmuis mundiſſimus eſſet planè, calumniati miraculum, dixiſſent, non eſſe perfectè ſanum, atque ita ſigni magnitudinem linguis abradere conati fuiſſent. Nihil tutum ab inuidorum calumniis.

Sed vade, oſtende te Sacerdoti.

LIcèt perfectè ſanatus à Chriſto fuerit leproſus, 506.
ad Sacerdotem tamen mittit, qui an liber à leprâ eſſet diiudicaret; vt hinc diſcamus, omnia per Sacerdotes qui Dei locum in Dei Eccleſia tenent eſſe, probanda.

Quòd ſanatum leproſum ad Sacerdotem miſerit, non vna eſt ratio. Inprimis egit iſtuc ob humilitatem; &, vt ſic honorem Sacerdotibus deferret, exemplo ſuo indicans ab hominibus honorandos etiam malos. Deinde mittit, vt illi credentes ſaluarentur; vel, non credentes, inexcuſabiles fierent, ſi in ipſum non crederent, cuius miracula probaiſſent.

507. Nihil tamen ex hoc profecerunt Sacerdotes, vt Patres obſeruarunt. Scilicet difficile conuertuntur, ac ſanantur, qui aliorum medici cùm ſint, vlceribus abundè ſcatent: ægrè ſalutis viam diſcunt, qui ex officio aliis præmonſtrare eam ſolent. Hinc ait: *offer munus in teſtimonium illis*: ſic enim necti poteſt, non in emendationem; quia præuidebat nihil eos ex hoc miraculo vtilitatis recepturos.

Oſtende te Sacerdoti. Græcè, *ἑαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ*. *Repræſenta te ipſum*, ſeu, *prode te Sacerdoti.* Verbum *δείκνυω* ſignificat etiam, *declarare, & explicare* quod ad auricularem confeſſionem, quæ ſacerdoti fit, traduci poteſt; in hac enim peccator prodere ſe ita debet, & ante ſacerdotem ſiſtere, vt nihil occultet, nihil ſubducat; ſed explicet ſe, & rugis, ac plicaturis careat.

Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

508. Statim poſt itineris laborem acceſſit ad Chriſtum Centurio: cur non ſinit, eum pauliſper interquieſcere, vt opportunus accedat? Non erat neceſſe, cùm Chriſti quies ſit omnibus benefacere, & gratiæ ſuæ dona largiri.

Hoc volebat Deus, cùm, infirmitatem in Centurionis domo hoſpitari, permiſit; eâ quippè illum ad ſe vocauit. Nempè, morbi, ac calamitates magnæ ad modum magnetis ſe habent, quo ſuos ad ſe Deus allicit, & peccatores trahit.

Acceſſit. Sanctus Lucas ſeniores miſiſſe affirmat: potuit eſſe, vt vtrumque præſtiterit, & priùs miſerit, iuerit poſtea. Docemur in rebus, quæ ad ſalutem ſpectant, non ita aliorum orationibus, precibuſque fidendum, vt ea nos præſtare negligamus, quæ per nos ipſos poſſumus.

509. Vel acceſſiſſe dicitur Centurio fide, ac deſiderio; magis acceſſit, quàm illi, qui corporis greſſibus Chriſto appropinquabant.

A deliciis ægritudines naſcuntur: loci nomen, vbi ſeruus iacet interpretare, & rem habes. Capharnaum, *villa pinguedinis*, ſeu, *ager conſolationis*, aliquibus interpretatur: non ergo mirum, ſi iacentis, & paralyſis morbo languentis mentio fiat; ſic enim ferè accidit, vt terrenas delicias morbi, languoreſque comitentur, corporis ſæpè, ſed ſæpius animæ.

Qui conſolationis agrum excolit, & pinguedinis villam inhabitat, animæ paralyſim timeat, corporiſque morbos expectet; quem languorem ſolus Chriſtus perfectè ſanare poteſt, deficiens quælibet alia medica vis erit, & morbi magnitudini impar.

510. Vel in Ciuitate Capharnaum (quæ *vrbs conſolationis*, Aimoni dicitur) morbus ſæuit; vt colligeremus, conſolationis ac lætitiæ matrem, valetudinem ipſam eſſe, ſi medica Chriſti manus exſpectatur. Verè ita eſt: ingemium deliciarum loco languores habet, qui Chriſtum amat: amore languentes animas interroga, & hoc ipſum teſtabuntur.

Capharnaum, *villa conſolationis* dicitur, & eos ſignat, qui rerum temporalium gloriâ, ac conſolatione detinentur: hic autem iacet Centurionis paralyticus; quia terrena gloria, terrena conſolatio animæ paralyſim affricat, & languorem.

In domo Centurionis ſeruus iacebat: arguens illorum morem, qui ſeruos ægros domo eiiciunt, & ad publicum noſochomium mittunt. Centurio domi ſuæ ſeruum ſuum curari curat. Centurio eſt, centum ſub ſe milites habens; vnius tamen ſerui curam non negligit. Quid hîc illi, qui centum ſub ſe milites non habent, & nullam de ſeruis ſolicitudinem habent?

511. Non adduxit ſeruum ad Chriſtum Centurio, nec deferri iuſſit, vt aliquando ab aliis præſtitum; fecit id magna huius viri fides; credebat enim, quòd etiam abſens poſſet eum curare.

Puer, inquit, *meus iacet in domo paralyticus.* Bonus, ac fidelis, opinor, ſeruus iſte erat, quem Centurio Chriſto commendat, Chriſti curæ committit. Quidni? à bono Domini ſui exemplo didicerat ſeruus bonus eſſe; ſuperiorum quippè mores inferiorum mentes exſugunt, &, qualis eſt, qui imperat, tales & ſeruos habet, tales ſubditos.

512. *Domine puer meus iacet*: Qui de corporis ægritudine tàm ſolicitus eſt, non puto ſupinè animæ ſalutem neglexiſſe. Vera hæc Domini nota eſt, vt & animæ, & corporis ſalutem quærat, ſi contingat ſuorum aliquem eâ deſtitui. Contra plerumque à pleriſque agitur; nam, non ſolùm curant, vt ſerui probi ſint, verùm malos eos tum exemplo efficiunt, tum imperio.

Puer meus iacet: Græcè, *ὁ παῖς μου βέβληται*, *ſeruus meus lecto decumbit*, ſeu, vt vertit Franciſcus Lucas Brugenſis, *Proiectus eſt*, ſcilicet in lecto, quaſi cadauer. Hoc idem verbum apud Græcos ſignificat etiam *ædificare*: Liceat, diuerſas haſce notiones inter ſe hîc aſſuere: Qui iacet, lectouè morbo vexatus decumbit, ædificet etiam adſtantes patientiâ, aliiſque virtutibus, quæ maximè in infirmitatibus elucent; &, qui lecto affixus iacet, ſpiritualem fabricam ſtudeat erigere: abſit, vt erectam deiiciat: quod multi impatientiâ præſtant.

513. *Malè torquetur*: Græcè, *δεινῶς βασανιζόμενος*, *Vehementer afflictus.* Franciſcus Lucas, *vehementer vexatus.* Arias Montanus, *vehementer diſcruciatus.* *βασανίζειν* eſt *tormentis interrogare*, & *veritatem cruciatibus extorquere*; quod in iudiciis fieri ſolet. Rectè hoc verbum hîc adhibetur, vbi de graui morbo agitur; vt diſceremus, infirmitates, ac morbos ferè nos Dei prouidentiâ cruciare, ac torquere, vt appareat, an vera virtus ea ſit, quæ in nobis eſſe videtur; an verè Deum diligamus, vel ſecus. Prodit infirmitas veritatem, quæ latebat.

Malè torquetur: Ex vehementi hoc cruciatu aliqui non alienè colligunt, ſubitam hanc fuiſſe paralyſim; nam lentæ paralyſes tormento carent. Subita fuit, & fors ad hoc à Deo immiſſa, vt Centurionis virtus appareret. Statim ac paralyſis torquere ſeruum cœpit, ad Chriſtum ſe confert Centurio; indicans in corporis morbis, & magis in animæ ægritudine, ad Deum ſtatim eundum, nec moras nectendas eſſe.

514. *Puer meus iacet*: Tunc magis ſuus, cùm iacet, quàm quū non iaceret. Charitas, ac ſolicitudo verè ſuum prodiderat: ſuus non fuiſſet, ſi eius neglexiſſet ſalutem. Seruus ille Ægyptius de domino ſuo Amalecitâ conquerebatur. 1. Reg. 30. 13. *Puer Ægyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudius tertius.* Queri de Centurione hic ſeruus non poterat, qui ab eo non derelinquitur dum iacet. Poſt domini Amelecitæ in ſeruum duritiam, Amalecitas à Dauide occiſos ibidem refertur. Vbi pietas, & charitas erga iacentes exulat ſeruos, expectari Dei manus, Dei ſupplicium debet. 1. Reg. 30. 13.

515. *Acceſſit ad eum Centurio*; Vnus ſeruulus iacebat, plures

plures alii ſani erant in domini ſui obſequium paratiſſimi, nec tamen multorum obſequio, vnius iacentis obliuiſcitur; quod rarum in principe humanitatis exemplum eſt, acceſſit ad Medicum; *non pro voluptate*, inquit Sanctus Baſilius Seleucienſis, *quam ex numeroſo ſatellitio capiebat, pueri immobilis oblitus eſt; verum obibat inueſtigans periculo remedium; nec à cura deſtitit, donec in curationis fontem decideret.* Si vnum, aut alterum ſeruum habuiſſet, & tantâ ſolicitudine Medicum quæſiiſſet, non adeo magnum; nam ſic putari potuiſſet, non tam ſeruo conſulere, quàm ſibi, vt haberet qui illi obſequeretur; nunc, quia præter iſtum multos alios habet, eius nutibus parentes, quòd curam iacentis habet, humanitatis ſolius eſt, non ſeruitium quærentis.

Domine puer meus iacet; Monentur hoc exemplo Domini, ne in ſeruos nimis ſæuiant; *Audiant noſtri*, inquit Sanctus Paſchaſius, *qui aliquando pro ſuis non ſolùm non rogant ſeruus, ne malè torqueantur, ſed ipſi crudeles fiunt, ac peſſimi tortores*; omni pietate vidui, omni clementiâ, vt videantur humanitatem exuiſſe; quia ſuper homines ſunt.

516. *Puer meus*; rarum iſtuc, & quòd in Centurionis laudem maximè reſilit; pleroſque in Euangelio leges iuiſſe ad Chriſtum pro ſuorum infirmitate, *nullus pro ſeruo, niſi iſte ſolus rogat*, inquit Origenes, quidni tot laudibus eum Chriſtus extulerit, qui tanta charitate vel in ſeruos ferebatur; Chriſti ſeruus verè audire poteſt, qui poſt ſuam, ſerui quoque ſalutem curat.

Seruus meus iacet, & malè torquetur; Hominum ſerui malè torquentur, nam Dei ſerui torquentur bene; *ſi patiuntur mala* ait Sanctus Petrus Chryſologus, *non patiuntur ad pœnam ſed ſubeunt ad coronas; aduerſa illis non ſunt neceſſitatum cauſa, ſed ſunt cauſa victoriæ. Serui hominum ſunt, qui mala patiuntur inuiti*, & ideo malè torquentur, dum torquentur.

517. *Puer meus*; cur potius non dixit, *tuus?* nam re vera Chriſti ſeruus erat, qui omnium Dominus eſt? Viderat Centurio puerum iacentem, & minimè à Ieſu requiri, cum neceſſarium fuerit, vt pro ipſo rogaretur; hinc non auſus centurio tanti Paſtoris ſeruum dicere, cùm Domini, Paſtoriſque ſit ſeruorum curam agere. Acutè Sanctus Petrus Chryſologus, vbi Centurionem ita loquentem inducit: *Hunc tuum dicerem Domine quem iacentem tua benignitas non requirit?* Faciliùs quis putare poteſt ſub tanti Paſtoris dominio aliquem non eſſe, quàm quòd Diuinus Paſtor ſuam non requirat, ſuam non adiuuet iacentem ouem Ac ſi Paſtor non audiat, qui oues non quærit.

Puer meus iacet; rectè tuus, quia iacet; ſi enim Domini ſeruus eſſet, non iaceret; hominum ſerui iacent, Dei ſerui ſtant; hinc illud Prophetæ regij: *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini*; ſignatè *qui ſtatis*, ait; Deò quippè ſeruire ſtare eſt; Dei ſerui etiam, cùm aduerſitatibus preſſi iacere videntur, non iacent tamen, ſed maximè ſtant.

518. *Puer meus iacet*; ſerui ſui infirmitatem Centurio Chriſto indicat, nec poſtulat, vt curetur; cur non addidit, iacet puer meus, per te ſurgat; ſanitati virtute tua reſtituatur; non auſus iſtuc poſtulare, *veritus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *ne tanto munere eſſet indignus*; dignus effectus munere eſt, quia munere ſe indignum putauit; nimirum pro Centurione ſanitatem petiit centurionis humilitas, quæ ſuas voces habet, ſua verba; maioremque emittit vocem humilitas, quò maior eſt

Malè torquetur: Vt nauis fluctibus, ſic ille morbi vehementiâ iactatur. βασανιζόμενος: Hoc ſenſu extulit idem Euangeliſta cap. 14. v 24. τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν βασανιζόμενον κυμάτων, *nauis iam in medio mari à fluctibus iactabatur*: ac ſi, qui, morbo correptus, lecto decumbit, ſe velut nauis, quæ vndis quatitur, haberet, cui ne mergatur patientiæ anchora neceſſaria ſit. Denique, non ſecus, ac in mari, vicinam timere mortem debet, lecto decumbens, & ad cœleſtis patriæ littus mentem dirigere.

SECTIO III.

Quò quis de ſe humiliùs ſentit eò magis Chriſtum ad ſe allicit. 519
Præſules ſuos viſitent. 519
Seruilis conditio non ſpernenda. 519
Diuitiæ minimè honorandæ. 519
Chriſtus Centurionem honorat, qui ſynagogam populo ædificauerat. 520
In rebus temporalibus vehementiùs poſtulat, qui non poſtulat. 520
Humilitatis plena verba à ſuis exculpere, vt Chriſtus ſtudeat. 520
Princeps pacis pacem & concordiam amat. 522
Domus magnificentiam nullus iactet. 521
Apparatus etiam magnus ad Euchariſtiam nullus ferè cenſeri debet. 522
Superbarum domorum neglectus Chriſto placet. 522
Terreni ædificij exigua nobis cura, maxima ſpiritualis. 523
Sumptus in domeſticis fabricis inſumendi, ſacris ædibus erigendis ſeponantur. 523
Humilitas centurionis vnde collecta. 524.
Quò quis Chriſto vicinior, eò humilior eſſe debet. 524
Nullus dolor ac calamitas ad aliquid ineptum ducere nos debet. 525
Qui ſuper alios homines ſunt ſe quoque homines eſſe cogitent. 526
Humilitate contra iactantiam ſe quiſque armet. 527
Vitium dimiſſum non ampliùs reuocetur. 528.
Perſtricti qui carni & concupiſcentiæ promptè obediunt. 528
Boni laudantur, vt eos alij imitentur. 529
Inuidus aliorum laudes opprobrium ſuum putat. 529
Fides charitate, & alijs virtutibus animanda, 530
Cur Centurio à Chriſto laudatus, non leproſus. 530
Qui aliorum commodis magis vacant, quàm ſuis magna apud Deum laude digni. 531
Inſolens ferè, militem ſub iniquitatis vexillo non militare. 531
In quouis ſtatu ſanctus quilibet eſſe poteſt. 532
A virtutibus vera commendatio 533
Inuidi aliena facta facilè minuunt, aut inficiunt. 534

Ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.

AIt illi Ieſus: Signatè, *illi*. Centurionem ipſum Chriſtus alloquitur, qui alios miſerat, 519.
ſe ipſum indignum reputans, qui ante Chriſtum ſe ſiſteret. Quò quis de ſe humiliùs ſentit, eò magis Chriſtum ad ſe allicit, qui noſtrâ humilitate maximè delectatur,

Illud, *ego*, emphaſim magnam habet: Ego, licèt Dominus ad ſeruum tuum pergam, quem perfectæ valetudini reſtituam: Ieſus it, & Ieſus languenti factus eſt. *Veniam*, inquit, non, *mittam*: contra illos ſacerdotes, & Præſules, qui ſuos per alios curant, per alios viſitant.

Ioan. 4. Iturum ſe ad Centurionis ſeruum dicit, qui ad Reguli filium non iuit Ioan. 4. Egit hoc, ne ſeruilem conditionem ſpernere videretur, & exemplo ſuo doceret, non ſpernendam.

Non iuit ad Reguli filium, ne diuitias honorare videretur, quæ contemnendæ æternarum rerum amatori ſunt.

520. Iturum ſe ſpondet Chriſtus ad Centurionis domum. Non ab re; nam hic Centurio, domos, & Synagogas Iudæis ædificauerat. Luc. 7. verſ. 5. *Et Synagogam ipſe ædificauit nobis*. Qui Synagogam Dei populo ædificans, Deum honorauerat, eius Domus Chriſti aduentu intè honoratur.

Ego veniam, & curabo: Hoc non poſtulauerat Centurio: infirmitatem tantùm ſerui expoſuerat. Fors vehementiùs poſtulauit, quia non poſtulauit; & faciliùs ſerui curationem obtinuit, quia in re temporali nihil determinarè quæſiuit.

Ego veniam: & curabo eum: Hæc verba Chriſtus protulit; vt illa prudentiæ, & humilitatis plena verba exculperet à Centurione: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*: Sicque illius pietas, & virtus nota omnibus fieret; foraſque per verba prodiret, quod intùs latebat in corde. Scitè Sanctus Chryſoſtomus: *Cum Centurioni ille diceret: Ego, cùm venero, ipſum ſanabo: non ignorabat quid ipſi reſponſurus eſſet: imò hoc ipſum liquidò, & clariſſimè tenebat. Quia verò anſam illi, occaſionemque præbere vellet, vt illam, qua latebat prudentiam, cautionémque omnibus palam faceret, diceréſque. Non Domine; non enim ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.*

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.

521. Dignum ſe præſtitit, cum indignum ſe putat, indignum ſe dicit, hac humilitate magis Chriſtum attraxit. Sed, cur indignum ſe dixit? Vniuersè, oh humilitatem. Sed fors, quia, quum malitiæ addictus eſſet, ſanguinem fuderat; ac ſi diceret: Miles ſum gladio accinctus, ſanguinem fundens ad prælium exiens; ac propterea, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, qui Princeps pacis es; & pacem, atque concordiam in iis amas, ad quos te confers, & in domo, vbi fuerit filius pacis, pax tua requieſcit.

Non ſum, inquit, *dignus, vt intres ſub tectum meum*. Cùm centurio eſſet, non amplæ domus, magníque palatij, quod inhabitabat, meminit, ſed tecti; quia nullus domorum magnificentiam iactare debet. Nempè, qui Chriſtum colit, palatij nobilem ſtructuram nihili facit: arguit illorum amentiam, qui ſe, qui ſua laudant, & verbis extollunt.

522. Ampla quælibet domus vix tecti nomen meretur, ſi eam ſubire Chriſtus velit. Ad cordis palatium iſtuc transferamus: videatur perfecta, ornata cordis domus: nudum tectum cenſeri debet, cum venturus Chriſtus eſt ſub Eucharistiæ velamine. Scilicet; magnus quilibet apparatus ad ſacram Euchariſtiam nullus ferè cenſeri debet ſi Sacramenti huius ratio habeatur, ſi eius excellentia expendatur.

Vel *tectum* domum ſuam vocat; quia nobile non inhabitabat palatium, nec ſuperfluis, ſuperbiſque ædificiis delectabatur. Quidni ſuam illi Chriſtus præſentiam ſpoponderit dicens: *ego veniam, & curabo eum*. Vt ita diſceremus, quàm ſuperbarum domorum neglectus Chriſto placeat; cura, ſtudiúmque diſpliceat.

523. Terreni ædificij exigua, aut poſtrema Centurioni cura. Nil mirum: maxima erat ſpiritualis ædificij, fabricæ ſpiritualis. Ferè, qui altis domibus extruendis ſtudent, ſtructuræ ſpiritualis obliuiſcuntur: & contra, qui ſpirituale ædificium curant erigere, terreni ſolent obliuiſci.

Denique *tectum* domum ſuam vocat; quia humilis, ac rudis, & ab omni ſuperbiá aliena erat. *Nec palatium puto eum habuiſſe*, ait B. Albertus Magnus hîc. Palatium ſibi non ædificauit, cùm poſſet: nam Dei honoris magis ſolicitus erat, quàm ſui commodi, ſuæ gloriæ; ſynagogam quippè vbi Deus laudaretur Hebræis ædificauit; ſic ſeniores Iudæorum, quos ad Chriſtum miſerat, fatentur Luc. 7. Luc. 7. 5. verſ. 5. *Synagogam ipſe ædificauit nobis*. Quod igitur palatium ſibi non ædificauerit, auaritiæ non fuit; fuit pietatis: ſumptus, quos alius inſumeret in domeſticis fabricis, ipſe ſacris ædibus erigendis deſtinabat. Digna res, quæ in exemplum eat.

524. *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*; ſe fatetur indignum; non ſuum tectum, non tecti duntaxat ſui indignitatem conſiderauit; ſed quod magis eſt, ſui ipſius; non ſum ego dignus, ac idcirco nec dignum meum tectum eſt, vt te recipiat; in domum meam reſilit mea indignitas; ſi ego dignus, ſi ego purus, eſſet & domus mea.

Vt intres ſub tectum meum; quò illi vicinior Chriſtus, eò humilior euaſerat Centurio; *tecto non recipiebat, corde recipiebat; quantò humilior, tantò capacior, tantò plenior*, ait Sanctus Auguſtinus; quærit Dei gratia imas valles, valles implet, colles deſerit, relinquit faſtuoſos.

525. *Vt intres ſub tectum meum*; non ſum inquit dignus, vt ad me intres, cuius animæ tectum peccata ſubiere; iube tantùm; dic verbo, & puer meus ſanitati reſtituetur; Vide centurionis prudentiam; *non adeo dolor animum eius perturbauit*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *quin etiam in ipſa calamitate philoſopharetur; non enim ſalutem tantùm ſerui attendebat, quantum ne quid indecens committere videretur*; digno & in omnem poſteritatem ituro exemplo. Nullus tam vehemens dolor corripere mentem debet, vt quid ineptum, indecenſque à nobis exeat.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites.

526. *Ego homo*; hominem ſe nouit in dignitate, inter alios ſe cenſet, licèt ſuper alios; plerique adeò deſipiunt, vt, cùm ſuper alios homines ſint, homines ſe eſſe non putent, & tanquam dij eſſent, coli velint, quod à multis in præteritis ſæculis factum legimus, & ridemus.

Sub poteſtate conſtitutus; ordinem nota, qui myſterio non caret, non caret vtilitate; dicturus, ſe ſuper alios eſſe, præmiſit, ſe ſub alio eſſe; ſub poteſtate eſt & in poteſtate, ſub aliquo erat, & ſuper aliquo; vtrumque exprimit, ſed prius ſe ſub alio eſſe, vt ſe contra iactantiam humilis præmuniret.

527. *Homo ſum*, inquit, *& ſub poteſtate*; probè ſe muniuit, ne nudum latus inani gloriæ exponeret; *Homo ſum*, Sancti Bernardi ſunt verba, *& homo ſub poteſtate. Iam quicquid ſubinferas, ſuſpectam non habemus iactantiam; præmiſſa ſiquidem eſt humilitas,*

litas, ne altitudo præcipitet; vbi humilitas ibi ſecuritas; nulla præcipitia, nullæ ruinæ.

Audis, quàm obſequentes milites Centurio iſte habuerit: vel ad nutum ipſi obſequebantur, qui vix parere neſciunt: militum genus durum ferè, ac indomabile. Vnde in iſtis tàm promptum, facileque obſequium? A domini ſui benignitate, bonitate, & prouidâ in eos curâ. Diſcant principes, ac ſuperiores omnes: vt ſubditos dicto parentes habeant, benigni in ſubditos ſint, & eorum curam gerant: quod fecit Centurio iſte, dum iacentem ſeruum tam ſolicitè Chriſto commendat.

528. Cùm dixiſſet vni ſeruo vade, & vadit, non reuocat illum eumdem, ſed alium accerſit, non eum quem dimiſerat. Cur ita? An vt doceret, vt ſi vitium fuerit ante dimiſſum, non ampliùs reuocetur, ſi virtus aduocata, non ampliùs dimittatur? quando expulſus fuerit miles vitij ſocius, & eius loco ingreſſus fuerit miles virtutis, nec ille regredi permittatur, nec iſte abire; quod tangebat etiam ſanctus Gregorius Nyſſenos.

Dico huic vade, & vadit, fac hoc, & facit; quam prompti ad parendum Centurionis ſerui; fors & à iubente patere iuſſibus diſſicerant; plerique ita obſequentes carni, & concupiſcentiæ ſunt, ac eſſent ſerui Centurionis; Sancti Theodori verba ſunt: *Ad eundem quippè modum, ac multò potentiùs iubet ſub ſe ſubiecto peccatum, loquere fœda, & loquitur nefaria deſigna, & deſignat.* hæc malorum conſuetudo eſt, vt tam promptè peccato, dæmoni iniuſta ſuggerenti obediant, quàm ſerui ſuis dominis.

Et ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël.

529. QVæri hîc poteſt: cur ſequentibus ſe dixerit: *non inueni tantam fidem in Iſraël*, ſeu (vt cum maiori emphaſi ex Græco legitur.) *Ne in ipſo Iſraël quidem tantam fidem inueni.* Coram ſe ſequentibus, Centurionem laudat, quò eos ad imitationem alliceret; ſciebat quippè, quanta exempli boni vis ad bonum eſſet.

Sequentibus ſe dixit: hoc eſt (vt multi interpretes explicant) *diſcipulis*. Sed cur promiſcuè coram totâ multitudine Centurionis virtutes Chriſtus non extulit? An, quia, ſi hoc Iudæi audiuiſſent, liuore correpti turbati fuiſſent eò, quòd gentilis fidem eorum fidei Chriſtus prætuliſſet? Facilè inuidus offenditur, & aliorum laudes opprobrium ſuum putat.

530. Fidem Centurionis extollit Chriſtus: cur non charitatem, quam erga iacentem ſeruum oſtenderat? Laudat fidem, quæ informis non eſt, ſed charitate, aliiſque virtutibus animatur; alioquin cadauerosa fides eſt, quæ ſine operibus, ſine virtutibus.

Quare laudatur Centurio, non laudatur leproſus? An, quia non erat æquale, Iudæum credere, ac Gentilem? Centurio Gentilis erat, erat enim Centurio: hoc autem magnum, & magnâ admiratione dignum, ac laude; non ita Iudæum in lege eruditum, in Chriſtum credere.

531. *Non inueni tantam fidem in Iſraël.* Aliena negotia agens, alterius ſanitatem; quærens, tam magna laude cumulatur. Charitas, dum non quærit, quæ ſua ſunt, acquirit ſæpè quæ non quærit. Qui aliorum commodis magis vacant, quàm ſuis, magna apud Deum laude digni ſunt. Non legimus, quicquam pro ſe poſtulaſſe Centurionem hunc: ſui ſcilicet oblitus ſerui diſcrimen exponit Chriſto: ſed Chriſtus eius non obliuiſcitur, qui obliuiſcitur ſui.

Laudat fidem, & admiratur: fors quia militiæ vacantem, (quæ malitiæ cognata eſt) hæc præſtare, inſolens ferè ſit, ac peregrinum. Solent milites ſub iniquitatis vexillo militare: admiratione dignum fuit, Centurionem hunc, virtutis inſigne ad aliorum exemplum extuliſſe.

Centurionis fidem laudat Chriſtus: militiæ deſertionem non imperat; innuens in quouis ſtatu poſſe quemlibet, ſub Chriſti, ac ſanctitatis, vexillo militare. 532.

Nemo, ſi bonus non eſt, ſtatum cauſetur, ſed torporem ſuum, ſuamque ſegnitiem. Vbique ſanctitas, & virtus hoſpitatur, & ſic in Centurionis mentem ſe recepit; vt appareat, quemlibet poſſe ſanctum euadere, cuiuſlibet ſtatus, & conditionis ſit. Hominum diſcrimina neſcit virtus; à vitiis tantum abeſt; quæ ſi auferantur, omnes ſine vllâ differentiâ adit.

Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi; Centurio, qui ſe 533.
adeo deiecerat, & demiſerat, dignus videbatur, cuius domû Dominus inuiſeret; cur igitur illum dimiſit, nec eius domum intrat? An magis honorauit eum cùm eius virtutes recenſuit, dicens: *non inueni tantam fidem in Iſraël*? Honorauit Centurio Chriſtum, & Chriſtus Centurionem, non domum ingrediens, quod exiguum erat, ſed pietatem fidemque eius commendans.

Non iuit Chriſtus, vt proderet Centurionis verba, quibus ſe dixerat indignum, vt tectum eius ſubiret Chriſtus, à verâ, non à fictâ humilitate prodiiſſe; *humilitatem eius declarauit*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *quod inde maximè apparet; quòd domum illius non adiit*; non ex voluntate quadam, vt ſæpè fit, dixit; *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum*, ſed ex vera humilitate.

Et ſanatus eſt puer in illâ horâ.

CVr non priùs in Centurionis domum ſe con- 534.
fert, quàm ſeruum eius ſanet? Non cum Centurione tantùm agebat; ſed etiam cum inuidis Iudæorum ſenioribus, qui ad eum perrexerant: eorum calumnias anteuertit. In viâ, à domo abſens, puerum ſanat; ne ſi domi hoc præſtitiſſet, id ob impotentiam non ob humilitatem factum Iudæi dictitarent, miraculi magnitudinem, inuidiâ correpti, elidentes.

Et ſanatus eſt puer ex illa horâ; cur ad Centurionis domum ſe Chriſtus non contulit, vt eius ſeruum reſtitueret ſanitati? non iuit, ne quis itionem non humilitati tribueret, ſed impotentiæ; *in medio itinere ſanat verbo*, ait hîc gloſſa, *ne non propter humilitatem, ſed, ob impotentiam virium, corporaliter ire putaretur*; mali rem ferè in peiorem partem rapiunt.

SECTIO IV.

Animorum nobilitatem quærit Chriſtus, non domorum. 535
Non facilè ad illud redeundum, quod Chriſti amore reliquimus. 535
Infirmitates iuſtos ferè comitantur. 535
Quò quis ſanctior, eò libentius infirmitatis moleſtias ſuſtinet. 535
Sanitate in Dei obſequio vti debemus. 536
Pietatis opera in Chriſtum referenda. 536

In Chriſti ſeruis Chriſto ſeruiendum. 536
Nullus locus à Dei miſericordia immunis. 536
Chriſti delicia opem indigentibus ferre. 537
Vbi proſperitas temporalis deficit, tunc Ieſus mente ſuſcipitur, dæmon abit. 538
Fœdus cum dæmone non eſt feriendum. 538
Corporis valetudo tandiu quærenda, quandiu animæ ſaluti prodeſt. 539
Corporis infirmitates peccati ferè pœna. 539
Gloriam ſuam Chriſtum ſequens nullus quærat. 540
Auaritia valde ſaluti obeſt. 540
Difficile docti conuertuntur ad Chriſtum. 541
Obedientia Deo placet, diſplicet arrogantia. 542
Faſtum & ſuperbiam vitet, qui Chriſto cupit adhærere. 542

Et, cum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

535. PIſcatorum tuguriolum ſubit Chriſtus: non amplas diuitum ædes quærit, non palatia nobilium: animorum amplitudinem, ac nobilitatem quærit, non domorum.

Domum Petri cùm audis, non ſubeat mentem, Petrum, qui reliquerat omnia, vt Chriſtum ſequeretur, domum habuiſſe. Petri igitur domus dicitur, non quia eſſet, ſed quia fuiſſet, aut quia eius cognati domum poſſidebant olim cum ipſo communem; nec enim ad illud redeundum, quod Chriſti amore reliquimus.

Etiam in domo, quæ erat Petri, iacens, & febricitans inuenitur. Morbi, & infirmitates iuſtos ferè comitantur, & iuſtorum amicos.

Sed obſerua, quòd hîc febre correpta mulier pro obtinendà ſanitate Chriſtum non orat, licèt
Marc.1.30. alij pro ea rogauerint, vt apparet Marc.1.30. Nempè, quò quis ſanctioris vitæ genus init, eò libentiùs infirmitatis moleſtias ſuſtinet, nec auferri ſibi poſtulat, qui Petri ſocrus, aut cognatus iuſtorum eſt: ſors iſtuc à Petro Petri ſocrus didicerat.

536. Sanitati reſtituta ſtatim ſurrexit, & Chriſto miniſtrauit. Nempè, ſanitate, cæteriſque à Deo acceptis donis, in Dei ſeruitium & obſequium vti debemus. Abit, qui in eius offenſam abutitur.

Miniſtrabat eis. Græcè, *διηκόνει αὐτῷ miniſtrabat ei*, ſcilicet, Ieſu. Cur ergò noſter habet *eis*, Ieſu, nempè, & diſcipulis? Non caret ſuo pondere hæc varietas. Omnibus miniſtrabat; ſed, quia miniſterium ſuum in vnum Chriſtum referebat, eiuſque ſolius causà illud præſtabat, idcirco, *ei miniſtrabat*, dictum eſt: vnde obſequium aliis præſtitum in Chriſtum reſiliebat.

Prætetea, & omnibus miniſtrabat, & vni Chriſto; quia in diſcipulis Chriſtum cogitabat, & in Chriſti ſeruis Chriſto ſeruiebat. Qui iuſtorum mos; hi enim obſequium, quod hominibus præſtant, Chriſto ſe exhibere putant; ſciunt quippè
Matth.25.40. Chriſti verba eſſe: *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

Extra Ciuitatem leproſum ſanat; in ciuitate, Centurionis puerum; in domo, Petri ſocrum: nullus locus à Dei miſericordià immunis.

357. *Vidit ſocrum eius iacentem*; neque enim conuiuij pompa, aut epularum apparatus ad Petri domum traxit Chriſtum, ſed decumbentis ſtatus; *Videtis*, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *quæ res ad domum Petri inuitauerit Chriſtum, vtique non diſcumbendi voluptas, ſed iacentis infirmitas; non prandendi neceſſitas, ſed ſalutis occaſio; diuinæ virtutis opus, non humanæ pompa conuiuij; in domo Petri non vina, ſed lachrymæ fundebantur; febris ibi non ebrietas æſtuabat*; adeſt Medicus, quia aderat morbus; delicias non ſectabatur, qui docebat inſectandas.

Tenuit manum eius, Fœminea manus olim, dum præſumpſit accipere, quod Deus inhibuerat, totam viri, mulierumque corrupetat integritatem. Tenuit igitur manum huius mulieris Chriſtus, *vt quod manus præſumentis amiſerat*, ait Sanctus Petrus Chryſologus, *manus repararet Auctoris*; & manus, quæ humanum genus vitiauerat, manu Redemptoris ſanaretur.

Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat ſpiritus verbo.

538. TEmpus, quo eiiciuntur dæmones, vtile monitum exhibet: veſpere, & moriente ſole id factum. Nempè, cum proſperitas temporalis, quam ſol ſignificat, deficit; quum temporalia nimis non amantur; tunc dæmonia exeunt, & Ieſus mente ſuſcipitur. Hinc & Lucæ vltimo: *Mane nobiſcum,* Luc.24.29.
quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Vbi felicitatis dies inclinat, declinat ad nos Chriſtus.

Eiicit verbo: non legimus obſeſſos tetigiſſe, ſicut fecit in ſocrum Petri & in leproſum: vt tacitè nos doceret, fœdus cum dæmone non eſſe feriendum, nec amicitiæ ſignum exhibendum; quod manus porrectione fit.

Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.

539. QVod ab Iſaia de peccatis dictum erat, Euangeliſta ad morbos corporis transfert; quia ſcilicet Chriſtus corporis morbos non niſi propter morbos animi curabat: vnde corporis valetudo tamdiu quærenda, quamdiù animæ ſaluti proſit: ſi officiat, quærenda non eſt. Hinc non facilè aliquem reperies, cui ſanitas à Chriſto exhibita impedimento ſpirituali profectui fuerit.

Prætetea, quod de peccatis Propheta dixit, ad corporis ægrotationes accommodat Euangeliſta innuens, corporis morbos ſæpè peccati pœnam eſſe; & plerúmque ex morbis animi naſci. Debet igitur infirmus quilibet, qui ſanari deſiderat, peccata auferre, à quibus ferè corporis infirmitates emanant.

Et accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter ſequar te quocunque ieris.

540. SCriba iſte occidentis litteræ ſeruus erat, gloriæque mancipium: ſequi Chriſtum volebat; quia eius miracula viderat, & patrare ſimilia eius virtute cupiebat, vt gloriam ſibi apud homines, nomenque, ac famam indipiſceretur: Non mirum, ſi Chriſtus in eo non potuit caput reclinare, eumque tàm aſperè reiecit. Diſce: ſequens Chriſtum, gloriam nullius quære.

Hic ſcriba ſequi volebat Chriſtum, vt de eius miraculis aliquid lucraretur, non ſuæ ſaluti conſulere decreuerat, ſed auaritiæ, ac cupiditati. Non meretur audiri, qui, ſui curà neglectà, cæterarum rerum ſolicitudine tangitur, & amore.

541. Difficiliùs docti conuertuntur ad Chriſtum; nimiæ

nimiæ litteræ plerunque ſaluti impedimento ſunt ſi humilitate non ambiantur, ac veluti informentur. Surgunt indocti, & Cœlorum regnum rapiunt: ſcribæ, ac doctores, ſalutis viam, quam aliis indicant, ſe neſcire oſtendunt, dum non premunt.

Sequar te, inquit, *quocumque ieris*. Arrogantiæ plena hæc promiſſio eſt; cautiùs dixiſſet, *ſequar te, quocumque iuſſeris*, vt nec pedem moueret ſinè Chriſti iubentis imperio. Placet Deo promptè parentis ſubmiſſio: diſplicet arrogans oblatio, quæ à proprio ſenſu eſt, nec obedientiam ſapit.

542. *Sequar te quocumque ieris* faſtum, & ſuperbiam hæc promiſſio ſapit. *Quanta* inquit Rupertus, *eſt preſumptionis dicere, vel dixiſſe magiſtro, & Domino huic; ſequar te, quocunque ieris? Quis enim vnquam fuit, qui ſequeretur eum, quocumque iuit, vel cui diceret ipſe ore ſuo ſequere me quocunque iero? Sed non mirum; Scriba enim fuit, cuius ordinis homines de iuſtitiâ ſuâ valde fuere præſumptuoſi & gloriabundi: vnde & ab ipſo Domino ſapè grauiter notati ſunt.* Nemo ſcribas imitetur, nemo ſe parem eis ſuperbiâ faciat, ac tumore.

SECTIO V.

Lucri & gloria cupiditas ſalutis impedimentum. 543

Rerum temporalium ſtudio addicti, inepti, qui Chriſtum ſequantur. 543

Paupertas lucri cupidos ac diuitiarum mancipia, à virtutis ſtudio deterret. 544

Chriſti humilitas hominum ſuperbiam arguit. 544

Spes in Deum iacienda, non propriis viribus fidendum. 545

Qui alium corripit eius famæ & pudori conſulat, quantum poteſt. 545

Humilitatem vt ſuis inhalet Chriſtus. 545

Terrenus pater cœleſti poſtponendus. 546

Etiam in rebus apertis illi conſulendi, qui Chriſti locum tenent. 546

Veri obedientis forma. 546

Qui Chriſtum ſequitur à terrenis negotiis ſe eximat. 547

Impy etiam vita functi fugiendi. 547

Patris & domus paternæ obliuio laudata. 547

Ægrè Deo viuere poſſunt, illis adhærentes qui Deo mortui ſunt. 548

Prædicationi adeſſe, quanti referat. 548

Quò ſanctior quiſque eſt, eò ad maiora diſcrimina vocatur. 548

Ingens beneficium aliquid pro Chriſto pati. 549

Mergi non poteſt mentis nauis, in qua Chriſtus adeſt. 549

Orbis doctores tentationibus exercet Chriſtus. 549

Aliorum famæ nominique conſulendum. 549

In tribulationibus alta pace frui, neſcio quid diuinum. 550

Chriſtus omnium dominus vbique auxiliarem manum porrigit. 550

Orationem à nobis etiam tribulationibus Chriſtus elicit. 550

Superioris vigilantia vbi abeſt magnum imminet periculum. 550

Rectoris & ſuperioris vigilantia quanti momenti ſit. 551

Mens non fluctuat, in quâ Chriſtus vigilat. 552

Eccleſia naufraga intra quas Deus non vigilat. 552

In periculis magnis diuinum auxilium maximè quærendum. 553

Pauperes diſcipulos paupertatis amator Chriſtus adiuuat. 553

Maius periculum à diffidentia nobis imminet, quàm à maris fluctibus. 554

Etiam dormiens Chriſtus ſuorum curam habet. 554

Modica fides quàm Chriſto diſpliceat. 554

Amat Chriſtus ſua beneficia innoteſcere ſuis, nec aliis tribui. 555

Torpor excutiendus cum aliquid in Dei obſequium peragendum. 555

Vulpes foueas habent & volucres Cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.

SCribam eius diſcipulum eſſe volentem his ver- 543.
bis deterret Chriſtus: ſciebat quippè, eum non perfectionis, ſed lucri, aut gloriæ cauſa venire: ideoque propoſitâ paupertate terret: hæc namque facilè prodit, an verè quis Chriſti diſcipulus ſit, aut ex animo, ſe velle eſſe, prænuntiet.

Exiſtimabat hic ſcriba, mollem, & amœnam viam Chriſtum ambulare, nec quicquam corporalis commoditatis ei defuturum; ſi Chriſtum ſequeretur. Chriſtus autem, nullum commodum temporale à ſe aut haberi, aut quæri, reſpondet; adeo, vt nec ipſe habeat vbi caput feſſus reclinet: quo reſponſo omnes docet, ſuorum commodorum, rerumque temporalium ſtudio addictos, minimè idoneos eſſe, qui Chriſti diſcipuli ſint, Chriſtum ſequantur.

Pende huius ſcribæ malitiam, ac ſubdolam 544.
mentem: vbi extremam Chriſti paupertatem audiuit, non addidit (vt debebat) pauper, te pauperem ſequi paratus ſum, & eò libentiùs te ſequar, quò non terrenas, ac perituras diuitias non offers, ſed cœleſtes, & immarceſſibiles. Scilicet, paupertas, lucri cupidos, ac diuitiarum mancipia à virtutis ſtudio deterret, & auocat.

Filium hominis ſe Chriſtus vocat, cum eſſet etiam Dei, hominum ſuperbiam arguit, qui à nobilioribus appellari volunt. In nouo Teſtamento numquam aliquis Chriſtum Filium hominis apellat, ſed ſolus ipſe ſe ita vocat; quod & ob humilitatem factum, vt hac appellatione Incarnationis myſterium ſignificaret, ſuamque in nos charitatem oſtenderet.

Vulpes foueas habent; comitem ſe Chriſto 545.
hîc exhibuerat, cur ergo reiicitur? quia ſibi, ſuis lacertis, ac viribus nimium arrogauit, dum dixit: ſequar te quocumque ieris; meritò repulſam retulit, qui multum ſibi fidit, cùm in Deo iacienda eſſet ſpes.

Vulpes foueas habent; Vulpium meminit, ac volucrum, vt notaret iſtius hominis aſtutiam ſimul, ac gloriæ cupiditatem; ſed hîc Chriſti prudentia apparet; ita enim manifeſtat, ſe cordis illius arcana noſſe, vt eum tamen apertè non arguat; ſed ipſi ſoli reprehenſionem aperit, vt reſipiſcere, ſi velit, poſſit, & ſimul pudori eius, ac famæ conſuleretur; vt hoc exemplo nos moniti ab alterius nominis læſione, quantum nobis liceret, abſtineremus.

Vbi caput ſuum reclinet: Reclinatio capitis, humilitatis eſt, ſicut ſuperbiæ, erectio eſt. Recte nos ad humilitatis amorem vocat magiſter humilis. *Ipſa reclinatio capitis*, inquit Sanctus Auguſtinus ad hæc verba, *non erectio, humilitatis magiſtra*

ſtra eſt. Reclinat Chriſtus caput, ne Chriſti membra ab humilitate declinent.

Domine, permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum.

546. HOc ei non primum eſſe debuit, ſed ſecundum, terrenus pater, qui mori poteſt, & iam mortuus iacebat, cœleſti poſtponendus erat Patri, qui mori non poteſt, & veræ vitæ Auctor eſt.

Iſte adoleſcens Chriſtum de cultu parentum diſſerentem fors audierat. Quid ergo opus habuit iterum magiſtrum adire, & quærere, an funeri parentis adeſſe liceret? Demus non audiuiſſe. Hæc res tam pia, tam honeſta videbatur, vt conſilio egere non videretur; Verus tamen Chriſti diſcipulus magiſtrum conſulit; docens neque in re ſatis perſpicuâ aliquid moliendum, niſi Chriſto, aut iis, qui Chriſti loco ſunt conſultis; nullum pudeat etiam in rebus, quæ ſatis manifeſtæ videntur, aliorum conſilia conquirere; fors ſi aliorum conſilia excipiantur, aliter ſe habebit, ac conſulenti apparuerat; quod huic diſcipulo accidit.

Veri obedientis perſonam refert hic adoleſcens; nihil ſua ſponte agit; Dominum conſulit: *cúmque ſibi negatum eſſet*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *quod petebat, non grauiter tulit, ſed æquo animo cum Ieſu, veluti iubebatur, permanſit*, ægrè rem tuliſſet, ſi ſibi, & prudentiæ ſuæ crediſiſſet, nun ſe totum Chriſto commiſiſſet.

Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

547. NOn auocat à pio ſepeliendi patris officio, ſed occaſionem ad ſeculum redeundi aufert; nam occaſione teſtamenti ad negotia terrena tractanda vocatus eſſet. Qui Chriſtum ſequi vult, à terrenarum rerum tractatione ſe ſubducat. A tumulo auocat; quia non deerant, qui hoc munus obire poſſent.

Non diſplicet, quod pleriſque, & primæ notæ Interpretibus placuit: idcirco Chriſtum prohibuiſſe, ne filius ad ſepeliendum patrem iret, quia pater infidelis erat, à verâ fide alienus. Non merebatur impius pater pium hoc obſequium, neç filius attaminare ſe improbi patris adſpectu debebat. Impij, etiam cum vitâ functi, fugiendi: inficere mentes poſſunt dum videntur.

A mortui patris ſepultura filium auocat Chriſtus, ne defuncti teſtamentum verſans paulatim ad ſecularia traheretur: *Erat veriſſimile*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *poſt parentis ſepulturam, ad teſtamenti, legatoriſque conſiderationem deuenturum, & hæreditatis diuiſionem; deinde in aliud ex alio quaſi vndarum fluctibus, diſtractum, procul à portu ſalutis iactaretur.*

Vis Chriſtum ſequi, & patrem ſepelire? Mente ſepeli, ac cogitatione, vt Patris, domuſque paternæ obliuiſcaris.

548. Viuere apud ſe voluit, quem à mortuis auocauit: ægrè Deo viuere poſſunt, qui illis hærent, qui Deo mortui ſunt: Pulchrè rem verſat Beatus Laurentius Iuſtinianus ad hunc locum ſpectans cap.21. vbi ita ſcribit: *Sicut, qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit; ita, qui fugacem amplectitur mundum, vnum efficitur cum eo. Proinde Dei ſapientia illi, quem ſuo diſcipulatu dignum facere cupiebat; ait: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, Non enim vitam in ſe tenere poſſe indicauit mortuis in peccato copulatam. Dubium quippè non eſt quemque eò ampliùs deformari ab immortalitatis gloriâ, quò ardentiùs caducis ſe immerſit curis, potiùs eligendo poſſidere, quæ videt, quàm patienter ſperando præſtolari; quæ non videt, ſicque non ſolum immortalitatem perdit, verum etiam vitâ priuatur, atque propriam perdit pulchritudinem.*

Cur noluit Chriſtus hunc adoleſcentem diſcedere, vt patrem ſepeliret? A ſepulturâ auocat dum ait: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*; Frequens hic erat ſermonum Chriſti auditor; ne igitur diſcedens concionum abrumperet filum, à funere auocatur; Inſero hic ſancti Chryſoſtomi verba: *quod ſi ad ſepeliendum patrem, ne conſequentia diſciplinæ inciderentur, non permiſit abire; quantò minùs prædicationem abſolui propter aliqua priuata?* Quàm parum ſuæ ſaluti conſulunt, qui qualibet ex cauſâ concionum ſeriem interſecant, & aliquibus, leui impedimento detenti, non interſunt; quid hîc illi, qui nullâ re, niſi ſuâ deſidiâ, ſoloque neglectu impediri, ab omnibus ſe ſubducunt.

Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita, vt nauicula operiretur fluctibus: ipſe verò dormiebat.

VBi miraculorum oſtenſio fit, etiam plebs adeſſe permittitur; vbi tempeſtas, & fluctuatio, Apoſtoli à turbis auocantur. Nempè, quò maior, ſanctiorque quiſque eſt, eò ad maiora diſcrimina vocatur? &, qui magis amantur, in maiora pericula coniiciuntur, & variis calamitatibus exponuntur, vt eorum virtus probetur.

Quàm turbis beneficia contuliſſet, ſanando 549.
eorum languores, ac infirmitates, videbantur diſcipuli nullo affecti beneficio. Magnum igitur contulit: ſed quodnam? Vt poſſent pro eo pati in demerſionis periculum incidunt; ac demum mirabiliter eripit. Dignum Apoſtolorum beneficium eſt, quod diſcrimen, ac aduerſitatem ſecum habet. Scilicet, ſingularis beneficij loco haberi debet, in varias calamitates incidere, à quibus nos Dei prouidentia liberabit.

Nec Apoſtolorum nauicula à fluctibus eſt immunis: felix, qui in huius mundi mare vndis æſtuque percellitur? tantùm ſecum habeat Chriſtum: perire non poteſt, non poteſt mergi mentis nauis, in qua Chriſtus adeſt. Nauis fluctuat, & tempeſtate iactatur, in qua Chriſtus, & Chriſti diſcipuli. Nimirum cum aduerſitatum fluctibus percellimur, tunc ſignum maximè eſt, nobiſcum eſſe Chriſtum: eius præſentia, vt meriti, ac gloriæ mater eſt, ita tribulationem, & aduerſitates aduenire ſinit.

Athletas orbis terræ, orbiſque doctores timore, ac tentationibus exercere vult Chriſtus: ideo tempeſtatem excitari permittit.

Solus cum diſcipulis nauem intrat Chriſtus, vt explicatur à Lucâ cap.8.v.22. Egit iſtuc, vt Apo- Luc.8. v.22.
ſtolorum famæ conſuleret; nam eos ob diffidentiam arguiturus erat. Noluit alios adeſſe, qui increpantem diſcipulos audiret, ne eorum reuerentia, honorque minueretur: vt hinc diſcas, quàm ſolicitè aliorum nomen tueri debeas, dum aliorum labes ex officio arguis.

Dormit inter procellas Chriſtus. Nempè, neſcio

quod

quid Diuinum eſt, inter fluctus mente non fluctuare, & altâ pace in tribulationibus, & aduerſitatibus frui.

Etiam in mari ventis concuti ac fluctibus nauiculam ſinit; vt ſedata tempeſtate, eum non ſolùm terræ, ſed etiam maris Dominum cognoſcerent, & vbique auxiliarem eius manum experirentur.

Permittit tempeſtatem, vt, periculo imminente, Apoſtoli ad eum orandum vrgerentur. Vult rogari Chriſtus, & plerùmque tribulationes immittit, vt orationem, quæ illi tam grata, à nobis eliciat.

Dormiente Chriſto, tempeſtas inſurgit, vt indicaret, quòd ſuperioris vigilantia vbi deſideratur magnum imminet ſubditis periculum.

551. Iactabatur nauicula fluctibus, & actos fluctibus volebat Chriſtus præterire; licèt verè non abſolutè non voluerit, quia verè non præteriit, prætereuntis habitu volebat clamorem elicere, cui ſubuenire oporteret; amabat fluctuantium clamorem, preceſque pluſquam fluctus.

Ipſe verò dormiebat; non caſu id factum; ſed, vt diſcipulorum diffidentiam tantiſper conniuenti oculo diſſimularet; multa quippè ſuperiori, dum increpat, diſſimulanda ſunt; multa leuiter attingenda.

Dormiebat Chriſtus, maris fluctibus acti fluctuabant diſcipulorum animi; timore concuſſi ad Chriſtum ſe conferunt, dormientem excitant, ſalutem ſibi ab hac excitatione pollicentes, vel mare fremitum poſiturum Chriſti vigilantiâ rati, ac ſi Chriſto dicerent: *oſtende te vigilantem, & pelagus reuerebitur*, ait Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus: aduersùs omnia aduerſa, maximum præſidium in rectoris vigilantiâ ſitum eſt.

552. Quia dormiebat Ieſus, nauis fluctuabat. Rem ad cor, ad fidem flectit ſanctus Auguſtinus in hunc modum: *Dominus dormiebat in naui; & ideo fluctuabat nauis, quia dormiebat Ieſus: nam, ſi illic vigilaret Ieſus, non fluctuaret nauis tua, cor tuum. Ieſus in naui, fides in corde. Si meminiſti fidei tuæ non fluctuat cor tuum. Si oblitus es fidem tuam, dormit Chriſtus, obſerua naufragium.*

Dormit Chriſtus, & fluctuat nauis; nimirum ait Sanctus Hilarius; *Eccleſia intra quas verbum Dei non vigilauerit, naufraga ſunt; non quòd Chriſtus in ſomnum relaxetur, ſed quod ſomno noſtro conſopiatur à nobis*: ad Deum oculi flectendi ſunt, non in noxium deflectenda lumina ſomnum, torporis indicem, ac ſegnitiei.

Domine, ſalua nos, perimus.

553. IN præſenti periculo præſens remedium quærunt: ad Chriſtum ſe conferunt, orationem ſternunt. Non eunt ad nauis gubernatorem, eumque, vt rectè nauem dirigat, admonent: humanam opem non quærunt, quærunt Diuinam, vt non mirum, ſi eximi ab illo diſcrimine meruerint. Nimirum, in magnis periculis Diuinum auxilium maximè quærendum.

Ad Chriſtum currunt, non nauem exonerant, vt fieri in tempeſtatibus ſolet. Quî exonerarent, qui rerum terrenarum vacui erant, qui oneroſas merces ſecum non habebant? Nihil habebant, quod reiicerent, pauperes diſcipuli. Quidni adfuerit in eorum auxilium paupertatis amator Chriſtus.

Quid timidi eſtis, modicæ fidei?

PRius diſcipulos increpat, quàm mare: magis à diſcipulorum diffidentiâ timebat, quàm à maris fluctibus. Deo facilius eſt maris vndas compeſcere, quàm hominum mentes ad æquitatis, iuſtitiæque legem reuocare. 554.

Modicæ fidei arguuntur Apoſtoli, & tamen in tempeſtatis periculo ad eum confugiunt: quid illi qui ne confugiunt quidem, ſed fidunt viribus? Modicæ fidei dicuntur; quia credebant, quòd poſſet ſaluare vigilando, non dormiendo: etiam cum dormiret, Chriſtus ſuorum curam habebat.

Modicæ fidei; non conuertitur ad mare, ſed ad diſcipulos; *& priùs diſcipulos increpat*, vt obſeruat Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, *quàm mare*; modica quippè diſcipulorum fides magis diſplicebat Chriſto, quàm diſpliceret tempeſtas maris? citiùs illa tempeſtas coërcenda, quæ diſcipulorum corda turbabat, quàm ea; quam venti excitauerant, & maris vnda iactabat.

Surgens, imperauit ventis.

ETiam iacens, ſicut dormiebat, poterat imperare ventis, fluctuſque ſolo nutu compeſcere; ſed ſurrexit, vt magis miraculum appareret, & oſtenderet ab eo ſedatam tempeſtatem, de quo aliquis dubitare poterat, ſi iacuiſſet, nihilque dixiſſet. Amat Chriſtus, ſua beneficia innoteſcere ſuis, nec alij quàm ipſi tribui ſtudet, ne Auctori eximantur. 555.

Surrexit, non iacuit; vt nos eius exemplo diſceremus, ſtatim ſurgere, cum aliquid in Dei obſequium peragendum eſt.

Imperauit ventis, Imperat ventis, imperat mari; vtrumque Chriſti iuſſibus obtemperat, vt hoc exemplo moniti omnes diſceremus promptè Chriſto parere, nec eius voluntati reſiſtere.

Et facta eſt tranquillitas magna.

SVrgens Chriſtus imperauit ventis, & facta eſt tranquillitas magna. Diuinæ potentiæ eſt, ſuperæque virtutis, magnam tempeſtatem in magnam tranquillitatem commutare, & ex ingentibus aduerſitatum fluctibus ingentem mentis pacem, ac quietem colligere.

SECTIO VI.

Sepulchra qualia olim. 556
Cur in ſepulchris dæmoniaci habitarent. 556
Qui mortis memoria, & mortuorum conſpectu melior non fit ſatameo ſe ſpiritu obſideri induat. 557
Dæmonis ſtudium vt homines à Chriſto auocet, ad inania ſpectacula excitet. 557
Pluribus vna opera nocere Dæmon ſtudet. 558
Chriſti præſentia quanta ſit virtutis. 558
Torquetur Dæmon cum homini nocere non poteſt. 559
Superbus torquetur cum alieno imperio cedere cogitur. 559
Diabolici ſpiritus eſt in eo alios arguere in quo quis maximè peccat. 559
Hominibus nocere Dæmones ſtudent. 560
Chriſti amor in homines. 560
Quàm promptus ad nocendum Dæmon ſit. 561

Diſcedere

Diſcedere ab hominibus quos infeſtant, nollent Dæmones. 561
Templa frequenter adire quam vtile. 561
In omnibus hominis damnum quærit Dæmon. 562
Dæmoni illud placet; quo Dei lex violatur. 562
Quæ in noſtri perniciem Dæmon excogitat, in noſtram ſalutem Deus flectit. 562
Vbique lapſus occaſionem dæmon quærit. 563
Qui occaſionem peccati aliis offert, nequitia ſua pœnam ſubit. 563
A peccatorum ſœtore auelli vix poteſt qui illis aſſuetus. 564
Decipit dæmon dum magna premittit. 565
Terrenorum amor ſaluti maximè officit. 566
Indignos ſe Dei præſentia peccatores putant. 566

Occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis; ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.

556. HAbitabant in ſepulchris, qui à ſepulchris exeunt: quod, qui fieri potuerit, ex veterum ſepulchrorum formâ intelligitur: erant enim ſepulchra, cauernæ aut in rupibus exciſæ, aut lapideo, vel lateritio opere cameratæ, vt ex Chriſti ſepulchro manifeſtum eſt, quod exciſum erat in petrâ cap.27.verſ.60. & quod Ioannes, & Petrus inttarunt Ioan.20.verſ.6.

Sed cur hi dæmoniaci habitabant in ſepulchris? An factum id à Dæmonibus; vt nempe in eum errorem homines inducerent, vti mortuorum animas in Dæmones commutari putarent? An in ſepulchris verſantur Dæmones, vt, odio generis humani, mortuorum corporibus illuderent? Nempè ſatanicum eſt; etiam in mortuos, vitaque functos deſæuire, & Sanctorum oſſa, cineresque perſequi.

557. Sed mirum illud: cur ſæui à ſepulchris exeunt? In hac ſcholâ deponere animos homo ſolet; in ipſa enim mortis ſuæ monetur citò futuræ, & hac cogitatione ſæuire deſinit. Hîc contrà fit; quia homines à dæmonibus corripiuntur. Ex ſepulchris, exque mortuorum conſpectu, qui melior humiliórque non fit, ſatanico ſe ſpiritu obſideri demonſtrat: qui inflatos ſuperbiâ animos, mortis memoriâ, non ponit, dæmoni ferè par cenſeri poteſt.

Tàm ſæui hi dæmoniaci erant, vt nemo per viam illam tranſire poſſet. Scilicet impedire alios conabantur, ne ad Chriſtum irent, perque ſalutis viam incederent: ſi per illam viam ad ſpectacula; ac torneamenta homines iuiſſent, non eos impediuiſſent dæmones, quorum hoc ſtudium, vt à Chriſto homines arceant, ad terrena ſpectacula, ac noxia, totis viribus alliciant.

558. Nihil prius dæmoni eſt, quàm vt hominibus noceat; ſed ſtudet per homines iſtuc agere, vt genus humanum exoſum Deo reddat. In homines per homines ſæuit, vt eâdem operâ plures infeſtet; eos nempè, qui moleſtiam inferunt, & eos, quibus infertur.

Duo habentes dæmonia; vix Dominus ſuâ præſentia regionem illam illuſtrauerat, cum duo homines de ſepulchris exeunt habentes dæmonia ac ſi non amplius dæmonia hominem haberent, ſed haberentur ab homine, *ad Chriſti ſcilicet præſentiam* Sancti Petri Chryſologi verba ſunt, *captiui illi fiunt, à quibus fuerant homines captiuati. Siſtunt pœnis, quorum cruciatibus antea torquebantur; aptant ad ſententiam, à quibus addicti fuerant ſepulchris*; ſic torquentur, qui fuerant tortores, & iudici traduntur, qui erant carnifices; tantum Chriſti præſentia poteſt, vt dæmones hominibus incipiant ſubiici, quibus homines erant ſubiecti.

Quid nobis, & tibi, Ieſu Fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.

PEnde ſæuitiam dæmonum, & ingens eorum in homines odium: conqueruntur, ſe tortos, cum homines torquere inhibentur. Sæuiſſimè torquetur dæmon, cum homini nocere non poteſt. *Veniſti torquere nos.* Græcè, ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς *Veniſti ad cruciandum nos.* Vnde cruciantur, vnde torquentur? Quæ tormenti cauſa, quæ cruciatus? Superbus tunc grauiter torquetur, cum alterius imperio cedere cogitur, & cum eos relinquere compellitur, quos poſſidet. 559.

Sed quàm iniuſta Dæmonum querela! *Veniſti*, inquiunt, *ante tempus torquere nos.* Hic cuiuſque mali mos eſt, vt in eo, in quo ipſe peccat, alios arguat. De tempore ſic queruntur dæmones, quaſi ipſi cum tempore fecerint, vt ante mortem viuos homines condiderint in ſepulchris. Et non erat ante tempus, viuentes, mortis cubiculo adiicere? Erat. Cur ergò queruntur, Chriſtum ante tempus veniſſe, vt eos torqueret? Vt ſcires diabolici ſpiritus eſſe, alienis notam inurere, atque carpere, propria non videre, non corrigere; & in eo alios arguere, in quo arguens maximè peccat.

Dæmones autem rogabant eum dicentes: ſi eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

NOlebant dæmones in abyſſum mitti: potius in porcos mitti poſtulant; ne ſcilicet omninò ab hominibus, quibus nocere tàm ſolicitè ſtudent, ſepararentur. Etiam in immundis animantibus vexare, ac moleſtia aliqua afficere homines poterant, quod in infernum detruſi facere non potuiſſent: idcirco in abyſſum mitti timent. 560.

Cur mitti non poſtulant in alios homines? Non audent iſtuc à Chriſto petere, quum videant tàm ardenter amari homines à Chriſto: hac poſtulatione grauiùs ſe tortos iri timere poterant. In homines ſe mitti non quærunt? quia eum, cuius virtute torquebantur humanam ſpeciem geſtare videbant. Satis hoc dæmonibus: non ſatis plerùmque hominibus, qui homines aggrediuntur, & in illos irruunt, licet ſciant, & credant, humanam naturam à Dei filio aſſumptam.

Mitte nos in gregem porcorum: Græcè paulò aliter, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων, *Permitte nobis abire in gregem porcorum* Tàm promptus ad nocendum dæmon eſt, vt permiſſio, præcepti loco illi ſit; & permitti dæmonem in porcos abire, tantundem illi ſit, ac ſi mitteretur. 561.

Si eiicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Non abſolutè mitti petunt in porcos; ſed, poſito, quòd eiiciantur: diſcedere enim, ſi liberum eis eſſet, ab hominibus nollent, quos cruciant.

Mitte nos in gregem porcorum. Cur in oues mitti non poſtulant, quæ munda animalia ſunt? Nec iſtuc auſi dæmones; quia oues ex lege in templo offerebantur. Etiam animalia ipſa, quæ in templo offeruntur, auerſatur diabolus: quantò magis

Digitized by Google

magis homines, ſi frequenter ac deuotè in Dei domo ſe Deo dicauerint, & obtulerint? Explicari non poteſt, quàm vtilis templi frequentatio ſit.

562. In porcos mitti quærunt dæmones; vt eos in aquis ſepelirent, ſicque eorum domini triſtarentur, & ingenti ità corriperentur, contra Chriſtum, & contra eum ſæuirent. In omnibus hominum perniciem dæmon quærit, quærit ruinam.

Vt in porcos mittantur petunt dæmones. Sed qui, inquies, porci illic eſſe poterant, quibus nefas eſſet Iudæos veſci? Erant, ſed contra legem; & hinc fors natum, vt in eos ingredi dæmones cupierint: Nempè ſatanæ placet illud, quo Dei lex violatur.

Non mirum, ſi Chriſtus id permittat dæmonibus, quod petunt; hinc enim ſalutis occaſio facta; ciues illi in porcorum iacturâ didicerunt, porcis contra Dei legem non vti. Sic ferè, quæ in noſtri perniciem dæmon excogitat, magnam vtilitatem nobis, Deo diſponente parturiunt.

563. Mitti in porcorum gregem dæmones quærunt; ſed quò ſpectabant? Non alienè aliqui putant id feciſſe, vt porcos ſaginarent, eóſque obiicerent Hebræis, ſicque eos allicerent ad porcinas carnes contra Moſis legem manducandas. Nimirum hoc dæmonis proprium eſt, lapſus occaſionem præbere hominibus; nec porcos ſubire defugit, quin & quærit, vt porcorum obiectu homines fallat.

Sed aliter factum; nam ſtatim ac dæmones porcos ſubierunt, in mare ſe cum porcis deuoluerunt, quod antea ſibi timebant, dum in abyſſum ne mitterentur rogant Chriſtum, id eſt in mare, vt exponit Sanctus Ambroſius; hac nimirum pœnâ dæmones puniuntur, vt quam occaſionem peccandi per porcos offerre volebant Hebræis, hanc Chriſti prouidentiâ, penitùs auferrent, *vt quod recuſabant dæmones non euaderent, ſed digno præcipitio demergerentur:* vnde inuiti præcipitium illud ſubiere; ita fit, vt qui occaſionem peccati afferre aliis ſtudet, nequitiæ ſuæ priùs ſentiat damna.

564. *Mitte nos in gregem porcorum*; cur in porcos mitti poſtulant, cùm de aliis id non legatur? exierant de monumentis; inter putreſcentia mortuorum cadauera morabantur; *nequitia*, ait Sanctus Petrus Chryſologus, *fœtores neſcit amittere, ſed mutare*; aſſueti putredini, immunda animalia adamant, munda fugiunt; difficilè, qui in peccatorum fœtore vixit, à peccatorũ fœtore auelli poteſt, quin ab vno ereptus, alium non quærat, dæmonũ more.

Mitte nos in gregem porcorum, Qui mundi Regna, & eorum gloriam Chriſto obtulerat, à Chriſto nunc petit, vt ei liceat porcos ſubire; Itane, qui aliis regna, tanquam ſua eſſent, pollicebatur, non melius domicilium quærit, non melius habet? Immundos porcos inhabitare ex ſe non poteſt, qui mundi regnorum ſe dominum faciebat? ergo decipit dæmon dum promittit; ipſe ſe ipſum prodit, & dum, vt in porcos mittatur Chriſtum orat, ſe fallaciter eidem mundi gloriam, & eius regna promiſiſſe oſtendit. 565.

Mitte nos in porcos; vt ſcilicet incolæ nouâ hac clade, porcorumque iacturâ affecti, in maledicta, blaſphemáque verba excitarentur, & à Chriſto, Chriſtique prædicatione auocarentur; nihil non agit dæmon, vt homines à Chriſto auocet, & illius verbis audiendis abducat.

Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu: & viſo eo rogabant, vt tranſiret à finibus eorum.

ROgabant: Non expulerunt exacerbati, ſed rogabant perculſi tum religione, tum accepti damni dolore. Petunt vt à finibus eorum diſcederet: agnouerunt virum ſanctum, & omni veneratione dignum, ſed tamen dimittunt, ne facultates ſuas amitterent. Nihil eſt, quod ita à ſalute reuocet, quàm nimius rerum terrenarum amor. Pluris ſuas diuitias faciunt, quàm Chriſti præſentiam, & ſuarum animarum ſalutem. 566.

Fors dimittunt Chriſtum, indignos ſe eius præſentiâ exiſtimantes: ſciebant ſe peccatores, & timebant, ne, peccatis eorum exigentibus, grauioribus plagis plecterentur: etiam Petrus ob reuerentiam, & humilitatem dixit: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Luc. 5. 8. Luc. 5. 8.

Vulgata Editio.

CAPVT IX. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET aſcendens in nauiculam, tranſfretauit, & venit in ciuitatem ſuam.

Verſ. 2.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Verſ. 3.

Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe: Hic blaſphemat.

Lectionum Varietas.

Et aſcendens. *Pagn. Cùm inſcendiſſet. Syr. Et conſcendit. Vat. Ingreſſus.*
In nauiculam. *Caiet. In nauem. Vat. Nauem.*
Tranſfretauit. *Pagn. Traiecit.*
Suam. *Fr. Luc. Propriam. Arab.* omittit, *Suam.*

Offerebant. *Pagn. Adduxerunt. Vat. Attulerunt. Syr. Obtulerunt. Fr. Luc. Offerebatur.*
Confide. *Pagn. Fiduciam habe. S. Hil.* omittit: *Al. Conſtans eſto. Vat. Bono animo eſto. Syr. Æquo animo ſis. Auct. Animum ſume.*
Remittuntur. *S. Hier. Dimittuntur. Orig. Remiſſa ſunt.*
Peccata tua. *S. Hil. Peccata.*

Dixerunt. *Pagn. Dicebant.*
Intra ſe. *Fr. Luc. In ſe ipſis. Syr. In animâ ſuâ. Vat. Intra ſeſe.*
Blaſphemat. *Fr. Luc. Impiè loquitur.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 4. Et, cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?	Cùm vidiſſet. *Syr. Sciens. Ar.M. Videns.* Dixit. *Syr. Dixit eis.* Mala. *Tert. Nequam.* In cordibus veſtris? *Syr. In corde veſtro?*
Verſ. 5. Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula?	Quid eſt. *Vat. Virum enim. Fr.Luc. Quid eſt enim.* Peccata tua. *Quidam Cod. Peccata.* Surge. *Ar.M. Erigere.*
Verſ. 6. Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terrâ dimittendi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.	Sciatis. *Syr. Cognoſcatis.* Habet. *Vat. Habere. Pagn. Habeat.* Poteſtatem. *Ar. M. Auctoritatem. Auct. ex Syr. Dominium.* In terrâ. *Arab. Super terram.* Dimittendi. *Syr. Remittendi. Ar.M. Remittere.* Ait p. *Syr. Dixit paralytico illi.* Surge. *Pagn. Cùm ſurrexeris. Ar.M. Erectus.* Lectum. *Arab. Grabatum.*
Verſ. 7. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam.	Et ſurrexit. *Ar.M. Et erectus. Syr. Surgens. Vat. Cùm ſurrexiſſet. Al. Illicò ſurrexit. Fr.Luc. Tunc ſurrexit.* In domum. *Vat. Domum.*
Verſ. 8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.	Videntes a. t. *Syr. Quæ cùm vidiſſent turba illa. Pagn. Turba verò quæ viderant.* Timuerunt. *Caiet. Admirata ſunt.* Glorificauerunt. *S.Hil. Honorificauerunt. Syr. Laudibus euexere.* Qui dedit. *Pagn. Qui dediſſet. Ar.M. Dantem.* Poteſtatem. *Ar.M. Auctoritatem.* Talem. *S.Hil. Tantam.*
Verſ. 9. Et, cùm tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: ſequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.	Cùm tranſiret inde. *Fr.Luc. Cùm digrederetur, progrederetur, digrederetur. S. Ioan. Chryſ. Cùm tranſiſſet. Euth. Pergens. Syr. Quumque prætergrederetur illinc. Ar.M. Præteriens inde.* Sedentem. *Vat. deſidentem.* In Telonio. *Caiet. Ad telonium. Syr. In ædibus telonariorum.* Matthæum nomine. *Fr.Luc. Qui dicebatur Matthæus. Ar.M. Matthæum dictum. Arab. Nomen eius erat, Matthæus.* Surgens. *Pagn. Cùm ſurrexiſſet. Arab.* omittit. *Syr. Surgens itaque.* Secutus eſt eum. *Syr. Iuit poſt eum.*
Verſ. 10. Et factum eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius.	Factum eſt. *Vat. Et euenit.* Diſcumbente. *Syr. Quum accumberent. Pagn. Accumbente. Vat. Cùm Ieſus accumberet.* Ecce. *Euth. Ecce etiam. Vat. Vt ecce.* Venientes. *Fr.Luc. Qui venerant.* Diſcumbebant. *Pagn. Simul accubuerunt. Vat. Simul accumberent.*
Verſ. 11. Et videntes Phariſæi dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?	Et. *Syr. Qua. Vat. Quod.* Videntes. *Franc. Luc. Cùm vidiſſent. Auct. Quum animaduertiſſent.* Dicebant. *Pagn. Dixerunt.* Et peccatoribus. *Syr. Flagitioſiſque.* Manducat. *Syr. Edit. Vat. Sumit cibum. Pagn. Comedit.* Magiſter. *Vat. Præceptor.*
Verſ. 12. At Ieſus, audiens, ait: Non eſt opus va-	Audiens. *Syr. Quod cùm audiſſet. Vat. Quod vbi Ieſus audiuit.* Ait. *Caiet. Ait illis.* Non e. o. *Arab. Non indigent. Vat. Non opus ha-*

lentibus

Vulgata Editio. / *Lectionum Varietas.*

lentibus medicus, ſed malè habentibus.

bent. Ar. M. Non vſum habent. Orig. Non neceſſe habent.
Valentibus. *S.Cyp. Sanis. Pagn. Ij, qui validi ſunt. Arab. Valentes. Syr. Sani. Fr. Luc. Qui valent qui integris ſunt viribus.*
Medicus. *S.Gaud. Medico. Orig. Medicum.*
Sed malè habentibus. *S. Aug. Sed ægrotantibus. Syr. Sed ÿ qui malè affecti ſunt. Arab. Sed malè habentes. Pagn. Sed qui malè habent.*

Verſ. 13.

Euntes autem, diſcite, quid eſt: Miſericordiam volo & non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

Euntes. *Pagn. Profecti. Fr. Luc. Abeuntes.*
Quid eſt. *Euth. Quid ſibi velit. Syr. Quid ſit. Vat. Quid ſit illud.*
Miſericordiam volo, & non ſacrificium. *S. Paul. Miſericordiam malo, quàm ſacrificium.*
Volo. *Fr. Luc. Diligo.*
Et non. *Fr. Luc. Pluſquam.*
Vocare. *Fr. Luc. Vt vocem. Auct. Inuitare. Vat. Ad vocandum. Syr. Vt vocarem. S. Iuſt. M. Vocatum.*
Sed peccatores. *Arab. & S. Gaud. Sed peccatores ad pœnitentiam. S. Hil. Sed peccatores in pœnitentiam.*

Verſ. 14.

Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant?

Acceſſerunt. *Caiet. Accedunt. Ar. M. Adierunt eum. Arab. Venerunt. Pagn. Adeunt eum.*
Ieiunamus frequenter. *Syr. Multùm ieiunamus. Vat. Ieiunamus plerúmque. Pagn. Multoties.*

Verſ. 15.

Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.

Nunquid p. *Orig. Quia non poſſunt.*
Filij ſponſi. *Syr. Filÿ thalami. Caiet. Filÿ thalami nuptialis.*
Lugere. *Syr. & S. Ioan. Chryſ. Ieiunare.*
Cum illis. *Orig. Cum ipſis.*
Auferetur. *Arab. Subleuabitur. Pagn. Tolletur. Vat. Sublatus fuerit.*
Ieiunabunt. *Fr. Luc. Lugebunt.*

Verſ. 16.

Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento: & peior ſciſſura fit.

Nemo immittit com. p. r. i. v. v. *Tert. Noua plagula non aſſuitur veſtimento veteri. S. Ambr. Nemo additamentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri. Pagn. Nullus immittit aſſumentũ panni rudis in veſte veteri. S. Hier. Nemo aſſumet. Ar. M. Nemo iniiciet iniectionem. Arab. Nemo accipit commiſſuram nouam, & ponit eam in veſte veteri.*
Panni. rudis. *Caiet. Panni impoliti. Fr. Luc. Panni impexi.*
Tollit. *Ar. M. Aufert.*
Plenitudinem. *Pagn. Supplementum.*
Peior. *Sy. Maior. Ioan. Gagn. Et deterior.*
Sciſſura. *Pagn. Ruptura. Fr. Luc. Ruptura. Fiſſura.*

Verſ. 17.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo conſeruantur.

Neque. *Orig. Quia nemo.*
Mittunt. *Syr. Iniiciunt. Orig. Mittit.*
Vinum nouum. *Syr. Vinum recens.*
Alioquin. *Syr. Nc. Ar. M. Si autem minùs.*
Rumpuntur. *Syr. Rumpantur.*
Effunditur. *Syr. Effundatur. Ar. M. Effluit. Orig. Peribit.*
Pereunt. *Syr. Pereant*
Vinum nouum. *Syr. Vinum recens.*
Nouos. *Fr. Luc. Recentes.*
Mittunt. *Syr. Iniciunt.*
Ambo. *Arab. Simul. Pagn. Vtraque ſimul. Orig. Vtrunque.*
Conſeruantur. *Pagn. Seruantur.*

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 18.

Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam & viuet.

Hæc illo l. a. e. *Arab. Dum autem Ieſus loqueretur eis. Syr. Quum autem hæc loqueretur cum eis.*
Princeps. *Vat. Primas quidam. Syr. Princeps quidam.*
Acceſſit. *Vat. Venit. Pagn. Profectus. Ar. M. Veniens. Syr. Veniens appropinquauit. Fr. Lu. Quum veniſſet.*
Adorabat. *Vat. Adorauit.*
Modò defuncta eſt. *Arab. Nunc mortua eſt.*
Sed. *S. Hil.* omittit.
Veni. *Pagn. Profectus. Ar. M. Veniens.*
Impone m. t. *S. Hil. Et pone manum.*

Verſ. 19.

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius.

Surgens. *Arab. Surrexit autem. Fr. Luc. Quum ſurrexiſſet.*
Sequebatur e. *Vat. Secutus eſt eum. Syr. Abierunt poſt eum.*

Verſ. 20.

Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius.

Quæ ſanguinis fluxum patiebatur. *Pagn. Quæ ſanguinis profluuio laborauerat. Ar. M. Sanguiſflua. Arab. Cui erat fluxus ſanguinis. Syr. Profluuio laborabat. Orig. Quæ ſanguine fluebat.*
Retro. *Pagn. A tergo.*
Fimbriam. *Fr. Luc. Oram.*
Veſtimenti. *Fr. Luc. Pallij.*

Verſ. 21.

Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius: ſalua ero.

Intra ſe. *Syr. In animâ ſuâ. Ar. M. In ſeipsâ. Pagn. Intra ſeſe. Vat. Secum. Fr. Luc. Apud ſe.*
Si tetigero. *Arab. Si quando tetigero.*
Salua ero. *Syr. Sanabor ego. Pagn. Seruabor. Vat. Salutem conſequar. Auct. Incolumis ero.*

Verſ. 22.

At Ieſus conuerſus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illâ horâ.

Et videns. *Arab. & vidit. Syr. Reſpexit. Pagn. Vt vidit. Fr. Luc. Vbi vidiſſet.*
Dixit. *Syr. Dixit ei.*
Confide. *Syr. Bono ſis animo. Vat. Bono animo eſto. Hier. Matr. ex Syr. Anima te ipſam.*
Filia. *Syr. Filia mea.*
Saluam fecit. *Vat. Saluam reddidit. Syr. Seruauit. Fr. Luc. Sanauit.*
Ex illâ horâ. *Pagn. A tempore illo.*
Salua facta eſt. *Euth. Curata eſt. Vatab. Sanitati reſtituta eſt. Ar. M. Seruata eſt.*
Ex horâ illâ. *Ar. M. Ab horâ illâ. Pagn. A tempore illo. Fr. Luc. Momento.*

Verſ. 23.

Et cùm veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat.

Et, cùm veniſſet i. d. *S. Petr. Chryſ. Ingreſſus domum. Syr. Venitque.*
Et vidiſſet tibicines. *S. Petr. Chryſ. Vidit ſymphoniam.*
Et turbam t. *Syr. Turbas tumultum edentes. Goth. Turbam multam tumultuantem.*
Dicebat. *Pagn. Dicit illis. Quidam Cod. Dixit ad eos. Arab. Dixit eis. Syr. Ait illis.*

Verſ. 24.

Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

Recedite. *Pagn. Secedite. Arab. Exite. Syr. Recedite vos.*
Puella. *Pagn. Puerula. Vat. Adoleſcentula.*
Dormit. *Arab. Ipſa eſt dormiens.*
Deridebant. *Syr. Subſannabant.*

Verſ. 25.

Et, cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius. Et ſurrexit puella.

Eiecta eſſet. *Arab. Exiiſſet. Syr. Cùmque eieciſſet.*
Turba. *Syr. Turbam.*
Tenuit m. e. *Ar. M. Apprehendit manum eius. Syr.* addit. *Et dixit. Surge puella.*
Puella. *Vat. adoleſcentula.*

Verſ. 26.

Et exiit fama hæc in vniuerſam terram illam.

Exiit fama hæc. *Arab. Fama eius. Vat. Emanauit fama hæc. Pagn. Egreſſus eſt rumor hic. Fr. Lu. Dimanauit fama miraculi huius.*

Verſ. 27.

Vulgata Editio.

Verſ. 27.

Et, transeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri, fili Dauid.

Verſ. 28.

Cùm autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dixit eis Ieſus: Creditis, quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei: Vtique, Domine.

Verſ. 29.

Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem veſtram fiat vobis.

Verſ. 30.

Et aperti ſunt oculi eorum: & comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte, ne quis ſciat.

Verſ. 31.

Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in totâ terrâ illâ.

Verſ. 32.

Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.

Verſ. 33.

Et eiecto dæmonio, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit ſic in Iſraël.

Verſ. 34.

Phariſæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eiicit dæmones.

Verſ. 35.

Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella: docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Verſ. 36.

Videns autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati, & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.

Lectionum Varietas.

Tranſeunte. *Pagn. Cùm diſcederet. Arab. Cùm exiſſet. Syr. Quumque prætergrederetur. Fr. Luc. Progrediente autem.*

Inde. *Vat. Illinc. Syr. Illuc.*

Secuti ſ. e. *Syr. Seſe adiunxerunt ei.*

Clamantes e. d. *Arab. Qui clamabant, & dicebant.*

Noſtri. *Orig. Nobis.*

Veniſſet domum. *Arab. Intraſſet in domum. Ar. M. Venienti autem in domum. Vat. In ædes.*

Acceſſerunt. *Arab. Venerunt. Pagn. Adierunt illum.*

Cæci. *Syr. Cæci illi.*

Quia hoc p. f. v. *Syr. Me poſſe hoc agere.*

Vtique, Domine. *Syr. Etiam, Domine noſter. Vat. Etiam, Domine. Al. Credimus Domine.*

Dicens. *Syr. Et ait.*

Secundum. *Vat. Iuxta.*

Aperti ſunt. *Syr. Statim aperti ſunt. Quid. Cod. M. S. Illicò aperti ſunt.*

Comminatus eſt. *Syr. Prohibuit eis. Pagn. Acriter comminatus eſt. Vat. Interminatus eſt. Fr. Luc. Grauiter interminatus eſt. Auct. minanter mandauit.*

Ne quis ſciat. *Arab. Ne doceatis aliquem. Syr. Nemo reſciſcat.*

Exeuntes. *Arab. Cùm exiſſent. Vat. Quum abiiſſent. Fr. Luc. Egreſſi.*

Diffamauerunt eum. *Pagn. Diuulgauerunt famam. Syr. Famam eius ſparſerunt.*

Terrâ. *Vat. Regione.*

Egreſſis autem. *Syr. Quumque exiiſſet Ieſus. Arab. Et cùm exiiſſent inde. Fr. Luc. Egredientibus.*

Obtulerunt. *Vat. Adduxerunt. Pagn. Attulerunt.*

Dæmonium habentem. *Ar. M. Dæmoniacum. Syr. In quo erat dæmonium.*

Eiecto dæmonio. *Arab. Cùm eieciſſet dæmonium.*

Apparuit. *Fr. Luc. Viſum eſt.*

Sic. *Vat. Tale quid.*

In Iſraël. *Arab. In gente Iſraël.*

In principe dæmoniorum. *Syr. Per principem dæmoniorum.*

Dæmones. *Arab. Dæmonia.*

Circuibat. *Vat. Obibat. Syr. Perluſtrabat. Ar. M. Circumibat.*

Caſtella. *Pagn. Vicos. Fr. Luc. Pagos.*

Omnem infirmitatem. *Syr. Omnes dolores. Goth. Omnem infirmitatem in populo.*

Videns. *Arab. Cùm vidiſſet. Syr. Quum videret.*

Miſertus eſt. *Pagn. Affectus eſt miſericordiâ. Vat. Immenè miſertus. Fr. Luc. Commotus eſt viſceribus. Al. Affectu miſericordiæ tactus eſt.*

Eis. *Fr. Luc. Super eis. Arab. Super eos. Syr. Earum. S. Hil.* omittit. *Pagn. Erga illas. Vat. Illarum. Al. Erga illos.*

Vexati, & iacentes. *Pagn. Deſtituti, ac diſperſi. S. Hil. Erant vexati, & iacentes. Syr. Eſſent fatigata, ac diſperſa. Vat. Deſtituta, ac diſperſa. Hier. Matr. Agitati, ſolicıti. Fr. Luc. Varius affectis, afflictique malis. Diſiecti, ſparſi, palantes.*

Vulgata Editio.

Verſ. 37.

Tunc dicit Diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa, operarij autem pauci.

Verſ. 38.

Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

Lectionum Varietas.

Multa. *Pagn. Copioſa. Vat. Ipſa quidem Meſſis copioſa.*

Rogate ergo Dom. *Ar. M. Supplicate ergo Domino. Syr. Petite igitur à Domino.*

Mittat. *Pagn. Emittat. Quidam Cod. Eiiciat. Theoph. Extrudat.*

CAPVT IX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Præſentiam ſuam expeti Chriſtus vult. 567
Iuſto vbique patria. 567
Ad Chriſti patriam ſpectat, qui ægritudines libenti animo patitur. 568
Chriſti præſentia quàm nobis vtilis. 568
Verè Dei filius, qui libenter infirmitates ſuſtinet. 569
Ferè corporis morbi ab animæ ægritudine naſcuntur. 569
Infirmi ad peccatorum confeſſionem inhortandi. 570
Homines corporalis valetudinis magis ſoliciti, quàm ſpiritualis. 570
Humilitas colenda: vitanda iactantia. 570
Ægros perfectè Chriſtus ſanat: vt perfectam ſanitatem animæ quæreremus. 571
Ab inanis laudis amore abeſſe debemus. 571
Qui infirmis fideliter inſeruiunt magna mercede donabuntur. 571
Inuidus vehementer cruciatur eius aſpectu cui inuidet. 572
In eos, qui nos & noſtra calumniantur, inſurgere non debemus. 572
Vocationis diuinæ vis. 573
Aliorum doctor futurus modeſtiæ exemplar ſe præbeat. 573
Difficilè Chriſto animas lucratur, qui ſequitur lucra. 573
Grande miraculum pecuniæ inhiantem ſtatim Chriſtum ſequi. 574
Qui lucra ſectantur difficilè à lucris abducuntur, vt Chriſtum ſequantur. 574
Ἀκολουθεῖν quid. Non ſatis eſt ſequi Chriſtum, imitari debemus. 574
Bene ſequitur Chriſtum, qui Chriſto obſequitur. 575
Hominem lucris addictum lucrari, inter miracula recenſeri poteſt. 575
Ægrè Chriſtum ſequitur, qui pecuniis ſeruit. 575
Diues non diuitiis opes quærenda. 576
Stare vix poteſt, qui auaritiâ premitur. 576

Et aſcendens in nauiculam transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam.

567. VEnit in ciuitatem ſuam, à qua diſceſſerat, vt abſentiâ ſuâ omnium deſiderium acueret, & excitaret; ardentiùs quippè ea deſideramus, quibus diù caruimus. Præſentiam ſuam expeti ſummis votis Chriſtus vult; non remiſsè negligi: eam plerumque negat, ne vileſcat: quod in anima non rarò præſtat; ſe quippè ſæpè ſubducere videtur, vt vehementiùs deſideretur.

Venit in Ciuitatem ſuam. Græcè *ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, venit in propriam Ciuitatem,* Capharnaum ſcilicet vbi domicilium id temporis habebat. Bethlehem cunis ſuis nobilitauit, Nazareth educatione reddidit celebrem, Capharnaum commoratione, editiſque inibi miraculis veluti adoptauit in patriam. Diſce: Iuſtus vbique patriam habet; nec ſolo, vbi natus, nimis adhæreſcit. Locum illum ſibi adoptat in patriam, vbi edit ſigna virtutis. Neſcit locorum ſpatiis virtus coërceri, nec patriæ limitibus, vbi incunabula fuere, includi.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.

NEe Chriſti ciuitas infirmis, & infirmitati- 568.
bus caret: nullo in hoc gaudet priuilegio; quin, rectè ſentienti, ad Chriſti ciuitatem, patriamque ſpectat, qui ægritudines libenti animo patitur.

Lapſus in peccata, & idcirco in paralyſim fuerat hic, qui Chriſto oblatus dicitur. Fòrs ab vtroquè liber, & immunis fuiſſet, ſi Chriſti præſentiâ minimè caruiſſet. Nec adeò grauiter deliquerat, nec paralyſim fortaſsè patiebatur, cum Chriſtus præſens eſſet. Explicari non poteſt, quàm vtilis, atque proficua nobis Chriſti præſentia ſit. Colligant hinc Præſules, quàm noxium ouibus, paſtorum ſuorum præſentiâ deſtitui.

Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.

FIlij nomine paralyticum inſignit, *cõfide*, inquit, 569.
fili. Mira Chriſti humilitas, mira dignatio: deſpectum hominem, & quem ſacerdotes non dignabantur attingere, filium vocat. Nec corporis ægritudo ab hoc tàm illuſtri titulo nos auocat; quin tunc verè Dei filij ſumus, cùm lætitiâ magnâ infirmitates excipiuntur, & in corporis languore mentis firmitas, ſanitaſque apparet.

Priùs dimittit peccata, poſtea ſanat; vt morbi cauſâ ſublatâ, ſanitas reſtituatur. Ferè corporis infirmitates ab animæ ægritudine naſcuntur: vnde peccata paralytico remittit, cum non peccatorum remiſſionem, ſed corporis curationem ille quæreret; vt morbi originem, & indicaret, & tolleret, doceretque plerunquè morbos pœnam eſſe peccati

Hoc exemplo Chriſti diſcere medici debent, 570.
ſuum munus eſſe ægros ad pœnitentiam, ac peccatorum confeſſionem inhortari, vt faciliùs etiam corporis ſanitatem conſequantur.

Tùm corpus, tùm anima huius paralytici ſuâ infirmitate premebatur: ſolùm tamen corporis ſanitatem quærunt, animæ obliuiſcuntur, qui

eum

eum Chriſto offerunt. Sic enim ferè fit, vt homines corporalis valetudinis magis ſint ſoliciti, quàm ſpiritualis; quod tacitè arguit Chriſtus, dum animam priùs ſanat, quàm corpus; docens ſic priùs animarum, quàm corporum quærendam eſſe ſalutem.

Remittuntur tibi peccata tua; conſultò *remittuntur* dixit, non *remitto*, vt humilitatem commendaret, iactantiam cauendam doceret; *quia peccata remittere erat magna excellentia*, inquit Abulenſis, *& nolebat ore ſuo ſe laudare*; maiorem laudem meretur, qui non ſe laudat, & laudari debet; qui ſe laudabilem minimè iactat.

Tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

571. PAralyticus iubetur lectum ſuum tollere; vt lectus, qui infirmitatis teſtis fuerat, eſſet & ſanitatis, hocque eſſet ſignum perfectiſſimè recuperatæ valetudinis; adeo, vt non ſolùm ſanus, ſed etiam robuſtus redditus eſſet, paralyticus. Ægros perfectè Chriſtus ſanat, vt perfectam animæ ſanitatem quærere diſceremus.

Sed, cur in domum ſanatum paralyticum dimittit? Ne eius præſentiâ laudem ſibi conciliare Chriſtus videretur: à cænodoxia ſe alienum oſtendit, & iactantiæ vitio immunem; dum ab ſe domum ablegat, quem ſanauerat.

Præterea; domum remittit, vt teſtes redditæ ſanitatis fierent, qui oculati morbi teſtes extiterant; vtque ipſis fidei occaſio eſſet, quibus moleſtus in infirmitate fuerat. Fòrs & domeſticorum præmiare ſedulitatem, ac charitatem erga paralyticum voluit; vt lætitiæ, ſalutiſque occaſionem domeſticis præberet, qui ei, dum morbo premeretur, fideliter inſeruierant.

Cum tranſiret inde Ieſus, vidit hominem ſedentem in Telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum.

572. C*Vm tranſiret inde*: Græcè, *καὶ παράγων ἐκεῖθεν*, *Inde digrediens.* Euthymius, *Præteriens inde.* Quæri poteſt: cur poſt editum tàm ingens miraculum ſe ab illorum oculis ſubduxerit, qui illum calumniabantur. Quum virtutem ſuam, mirabili paralytici curatione, prodidiſſe, ſtatim nullâ ibi morâ facta diſceſſit, ne eius aſpectu ſcribæ maiori inuidia æſtuarent: nimis ſolo eius viſu inuidi torquebantur, & grauiſſimum cruciatum Chriſti præſentia Iudæis inuidiæ æſtu laborantibus inferebat. Scilicet, tàm infelix inuidia eſt, vt ſolo illius viſu vehementiſſimè crucietur; quem magnum, celebremque apud alios eſſe conſpicit.

Recedit Chriſtus, vt eorum turbationem mitigaret, & inuidia paulatim minueretur. Id nobis quoque faciendum eſt? nec enim debemus in eos, qui nos, & noſtra calumniantur, inſurgere, ſed eorum vlceribus cedentes, recedenteſque mederi, vt eorum dolor mitigetur.

573. Vidit, in telonio, &, cum in telonio ſederet, ad ſe vocauit: cur ita? Vt virtutem vocantis oſtenderet, qui è medio malorum pelago Matthæum publicanum abſtraxit. Nullius tàm deſperata ſalus, qui ſaluari, Chriſto manum porrigente, non poſſit.

Matthæum nomine: Honorificentius erat cognomen, *Leui*, quàm nomen, *Matthæi*: ob id ſeipſum ſemper Matthæum appellat, alij etiam Leui, quod honoris cognomen. Modeſtiæ, & humilitatis cauſa id fecit: nempè aliorum Doctor futurus modeſtiæ exemplar ſe præbet.

Sequere me; Matthæum requirebat, non quæ Matthæi: doctorum eſt animas lucrari, non inhiare pecuniis; feſtiuè rem vrget Sanctus Petrus Chryſologus: *Veni ſequere me, Non dixit, affer ad me; quia Matthæum, non Matthæi ſacculos requirebat. Veni ſequere me, hoc eſt, depone pondera, diſrumpe vincula, ſolue laqueos.* Ægre Chriſto animas lucratur, qui ſectatur lucra; nec Chriſtum vt ſequantur peccatores integrè quærit, qui peccatorum ſacculos ipſe ſequitur.

Surgens, ſecutus eſt eum: Magnum iſtuc, inſolenſque prodigium: grande Chriſti miraculum: 574.
hominem pecuniæ inhiantem vocare, & ſequentem habere non ſolùm, ſed etiam obſequentem. Non adeò magnum, piſcatores vocanti Chriſto reſpondere ſtatim, quam tributa colligentem, & nummis addictum.

Matthæum publicanum ad ſe Chriſtus vocat, & his verbis inuitat: *ſequere me.* Non initio vocauit; ſed poſt multa miracula, & ſparſam Chriſti famam, ſic enim eum, ad obedientiam, aptiorem Chriſtus ſciuit. Nempè qui lucra ſeculi per negotia ſectantur, difficilè à negotiis, lucriſque abducuntur, vt Chriſtum ſequantur.

Sequere me: Græcè, *ἀκολούθει μοι*, *ſectare me, me imitare.* Verbum *ἀκολουθεῖν* non ſolùm ſignificat *ſequi*, ſed etiam *imitari*: vt ab hac notione colligeremus, quòd ille verè Chriſtum ſequitur, qui eum, tanquam exemplar, imitatur: nude greſſibus ſequi, non ſatis eſt, niſi ſequamur moribus, & vitâ.

Præterea *ἀκολουθεῖν* ſignificat etiam *obſequi, ob-
temperare.* Benè Chriſtum ſequitur, qui obſequi- 575.
tur Chriſto, eius præceptis, atque conſiliis promptè paret. Fruſtra eſt, qui ſequi ſe putat Saluatorem, & ſaluris conſilia negligit.

Cùm miracula Chriſti Matthæus hìc recenſeret, recenſuit & vocationem ſuam; ſed cur eam miraculis inſeruit? *ratione humilitatis* inquit hìc Sanctus Thomas; *quia miraculum reputauit vocationem ſuam, ideo inter miracula recitauit.* Hominem lucris addictum lucrari inſolens adeo eſt, vt inter miracula numerari iurè poſſit.

Cum tranſiret inde: cur non pauliſper ibì moratus eſt? Vocaturus Matthæum, qui ad Telonium ſedebat, ibi non ſtetit Dominus, ne Matthæus in telonio moraretur, pecuniarum viſu cupiditatem fouens; Ægrè Chriſtum ſequitur, qui pecuniis ſeruit. Acutè Sanctus Petrus Chryſologus expendit hæc verba dum ait: *Non dixit cùm ſtaret ibi. Tranſiuit, & pertranſiuit inde Ieſus, ne Matthæus remaneret ibi: tranſiuit inde Ieſus, ne Matthæus taliter permaneret; ſeruire Deo nequeunt pecuniis ſeruientes.* A pecuniis ſtatim abſtrahit: nam vel tantillum temporis pecuniis dare nimis noxium eſt.

Matthæum diuitem electurus Chriſtus non eius 576.
domum conuenit, non diù ante ipſum ſtetit; ſed cùm tranſiret Ieſus ei dixit, *ſequere me*: nimirum non pecuniam, non diuitis fauorem, gratiamque requirebat, ſed diuitis animam; & ideo, quaſi deſpiciens Matthæi opes, neque eius limiti adhæſit ſed pertranſiens ad ſe vocauit.

Sedentem; ſeſſio iſta auari hominis ſtatum indicat: ſedet in telonio; nimirum ſtare non poteſt,

qui auaritiâ premitur; ſtat, qui cupiditatis onere non grauatur; *ſedentem in telonio*; vbi opes congerebat ibi opum pondere grauabatur, vt ſtare non poſſet; *ſedebat vtique*; ait Sanctus Petrus Chryſologus; *quia ſtare non poterat pondere cupiditatis oppreſſus, & ipsâ totus conſcientiâ fraudis incuruus; aurum naturâ graue, grauius fit auaritiâ*, grauius poſſidentis cupiditate.

SECTIO II.

Neſciunt Chriſti ſerui ſua iactare. 577
Etiam perditiſſimi homines aliorum exemplo conuertuntur. 577
Magiſtri exemplum diſcipulorum regula eſt. 578
Diſcipuli à Chriſto diſcedere neſciebant. 578
Fugit Chriſtus iactantiam & fugiendam docet. 579
Scripturarum imperitia multorum malorum cauſa. 580
Deſperata ferè eorum ſalus, qui cùm perditè viuant probos ſe exiſtimant. 580
A bonis operibus occaſionem ſe laudandi plerique arripiunt. 581
Subditorum defectus ferè ex ſuperiorum defectu deſcendunt. 581
Superbi ſe & ſua aliis præferunt. 581
Calumniæ quæ nos feriunt æquiori animo ferenda, quàm quæ alios. 582
Filij ſponſi *qui dicantur.* 582
Quàm vtilis Chriſti præſentia. 582
Lugere *quid.* 583
Filij ſponſi ſint, qui ieiunant. 583
Auferri *ſponſus cur dicatur.* 584
Veſtis *ieiunium dicitur, quia totum hominem operire debet. Tactus Dauid.* 584
Plenum ieiunium intus & extra ſit. 584
Veteris hominis vitia exuat ad ſacram Euchariſtiam accedens. 585

Et factum eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius.

577. ACcumbit Ieſus menſæ: magis peccatorum ſalute delectatur, quàm ferculis. Accumbit *in domo.* Quæri poteſt: in cuius domo menſæ Chriſtus accubuerit. Ex Marco, & Luca perſpicuè colligitur in Matthæi domo diſcubuiſſe. Sed cur nomen ſuum ſuppreſſit Matthæus ipſe? Modeſtiæ causâ id præſtitit, ea reticens, quæ à ſe digna laude facta ſunt. Neſciunt Chriſti ſerui ſe, ſuaque iactare; ſilentio ea premere ſtudent; in hoc maiore laude digni, quia laudari nolunt.

Ecce multi publicani, & peccatores venientes: Matthæi exemplo multi ad Chriſtum ſe conferunt, & plures poſt ſe incipit trahere Gentium Apoſtolus, Doctorque futurus. Etiam perditiſſimi homines aliorum exemplo conuertuntur, quod facilè nudis verbis præſtitum non fuiſſet. Suas in hominum mentes vires exemplum exerit: monita infirma ferè, ſi monita duntaxat.

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter.

578. Luc. 5. 30. PAulò aliter rem narrat Sanctus Lucas cap. 5. verſ. 30. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis?* Arguuntur apud Lucam diſcipuli, apud Matthæum magiſter: cur ita? An conſequens erat, vt, quod magiſter ageret, agerent & diſcipuli, vnde tantundem ſit: *cum peccatoribus manducat magiſter:* &: *cum peccatoribus manducatis?* Magiſtri exemplum, diſcipulorum regula eſt.

Manducat magiſter veſter. Et vos ab ipſo edocti idem agitis, quod facilè intelligebatur, vbi enim Chriſtus ibi & diſcipuli eius, quia ab eo diſcedere neſciebant.

Euntes diſcite quid eſt: miſericordiam volo, & non ſacrificium: non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

VIde Chriſti humilitatem, & patientiam: cum illi obiiceretur, quòd cum peccatoribus verſaretur, poterat reſpondere: non vidiſtis me paralytici membra firmaſſe, & peccatorum eius nexus diſſoluiſſe? Cum peccatoribus comedo, vt eorum eluam peccata. Nihil tale dixit: omittit, quòd in ſui honorem, gloriamque reſiliebat: obuiis, communibuſque eſt vſus, dicens, quòd ſani medico nõ indigent, indigent ægri, & hoc animarum ſe, corporumque medicum oſtendit; deinde ſacræ Scripturæ auctoritate rem firmauit inquiens: *Diſcite quid eſt: miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Fugit Chriſtus iactantiam, & fugiendam docet. 579.

Sacræ Scripturæ auctoritatem in medium affert, vt eorum imperitiam coargueret, qui paruam Scripturarum notitiam habebant, à quo, velut à fonte, hæ iniuſtæ in Chriſtum calumniæ oriebantur. 580.

Quærat hîc iurè aliquis: cur Chriſtus non venerit iuſtos vocare; cum & omnes vocet, & nullus, iuſtus ſine ipſo ſit. Sed reſpondendum eſt, non veniſſe vocare iuſtos, id eſt eos, qui ſe iuſtos eſſe exiſtimabant, non quod ille vocare, ſed quia illi, etiam ſi vocaret, venire nollent. Ex quo vides, quàm deſperata ferè eorum ſit ſalus, qui, quum perditè viuant, probos ſe, iuſtoſque exiſtimant.

Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter diſcipuli autem tui non ieiunant?

HOmines, opinione ſui inflati, ſe laudant, & ieiunium ſuum iactant, & Chriſtum, Chriſtique diſcipulos, tanquam intemperantes accuſant. Phariſæorum hoc ieiunium eſt, ab eo occaſionem alios vituperandi ſumere? quod fecit etiam ille Phariſæus, cum dixit, *Ieiuno bis in Sabbato.* Luc. 18. 581.

Notare magiſtrum malitiosè volunt, & diſcipulorum intemperantiam arguunt; ſciunt quippè ſubditorum defectus ferè ex ſuperioris exemplo deſcendere; & intemperantes diſcipulos nonniſi intemperantem habere potuiſſe magiſtrum. Ad hunc locum alludit Chriſtus cap. 11. verſ. 19. *Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini.* Matth. 11. 19.

Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter: Primùm ſe, deinde Phariſæos poſuerunt. Humilitas ordinem inuertiſſet. Iactantia, atque ſuperbia ordinem neſcit; quem ponit humilitas, vt nos & noſtra aliis poſtponamus.

Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiù cum illis eſt ſponſus?

QVando pro aliis loquebatur, nempè publicanis, acriùs in exprobratores inſurrexit, vt eorum animos vulneratos mitigaret: nunc, cum ipſum 582.

ipſum,atque diſcipulos ſuos carperent, humillimè occurrit; vt ſuo nos exemplo doceret,calumnias, quæ in nos iaciuntur æquiùs ferendas eſſe, quàm, quæ in alios.

Filij ſponſi: Græcè eſt: *οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος filij thalami,aut cubiculi nuptialis.* Filij autem thalami, aut cubiculi nuptiarum, ſponſi familiares dicuntur,quales erant Apoſtoli.

Lugere ſponſi familiares nequeunt, quamdiù ſponſum in thalamo vident,cuius præſentia longè plùs proficit, quàm temporalis abſtinentia. Hinc videas,quàm vtilis Chriſti præſentia ſit.

583. *Lugere*,hoc loco non ſignificat lachrymas fundere, ſed triſtem eſſe, & in luctu, ſordibuſque verſari; & non ieiunium ſolum comprehendit, ſed omnes alias luctûs ſpecies. Alludit, vt pleriſque placet, ad veterem morem lugendi mortuos, adhibito ieiunio; ſolebant enim lugentes cibo abſtinere.

Filij ſponſi eſſe debent, qui lugent, qui ieiunant; alioqnin, ſi vitiis madidus ſis, non filius ſponſi eris, ſed dæmonis. Chriſti (qui ſponſus eſt) ſit domeſticus, ac familiaris per vitæ ſanctimoniam, qui ieiunium init.

Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus.

584. NOn dixit, cum ab illis diſceſſerit; ſed, cum ablatus fuerit; ſignificans à Iudæis de medio tollendum: quod factum in eius paſſione eſt.

Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus: neque mittunt vinum nouum in vtres. veteres.

PAnni rudis commiſſura aſperum vitæ, & abſtinentiæ genus eſt: nec mirum, cùm veſtis metaphorâ etiam Propheta regius ieiunium ſigni-
Pſal 68.v.11. ficauerit, cum dixit: *Operui in ieiunio animam meam.* Veſtis ieiunium dicitur, quia totum hominem operire debet.

Vini, & veſtis ſimilitudine in ieiunij vſu vtitur non ab re. Vino intùs reficimur, veſte extra tegimur: vnde colligere poſſumus & extra à cibis abſtinere nos debere, & intùs animam virtutibus replere.Plenum hoc ieiunium eſt,atque perfectum, quod & corpus ambit, & animam ornat, ac replet.

585. Vinum nouum in vtres veteres non mittitur, alioquin, ſi mittatur, rumpuntur vtres. Transferri hoc ad Euchariſtiam poteſt. Vter vetus eſt, qui veteris hominis habet vitia: vinum nouum eſt Chriſti ſanguis, quem ſumimus: rumpitur ergo, qui veterem hominem non exuit, & Chriſti ſanguinem bibit. Vter vetus erat Iudas: accepit ſacratiſſimam Euchariſtiam;ſed ſtatim poſt *ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera*
Act.1.v.18. *eius.* Act.1.v.18. Iudæ veſtigia ne premat, qui Iudæ exitum timet, ſimileque exitium.

Ieiunium vino comparauit, & vini ſymbolo ſignificauit. Quæ vini, ac ieiunij proportio? An, quia, ſicut vinum robur corporibus addit, addit & ieiunium mentibus; vireſque ſpiritales, quas luxus aufert, auget abſtinentia? Rem ita eſſe, facilè potes experiri.

Præterea,vino ieiunium circumſcribitur; quia, vt vinum hominem plerunque extra ſe rapit, & inebriat, quod vitio dandum; ieiunium, quod laudi vertendum, hominem in cœlum rapit, in ſublimia eleuat, Diuinarum rerum contemplationi affigit, vt extra ſe reptus videatur.

SECTIO III.

In minimis Deo obſequi, non minimum eſt. 586
Beneficij accepti memor quilibet ſit. 586
Fœminarum familiaritas, Chriſti exemplo vt vitanda. 587
Sanctis precibus adeundi. 588
εὐζωθαι quid. Qui ſanitati reſtituitur ad bonam frugem redeat, deſerat vitia. 588
Tibicines in funere olim adhibiti. 589
Terrena voluptates ad ſepulchrum ducunt. 589
Adultores mortem inferunt. 589
In charorum morte lachrymæ comprimendæ. 589
Ementita pietatis officia non probat Chriſtus. 590
Tumultus vitandus præſertim in Dei templo. 590
A bono opere ne auocemur,licèt alij nos irrideãt. 591
Inanis gloria fuga. 591
Magnus ex Chriſti verbis atque præſentia profectus. 591
Inuidus omnia in peiorem partem rapit. 592
Nemo ſibi quippiam arroget. 593
Prompti,& alacres ſint,qui pro Chriſto laborant. 593
Doctor operetur quod docet. 593
Doctoris titulo operibus quiſque reſpondeat. 593
Deum pro errantibus doctores deprecentur. 594
Vir iuſtus quò magis maledictis proſcinditur, eò ardentius omnium ſalutem quærit. 594

Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis; acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius.

FImbriam tangere, eſt aliquod minimum mandatum implere: placet hoc Chriſto, & ſanita- 586.
rem conſequitur mulier, quæ hoc præſtat. Nempè in minimis Deo obſequi non minimum eſt.

Perpetuò accepti beneficij memores eſſe debemus: mulier hæc, quæ ſanguinis fluxum patiebatur, à Chriſto ſanata, Chriſti ſtatuam ante domum ſuam poſuit,accepti beneficii monimentum. Digna res, quæ in exemplum abeat, & in imitationem.

Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti 587.
eius; Hæc mulier non ſemel Chriſti concionibus interfuerat, eum ſequebatur, multoſque viderat à Chriſto ſanitati reſtitutos, ſed viros, nullam fœminam ab ipſo ſanatam viderat; hinc putabat Chriſtum fœminas nolle contingere; nec ab illis ſe velle tangi,donec vidit defunctæ puellæ parentis precibus annuiſſe, ſéque viæ dediſſe, vt eam reſuſcitaret: tunc tandem cognouit, & fœminas ab ipſo ſanitati reſtitui; quid igitur ipſa? ipſum in via aggreditur, retrò accedit, eius fimbriam ſummis digitulis attigit: *Prima hæc mulier*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *publicè accedere auſa eſt, quoniam fœminas quoque ipſum etiam curare iam audiuit*; tàm longè à ſe Chriſtus Dominus fœminas arcebat, vt hæc fœmina putaret, eum huic ſexui ſanitatem non impertire; tantâ cautione fœminarum colloquia, familiaritatemque vitabat, vt ſuo exemplo vitandam doceret.

Et quidem frequentiùs viros ſanitati reſtituiſſe, quàm fœminas ex Euangelij ſerie dilucet, vt fœminarum conſortium hac quoque re doceret vitandum; dum enim rariùs fœminas, quàm viros ſanat auocare viros à fœminarum conſortio, & fœminas

fœminas à virorum familiaritate voluit, vt virorum ſimul, fœminarúmque ſpiritali ſanitati conſuleret, conſuleret ſanctitati.

Dicebat enim intra ſe; ſi tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero.

588. Pia hæc mulier eam conceperat de Chriſti ſanctitate opinionem, vt ſibi perſuaderet, ſe ſanitatem conſequuturam, ſi aliquid eius tangeret. Religioſè Chriſti veſtimenta nunc quoque poſſumus contingere, ſi ſuos ſeruos humiliter veneremur, qui

Iſai. 49. v. 18. eius veſtimentum dicuntur iuxta illud: *His omnibus, velut ornamento, veſtieris*: Iſaiæ 49. verſ. 18. Qui aliquo laborat morbo, ſanctos adeat, & oratione veluti contrectet: facilè per eos animæ ſanitatem conſequetur, & etiam corporis ſi expedierit.

Salua ero. Græcè, σωθήσομαι, *ſeruabor, ſanabor*, ſeu, vt nos vertimus, *Incolumis ero.* Verbum, σώζεσθαι, non ſolum ſignificat ſanari, ſed etiam ad bonam frugem redire. Diſcat, qui ſanitatem à Deo accipit, vitia deſerere, probum vitæ genus inire, vt, dum ſanatur, ad bonam frugem reuertatur, veteri vitâ repudiata, improbis, quibus infectus erat, moribus damnatis.

Et, cum veniſſet Ieſus in domum Principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem.

589. Morem antiquum hæc verba indicant; priſco enim æuo in funere tibicines aduocabantur:

Ouid. 4. Faſt. hinc illud ex Ethnico Poëta.

Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Ab hoc more diſcere poſſumus, cantus, choreas, terrenaſque voluptates, quas tibia ſignificat, mortis cognatas eſſe, & ad ſepulchrum ducere, dum mulcent.

Tibicines quoque ſunt adulatores, qui, cum ſuauiter canere videantur, mortem non tam ſignificant adeſſe, quam inferunt; & ignorantiæ ſepulchro claudunt, quos decipiunt.

In funere adhibebantur tibicines, vt lachrymas ab audientibus, cantatis næniis, elicerent. Plerúmque fictus luctus eſt, & ſimulatæ lachrymæ, quas, non mors defuncti, amorque in ipſum elicit, ſed tibicines. Verùm non tibiâ eliciendæ in charorum morte lachrymæ: prudentiâ, atque ratione comprimendæ.

590. Fors & hac de causâ noluit Chriſtus diſcipu-

Matth. 8. lum adeſſe paternis exequiis. Matth. 8. Quia prophanis luctibus noluit intereſſe, ne fictas, & ſimulatas lachrymas, ementita pietatis officia probare videretur.

Turbam tumultuantem foràs eiecit; quòd turba indigna eſſet, quæ miraculum videret, cum tumultuaretur. Strepitum, & tumultum fuge præſertim in Dei templo, ne eiici merearis.

Et deridebant eum. Et, cum eiecta eſſet turba, intrauit.

591. Licèt Dominus derideatur, à propoſito tamen non deſtitit: vitæ mortuam puellam reſtituit; ſuo exemplo nos erudiens, ne à bono opere auocemur, etſi feriati homines, nos irrideant.

Secuti ſunt eum duo cæci clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid: Cùm autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum.

Obſerua, ſæpè ægros non ſanari à Chriſto, niſi rogetur; ne ſcilicet putaretur captandi honoris gratiâ cum miracula feciſſe. Hac eâdem de causâ non in itinere cæcos curat; ſed priùs domum abit, docens, iactantiam in bonis operibus fugiendam.

Ait cæcis Chriſtus: *Creditis, quia poſſum hoc facere vobis?* Reſpondent, *vtique Domine.* Nunc Dominum vocant, quem priùs Dauidis filium, ab eius interrogatione in fidei celſitudinem ſubleuati. Explicari non poteſt quantùm ex Chriſti verbis, atque præſentiâ quiſque proficiat.

Addit: *Videte, ne quis ſciat.* Inuidus omnia 592.
in peiorem partem rapit. Animaduertimus, de ſolis mortuis ſuſcitatis, & curatis cæcis Chriſtum, ne id ſciretur, vetuiſſe; vnde nunc ait: *Videte, ne quis ſciat.* Ratio eſt; quia cæteri morbi curabiles videri poterant; vitam, & viſum, nemo ignorabat, non poſſe ſemel amiſſa reuocari. Igitur ad vitandam Phariſæorum calumniam inhibet Chriſtus hæc miracula vulgari. Leproſo, quem mundauerat cap. 8. v. 4. non abſolutè dixit, ne cui diceret; ſed, ne, antequam ſacerdotibus ſe oſtendiſſet.

Meſſis quidem multa, operarij autem pauci.

Non ad arandi, ſeminandique laborem eos 593.
mittit, ſed ad meſſem ſegetis iam paratam; vt in modeſtiâ, & humilitate his verbis eos contineret, ne ſibi ipſis attribuerent, atque arrogarent, quæ faciebant.

Præterea, non ad excolendam terram eos vocat, ſed ad maturas ſegetes demetendas; vt oſtenderet, iam magnos labores præceſſiſſe; vnde promptiores redderet, & alacriores. Prompti, alacres ſint, qui pro Chriſto laborant.

Operarios, prædicatores & Doctores vocat; vt diſceres, eorum munus eſſe, non tantùm loqui, & effundere verba, ſed facta promere, & operari. Operarij nomen non meretur, qui otio, ac deſidia torpet, licèt ad opus, laboremque verbis alios vocet.

Multi erant ſcribæ, multique legis doctores; ſed hi titulos iactabant, operariorum officio minimè fungebantur, nec opere exercebant, quod præferebant nomine; & idcirco, paucos eſſe operarios, Chriſtus affirmat.

Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

Rogate: Græcè, δεήθητε, *ſupplicate.* Sed, cur 594.
rogandus Dominus? & non ipſi ſatis curæ meſſis ſua eſt? Eſt: quis enim homines magis amat quàm ipſe? quis maiori ſolicitudine de eorum ſalute tenetur? Sed diſcipulos his verbis inſtruit, vt Deum pro errantibus deprecentur, ſeque impares exiſtiment, qui meſſi demetendæ ſufficere poſſint.

* * *

Circuibat

Circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans Euangelium regni.

VIx recenſuerat Sanctus Matthæus Phariſæorum calumniam, quam euomuerant in Chriſtum dicentes: *In Principe Dæmoniorum eiicit Dæmones*: cum ſtatim ſubiicit, eum, nihil maleuolorum calumniâ motum, ciuitates, & caſtella circuiuiſſe, vt Euangelium Regni prædicaret. Vera hæc patientiæ nota, veræque magnitudinis character: maledictis impiorum à munere ſuo non auocari. Vir iuſtus, quò magis à maledicis proſcinditur maledictis, eò ardentiùs omnium ſalutem quærit, ac calumniis ipſis, beneficiis, doniſque reſpondet.

Videns autem turbas, miſertus eſt eis; quia erant vexati, & iacentes, ſicut oues non habentes paſtorem.

EX quo vides, quòd quoties vexatio ouibus acciderit, culpa eſt paſtorum, & magiſtrorum vitium.

Qui vexatur; vt ouis, humilis & manſuetus ſit: Dei miſericordiam expectet; nam turbis miſeretur, quæ erant, ſicut oues: non ita, ſi fuiſſent ſicut lupi.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT X. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Conuocatis. *Pagn. Accerſitis. Fr. Luc Aduocatis. Syr. & Vocauit. Auct. Aſciſcens. Ar. M. Aduocans.*
Duodecim diſcipulis ſuis. *S. Hil. Diſcipulis.*
Spirituum immundorum. *Syr Contra ſpiritus inquinatos. Pagn. Aduerſus ſpiritus immundos. Arab. Super ſpiritus immundos.*
Vt eiicerent eos. *S. Hil. Eiiciendorum.*
Et curarent. *Vat. Sanarent. S. Hil. curandaque cuncta infirmitatis.*
Omnem languorem. *Fr. Luc, Omnem morbum. Syr. Quemlibet dolorem. Arab. Omnes infirmitates, & omnes dolores. Vat. Quemuis morbum, & quemuis languorem.*

Verſ. 2.

Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.

Duodecim. *Syr. Ipſorum autem duodecim. Pagn. Porrò duodecim.*
Qui dicitur. *Pagn. Qui vocatur.*

Verſ. 3.

Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus; Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus.

Matthæus publicanus. *Pagn. Matthæus, qui fuerat publicanus. Fr. Luc. Matthæus ille publicanus.*
Thaddæus. *Pagn. Lebbæus, qui vocabatur Thaddæus. Arab. Lebbæus, qui vocatus eſt Thaddæus. Caiet. Lebbæus, qui cognominatus eſt. Thaddeus.*

Verſ. 4.

Simon Chananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum.

Chananæus. *Pagn. Chananites. Syr. Simon Zelotes.*
Tradidit. *Pagn. Perdidit. Vat. Prodidit.*

Verſ. 5.

Hos duodecim miſit Ieſus: præcipiens eis, dicens: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.

Miſit. *Pagn. Emiſit. Ar. M. Legauit. Fr. Luc. Emandauit.*
Præcipiens eis. *Pagn. Quibus emandauit. Vat Poſtquam præcepit. Ar. M. Denuntians ei.*
Dicens. *Multi libri. Et dicens.*
In viam gentium. *S Cyp. In viam nationum. Syr. In viam prophanorum. Fr. Luc. In vias.*
Ne abieritis. *S. Hier. Ne ieritis. Orig. Ne ingrediamini. Syr. Ne profiſcamini.*
Ciuitates. *Clem. Alex. Vrbem.*
Ne intraueritis. *S. Hier. Ne introitis. Pagn. Ne ingrediamini. Orig. Ne introeatis. Clem. Alex. Ne ingrediamini.*

Verſ. 6.

Sed potiùs ite ad oues, quæ perierunt domûs Iſraël.

Sed potiùs. *S. Hier. Sed magis.*
Quæ perierunt. *Tert. Perditas.*
Domus Iſraël. *Syr. Ex Domo Iſraël. Arab. De domo Iſrael.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit Regnum cælorum.	Euntes. *Pagn. Profecti. Arab. Cùm ieritis. Syr. Quum proficiſcimini.* Appropinquauit. *Tert. Quòd appropinquauerit. Euth. Inſtat. Appropinquatum eſt.* Regnum cælorum. *Tert. Regnum Dei.*
Verſ. 8. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite: gratis accepiſtis, gratis date.	Infirmos. *Fr. Luc. Ægrotos.* Curate. *Pagn. Sanate.* Dæmones. *Syr. Dæmonia.* Gratis. *Vat. Gratuito.*
Verſ. 9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris.	Nolite poſſidere. *Clem. Alex. Non portetis Vat. Ne compareus. Fr. Luc. Nolite comparare. Auct. Ne acquiratis. Pagn. Ne poſſideatis. Syr. Ne comparaueritis.* Aurum n. a. *Clem. Alex. Crumenam.* Neque pecuniam. *Pagn. Neque æs. Clem. Alex.* omittit. In zonis veſtris. *Syr. In Marſupiis veſtris. Vat. In Zonas veſtras. Fr. Luc. Ex Syr. In crumenis veſtris. Euth. Ad zonas veſtras. Clem. Alex.* omittit.
Verſ. 10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim eſt operarius cibo ſuo.	In viâ. *Pagn. Ad iter. Fr. Luc. In viam.* Calceamenta. *Interp. Chryſ. Neque calceos. Clem. Alex. Neque calceamentum.* Neque virgam. *S. Hil. Neque virgam in manibus. Quid Codd. Neque virgas.* Cibo ſuo. *Fr. Luc. Alimento ſuo.*
Verſ. 11. In quancumque autem ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate, quis in eâ dignus ſit: & ibi manete donec exeatis.	Ciuitatem. *Syr. Vrbem.* Aut caſtellum. *Pagn. Auct. vicum. Syr. Aut ciuitatem. Fr. Luc. Aut Pagum. S. Hil.* omittit. Intraueritis. *S. Hil. Introieritis.* Interrogate. *Pagn. Exquirite. Auct. Studioſè inquirite.* Manete. *Auct. Perſiſtite.* Donec exeatis. *S. Ioan. Chryſ. Donec exieritis.*
Verſ. 12. Intrantes autem in domum ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.	Intrantes. *Arab. Cùm intraueritis. Syr. Quum ingrediemini. Vat. Cùm autem intrabitis.* In domum. *Orig In quâmcunque domum.* Salutate eam. *Syr. Poſtulate pacem domûs. Fr. Luc. Ees, qui in illâ ſunt.* Idem *ex Hebr. & Syr. Pacem precamini illi.* Dicentes. *Orig. Dicite.*
Verſ. 13. Et, ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.	Si quidem f. d. i. d. *Orig. Si fuerit ibi filius pacis.* Veniet. *Fr. Luc. Veniat. Ar. M. Ingrediatur. Syr. Perueniat.* Pax veſtra. *Arab. Salutatio veſtra. Fr. Luc. Salus veſtra.* Super eam. *Orig. Super eum.* Si autem non f. d. *Orig. Sin minus.* Reuertetur. *S. Hil. Reuertatur. Ar. M. Conuertatur.* Ad vos. *Syr. Super vos.*
Verſ. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.	Et quicunque. *Syr. Quiſquis autem. Fr. Luc. Si quis autem.* Receperit. *Pagn. Exceperit.* De domo. *Vat. Ex ædibus. Syr. Ex domo.* Vel ciuitate. *Syr. Aut ex ciuitate illâ.* De pedibus veſtris. *Pagn. Pedum veſtrorum. Syr. Ex pedibus veſtris.*
Verſ. 15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit ter-	Amen dico v. *Syr. Equidem ego dico vobis.* Tolerabilius erit. *Syr. Futuram tranquilliorem. Vat. Tolerabiliùs agetur. Arab. Remiſſius. Fr. Luc. Mitiùs, minùs durè agetur, tolerabilior erit conditio.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

ræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.

Terræ Sod. *Syr. Terram Sodomorum.*
Illi ciuitati. *Vat. Cum ciuitate illâ.*

Verſ. 16.

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prodentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Mitto. *Pagn. Emitto.*
Oues. *S. Aug. Agnos.*
Eſtote ergo. *S. Greg. Nyſſ. Eſtote enim S. Hil. Eſtote.*
Prudentes. *S. Aug. Aſtuti.*
Sicut ſerpentes. *S. Chryſ. Sicut ſerpent. S. Hil. Vt ſunt ſerpentes.*
Simplices. *Fr. Luc. Innocentes, & , abſque cornibus. Adam C. Non mixti, non adulterati Idem ex Syr. Perfecti. Quid. Cod. Simpliciſſimi. Mald. Sinceri.*
Sicut columbæ. *S. Chryſ. Sicut columba.*

Verſ. 17.

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

Cauete. *Pagn. Attendite.*
Ab hominibus. *Pagn. Ab illis hominibus.*
Tradent. *Fr. Luc. Siſtent.*
In conciliis. *Tert. In conſeſſus. Orig. In conſilio S. Petr. Alex. In concilia. Syr. In domum iudiciorum. Menoch. Ad concilia, ad iudicia.*
Synagogis. *Vat. Conciliabulis.*
Flagellabunt. *Pagn. Flagellis cedent. Euth. Verberabunt. Vat. Flagris cadent vos.*

Verſ. 18.

Et ad præſides, & ad reges ducemini propter me in teſtimonium illis, & Gentibus.

Ad præſides e. a. r. *Syr. Coram præſidibus, ac regibus. S. Cyp. Ante reges & præſules. S. Hil. Ante reges & poteſtates.*
Ducemini. *S. Cyp. Stabitis. Tert. Perducemini. Arab. Ducent. Ar. M. Agemini. Syr. Siſtent vos.*
Propter me. *Tert. Mei cauſâ. Fr. Luc. Meâ causâ.*
Illis, & Gentibus. *Syr. Tum ipſorum, tum Gentium.*

Verſ. 19.

Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illâ horâ, quid loquamini.

Cum autem. *S. Hil. Cùm ergo.*
Tradent. *Pagn. Tradiderint.*
Nolite cogitare. *Arab. Ne ſoliciti ſitis. Orig. Nolite ſoliciti eſſe. Ar. M. Ne anxiemini.*
In illâ horâ. *Syr. In illâ ipsâ horâ. Fr. Luc. Eo tempore. Alij apud eundem. In illo momento.*
Loquamini ill. *Orig. Dicatis. Ar. M. Loquemini.*

Verſ. 20.

Non enim vos eſtis, qui loquimini; ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

Eſtis. *Arab. Eritis.*
Qui loquimini. *Fr. Luc. Qui loquemini. Euth. Illi loquentes. Ar. M. Loquentes.*
Sed ſpiritus Patris veſtri. *S. Aug. Sed Spiritus Sanctus.*
Qui loquitur. *Arab. Erit, qui loquetur. Ar. M Loquens. Fr. Luc. Eſt is, qui loquetur per vos.*

Verſ. 21.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient.

Tradet. *Euth. Prodet.*
Fratrem. *Syr. Fratrem proprium. Arab. Fratrem ſuum.*
Filij. *Fr. Luc. Liberi. Ar. M. Nati.*
In parentes. *Pagn. Aduerſus parentes. Arab. Aduerſus parentes ſuos.*
Morte eos af. *Tert. Mortificabunt eos. Fr. Luc. Morte affici eos curabunt. Arab. Occident eos. Syr. Eoſque ad mortem adigent.*

Verſ. 22.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Eritis odio. *Pagn. Eritis odio habiti. Fr. Luc. Eritis exoſi Ar. M Inuiſi.*
Omnibus. *Quidam Codd.* addunt. *Hominibus. Pagn. Ab omnibus. Fr. Luc. Pleriſque omnibus.*
Perſeuerauerit. *S. Cyp Suſtinuerit. Tolerauerit. Ar. M. Permanens in finem. Oleas. & Paul. de Pal. Expectauerit.*
In finem. *Euth. Ad finem.*
Saluus erit. *Pagn. Saluus fiet. Vat. Salutem conſequetur. Syr. Ipſe ſeruabitur. S. Cyp. Saluabitur.*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 23.

Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſtâ, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat Filius hominis.

Cùm autem perſequentur, *Quid. Codd. Et ſi exegerint vos. Orig. Si vos perſequuntur. S. Petr. Alex. Et quando perſecuti fuerint. Ar. M. Inſequentur.*
In ciuitate iſtâ. *S. Petr. Alex. Ab hac ciuitate in aliam. Quid. Codd. Ex hac ciuitate.*
Fugite. *Orig. Migrate.*
Non conſummabitis. *Pagn. Non perambulando finietis. Fr. Luc. Non obieritis. Syr. Nequaquam abſolueritis. Vat. Non perambulaueritis.*
Ciuitates I. *Syr. Ipſas vniuerſas ciuitates domûs Iſrael. Al. Omnes ciuitates Iſraeliticas.*
Donec veniat. *Pagn. Quin iam venerit.*

Verſ. 24.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.

Non eſt diſc. ſup. mag. *Syr. Non eſt diſcipulus præſtantior magiſtro ſuo. Pagn. Super præceptorem. Ar. Maior Magiſtro ſuo. Fr. Luc. Potior Præceptore ſuo.*
Super d. ſ. *Arab. Maior domino ſuo. Syr. Præſtãtior domino ſuo. Vat. Supra dominum. Fr. Luc. Potior, aut melior domino ſuo.*

Verſ. 25.

Sufficit diſcipulo, vt ſit, ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quantò magis domeſticos eius?

Sufficit d. *Arab. Sufficient erit diſcipulus.*
Vt ſit. *Euth. Vt fiat. S. Epiph. Si ſit.*
Sicut. *S. Hier. Quaſi. Vat. Similis.*
Magiſter eius. *Vat. Præceptori ipſius. Pagn. Præceptor ipſius.*
Si patrem familias. *Syr. Si ſemel dominum domûs. Fr. Luc. Si ipſum patrem familias.*

Verſ. 26.

Ne ergo timueritis eos: Nihil enim eſt opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non ſcietur.

Timueritis eos. *Arab. Timeatis. Syr. Expaueſcatis. Vat. Metuatis.*
Opertum. *Pagn. Tectum. Fr. Luc. Coopertum. Clem. Alex. Occultum. Orig. Abſconſum.*
Reuelabitur. *Pagn. Retegendum. Clem. Alex. Manifeſtabitur. Fr. Luc. Diſcooperiendum. Quidam Codd. Reueletur. Menoch. Quod non ſit reuelandum.*
Occultum. *Ar. M. Abditum. Syr. Abſconditum.*
Quod non ſcietur. *Arab. Quin ſciatur. Vat. Quod non futurum ſit, vt ſciatur. Pagn. Quod non ſit ſciendum. Fr. Luc. Quod non ſit venturum in notitiam. Orig. Quod non palam fiat:* vel: *manifeſtetur.*

Verſ. 27.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Quod dico. *S. Aug. Quæ dico. S. Hil. Et quod dico. Orig. Quæ in tenebris audiſtis.*
In lumine. *Pagn. In luce. Fr. Luc. Palam, & disertè.*
Et, *Clem. Alex. Sed.*
Quod in aure. *S. Aug. Quæ in aure. Clem. Alex. Quod in aurem. Syr. Quod in aures veſtras. Arab. In auribus veſtris.*
Auditis. *Orig. Audiſtis.*
Super tecta. *Pagn. In tectis. Ar. M. Super domos. Fr. Luc. Ex ipſis ſupremis ædibus.*

Verſ. 28.

Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt &

Nolite timere. *S. Iuſt. M. Nolite metuere. Arab. Ne timebitis. Syr. Ne expaueſcatis. Vat. Ne igitur metuatis. Al. Ne metuatis vobis. Fr. Luc. Ne timeatis.*
Eos. *Arab. Eum.*
Occidunt. *S. Hier. Interficiunt. Arab. Occidit. Syr. Interimunt. S. Hil. Poſſunt occidere. Ar. M. Ab occidentibus.*
Corpus. *S. Iuſt. M. Vos.*
Animam a. n. p. o. *Ar. M. At animam non valentium occidere. Syr. Non poſſunt interimere.*
Sed p. t. e. *S. Iuſt. M. Timete autem eum, qui poſt-*

animam

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
animam, & corpus perdere in gehennam.	*quam occiderit. Arab, Sed timete valdè. Vat. Metuite magis. Fr. Luc. Timete eum ſolum. S. Hil. Timete autem magis.* Et animam e. c. *Orig. Corpus & animam.* Perdere. *S. Cypr. Occidere.* In gehennam. *Arab. In ignem gehennæ. S. Aug. In gehennâ ignis.*
Verſ. 29. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro.	Paſſeres. *Pagn. Paſſerculi.* Aſſe veneunt. *Vat. Minuto aſſe veneunt. Euth. paruulo aſſe veneunt. Syr. Aſſario veneunt.* Et vnus e. i. n. *Orig. Nullus.* Cadet. *S. Cyp. Cadit.* Super terram. *S. Cyp. In terram. S. Ioan. Chryſ. In laqueum. Fr. Luc. Humi.* Sine Patre veſtro. *S. Cyr. Ier. Sine voluntate Patris veſtri. S. Cyril. Alex. Abſque Patre noſtro. Interpr. Abſque Patre meo. Arab. Præter voluntatem Patris veſtri. Orig. Nolente Patre Cæleſti.*
Verſ. 30. Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.	Veſtri autem capilli cap. *Syr. Quin etiam pili capitis veſtri. Al. Veſtri verò pili capitis. Arab. Capilli autem capitum veſtrorum.*
Verſ. 31. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.	Nolite t. *Arab. Non timebitis. Syr. Ne timueritis. Tert. Nolite metuere. Ar. M. Ne timeatis. Vat. Ne metuatis.* Multis p. *Vat. Quàm multi paſſerculi. Caiet. Multis paſſerculis.* Meliores eſtis. *Tert. Antiſtatis. Arab. Cùm meliores ſitis. Vat. Pluris eſtis. Fr. Luc. Præſtatis. Auct. Præſtantiores eſtis.*
Verſ. 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.	Omnis e. q. confit. me. *S. Cyp. Quicunque in me confeſſus fuerit.* Confitebor & e. e. *Clem. Alex. Filius etiam hominis confitebitur.* Eum. *Clem. Alex. In eo.* Patre meo. *Clem. Alex. Angelis Dei.*
Verſ. 33. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.	Qui autem negauerit me. *S. Epiph. Qui negauerit. Tert. Et omnis, qui confuſus ſuper me. Syr. Qui verò abnegauerit.* Coram hominibus. *Tert. Penes homines.* Negabo & e. e. *Tert. Et ego confundar ſuper illo. Clem. Alex. Negabo ipſum.* Coram Patre meo. *Tert. Penes Patrem meum. Clem. Alex. Coram Angelis.* Qui in cælis eſt. *S. Cyp.* addit, *Et coram Angelis eius.*
Verſ. 34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: Non veni pacem mittere, ſed gladium.	Nolite arbitrari. *S. Hier. Nolite putare Pagn. Ne arbitremini. Euth. Ne putetis. Syr. Ne exiſtimetis. Orig. Quid putatis.* Venerim. *Orig. Veni.* In terram. *S. Hier. Super terram.* Non veni pacem mittere. *Euth. Non veni pacem miſſurus. Ar. M. Non veni facere pacem.* Sed gladium. *Tert. Sed Macheram. Euth. Sed & gladium. S. Hil. Sed diuiſionem.*
Verſ. 35. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam.	Separare. *Tert. Diuidere. Caiet. Diſſidere faciam. Arab. Ad ſeparandum.* Hominem. *S. Hier. Virum. S. Hil. Filium.* Aduerſus. *S. Hier. Contra.* Patrem ſuum. *S. Hier. Proximum ſuum. Arab. A patre ſuo. S. Hil. Patrem.* Nurum. *Al. Sponſam.*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 36.

Et inimici hominis, domeſtici eius.

Inimici hominis. *Syr. Inimicos habebit vir.*
Domeſtici. *Syr. Filios domus ipſius. Pagn.* addit, *erunt.*

Verſ. 37.

Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt mê dignus: &, qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.

Qui amat patrem, aut matrem pl. me. *Tert. Qui patrem, aut matrem mihi prætulerit. S. Cyp. Qui diliget patrem, aut matrem ſuper me. Vat. Qui amauerit patrem, aut matrem ſupra me. Ar. M. Diligens patrem, aut matrem ſuper me.*
Non eſt. *Arab. addit. Veique.*
Qui amat filium, aut filiam ſuper me. *S. Val. Qui plùs amauerit filium, aut filiam, quàm me.*

Verſ. 38.

Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

Qui non accipit. *Arab. Portat. S. Ambr. Niſi quis tulerit. Ar. M. Qui non capit. Syr. Quicunque non baiulat.*
Crucem. *Fr. Luc. Mortem, cruciatum, afflictionem.*
Et ſequitur me. *Fr. Luc. Sequitur retrò me. Orig. Me ſubſecutus fuerit. Ar. M. Sequitur poſt me. Auct. Et me imitatur. Syr. Et venit poſt me. Vat. Subſequitur me.*
Non eſt me dign. *S. Cyp. Non eſt meus diſcipulus. Orig. Non eſt dignus meus eſſe diſcipulus.*

Verſ. 39.

Qui inueoit animam ſoam, perdet illam: &, qoi perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Inuenit. *Tert. Lucri habuerit. Pagn. Inuenerit. Ar. M. Inueniens.*
Perder illam. *Theoph. Perditurus eſt eam. Arab. Et ipſe perdet eam.*
Perdiderit. *Tert. Amiſerit. S. Cyp. Fๆderit. Ar. M. Perdens.*
Propter me. *Tert. Pro nomine meo. Clem. Alex.* omittit. *Pagn. Meâ causâ.*
Inueniet. *S. Proſp. Conſeruabit. Clem. Alex. Seruabit.*
Eam. *Clem. Alex. Ipſam.*

Verſ. 40.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me miſit.

Recipit. *S. Aug. Accipit. Ar. M. Suſcipiens.*
Me recipit. *Ar. M. Me ſuſcipit.*
Qui m. r. r. e. q. m. m. *Ar. M. Qui me ſuſcipiens, ſuſcipit mittentem me.*

Verſ. 41.

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: &, qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

Qui recipit. *Ar. M. Recipiens. Clem. Alex. Qui enim ſuſceperit.*
In nomine. *Euth. Nomine. Adam C. In nomen. Fr. Luc. Tanquam prophetam.*
Accipiet. *Syr. Accipit. Ar. M. Capiet.*

Verſ. 42.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Potum dederit. *Pagn. Propinauerit. Vat. Ad bibendum dederis.*
Minimis. *Pagn. Puſillis.*
Calicem. a. f. *Syr. Calicem frigida. Pagn. Poculum aqua frigida.*
Non perdet. *Syr. Non perdiderit. Vat. Non perditurus eſt. Arab. Quin non peribit.*
Mercedem ſuam. *Arab. Merces ſua.*

CAPVT X.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Προσκαλεσάμενος *quid. Suos conuocat Chriſtus, vt pugnent, non vt torpeant.* 595
Mundo & carni mortui ſint qui Chriſtum ſequuntur. 595
Nihil eſt, quod ambitio non tentet. 596
Dæmones immundi dicuntur, quia rebus immundis delectantur, ad eoſque homines incitant. 596
Perditionis noſtræ cauſa ferè dæmones. 597
Præſtat ſanctitate miraculum eſſe, quàm miracula efficere. 597
Dilectio Chriſti diſcipulos nectere debet. 598
Iuſtorum eſt ſe & ſua humiliter deiicere. 598
Curanda noſtrorum ſalus. 599
Diuina vindicta genus beneficiis malefacta compenſare. 599
Iniuriarum obliuio Chriſti exemplo probata. 600
Qui grandia molitur, paulatim pergat. 600
Patiendi amor in Chriſto. 600

Patienti,

Patienti, & manſueto lupi videntur oues, impatienti contra. 601
Pariùm miſericordes qui miſericordiæ operâ explent neglectis operibus iuſtitiæ. 601
Sanctorum patrocinia quibuſnam proſint. 602
Paſtor audire non debet, cuius culpa oues pereunt. 602
Κτᾶσθαι quid. Terrenorum poſſeſſio vexatio eſt. 603
Auri & argenti poſſeſſio aliorum inuidiam, odiumque prouocat. 603
Qui terrena contemnenda docet, terrena contemnat. 604
Auri cupiditas à doctore abſit. 604
Diues Chriſti paupertas. 605
Auri amor à mente abradendus. 606
Aurum & argentum, litium & diſſidiorum fomes. 606
Auaritiæ ſordibus inſici doctor non debet. 607
Supremum virtutis facinus, vltionis inſtrumenta deponere. 607
Deliciæ docentis, doctrinæ vim auferunt. 607

Et, conuocatis duodecim diſcipulis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum.

595. ET conuocatis: Græcè, καὶ προσκαλεσάμενος, *accerſens, aduocans, inuitans.* Verbum, προσκαλέομαι, eſt etiam ſocium ad bellum quempiam euocare; vnde ſtatim diſcerent, Apoſtoli, ſe à Chriſto vocatos, non vt in vmbrâ otio torpeſcerent; ſed, ad pugnam cum ipſo contra inuiſibiles, viſibileſque hoſtes irent.

De pilis hoc verbum dicitur, qui è cute euocantur, & eliciuntur: ac ſi mundo, & carni mortui eſſe debeant, qui Chriſtum ſequuntur, & Orbi ſalutem prædicatione allaturi ſint, vt & pili, cum è cute, & carne abſtracti fuerint.

596. *Conuocatis duodecim diſcipulis:* Certo, & inſigni hoc numero Chriſtus Apoſtolos elegit, ne quiſquam per fraudem in eorum numerum irreperet, nihil enim eſt, quod ambitio non tentet; & temeritas: plures, gradûs, ac dignitatis magis cupidi, quam ſanctitatis; vocari Apoſtoli voluiſſent; ſed præcluſus aditus, poſito certo nomine, appoſitiſque nominibus. Hoc igitur conſilio, Apoſtolorum nomina ponit Euangeliſta; ne quis ſe nobis pro Apoſtolo venditaret.

Dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ideſt eiiciendi ſpiritus immundos; vnde & Syrus ſic habet: *Dedit eis poteſtatem contra ſpiritus inquinatos.* Immundos autem vocat, non quòd ipſi per ſe immundi ſint, ſed quòd rebus immundis delectentur, ad eaſque potiſſimum homines incitent, & ferè hoc nomen in ſacris litteris ſortiuntur: vt ſimilis Dæmoni ſit, qui immundarum rerum cogitationes nutrit, immunda cogitat, immunda loquitur.

597. Miſſurus Apoſtolos, vt homines conuerterent, dat eis poteſtatem eiiciendi dæmonia; vt diſceremus, perditionis noſtræ cauſam ferè Dæmones eſſe, & ægrè ad mentis munditiam vocari nos poſſe, niſi ſpiritus immundi eiiciantur.

Priùs Chriſtus ſuos Apoſtolos doctrinâ inſtruxerat, &, quales eſſe deberent, monuerat: munit nunc eos poteſtate. Hoc ordine docuit, doctrinam, vitæque probitatem poteſtati huic miracula faciendi ſubſtruendam eſſe, & illa prius quærenda, quàm iſtam. Præſtat, vitæ ſanctitate miraculum aliis eſſe, quàm nuda poteſtate miracula efficere.

Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc.

REcenſentur Apoſtoli; ſed in recenſione inter 598.
ſe nectuntur. Sic enim ſcribit: *Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus,* & ſimiliter alij inter ſe copulantur; cur ita factum? an vt vel ex recenſionis formulâ eorum inter ſe dilectionis nexus ſignificaretur; Poterat eorum nomina abſque vllo nexu referre; ſed noluit; vt diſcipulorum Chriſti notam eſſe innueret amorem mutuum.

Matthæus publicanus.

PVblicanum ſe vocat hîc Euangeliſta, vt ſe deiiceret, & Chriſti gratiam prædicaret. Græca lectio ſuam emphaſim habet, quæ negligenda non eſt ὁ τελώνης, *ille publicanus,* ſcilicet, *publicus, & omnibus notus.* Iuſtorum mos eſt, malæ vitæ mores ſinè velamine humiliter prodere, & exaggerare, vt Dei miſericordia magis extollatur.

In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis; ſed potius ite ad oues, quæ perierunt, domûs Iſrael.

APoſtolos ad Gentes non mittit Chriſtus, ſed 599.
ad Iudæos; quia Iudæi filij regni erant, & illis facta fuerat regni promiſſio. Vt videant, quàm præpoſterè illi agant, qui ſuorum obliti aliorum ſalutem quærunt, cum curanda priùs noſtrorum ſalus, quàm externorum. Ad Iudæos dirigit Chriſtus Apoſtolos, ne vllam haberent Iudæi excuſationem, ſi Chriſtum non recepiſſent; dicentes, eum ad Gentiles, & hoſtes ſuos miſiſſe Apoſtolos.

In viam gentium ne abieritis; ſed potius ite ad oues, quæ perierunt, domûs Iſrael. Ac ſi apertè diceret: ne putetis, animum meum ab ipſis auerſum, quia contumelias mihi ingerunt, onerant me conuiciis, & dæmonium me habere dicunt: hæc me ab eorum ſalute quærenda non auocant; excitant potius: ope magis indigent, quò magis in me ſæuiunt: ite igitur ad illos, eiſque regnum Cælorum prædicate. Diuinæ vindictæ genus quoddam eſt, beneficiis maledicta compenſare, & calumniatores donis obruere, gratiis cumulare.

Ite potius ad oues, quæ perierunt, domûs Iſrael. 600.
Ad Iudæos Apoſtolos dirigit Chriſtus, vt oſtenderet, ſe iniuriarum oblitum, quas à Iudæis acceperat. Vera hæc charitatis nota, & quæ Chriſti ſpiritum ſapit, ſi ſolicitiùs eorum ſalutem quæras, qui te perdere, aut opprimere tentant, aut damnum aliquod inferre conati ſunt.

Ad Iudæos priùs mittit, vt in Iudæa exercerentur, antè quàm ad agones orbis terrarum intrarent. Qui grandia molitur paulatim pergere debet, vt maiora poſt minora aggrediatur.

Oues Iudæos Chriſtus vocat; & tamen lupi, viperæque in Chriſtum fuerunt. Nil mirum: tantus erat in eo patiendi amor, vt luporum rabies, viperarumque ſæuitia, ouis manſuetudo viſa illi fuerit.

Tanquam agnus manſuetus Chriſtus erat: huic 601.
viperæ, & lupi dicuntur oues, & videntur; quia qui agnus manſuetudine eſt, ſæuos homines ad modum luporum, mites, vt oues, putat: contrà, impatiens,

impatiens, & delicatus, agnos ipſos, oueſque, lupos eſſe credit. Igitur armato patientiâ pectori mitis quælibet ſæuities eſt: imbecilli, & impatienti etiam manſuetudo dura, & ſæua videtur.

601. *In viam gentium ne abieritis*; cur hìc ad gentes ire Apoſtolis inhibirum, cum alibi ire iubeantur; *Ite*, inquit, *docete omnes gentes?* Dicendum miſſos ad vtroſque eſſe, ſed ordo ſeruandus erat; vt primò Iudæi erudirentur, deinde gentiles; nam priùs fieri debet, quod iuſtitia exigit, deinde quod miſericordia poſtulat. Iuſtitia erat, quod primò Iudæis prædicarent, quia id illis promiſſum; Gentibus autem tenebatur ex miſericordiâ, & idcirco non niſi poſt Iudæos eundum ad Gentes erat; vt videant, quam aberrent, qui, quæ iuſtitiæ ſunt, negligunt, præſtant, quæ miſericordiæ ſunt, parum ſibi miſericordes.

602. Præterea primùm Iudæis prædicandum erat; quia ipſi magis diſpoſiti ob patrum ſuorum exempla, & quia præceptis diuinis per Moſem eos Deus conformauerat; iacienda prædicationis ſemina in terram, quæ magis exculta, & ad fructum producendum magis idonea.

Quod priùs prædicant Iudæis, & patrum illorum ſanctitati tribuendum, ad quorum imitationem credentes allicere volebat Chriſtus; tantum ſanctorum patrocinium, meritaque proſunt, etiam non ſanctis.

Ite ad oues; Itane ad oues tantum? cur non & ad paſtores? cur non ad ſcribas, phariſæos, ſacerdotes, ſacerdotum principes, ſenioreſque? hi paſtores non erant; ſed lupi; alioquin non dixiſſet, *ite ad oues quæ perierunt*; paſtor audire non debet cuius culpâ, atque malitia oues pereunt, *Ite ad oues, & quare oues? quia magis perierunt ex culpâ Phariſæorum, quam ex culpâ ipſarum*, ait Sanctus Thomas.

Nolite poſſidere aurum: neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris: &c.

603. *NOlite poſſidere*: Græcè, μὴ κτήσησθε, *Ne vobis comparetis, ne acquiratis*: verbum κτάομαι non ſolum ſignificat *acquirere*, & *poſſidere*, ſed etiam *vexari*, vt κτᾶσθαι συμφορὰν *calamitate vexari, ac premi*. Vix alibi meliùs hæc notio cohæreat, quàm hîc, vbi de auri, argentiue poſſeſſione agitur: ferè enim ita accidit, vt, qui pecuniam opeſque terrenas poſſidet, aſſiduè vexetur, ac veluti torqueatur; vnde vexari, & poſſidere in idem recidant, ſicut vtraque notio in idem verbum cadit.

Præterea, hoc idem verbum non de opibus tantùm dicitur, ſed etiam de odiis, ac diſcordiis; quare Platoni, κτᾶσθαι ἔχθραν, eſt, *odia ſuſcipere*. Optimè hæc vis hîc quoque quadrat; ferè enim, qui aurum, & argentum poſſidet, inuidiam, odiumque aliorum prouocat, & in ſe alios acuit, vt odia cum diuitiis multiplicentur, & augeantur.

604. Auro, & argento, omnique pecuniâ vult Chriſtus ſuos carere diſcipulos: quia ſcilicet alios ad rerum terrenarum contemptum hortari debebant; exemplo id præſtant. Ægre opes, & diuitias contemnere aliis perſuadet, qui ſibi non perſuaſit; & ineptus paupertatis laudator eſt, qui diuitiis onuſtus incedit. Diſce, quod docere alios volueris, ipſe priùs præſta.

Aurum, & argentum poſſideri ab Apoſtolis Chriſtus inhibet; ne, ſi hæc haberent, viderentur cauſa lucri prædicare, non ſalutis hominum. Nihil turpius, quàm doctorem, auri cupiditate teneri, dum lucrari animas videtur. *Nolite*, inquit, *poſſidere aurum, neque pecuniam*: Qui auidè aurum poſſidet, tandem ab auro poſſidetur, nec ſuus iam eſt, ſed diuitiarum.

Paupertas ob Chriſti amorem cuſtodita hôc præmio donatur etiam in terris, vt plerùmque auguſtiùs ea quis poſſideat, quæ grandi animo ſpreuerat. Sine auro, & argento, omnique pecuniâ incedunt Apoſtoli, magiſtri ſui vocem audientes: ſed quid poſtea accidit? Accidit, quòd fideles ad Apoſtolorum pedes agrorum pretia deponerent, fors id minimè facturi, ſi diuitiarum amore Apoſtoli tenerentur: ergo, qui diuitias contemnit, diuitiarum verè dominus eſt; & diues Chriſti paupertas fit, dùm negligit peritura. Offeruntur diuitiæ contemnentibus eas, & ab illis ſurripiuntur, qui ſectantur. 605.

Nolite poſſidere aurum; iurè hæc verba in illos iactari poſſunt, qui non nudè poſſident aurum, ſed ab aliis auferunt, vt augeant; Sancti Ambroſij verba hic cadunt opportunè: *Nolite poſſidere aurum; neque argentum. Si prohibemur aurum poſſidere. Quid eripere, quid auferre? ſi quod habes donare præciperis, quemadmodum congeris?* Auri amorem potiùs à te aufert, quàm vt aurum auferas ab alio. 606.

Nolite poſſidere aurum, neque argentum, pacem, & charitatem ſectari Prædicatores debent; quidni aurum, & argentum, diſſidia, liteſque partutientia poſſidere negligant? *Dominus Ieſus*, ait Sanctus Ambroſius, *dimittens ad euangelizandum diſcipulos miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga, vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis*; ſeminarium quippè diſſidij aurum, & argentum eſt.

607. *Nolite poſſidere aurum*; quare nihil poſſideri à ſuis diſcipulis vult Chriſtus? quia ad prædicandum mittebat pauperes; ne autem id muneris ob quæſtum exercere putarentur, amouet iſtam ſuſpicionem, præcipiens vt nihil ſecum deferrent; ægrè, qui auaritiæ ſordibus inficitur, peccatorum ſordes relinquere auditoribus perſuadet.

Neque virgam. Poſt aurum, & argentum deponi iubetur & virga? ſed cur non ante? An quia ſupremum virtutis facinus eſt vltionis inſtrumenta deponere? Non magnum eſt aurum deponere, non magnum argentum proiicere, eximium eſt relinquere virgam, quæ *inſtrumentum vltionis eſt*, vt ait ſanctus Ambroſius. Poſt contempta igitur bona temporalia, & vltionis obliuiſci debemus; & idcirco virgam deponere tanquam ſupremum in vltimo loco poſuit.

Dignus eſt operarius cibo ſuo, cibi nomine delicias abeſſe à ſacro doctore rectè docuit; Benè Theophylactus: *Dixit autem*, inquit, *cibo non luxu, neque enim deliciari oportet doctorem*; vim ſuam aliquo pacto amittit doctrina, ſi delicias, quæ vim auferunt, admittat doctor.

SECTIO II.

Malorum hominum conſortium fugiendum. 608
Hoſpitalitatis cultus. 608
Singulare beneficium eſt hoſpitio Dei ſeruos recipere. 609
Vel vitij vmbra abeſſe à ſacris doctoribus debet. 609
Prædicationis dignitas minimè deturpanda. 610

Euchariſtia

Euchariſtia excipienda pectoris hoſpitium vt parandum. 610
Inconſtantia vitium vitandum. 611
Caueat doctor, ne delicias quærere videatur, dum animas videtur. 611
Quàm læto animo hoſpites recipiendi. 611
Pax omnia bona ſecum denehit. 612
In hominibus diiudicandis homines ſæpè falluntur. 613
Cautio in impiis, & iis, quæ impiorum ſunt vitanda. 613
Chriſti ſanguis contra nos teſtimonium dicit. 614
Ardua qualibet ſuſcipienda, dum Chriſtus nos mittit. 615
Innocentia fortis armatura eſt. 615
Patientia quaſi centrum immobile contra omnes iniurias. 615
Euangelicus doctor ouem patientia referat. 615
Manſuetudo, ſuperiorum nota. 616
Diuitia poſſeſſores ſuos ſucilè efferant. 616
Illi ferè in alios ſæuiores qui nimis in ſe blandi. 617
Mitis eſſe debet, qui prædicationis exercet munus. 617
Quilibet in ſe ipſum & in ſua vt ſerpens ſæuiat, in alios & in aliena ſit vt columba. 618
Qui alios erudit veterem exuat hominem, induat nouum. 618
Prudentes ſimus in aliorum ſalute quærenda, & in extollenda virtutis cruce. 619
In tribulationibus, & iniuriis vitæ veſtutas exuenda. 619
Iniuriarum obliuiſci debemus. 619
Κνίραιος quid, & vnde ducatur. 619
Malitia doctoris animus non adulterandus. 620
Vt tuta ſimplicitas ſit, prudentia præmittenda. 620
In ſynagogis vbi lex legebatur legis tranſgreſſores puniebantur. 621
Sæuior quacumque fera ferus homo eſt. 621

In quancunque ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate, quis in eâ dignus ſit.

608. HOſpes eligendus eſt, qui bono ſit nomine, ne prædicatotis dignitas, ſuſcipientis infamia, deturpetur. Scilicet illorum conſortium fugiendum eſt, qui improbis ſuis moribus, Doctori notam inurere poſſunt.

Cuius domus eligenda ſit præcipitur, non tamen hæc cautio receptori mandatur; ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas minuatur. Hoſpes omnis recipiendus eſt, quia in eo Chriſtus ipſe recipitur. Non perit merces, etiamſi recipiatur indignus.

609. Interrogate iubentur Apoſtoli, quis dignus ſit eos recipere, quaſi eâ in re beneficium darent, non acciperent; ſingularis enim beneficij loco habendum eſt, cum apud nos hoſpitium habere Dei ſerui dignantur. Nouerit ergo receptor; gratiam magis ſe accipere, quàm dare, quum quempiam, Dei nomine, domo ſua hoſpitio recipit.

Domus decernitur eligenda, ne facilè mutarent hoſpitium; neue huc illuc diſcurrentes leues, aut ventri dediti haberentur; adeo vt non ſolùm vitium, ſed & vitij vmbra, & ſuſpicio à ſacris prædicatoribus abſit.

610. *Interrogate, quis in ea dignus ſit*; non quis diues, ſed quis dignus; non quis liberalis, à quo prolixè exciperentur, ſed quis bonæ famæ, ne prædicationis dignitas ſuſcipientis infamia deturparetur.

Hoſpes famâ eligendus eſt populi, & iudicio vicinorum, ne praua hoſpitis vita prædicationis ſanctitatem quodammodo fœdaret; quantò magis turpabitur prædicationis dignitas per ipſam docentis infamem & turpem vitam?

Quis in eâ dignus ſit; Pende hîc mihi, vt hoſpitio recipiantur Apoſtoli: quærere docentur hoſpitem, qui boni nominis, bonæ famæ, qui dignus ſit; quid ſi ſubire pectoris tectum debeat Apoſtolorum Dominus? nunquid non magis quærendus dignus hoſpes, hoſpitium dignum? Hoc illi cogitent, qui ad Euchariſticam pergunt menſam.

Et ibi manete, donec exeatis.

SEnſus eſt: donec in illa ciuitate fueritis, non mutetis hoſpitium; ne ſcilicet inconſtantes, & leues eſſe viderentur, neuè exemplo ſuo alij à Deo recederent, &, in bono, inconſtantiæ nota laborarent. Dedecet Doctorem inconſtantiæ ſigna, vel leuiter, exhibere. 611.

Monet præterea, quod hoſpitium non mutent, ne delicati viderentur, quaſi iis, quæ apponerentur in primo hoſpitio non contenti, meliora in alio quærerent. Ægrè ad dura, aſperaque alios vocare poteſt, qui delicias quærit, vel quærere videtur.

Et ibi manete: mutare hoſpitium Apoſtoli non debent; non ſolùm ſui cauſa ne leuitatis arguerentur; ſed etiam hoſpitis, ne ſcilicet diſceſſu triſtitiâ illum afficerent; ſi enim dignus, libenter eos recepiſſet, & cum triſtitiâ dimitteret; Boni hoſpitis hæc nota; vt ægrè ſinat à ſe abire, quos lætus, gaudens hoſpitio recipit; in multis hoſpitalitas damnatur, qui tranſacto primo hoſpitalitatis die, de eius diſceſſu cogitant, quem receperunt, & exporrectam frontem contrahunt ſi non abeat.

Intrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.

NOn vult eos expectare, vt ſalutentur ab hoſpite, ſed iubet præuenire ſalutationis officio, *Dicentes: pax huic domui*. Cur non iubet, aliam felicitatem domui imprecandam, alia bona? Pacis tantùm meminit; quia pax cuncta animi bona ſecum deuehit, & bonorum omnium fons, & origo: hæc ſi à domo abſit, verâ felicitate deſtituitur domus, veris bonis. Hinc illud Apoſtoli Rom.10.v.15. *Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.* Reſpicit ad verba Prophetæ Nahum cap.1.v.15. *Ecce ſuper montes pedes Euangelizantis & annuntiantis pacem.* Non dixit annuntiantis *bona*, ſicut Apoſtolus, ſed *pacem* tantùm: annuntiat tamen omnia bona; quia in ipſâ pace hæc continentur, & ab ipſâ velut ab vtero fluunt. 612.

Rom.10.15.

Nah.1.15.

Si autem non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos.

SI *autem non fuerit digna*; ſuperiùs interrogare iubentur, qui hoſpes dignus ſit, quæ domus digna; cur ergo nunc adiicit; *ſi autem non fuerit digna*; nunquid digna non eſſet, quam communis Ciuium fama dignam acclamarit? At in hominibus diiudicandis homines falluntur; & idcirco, quem tota vicinia commendat, quin & tota ciuitas, malus eſſe poteſt, & Dei ſeruis recipiẽdis indignus. 613.

Quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foràs de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.

IMpiorum conſuetudo omni ſtudio fugienda eſt adeò, vt non ipſi tantum vitentur, ſed etiam ea, quæ ad ipſos, ne nobis malum aliquod afficient. Hinc excutere puluerem iubentur Apoſtoli; vt declararent, etiam eorum puluerem eſſe impium, ideoque nolle ſe eum habere. Quòd ſi impiorum puluis reiiciendus; quantò magis vitandi ipſi impij?

614. Excutitur puluis, vt oſtenderent, illum ipſum puluerẽ, quem ex itinere collegiſſent, in die iudicij teſtem contra eos futurum, qui ſe recipere noluiſſent. Mos Iudæorum erat, vt aliquid notabile præſtaſſent, quòd teſtimonium eſſet rei factæ, ſiuè la-
Ioſ.24 26. pidem erigere, vt Ioſue 24. verſ.26. Siue lapidum
Gen.31.47. aceruum, vt Gen.31.verſ.47. Siue veſtem abſcinde-
Matt.26.65. re, vt Matth.26.verſ.65. Quid erit, cum non puluis excutietur in duritiæ noſtræ ſignum; ſed Chriſti ſanguis, & Apoſtolorum effuſus oſtendetur? Pende hæc lector; &, ſi ſapis, conſule rebus tuis: duritiam exue, exue impietatem; Apoſtolorum verba audi, Chriſtique præceptis pare, ne eius ſanguis contra te teſtimonium dicat.

Ecce ego mitto vos, ſicut oues, in medio luporum.

615. QVaſi dicat; vos ego mitto, qui liberare ab omnibus periculis poſſum. Nullum opus tàm arduum eſt, quod forti, alacrique animo ſuſcipiendum non ſit, dummodo Chriſtus ipſe nos mittat.

Oues, Apoſtolos appellat, non tantùm quia innocentes, ſed quia inermes, & ab omnibus humanis præſidiis imparati. Fortis ſola innocentia armatura eſt, firmumque contra hoſtes omnes munimen.

In medio luporum oues ſunt; ac ſi Apoſtolorum patientia ſit quaſi centrum immobile ad omnes iniurias, & illata damna ſuſcipienda.

Sicut ouis in medio luporum Euangelicus Doctor eſt, cum ab omni parte mordetur, & vellicatur; & tamen ouis patientiâ eſt.

616. *Ego mitto vos ſicut oues*; Licèt manſuetudo omnibus hominibus conueniat, eos tamen maximè decet, penes quos rerum ſumma eſt, quique aliorum Doctores, Præſuleſque ſunt; manſuetudo quippè ſuperiorum nota, & inſigne eſt.

Sicut oues; & quà ad ouium manſuetudinem peruenire poterimus? Præmiſerat *nolite poſſidere aurum, neque argentum*; nimirum ille mitis eſt, qui rerum temporalium affectu non tenetur; alioquin facilè diuitiæ, ac terrenorum copia in ſuperbiam mentes efferunt, efferántque poſſeſſores ſuos.

617. Illi ferè in alios ſæuiores ſunt, qui nimis in ſe blandi ſunt, & aliis minimè parcunt, qui parcunt ſibi; idcirco prius Apoſtolos ab omni luxu reuocat, & nimio corporis cultu, & curâ, vt in ſe duriores, faciles ſe præberent aliis; alioquin verum eſt, neminem in alios ita ſæuire, quàm qui ſibi non parcit.

Sicut oues inter lupos; hæc vera prædicatoris conſignatio eſt, vt ſæuientium rabiem ſua mititate coërceat; *qui enim*, verba ſunt Sancti Gregorij Magni, *locum prædicationis ſuſcepit, mala inferre non debet, ſed tolerare; vt ex ſua manſuetudine iram ſæuientium mitiget, lupóſque conuertat in oues.*

Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ.

SErpentis prudentiam imitatur Euangelicus Doctor, ſi impiorum fraudes intelligat: columbæ ſimplicitatem habet, qui ignoſcit iniurias. Prudens, vt ſerpens, eſt, qui ſua punit, & in ſe ipſum ſæuit: ſimplex, vt columba, qui aliorum defectus minimè videt, ſerpens in ſe ipſum, columba in alios. 618.

Serpens exuuiem ponit, & veterem exuit pellem: ſic &, qui alios erudit, & ad perfectionem vocat, terrenum priùs hominem exuere debet, &
induere nouum. Vnde illud Apoſtoli: *Deponere* Epheſ.4 22.
vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem. Ægrè vitæ nouitatem aliis perſuadebit, qui priùs ſibi ipſi non perſuaſerit.

Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes: Serpens hominem decepit, & ſeruitutis iugo ſubdidit, lignum vitæ laudans: vos ſitis prudentes non ad decipiendum, ſed ſaluandum: laudauit ille lignum, vos laudare crucis virtutem. 619.

Serpentis prudentia nobis imitanda eſt, quò tribulationibus preſſi & iniuriis laceſſiti morum vetuſtatem exuamus, nouum vitæ genus inſtituentes; ſicut & ſerpens per locum anguſtum, perque ſpinas tranſiens ſe ſeberide, pelleque ſua ſpoliat, & robuſtior fit.

Et ſimplices, ſicut columbæ, Non ſufficit mala pati, ſed nec turbari debemus, dum ea patimur; hoc enim columbæ eſt: ideo, ſicut columbæ, ſimplices eſſe iubemur, vt iniuriis laceſſiti non turbemur: quin iniuriarum obliuiſci ſtatim debemus, ſicut & columbæ, cum pulli eis auferuntur, malorum non meminerunt, nec in eos ſæuire ſciunt, qui abſtulerunt.

Simplices; Græcè ἀκέραιοι *innocentes*, & ad verbum, *abſque cornibus*. Tranſlatio ſumpta eſt à placidis animalibus, quæ natura nullis cornibus armauit ad iniurias depellendas, aut inferendas. Sunt qui deducant à, κεράννυσθαι, quod eſt *miſcere*: itaque vult, eſſe non miſtos, non adulteratos malitiâ. 620.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; Sanctus Auguſtinus legit; *eſtote aſtuti*, ſerpentiſque aſtutiam in hunc modum explicat: *Ad hoc valet aſtutia ſerpentis, ad quam nos imitandam Dominus exhortatur. Ait enim: eſtote aſtuti ſicut ſerpentes. Quid eſt aſtuti ſicut ſerpentes? offer omnia membra tua percutienti, dummodo caput integrum ſerues. Caput viri Chriſtus* Imprudentia prudentia omnis eſt, qua caput exponitur ictui, vt ab ictu membra ſubducantur.

Eſtote prudentes; ordinem pende; prudentia ſerpentis columbæ ſimplicitati præmittitur; *Præmiſit*, ait Sanctus Bernardus *prudentiam, ſine qua neminem ſatis eſſe poſſe ſimplicem ſciret; quomodo denique verè ſimplex erit oculus, cum ignorantiâ veritatis?* vt tuta ſimplicitas ſit, prudentiâ præeat.

In ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

IN ſynagogis, vbi lex legebatur, & exponebatur, legis tranſgreſſores puniebantur; nam (vt plerique notauere) conſueuerant Iudæi in ſynagogis ſuis eos flagellare, qui peccaſſent in legem. Ita 621.
actum eſt, licèt iniuſtè, cum Apoſtolis Act.5.verſ. Act.5.40.
40. & cum Paulo 2.Cor.11.24. Mos improbandus 2.Cor.11.
non eſt, ſi verè tranſgreſſores puniuiſſent; & legis 24.

zelo

zelo id factum, non inuidiâ, & odio in innocentes.

Cauete autem ab hominibus.

NOn dixit: *cauete à feris, atque ſerpentibus*; ſed, *ab hominibus*; ſæuior enim quâcunque ferâ ferus, impiuſque homo eſt: magis homo homini nocet, quàm ſerpens, quàm fera quælibet. Nunquam monuit Chriſtus, vt à feris caueremus; monuit ſæpè, vt ab hominibus; quia faciliùs eſt feras vitare, quàm homines; hi enim nocere etiam ſolent, cum blandiuntur: vnaquæque beſtia corpori tantum nocet; hominis ſæuitia etiam animam impetit. Igitur præ omnibus malis homo maximum malum eſt, maximéque cauendum,

622. *Cauete ab hominibus*; Superiùs dixerat, eos inter lupos futuros; *mitto*, inquit, *vos, ſicut oues, in medio luporum*; cur igitur non ait, cauete à lupis, ſed ab hominibus? An ne aliqui ſimplices putarent ad lupos ſe mitti? An vt innueret, eos, qui ferinis moribus Chriſti diſcipulos inſequuntur, ita eſſe homines, vt feris etiam comparari poſſint.

Ab hominibus; a quibus? an ab hominibus erat illis cauendum? adeò malis hominibus orbis plenus tunc erat, vt idem eſſet dicere, cauete ab hominibus, & cauete à malis; cum impietas in omnes impetium ſuum exerceret.

SECTIO III.

Tunc maximè in Dei auxilio ſperandum cum humanum deficit. 623

Fortis eloquentia eſt, mala pati, & patienter ferre. 623

Sua ſapientiæ nullus fidat. 624

ὑπομένειν quid. Tanquam ſtrenuus miles Chriſti ſeruus ſit. 625

Otio torpeſcere Euangelicus doctor non debet. 626

Inferni pœnæ redintio partu ſemper naſcuntur. 628

Interna pace fruitur qui bellum carnalibus affectibus indicit. 630

Carnalem in parentes affectum præſcindere voluit Chriſtus, non eos habitatione ſeiungere. 631

Sponte, mortificationis crux tollenda. 632

λαμβάνειν Quid. Regni & crucis nexus. 632

Crux ſceptri & regni loco habenda. 632

Vera dicentem ægrè homines hoſpitio recipiunt. 633

In eleemoſynâ eroganda de egentium meritis nemo ſit ſolicitus. 634

In prælatis dignitas colenda, non curioſè diſcutiendi mores. 634

Obedientiæ præmium quàm magnum. 635

Singularis beneficentiæ in pauperes quàm ingens præmium. 635

Moras in bonis operibus efficiendis quilibet auferat. 636

In bonis operibus affectum magis Deus æſtimat, quàm rei magnitudinem. 636

Nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini.

623. NOlite cogitare: Græcè eſt, *μὴ μεριμνήσητε, ne ſoliciti, & anxij ſitis.* Non omnem præcedentem meditationem vetat, ſed eam, quæ diffidentiam Diuinæ prouidentiæ, & opis habeat, quæque nimio motu, timore, ac ſolicitudine impediatur. Tunc enim maximè in Dei auxilio ſperandum eſt, cum humanum deficit, & homines in nos crudeliter ſæuiunt.

Prohibentur etiam cogitare, quomodo, aut quid loquantur, ne ſcilicet de ornatu, elegantique dicendi modo tunc eſſent anxiè ſtudioſi. Satis ornatus quilibet ſermo eſt, quùm bona quis agit, & mala patitur. Fortis eloquentia eſt, quum non ſolùm lingua, ſed totum corpus loquitur, & ad patientiam inſpectores inhortatur.

Qui ſolicitus eſt, quid loquatur, ſuæ ſapientiæ fidit, quæ præcipua ruinæ cauſa eſt. Non ita fortes in ſuis certaminibus fuiſſent Apoſtoli, ſi ſpem in ſe vllam collocaſſent. Firma quælibet imbecillitas eſt, quæ ſui confidentiâ vidua, Diuini auxilij ſpe fulcitur, & animatur. 624.

Tradet autem frater fratrem in mortem

TRadet frater fratrem, à Diaboli ſpiritu hæc in cognatos ſæuitia eſt; nam vt ait ſanctus Eucherius, *non eſt fides in ſeruis Diaboli; qui cum non gignat, neque gignatur, non etiam iura propinquitatis ſeruat*; ſatanicum eſt in parentes, propinquoſque ſæuire, & omne ius propinquitatis diſſidijs, & diſcordiis abolere.

Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

QVi perſeuerauerit: Græcè: *ὁ δὲ ὑπομείνας, Tolerans*, ſeu (vt vertit S. Cyprianus) *qui ſuſtinuerit*: Græcum verbum *ὑπομένειν*, ſignificat propriè hoſtilem impetum ſuſtinere. Igitur, tanquam ſtrenuus miles, ſtationem ſuam nemo deſerat, vulnera patiatur, & ſuſtineat. 625.

Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit ſaluus non futurus, ſi non perſeuerauerit; hanc Saluatoris ſententiam bellè illuſtrat in perſeuerantiæ commendationem Beatus Laurentius Iuſtinianus in hæc verba: *Perſeuerantia eſt ſingularis filia ſummi Regis, finis virtutum, earumque conſummatio, ſine qua neque qui pugnat, victoriam, nec palmam victor conſequitur. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix eſt ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, charitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle hanc, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt, cui æternitas redditur, vel potiùs quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino, Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Pulchrè, & appoſitè; vt nihil elidi potuerit, nihil debuerit.

Quum autem perſequentur vos in Ciuitate iſtâ, fugite in aliam.

FVgam conſulit, non vt pericula declinent dumtaxat; ſed, vt Euangelij ſemina alibi feliciùs ſpargant: neque enim illis permittitur in latebras fugere, vt otio torpeant; ſed, vt munere ſuo fungerentur, & maiori fructu Euangelium aliis ciuitatibus enuntiarent. 626.

Cùm perſequentur vos in ciuitate iſtâ fugite in aliam: fugere iubentur, non vt perſecutionem fugiant, ſed vt poſt magnos labores maiori ſe ſeruent; in aliam ciuitatem fugere debent, non vt otio torpeant, ſed vt laborent; vnde ſubdit; *Non conſummabitis ciuitates Iſrael donec filius hominis veniat*, quod de prædicationis munere aliqui interpretantur; ac ſi perſequutionum

æſtum

Digitized by Google

æſtum leniret prædicationis labor, quo plures ad Chriſtum vocabant auocatos à Chriſto.

Non conſummabitis ciuitates iſtas donec veniat filius hominis.

617. DOnec filius hominis veniat; nulla liberationis mentio fit; ſed ſolius Chriſti aduentus; nimirum ſola Chriſti præſentia recreare mentem illius poteſt, qui laboribus premitur, malorum hominum iniuriis impetitur; Audiendus hîc ſanctus Chryſoſtomus: *Non dicit*, inquit, *eripiam vos à perſecutoribus, ac perſecutiones cunctas diſſoluam; ſed nequaquam explebitis ciuitates Iſrael donec filius hominis venerit. Sufficiebat certè ad ſedandos ipſorum labores ſolus aſpectus Chriſti*; nimirum laboribus horrorem auferre Chriſtus videtur, dum offert ſe videndum.

Donec veniat filius hominis; dixiſſet, donec à perſecutoribus liberemini; nulla de liberatione mentio fit; ſed tantùm *donec venerit filius hominis*; ſatis iſtuc ad omnem laborem libenter ſubeundum, ad omnem perſecutionem forti animo ferendam; *ſufficiebat certè* verba ſunt ſancti Chryſoſtomi, *ad ſedandos ipſorum labores ſolus aſpectus Chriſti*; quæratur, & expectetur in tribulationibus Chriſtus; & ſolus omnium aduerſitatum leuamen erit.

Sed potiùs eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in Gehennam.

628. NOn dixit, *timete Gehennam*, ſed *eum qui poteſt animam & corpus in Gehennam perdere*; vt ſcilicet à ſeruili timore omnes auocaret, filialem ſuaderet; Gehenna nihil eſt, ſi Dei iræ comparetur; maiorem incutere timorem Deus debet offenſus, & iratus, quàm omnia gehennæ ſupplicia.

In gehennâ Deus animam, & corpus, id eſt, totum hominem perdit, cum eum, à ſe, & Cæleſti ſuo regno ſeparatum, æternis adiicit ſuppliciis, & nunquam peremptutis adiudicat flammis. Gehennam cum audis, cruciatus infernales cogita, qui ſemper reuiuiſcunt: pœnas cogita nunquam morituras. Nomen ipſum Gehennæ ad hoc nos ducit, dū cum verbo γεννᾶν, ſeu, γεννᾶσθαι, quod ſignificat, *naſci*, cognationem quandam habet: vt nimirum diſceremus, adeò infernales pœnas non defecturas, vt ſemper rediuiuo partu renaſcantur; vnde etiam Theophylactus huc flexit ad hæc verba, dum ait: *Gehennam cum dicit, ſignificat perpetuam pœnam. Gehenna dicitur à ſemper naſcendo.* Hanc pœnarum æternitatem conſidera, ne experiri contingat: ſanctas cogitationes meditatio iſta parturiet; & ferè, qui pœnæ diuturnitatem conſiderat, ab illis abſtinet, quibus hæc pœna debetur.

Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.

619. QVi confitebitur me: Græcè, ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, *Qui confitebitur in me.* Etiam Euthymius, Theophylactus, & ex Græco ita vertit Arias Montanus, & ex Latinis Sanctus Cyprianus epiſt. 37. ſic legunt. Sed cur potius ait? *Qui confitebitur in me*, quàm, *qui confitebitur me.* An ex Sacræ ſcripturæ phraſi idem eſt, *in me*, ac, *me confitebitur*? Sic
Pſal.43.9. enim & Pſal.43.verſ.9.dictum eſt: *Et in nomine tuo confitebimur in ſeculum.* Sed, *in me*, dictum etiam eſt, ſcilicet *meâ virtute*; nullus quippe Chriſtum coram hominibus ingenuè, ac conſtanter fateri poteſt, à Chriſto non adiutus.

Confitebor & ego eum: Græcè hoc eâdem phraſi, ac ſuperiùs explicatur; ſic enim legitur: ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ, *confitebor & ego in illo*, id eſt, *illum*; vel (vt ſuperiori ſenſui hîc quoque inſiſtamus) *à gratitudine ipſius motus*: ſic exponit hôc loco Euthymius. Explicari non poteſt, quanta nobis à liberali Dei manu beneficia veniant, ſi Deus gratitudine prouocetur, & quodammodo moueatur.

Confitebor & ego eum. Elucet hîc Chriſti Domini modeſtia, elucet humilitas, dum ait: *Confitebor & ego eum coram patre meo*; teſtem ſe facit, qui iudex futurus eſt? de teſte loquitur, de iudice ſilet, vt modeſtiæ præberet exemplum; vt cum laudabilia de nobis euulganda ſunt, non ſtatim ſumma, non ſtatim omnia effundamus.

Non veni pacem mittere, ſed gladium; veni enim ſeparare hominem aduerſus Patrem ſuum.

NOxium cognatorum affectum abſcindere, ac euellere ſtudet Chriſtus; & carnalem amorem, qui ſpiritualis venenum eſt, auferre: hac de causâ dixit, ſe in terras veniſſe, non vt pacem mitteret, ſed gladium. Opponet fortè his verbis 630.
aliquis illud Regij Prophetæ Pſal.71. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis*: & illud Pſal.71.7.
Apoſtoli Epheſ.2. *Ipſe eſt pax noſtra.* Quibus & Epheſ.2.
Angelus ſuccinit, dum nato Chriſto ait: *Gloria in altiſſimis Deo & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc.2.14.
Quî ergò hæc cohærent? Cohærent: quia internâ mentis pace fruitur, qui bellum carnalibus affectibus indicit; & veræ pacis deliciis innatat, qui terrenum omnem amorem abſecat, & aſſiduum cum vitiis bellum habet. Nempe miſſum eſt bellum, vt rumperetur pax mala; & bona, quæ animam poſſidet, firmaretur.

Venit Chriſtus, hominem ſeparare *aduerſus patrem ſuum*: non dixit, *à Patre*; quia non corporalem ſeparationem iubet, ſed ſpiritualem: carnalem ſcilicet affectum præſcindere voluit, non habitatione eos ſeiungere. Proinde ſeparatus aduerſus patrem eſt, qui, licèt eiuſdem cum eo ſit domûs inquilinus, paterno tamen affectu Chriſti amorem non inficit: ſicuti è conuerſò, qui à patre, & à parentibus corpore diſtat, inque ſacram familiam nomen dedit, carnali nihilominùs affectu in patrem, in ſuos fertur, quamuis à patre, & à ſuis ſeparatus ſit, non tamen aduerſus patrem ſuum, nec aduerſus ſuos; id quod exigit à nobis Chriſtus. 631.

Qui non accipit crucem ſuam, & venit poſt me, non eſt me dignus:

OLim ad crucis ſupplicium damnati crucem ſuam portare cogebantur. Chriſtianos vult vltrò Crucem tollere Chriſtus: quod de qualibet afflictione intelligendum eſt. Spontè nobis arripienda crux, &, tanquam Chriſtianæ vitæ ſignum in humeros attollenda, & libenti animo veluti de manu Domini excipienda: 632.

Qui non accipit: Græcè ὃς οὐ λαμβάνει *qui non apprehendit.* Arias montanus *qui non capit.* Verbum λαμβάνειν plerunque de regni acceptione dicitur. Nimirum, qui ad regni onus vocatur, ad crucem

Digitized by Google

crucem, cruciatumque ſe vocari exiſtimet: Regum ſupplicium regni cura eſt.

Niſi colligere velimus, crucem, veluti ſceptrum, regnique indicium, accipiendam nobis eſſe. Qui ſapit, Chriſti Crucem, & quamlibet afflictionem, quam illi Dei prouidentia deſtinauit, regnis, ſceptriſque præfert; magiſque in illâ gloriatur, quàm in iſtis.

Qui recipit prophetam in nomine propheta, mercedem propheta recipiet.

633. POterat Dominus dicere, qui pauerit Prophetam, cibum, potum ei præbuerit, ſed noluit: *Qui recipit*, inquit, *Prophetam*; vt ſignificaret, non ſolum menſam Prophetis, & iuſtis appoſitam, tanquam pauperibus, ſed nec tutelam domus, in qua recepti ab hoſtibus occultentur, mercede carituram.

Qui recipit prophetam; Prophetæ eſt veritatem dicere, nulli parcere; ergo qui tales ſunt domo recipiuntur, cùm ferè pauci ſint, qui apud ſe domi velint retinere, vt proinde neceſſe habeant huc, illuc diuertere.

Prophetam, non dixit, *prophetas*, vt nec vnius tantùm receptionem ſine mercede futuram indicaret; quin in vno omnes alios intellexit; certè ita in vnum Prophetæ omnes conſpirant, vt vnus eſſe videantur quotquot fuerunt.

634. *Qui recipit Prophetam in nomine Propheta*; ne quis diſcuteret, an hoſpes verè propheta eſſet, aut verè iuſtus, ſubdit Chriſtus; *Quicunque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem ſuam*, & cap. 25. verſ. 40. *Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis*; non hîc prophetæ mentio, non iuſtorum; ne ſcilicet in eleemoſynâ erogandâ de mendicantium meritis quis eſſet ſolicitus; nimirum non ex dignitate recepti, ſed ex recipientis voluntate boni operis merces colligenda.

In nomine propheta; hoc eſt qui in eo, quem recipit, propheticum tantùm munus agnoſcit; neque tamen quid ille agat, aut bonum, aut malum ſcit, aut curat ſcire; etenim in Doctoribus, in Prælatis dignitas, & officium conſpicienda tantùm ſunt; vita, & mores diſcutiendi facilè non ſunt.

635. *Mercedem propheta accipiet*; quâ mercede donabitur, qui ſacerdoti, Præſuli obtemperat, quum receptor tantâ mercede afficiatur? *ſic enim*, inquit Sanctus Ambroſius, *qui prophetam in nomine propheta accipit, profectò, &, qui cedit, & obtemperat ſacerdoti, mercede ſua non deſtituetur; nam ſi vbi de hoſpitalitate agitur, tantùm, vbi quem ſuſcipit ignorat, tantum præmiorum accipit, ſi ei ſubiciaris, non multò magis mercede donaberis?* Donaberis; & ingenti mercede prompta parentia cumulabitur; ſatius igitur erit, ſi ſacerdotibus quis obediat, & ab illorum vellicatione abſtineat.

Ex aquæ frigidæ exhibitione, quæ ſua mercede non caret, colligit Caſſiodorus; quanti ſit apud Deum meriti: varias, eáſque ſuauiſſimas eſcas egentibus exhibere; hæc illius ſunt verba: *Cum vel aquam frigidam in nomine ſuo Dominus pauperi, præcipiat offerri; quantò gratior erit diuerſis egentibus eſcas ſuauiſſimas dare? pro quibus in illo iudicio fructum multiplicata poſſitis mercede recipere*; glacie omni frigidior, qui ab hoc aquæ frigidæ exemplo, ſua mercede, diuitis ad beneficentiam in pauperes non vrgetur.

Quicunque dederit potum vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.

636. AD obtinendum regnum, præparat Chriſtus compendia: longioris moræ occaſionem tollit. Calicis aquæ frigidæ exhibitione regnum obtinemus: cur non addidit *calida*? Olim in deliciis aqua calida videtur fuiſſe. Vt breuitati ſtuderet, modum doceret, quo ſtatim ius in Cælorum regnum acquireremus. Moras aufert, & boni operis impedimenta: fors, ſi aqua calida eſſet ad mercedem exhibenda, dum opus differtur, omitteretur.

Præterea aquæ frigidæ porrectioni, quæ Chriſti nomine fiat, merces promittitur; vt nemo ſe ob inopiam excuſaret, ſi calidam exhibendam monuiſſet, lignorum ſumptus cauſans; vtque colligeremus, Deum opera magis ex operantis ſtudio, quàm ex rei magnitudine æſtimare, magiſque ex affectu dantis, quàm ex doni pretio.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XI. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus, præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Verſ. 2.

Ioannes autem, cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis.

Cùm conſummaſſet. *Pagn. Quum finem feciſſet Ar. M. Quum finiſſet. Fr. Luc. Cùm deſiiſſet.*

Præcipiens. *Pagn. Præcipiendi. Vat. Mandandi. Ar. M. conſtituens. Arab. Præcipere.*

Tranſiit inde. *Syr. Diſceſſit illinc. Pagn. Progreſſus eſt illinc. Fr. Luc. Digreſſus eſt illinc.*

In vinculis. *Syr. In domo vinctorum. Arab. & S. Hil. In carcere.*

Opera. *Pagn. Facta. Fr. Luc. Miracula.*

Mittens duos d. d. ſ. *Vat. Miſſis duobus. S. Hil. Mittens ad eum diſcipulos ſuos. Syr. Miſit per diſcipulos ſuos. Adam C. ex Syr. Per manum diſcipulorum. Pagn. Quum miſiſſet.*

Verſ. 3.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 3. Ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?	Ait illi. *S. Ioan. Chryſ. Interrogabat eum, dicens.* Tu es qui venturus es. *S. Iuſt. M. Tu ne is es, qui venturus eſt. Clem. Alex. An ipſe es Chriſtus. Ar. M. Tu es veniens. Syr. Tu es qui venturus erat? Caiet. Tu es. Ille venturus? Fr. Lu. Tu ne es ille venturus.* Alium. *Syr. Alios. Vat. alterũ. Clem. Alex. Verò aliũ.*
Verſ. 4. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.	Euntes. *Clem. Alex. Abite, Arab. Ite. Pagn. Profecti. Fr. Luc. Redeuntes.* Renunciate. *I. Arab. Docete Ioannem. Clem. Alex. Et dicite.* Quæ audiſtis, & vidiſtis. *Syr. & S. Ioan. Chryſ. Quæ auditis, & videtis.*
Verſ. 5. Cæci vident, claudi ambulant, lepraſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.	Vident. *Vat. Viſum recipiunt. Fr. Luc. Reuident. Auct. Suſpiciunt.* Claudi ambulant. *S. Ioan. Chryſoſt. Rectè ambulant. Ar. M. Circumambulant. Auct. Deambulant.* Reſurgunt. *Pagn. Excitantur. Euthym. Reſuſcitantur.* Pauper. euang. *Syr. Pauperibus euangelizatur Pagn. Accipiunt Euangelium. Orig. Latum accipiunt Euangelij nuncium.*
Verſ. 6. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.	Et beatus eſt. *Syr. Ac demum felix ille. Clem. Alex. Et beatus. S. Hil. Beatus.* Non fuerit ſcand. *Syr. Non impegerit. Pagn. Non fuerit offenſus per me. Arab. Non ſcandalizabitur.*
Verſ. 7. Illis autem abeuntibus, cœpit, Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?	Illis abeuntibus. *Syr. Quum abiiſſent. Arab. Cum autem abirent. Vat. Euntibus autem illis.* De Ioanne. *Syr. Super Ioannem.* In deſertum. *S. Hil. In deſerto.* Videre. *Fr. Luc. Spectare. Syr. Viſuri. Pagn. Vt videretis.* Arundinem. *S. Hier. Calamum. Vat. Num arundinem.* Vento agitatam. *S. Hil. Vento moueri. Arab. Quam agitat ventus. Quidam ap. Fr. Luc. Vndantem, fluctuantem. Idem Fr. Luc. A vento agitabatur. Pagn. Qua agitatur à vento.*
Verſ. 8. Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.	Mollibus. *Tert. Teneris. Caiet. Mollibus veſtibus.* Veſtitum. *Pagn. Amictum. Ar. M. Circumamictum.* Qui mollibus veſtiuntur. *Pagn Qui mollia geſtant. Ar. M. Mollia ferentes. Fr. Luc. Qui mollia ferunt. Clem. Alex. Veſtitu glorioſo & delicijs degunt.* In domibus. r. *Syr. in Aulis regum. Clem. Alex. In torrenis regiis ſunt. Syr. Degunt.*
Verſ. 9. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus, quàm prophetam.	Etiam. *Fr. Luc. Certè. Ar. M. Vtique.* Pluſquam prophetam. *Pagn. Excellentiorem propheta. Syr. Et prophetâ præſtantiorem. Ar. M Et abundantius prophetâ. Vat. Etiam excellentiorem prophetâ. Adam. C. Amplius eſt, quàm Propheta. Arab. Quia ipſe eſt plus, quàm propheta.*
Verſ. 10. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.	Angelum meum. *Pagn. Nuntium meum.* Ante faciem tuam. *Fr. Luc. Proximè ante te.* Qui præparabit. *Syr. Qui parabit. Quid. Codd. Inſpiciet. Quidam ex Hebr. Complanabit, verret, emundabit. Arab. Ad præparandam. Vat. Qui præparaturus eſt.* Viam tuam. *Syr. Viam.* Ante te. *Fr. Luc. A fronte tuâ. S. Zeno* omittit. *Ante te. Syr. Coram te.*

Verſ. 11.

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 11.

Amen dico vobis: non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſtâ: qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.

Amen dico vobis. *Syr. Verè ego dico vobis.*
Non ſurrexit. *S. Aug. Nemo exurrexit. Orig. Quo nemo fuit. Ar. M. Non excitatus eſt. Adam C. Non ſuſcitatus eſt. Vat. Non exortus fuit. Fr. Luc. Non exiuit.*
Inter natos. *S. Aug. In natis. Vat. Inter eos, qui naſcuntur è mulieribus.*
Mulierum. *Tert. Fœminarum. Pagn. E mulieribus.*
Baptiſtâ. *Tert. Baptizatore.*

Verſ. 12.

A diebus autem Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Vſque nunc. *Vat. Vſque adhuc. Pagn. Ad hunc vſque diem.*
Regnum cælorum. *S. Iuſt. M. Regno calorum.*
Vim patitur. *Syr. Cum violentiâ accipitur. S. Ambr. Cogitur. S. Iuſt. M. Vis affertur. Fr. Luc. Vis illi adfertur.*
Violenti. *S. Amb. Cogentes. S. Paul. Qui vim faciunt. S. Hil. Vim faciunt. S. Hil. Vim facientes. Orig. Vim inferentes.*
Rapiunt. *S. Hier. Diripiunt.*

Verſ. 13.

Omnes enim prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt.

Et lex. *Vat. Et ipſa lex.*
Prophetauerunt. *Syr. Vaticinati ſunt.*

Verſ. 14.

Et, ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat.

Si vultis recipere. *Syr. Si vultis, recipite. S. Iuſt. M. Quod ſi vultis approbare. Fr. Luc. Si vultis credere.*
Elias. *Vat. Elias ille.*
Venturus eſt. *Pagn. Venturus erat. Ar. M. Futurus venire.*
Habet. *Orig. Habent.*
Audiendi. *Arab. Audientes. S. Iuſt. M. Ad audiendum. Arab. Audientes. Ar. M. Audire.*
Audiat. *Orig. Audiant.*

Verſ. 15.

Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam?

Cui ſimilem æſtimabo. *Pagn. Cui aſſimilabo generationem. Tigur. Nationem. Fr. Luc. Dicam ætatem, ſeculum iſtud.*

Verſ. 16.

Similis eſt pueris ſedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus,

Pueris. *Caiet. Puerulis.*
Sedentibus. *Vat. Qui ſedent. Fr. Luc. Qui ſedere, ac ludere ſolent.*
Foro. *Pagn. Foris. Syr. Plateâ.*
Qui clamantes coæqualibus. *Pagn. Et acclamant ſodalibus ſuis. S. Hil. Et clamantibus ad inuicem. Arab. Qui clamant ad coæquales ſuos. Syr. Et clamant ad ſocios ſuos. Ar. M. Acclamantibus ſociis ſuis. Fr. Luc. Acclamantibus coætaneis ſodalibus ſuis.*

Verſ. 17.

Dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non planxiſtis.

Dicunt. *Fr. Luc. Et dicentibus Arab. Dicentes. Syr. Et inquiunt.*
Cecinimus. *Clem. Alex. Tibiâ cecinimus.*
Lamentauimus. *Pagn. Lamentationes cecinimus. Vat. Lugubria cecinimus. S. Ioan. Chryſ. Lamentati ſumus.*

Verſ. 18.

Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet.

Venit e. I. *S. Epiph. Venit Ioannes iuſtitia viam tenens. vel: Venit Ioannes in viâ iuſtitia.*
Neque manducans. *Vat. Nec edens.*
Dæmonium habet. *Syr. Dæmonium eſt illi. Arab. Cum illo ſunt dæmonia.*

Verſ. 19.

Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, &

Venit. *Clem. Alex. Venit enim.*
Vorax. *Pagn. Edax. Vat. Comedonem.*
Manducans. *Clem. Alex. Comedens.*
Potator. *Pagn. Bibulus. Vat. Potorem. Orig. Bibens.*

Vulgata Editio.

potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.

Lectionum Varietas.

Clem. Alex. Vini potor.
Vini. *Clem. Alex.* omittit. *Orig. Vinum.*
Peccatorum a. *Syr. Flagitioſorum amicus. Clem. Alex. Peccator.*
Iuſtificata eſt. *Fr. Luc. Probata, ac laudata eſt.*
A filiis ſuis. *Syr. A ſeruis ſuis. Quædam exemplaria. Ab operibus ſuis. S. Aug. Ab omnibus filiis ſuis. Fr. Luc. A filiis ſapientiæ.*

Verſ. 20.

Tunc cœpit exprobare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœnitentiam.

Factæ ſunt. *Syr. Editæ fuerant.*
Quia non egiſſent pœnitentiam. *Vat. Quòd non reſipuiſſent. Syr. Neque pœnitentiam egerant. Al. Quòd ſcelerum eas non pœnituiſſet.*

Verſ. 21.

Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.

Corozaim. *Pagn. & Fr. Luc. Coraxim.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacitates.*
In vobis. *Fr. Luc. Intra, ſiue, Apud vos.*
In cilicio. *Pagn. In ſacco. Arab. In ciliciis.*
Et Cinere. *S. Gaud.* addit. *Sedentes. Fr. Luc. Conſperſi cinere.*
Pœnitentiam egiſſent. *Ar. M. Pœnituiſſent.*

Verſ. 22.

Veruntamen dico vobis. Tyro, & Sidoni remiſſiùs erit in die Iudicij, quàm vobis.

Remiſſiùs erit. *Pagn. Tolerabiliùs erit. Syr. Tranquilliores futuras.*
Vobis. *Vat. Vobiſcum. Syr. Quàm vos.*

Verſ. 23.

Et tu Capharnaum, nunquid vſque in cœlum exaltaberis? vſque in Infernum deſcendes: quia, ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent vſque in hanc diem.

Nunquid v. in Cæl. exalt. *Arab. Vſque ad cælum eleuata es. Pagn. Quæ eſt vſque ad cælum exaltata. S. Gaud. Quæ vſque in cælum extolleris. Syr. Quæ ad cælum vſque es euecta. Ar. M. Vſque ad cælum alteposita.*
Deſcendes. *Pagn. Detraheris. S. Gaud. Demergeris. Adam C. Deduceris. Fr. Luc. Deprimeris. Auct. Deiiceris. Ar. M. Demitteris. Menoch. Detruderis.*
In Sodomis. *S. Gaud. Sodomis. Arab. In Sodoma.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacitates.*
Fortè. *S. Gaud. Vtique.*
Manſiſſent. *Syr. Stetiſſet.*
In hanc diem. *Gaud. In hodiernum diem. Syr. Vſque ad hodiernum diem. Ar. M. vſque hodie.*

Verſ. 24.

Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſiùs erit in die Iudicij, quàm tibi.

Veruntamen. *Ap. Fr. Luc. Ideo. Quin etiam. Syr. Verùm. Ar. M. Cæterùm.*
Terræ Sodomorum. *Syr. Terram Sodoma. Arab. Quia terra Sodoma.*
Remiſſiùs. *Syr. Tranquilliorem futuram. Arab. Inueniet remiſſionem. Pagn. Tolerabiliùs.*
Quàm tibi. *S. Gaud. Quàm vobis.*

Verſ. 25.

In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Confiteor. *Tigur. Gratias ago. Fr. Luc. Agnoſco coram te.*
Pater, Domine. *Syr. Pater mi, dominator. S. Hil. Domine Pater. Clem. Alex. Pater, Deus.*
Cæli. *S. Hil. Cælorum.*
Abſcondiſti. *Vat. Celaris. Pagn. Abſconderis.*
Prudentibus. *Clem. Alex. Intelligentibus. S. Hil.* omittit.
Reuelaſti. *Vat. Detexeris. Pagn. Reuelaueris. Orig. Manifeſtaſti.*
Paruulis. *Syr. Pueralis. Arab. Infantibus. Ianſ. Stultis, inſipientibus. Ar. M. Imbecillis.*

Verſ. 26.

Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante te.

Ita Pater. *Syr. Etiam, Pater mi. Pagn. Certè, Pater. Vat. Sanè, Pater. Orig. Etiam, Pater.*
Sic placitum fuit a. t. *Sic fuit bona voluntas ante te. Caiet. Sic beneplacitum fuit ante te. Syr. Talis fuit voluntas coram te. Pagn. Sic fuit beneplacitum apud te. Fr. Luc. Placuit ante te. S. Epiph. Ita placitum eſt ante te.*

Verſ. 27.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 27.

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, niſi Pater: neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Nouit filium. *S. Cyp. Scit filium. S. Aug. Agnoſcit filium. Vat. Cognoſcit.*
Neque quis. *S. Epiph. Neque ullus. Clem. Alex. Nemo enim. Pagn. Neque quiſquam.*
Nouit. *S. Epiph. Nouit.*
Patrem. *Clem. Alex. Deum.*
Et, cui. *Vat. Et cuicunque. S. Epiph. Et is, cui.*
Voluerit F. r. *S. Epiph. Reuelauit.*

Verſ. 28.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

Ad me. *Orig. Huc.*
Laboratis. *Syr. Defeſſi eſtis. Arab. Labore attriti. Adam C. Laſſi. Auct. Fatigati. Fr. Luc. Qui moleſtiam patimini. Ar. M. Laborantes.*
Et onerati eſtis. *Adam C. Grauati. Arab. Grauati onere. Syr. Baiulantes onera. Ar. M. Onerati. Fr. Luc. Qui fatigati eſtis ex onere.*
Et reficiam vos. *Syr. Et prabebo vobis requiem. S. Cyp. Vos requieſcere faciam. Pagn. Recreabo. Vat. Requiem praſtabo. Caiet. Refocillabo vos. Fr. Luc. Faciam vt vos requieſcatis.*

Verſ. 29.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris.

Tollite. *Syr. Baiulate. Arab. Portate. Orig. Suſcipite. Auct. Euehite, imponite.*
Diſcite a. m. *Orig. Videte.*
Mitis ſ. *S. Paul. Mitis ſum & dulcis. Syr. Mitis ſim. Clem. Alex. Ego ſum mitis. Orig. Sum manſuetus.*
Animabus veſtris. *Theoph. Animarum veſtrarum.*

Verſ. 30.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Iugum meum. *Fr. Luc. Lex mea.*
Suaue. *S. Cyp. Bonum. S. Euch. Leue. Clem. Alex. Benignum. Fr. Luc. Facile. Auct. Commodum. Ar. M. Blandum. Ianſ. Iucundum.*
Et onus m. *S. Cyp. & S. Aug. Et ſarcina mea.*

CAPVT XI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Nemo doctores, nemo doctrinam paruipendat. 637
Animarum ſalus non propria gloria quærenda. 637
Bruti animantis officio fungitur qui ſcelera ſceleribus nectit. Tactus Iſaias. 638
Vincula, & tribulationes ſingularis gratiæ, ac beneficij loco iuſti habent. 638
Gratia pro vinculis agenda. 638
Ioannis, & iuſti fortitudo vinculis adſtringi, & vincula non frangere. Tactus locus Iudicum. 639
Etiam in vinculis iuſtus Chriſto ſeruit. 639
In tribulatione attentius Dei verba audienda. 639
Dei ſerno vincula torques ſunt. 640.
Innocens vincula ſuſtinet in aliorum exemplum. 640
Animus magis ſoluitur dum corpus ligatur. 640
Quanti res ſit momenti, citò virtutis iter arripere. 641
Qui verè Deum colit ipſum coli à multis cupit. 641

Cum conſummaſſet Ieſus, præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde.

637. ABIT à diſcipulis ſuis Chriſtus, vt in ſuâ miſſione verſarentur; agit iſtuc, ne ſuâ præſentia illorum auctoritas minueretur, & claritatem miraculorum ipſe præſens obſcuraret. Tanti ſuos Doctores facit Chriſtus, tantique vult ab aliis fieri. Abeunt ab hac mente, qui Doctores paruipendunt, eorumque doctrinam.

Nullus gloriam ſuam quærat, quærat aliorum ſalutem. Exemplum in Chriſto habes, qui à diſcipulis ſuis diſcedit, vt in animarum ſalute laborare poſſent, & honor, ac reuerentia ab aliis eis exhiberetur, quod, Chriſto præſente non ita facilè factum fuiſſet; omnes quippè relictis diſcipulis ad Magiſtrum accurriſſent. Datâ operâ Chriſtus ſe ſubtraxit; quia non gloriam ſuam quærebat, ſed animarum ſalutem, quas etiam per Apoſtolos lucrari volebat.

Ioannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti.

IN vinculis Ioannes, à vinculis ſolutus Herodes: ſanctorum priuilegium eſt pro Chriſto pati, iſtuc impij non merentur. Sed vinculis quo- 638.
que ſuis non carebat Herodes; nam, *quaſi vinculum plauſtri, peccatum trahebat.* Rectè vinculum Iſa. 5.18.
plauſtri, vt bruti animantis fungatur officio, qui ſcelera ſceleribus addit.

Bonus nexus Ioannis, & vinculorum: Ioannes *gratiam* ſignificat, quæ notio cohæret cum vinculis; quia ingentis gratiæ ac beneficij loco haberi debet pro Chriſto vincula pati; vnde illud Apo- Act. 26.29.
ſtoli Act. 26.29. *Opto omnes fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.* Tantum de vinculis gloriabatur Apoſtolus. Oſtenditur præterea hôc nexu, gratias pro vinculis, omnibuſque tri-

bulationibus eſſe Deo agendas.

639. Sampſonis virtus eluxit, quum vincula rupit Iud. Iud. 16. 16. v. 9. Ioannis fortitudo, & iuſti cuiuſlibet in hoc ſita eſt, vt vinctus vincula ſeruet, non frangat, libenſque vinculis ſe adſtringi ob Chriſtum patiatur.

Querebatur per Ieremiam Dominus dicens: *A ſeculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula* Ierem. 2.20. *mea, & dixiſti: non ſeruiam.* cap. 2. v. 20. Non rumpit vincula Ioannes, ſed ipſis lætus conſtringitur, in ſuæ ſeruituris, ſuique obſequij ſignum quare etiam tacens clamat: *ſeruiam.*

In vinculis opera Chriſti audit Ioannes. Nunquid non antè etiam audiuit, cùm extra vincula? Audiuit: ſed hôc tacitè nobis innuitur, tribulalationem id in nobis præſtare, vt attentiùs Dei opera, imo & verba audiamus. In nocte voces meliùs exaudiuntur, quàm interdiù: eâdem ratione, in aduerſitatis nocte, Dei voces attentiùs excipiuntur, & eo tempore aures illis monitis præbemus, quibus antea clauſeramus. Iurè ſcriptum: Iſa 28.19. *ſola vexatio dat intellectum auditui.* Iſaiæ 28. Opportunè igitur tunc Diuina cogitanda, Deique verba excipienda & mente verſanda, cùm tribulationum vinculis obſtringimur.

640. In vinculis erat Ioannes: ſatis erat, ſi in carcerem coniiceretur; nec enim fugiſſet, etiamſi poſſet: ſingularis beneficij loco habuit Ioannes in carcerem coniici, vt caſtitatem defenderet. Dei ſpectaculum factus Ioannes, dum vinculis ſe obſtringi in Dei gloriam ſinit. In vinculis eſt Ioannes: fallor: vinciri Dei ſeruus nequit; torques vincula ſunt, ornatur illis potiùs, quàm crucietur.

Innocens vincula ſuſtinet, in aliorum exemplum; vt ab ipſo patientiam diſceremus, vtque animi eius fortitudo ita omnibus innoteſceret. Vinciri iuſtus poteſt, vinci non poteſt: animus magis ſoluitur; vt in Cælum, in Cœleſtia migret quò magis corpus ſtringitur, & ligatur. Ligari Ioannis corpus vinculis potuit, non potuit animus, qui magis liber erat, quò magis caro vinciebatur: Diuinis tandem rebus attentior in vinculis fit.

641. Cùm in vinculis eſſet, mittit diſcipulos ad Chriſtum, vt Chriſto adhærerent: ſui oblitus aliorum curam, agit; quidni clauſus carcere Chriſtum ſuis commendet, cùm etiam clauſus matris vtero eundem Chriſtum corporis motu oſtenderit, laudauerit; *mirari non debemus* verba ſunt Sancti Ambroſij, *quòd ab Herode miſſus in carcerem clauſus, Chriſtum ſuis diſcipulis intimaret; cùm clauſus in vtero eundem Dominum geſtibus prædicaris;* ipſe nimirum à ſe ipſo doctus, vir ab infanti; tantum ad bonum momenti habet, ad bonum citò aſſueſcere.

In vinculis eſt Ioannes, & diſcipulos ad Chriſtum mittit, ne ſolus cæleſtia bona poſſideret; qui verè Deum colit, coli à multis cupit; mittit diſcipulos ad Chriſtum, vt Chriſti amore ardeant; nimirum, *opportunum tempus eſt alios vrgendi ad Chriſtum, cùm ob Chriſtum quis vinculis vrgetur.*

SECTIO II.

Cur duos diſcipulos ad Chriſtum Ioannes miſerit. 642

Ad Chriſtum mittuntur, qui perſuaderi facile poſſunt & qui ſincerius veritatem referrent. 642.

Quam vtile in carcerem coniectos viſitare. 643

Superior quandoque vt ſanet ægrotum ſe fingit ægrotare. 643

Chriſti præſentia, operumque eius vox quàm efficax. 644

Doctores & ſuperiores boni operis impedimenta auferant. 644

Subditorum errores fere ſuperioribus tribuuntur. 645

Perfecti eſt, in tribulationibus propriis alienis commodis, & alienæ ſaluti ſtudere. 645

In carcere vt in templo Ioannes docet; In matris vtero hoc didicit. 645

Qui Chriſtum amat vincula non fugit, ſolui non quærit. 646

In carcere Chriſtum maximè venerari poſſumus. 646

Quò quis morti vicinior, eò magis alienæ ſaluti debet ſtudere. 647

Etiam per alios adhærere Chriſto volunt ſancti. 647

Chriſtus ſe Dei filium non tàm verbis quàm operibus prodit. 647

Quò quis ſe magis humiliat, eò maior æſtimatur; vilis fit, qui ſe iactat. 647

Mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi.

Mittens duos: Græcè, πέμψας δύο, *Miſſis duobus.* Duos mittit honoris Chriſti cauſâ, 642.
& vt eorum, quæ viſuri, & audituri erant, teſtes legitimi eſſent; nam in ore duorum aut trium teſtium ſtat omne verbum: tandem, vt certiùs reſponſum referrent, & maiorem apud alios fidem reperirent.

Duos ex diſcipulis ſuis Ioannes ad Chriſtum mittit; fors, quia nouerat, hos faciliùs quàm cæteros, perſuaderi. Ad Chriſtum dirigendus eſt, qui non durus, lapideoſque ſit, ſed flexibilis, & qui doceri facilè poſſit. Præterea, veriſſimile eſt, eos miſiſſe, qui, quùm eſſent indolis optimæ, exactius, & ſinceriùs referrent, quæ oportebat.

Iurè ad Chriſtum hi diſcipuli mittuntur: iſtuc 643.
meruerunt, quùm magiſtrum, in carcerem coniectum, non deſeruerint. Probos ſe diſcipulos probant, quùm in aduerſis à ſuo doctore non abeunt, nec in carcere, vinculiſque poſitum derelinquunt. Pende, quàm vtile in carcerem coniectos viſitare.

Mittit, non quia ipſe Ioannes dubitet, an Chriſtus verus Meſſias eſſet; ſed, vt diſcipulorum dubitationem tolleret, qui ſaltem Chriſti operibus, ac miraculis crederent, ſi Ioanni non crederent. Miſit autem, quaſi ipſe dubitaret; quia quandoque Superior, velut medicus, vt ſanet ægrotum, ſe fingit ægrotare.

Mittit diſcipulos duos ad Chriſtum, vt à Chriſto 644.
informentur. Quod ipſe longâ inſtructione conſequutus non fuerat; Chriſti præſentiâ, & mirabilium operum exhibitione ſe conſequuturum ſperabat. Nimirum, operis vox vehementior eſt, quàm ea, quæ à docentis ore prodit.

Mittit, tanquam ſuâ cauſâ ageretur, cum ageretur diſcipulorum: quod præſtitit, ne irent cunctarentur; vetiti enim fuiſſent, Chriſtum ſuo ipſorum nomine adire, ne fortè, vt parùm ipſi fuerant Chriſti ſtudioſi, ita viciſſim Chriſtum durum experirentur, & hôc timore aut non irent aut rem diù producerent. Huiuſmodi impedimentum, vt aduertit, ita anteuertit Ioannes, & diſcipulos ad Chriſtum dirigit, ac ſi res ſua ageretur. Hoc doctorum

ctorum munus, ac Superiorum eſſe debet, vt omnes difficultates auſerre ſtudeant, quibus diſcipuli, & auditores, à bono auocari poſſint, & impediri.

645. Subditorum errores ſuperioribus tribuuntur: ſciuit hoc Ioannes; & ideo diſcipulos ad Chriſtum mittit, vt ab ipſo informarentur, ne magiſter ipſe ob diſcipulorum ignorantiam malè audiret.

In vinculis poſitus Ioanes tunc maximè ſuorum diſcipulorum ſaluti conſuluit; quia hominis verè perfecti eſt, in quibuſcunque tribulationibus, alienis commodis ſtudere, ac ſi ſui oblitus, in proximi ſalutem totus rapiatur.

In carcere inſtruit, in carcere docet: templum carcer Ioaoni fit. Mirari quiſpiam poſſet, quòd in carcere clauſus Chriſtum ſuis diſcipulis intimaret: ſed nil mirum, in carcere iſtuc egiſſe Ioannem, cum in vtero matris clauſus eundem Dominum geſtibus prædicarit. Quód initio quis didicit, non facilè poſtea negligit, aut dimittit.

646. Ad Chriſtum mittit, non miſit ad Herodem, à quo coniectus in vincula fuerat, vt liberationem obtineret: non enim, qui Chriſtum amat, ſolui quærit, & vincula fugit; ſed æquo, libentique animo patitur ob eius gloriam. Ioſeph in vinculis ait ei cuius ſomnium fuerat interpretatus:

Gen.40.14. *Memento mei, vt ſuggerat Pharaoni, vt educat me de iſto carcere*, Gen.40. vt ob id Dei iudicio per duos annos in eo manſerit. Non ita Ioannes: ad Chriſtum mittit diſcipulos, non ad Herodem, nec liberationem ſui tentat, ſed aliorum ſalutem quærit.

Ioannes matris ventre, veluti carcere, clauſus ad Chriſti præſentiam exiliuit: ac ſi effringere carcerem vellet, tanquam iniuſtam cuſtodiam, matricem quatiebat: egredi volebat vt Chriſtum veneraretur, & adoraret. Hic in carcerem verè coniectus, egredi non curat, non poſtulat ſolui. Nil mirum; ſciebat quippè, Chriſtum magis Ioannis carcere venerari, quàm ſi eius pedibus accidiſſet.

647. Quò quis morti vicinior, eò magis alienæ ſaluti ſtudeat. Docet hoc Ioannes, qui cum mortem ſubire deberet, effugium nullum quærit: de ſuorum tantùm profectu ſolicitus, ad Chriſtum diſcipulos dirigit, non vt liberationem ei precibus obtinerent, ſed ipſi ab infidelitatis vinculis abſoluerentur.

Ad Chriſtum mittit diſcipulos Ioannes, vt poſt eius mortem adhærerent Chriſto; quod expendebat etiam Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, vbi ait; *Veretur Ioannes, ne, cum, ipſum in cælo viuam agere, diſcipuli, accepiſſent, pertinaci quodam honoris ſtudio, & veteris magiſtri deſiderio Chriſto deſerto cognominem aliquam Ioannis turbam, eámque Chriſtiano gregi inimicam ducerent: Ideo nunc eos ablegat, in ſpecie de Chriſto quidem ipſo ſciſcitans, re ipſa verò eos cum Domino coniungens per interrogationis ſpeciem, diſcipulis cum Chriſto familiaritatem concilians.*

Tu es, qui venturus es: an alium expectamus?

TV *es qui venturus es*: Græcè, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, *Tu ne es ille venturus*, qui prophetarum vaticiniis promiſſus expectatur? Non ait: *Dic nobis, ſi tu es qui venturus es*, fors, quia Ioannes nouerat, Chriſtum rebus potius, quàm oris affirmatione diſcipulos conuicturum; conſtitutumque à Deo conſilium, vt Dei filius non tàm verbis, quàm operibus à patre declararetur.

Ad Chriſtum diſcipulos Ioannes dirigit, vt inſtruantur, & eorum error protereretur, quo Ioannem, ipſum Meſſiam exiſtimabant. Sed hic aliquis ſciſcitabitur: Cur Ioannes ipſe ſuos diſcipulos non docuit? Cur ab eorum mentibus hunc errorem non abraſit? Docuerat, & errorem auferre tentauerat, ſe ipſum deprimendo; ſed eò magnificentiùs de ipſo ſentiebant diſcipuli, quò magis ſe deiiciebat: vnde videns, quòd nihil, ſe deiiciendo, efficeret, ad Chriſtum diſcipulos adlegat: Diſce: magnus etiam apud homines habeberis, ſi non tui, rerumque tuarum iactantiâ, ſed humilitate, & deiectione eris inſignis. Superbus, vanus æſtimatur; & vilis fit, qui ſe extollit, qui ſe iactat.

SECTIO III.

Increduli non verbis ſed factis perſuadentur & conuincuntur. 648

Fortior rerum, quàm verborum vis. 648

Aliorum defectus publica notitia quantum nobis licet eximendi. 649

Καταβλέπειν. quid. Benè oculis vtitur, qui eos in Cælum eleuat, & terrena reſpicere dedignatur. 649

Εὐαγγελίζεσθαι quid. Obediat Euangelio qui Euangelium enunciat. 650

Animarum ſalus præcipuè quærenda, & ad eam omnia dirigenda. 651

Chriſti modeſtia, & iactantiæ fuga. 651

Dignitatis titulus factis potius, quàm ſermone probandus. 652

Non meretur accipere quod poſtulat, qui ſictè accedit, & ad oſtentationem aliquid poſtulat. 652

Laude digna calumniis non proſcindenda. 652

Quò grandiora præſtitimus, eò magis cogitare debemus nos morituros. 653

Vitandum adulationis ſignum. 654

Tuto quis laudari poteſt cum in aduerſitatibus firmus in Dei obſequio manet. 654

Suorum famæ Chriſtus conſulit. 654

Excuſatur à Chriſto, qui ſe non excuſat. 655

Qui verâ laude cumulari quærit hominum laudes fugiat, Deum laudet. 655

Temerè iudicare alios non debemus. 656

Finis & intentio in actione penſatur. 656

Sancti non facilè quatiuntur, quia in cælo radices figunt. 657

Sanctorum exemplo firmam columnam reſerre quiſque debet. 657

Leues & inconſtantes qui veſtitus, & ferculorum delicias ſectantur. 658

Qui carni blandiuntur, Deum pro Rege non habent. 659

Ferè vitiorum domicilia, qui regum incolunt palatia, 660

A gratia, non à natura iuſti dignitas & magnitudo, 661

Laudatur qui ſe demittit. 661

Chriſtus pacis auctor vel leuem diſſidij ſuſpicionem aufert. 661

Ioannis Baptiſtæ laus. 662

Per humilitatem ad cælum eundum, 662

Maturè incipiat, qui aſpirat ad magna. 663

Diuini iudicij memoria quàm vtilis cælo expugnando. 663

Laudabilis rapina, quâ cælum rapitur. 664

Singularis Ioannis abſtinentia. 664

A potentia abhorrere, quàm graue piaculum. 665
Mortis memoria ad pœnitentiam ducit. 665

Euntes renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.

648. CVr non diſertè quæſtioni reſpondet, dicendo, ſe eſſe Chriſtum, præſertim cum mulieri Samaritanæ, etiam non interroganti, id dixerit? Ioan. 5. verſ. 33. & 36. An, quia homines increduli non verbis, ſed factis perſuadentur, & conuincuntur? Pia Samaritana facilè erat eius verbis creditura. Scilicet difficiliùs viri increduli veritatem excipiunt, quàm mulieres.

Ioan. 5. 33. & 36.

Vides ex his, quàm fortior rerum, quàm verborum ſit vis; & nihil eſſe, quo magis homines alliciantur, quàm factis, & operibus. Vt bonum alicui perſuadeamus; opera, non verba videantur: manus potiùs operetur, quàm lingua.

649. *Renuntiate*, inquit, *Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis*: Sciebat Chriſtus, non Ioannem, ſed eius diſcipulos dubitaſſe, eſſet ne ille, qui venturus erat: cur igitur ait: *Renuntiate Ioanni?* Cur diſcipulorum dubitationem non aperit, non arguit, non tollit? Noluit ſignificare, ne eos incredulitatis, & ſimulationis inſimularet, & eorum peccatum reuelaret. Quo facto docuit, aliorum defectus, aliorum notitiæ publicè non eſſe exponendos, ſed quantùm nobis licet ſubducendos.

Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur: Pauperes Euangelizantur.

Cæci vident. Græcè, *τυφλοὶ ἀναβλέπουσι*, *cæci ſurſum reſpiciunt*, *ἀναβλέπειν* eſt *ſuſpicere, oculoſque attollere*: ac ſi cæci, qui viſum à Chriſto receperant, terram reſpicere dedignarentur cælum reſpicerent, in ſublime oculos tollerent, cæleſtibus inhiarent. Ritè oculis vtitur, qui eos in Cælum eleuat; nam de impiis ſcriptum eſt: *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* Pſal. 16. verſ. 11. Iuſti in cælos erigunt, cæleſtem patriam ſuſpirantes.

Pſal. 16. 11.

650. *Pauperes Euangelizantur.* Græcè eſt, *εὐαγγελίζονται*, quod actiuè ſumi poteſt, quaſi dicat, *pauperes prædicant Euangelium.* Sed commodior ſenſus euadit, & contextui cohærentior, ſi paſſiuè ſumatur hoc verbum; vnde ſit ſenſus, *pauperes Euangelium audiunt, & recipiunt*: vt ad Iſaiæ Prophetiam fiat alluſio, quæ cap. 61. habetur: *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, ad annuntiandum manſuetis*, ſeu, vt alij habent, *pauperibus miſit me*: Quod hîc præſtitum legimus. Nobis fas ſit, diuerſas eiuſdem verbi notiones nectere. *Pauperes Euangelizantur*; id eſt, & audiunt Euangelium, & prædicant etiam: quod pauperes Apoſtoli præſtitere. Quo nexu tacitè ſignificatur, obediendum priùs Euangelio, quàm illud aliis enuntiemus.

Iſa. 61. 1.

651. Sed obſerua, quòd apud Iſaiam prædicationis fit mentio; ſed, quòd mortui reſurrecturi ſint, & claudi ambulaturi, & leproſi munditiem indepturi non dicitur. Nempè tacitè ſignificatur, hæc omnia miracula, quibus corpus ſanatur, ad animarum ſalutem, quæ Euangelij prædicatione quæritur, dirigenda; adeò vt hæc fere nihil à Deo putentur, ſi animarum ſaluti comparentur.

Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur. Noto in his verbis Saluatoris modeſtiam. Poterat, & verè, dicere: Cæcis viſum tribui, claudos ambulare feci, ſurdos audire, & mutos loqui. Abſtinuit ab hoc loquendi modo, ac tantùm ait: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur*: vt, non iactantiam modò, ſed & eius vmbram fugere videatur. Tumidi ac ſuperbi ab aliis facta narrant ac ſi facta à ſe fuiſſent. Verus humilis, quæ à ſe præſtita, tanquam aliena, recenſet.

Cæci vident, claudi ambulant: Diſcipulorum quæſtioni non reſpondit Chriſtus verbis, reſpondit operibus; vt ſuperiores inſtitueret, muneris, & dignitatis titulum factis potiùs probandum, quàm ſermone. 652.

Exhibet Chriſtus miracula Ioannis diſcipulis, qui aliàs Phariſæis petentibus efficere noluit; nam diſcipuli bono, minimèque ſimulato accedebant animo, ſicut è contra Phariſæi. Non meretur accipere, quod poſtular, qui ficto accedit animo. Ioannis diſcipulis miracula exhibentur, quod negatum Phariſæis; quia non in profectum, ſuique ſalutem fieri poſtulabant, ſed ad oſtentationem duntaxat: Ioannis diſcipuli informandi, & in fide erudiendi erant.

Phariſæi miracula petebant, vt ea calumniarentur: hoc à Ioanne Ioannis diſcipuli non didicerant: narrare, & celebrare laude digna nouerunt, non calumniis proſcindere: ideo coram ipſis tàm inſignia Chriſtus edidit miracula.

Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.

POſt tot miraculorum mentionem, ſuæ mortis memoriam refricat, cum ait: *Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me*, cum ſcilicet me mortuum viderit, aut audierit; non infidelium ſcandalum in eo pertulerit, quum poſt miracula mori eum vidit. Mira faciebat Dominus, ſed mors eius menti inſidebat; oſtendens, in magnarum rerum exhibitione cogitandum nos morituros. Inter miracula mortem interſeruit, quia Chriſti mors omnium miraculorum ſumma, atque compendium eſt. Scilicet tunc maximè de morte cogitandum, quum magna aliqua præſtamus. 653.

Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne.

QVare non ante laudauit? Cur non coram Ioannis diſcipulis Ioannem extulit? Ne adulari videretur. Vitanda laudatori adulationis non ſolum nota, ſed & ſignum. 654.

Nunc maximè laudat Chriſtus Ioannem, cum in vinculis eſt? quia tunc tutò quis laudari poteſt, cum aduerſitatibus obſeptus firmus in Dei obſequio manet.

Ionnem, qui erat in carcere, laudibus Chriſtus extulit. Præconem verum verus Iudex exaltat, ne ob culpam captiuum detineri crederetur. Suorum nomini Chriſtus conſulit, conſulit famæ.

Extollit Chriſtus Ioannem, vt eius probaret innocentiam. Nil mirum: excuſatur à Chriſto, qui ſe non excuſauerat. 656.

Laudauerat Ioannes Chriſtum; *qui poſt me venturus eſt fortior mê eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare* Laus laudi rependitur, non patitur ſe vinci Chriſtus, laudat laudatorem ſuum, *cœpit dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis videre in deſerto. Ecce illud quod ſponſa de ſponſo gloriatur in Cantico amoris ſui. Ego dilecto meo: & dilectus meus mihi: Ioannes Ieſu, & Ieſus Ioanni: Ioannes Ieſum prædicat, Ioannem Ieſus commendat. Par pari redditur,*

redditur, & tam amica, quàm iuſtâ viciſſitudine charitas inuicem prouocatur; ait Guarricus; Nimirum, qui vera cumulari laude quærit, hominum laudes defugiat, Deum ſuum laudet: Iuit in exemplum Ioannes.

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?

656. QVid exiſtis in deſertum videre? Græcè eſt θεάσασθαι, *ſpectare*. Sed quæri hîc poteſt: quare non arguit Diſcipulos Ioannis, qui de Meſſia dubitauerant; arguit verò tàm acriter Iudæos, qui malè de Ioanne ſentire videbantur? Quia temerariè quempiam iudicare non debemus cum hoc maximè Deo diſpliceat: nam plerique audientes interrogationem Ioannis, putabant Ioannem dubitare de Chriſto, & hominem inconſtantem eſſe; quod arguit Chriſtus, oſtendens malè de nullo, leui argumento ſentiendum.

Non arguit diſcipulos Ioannis, quia non ex malitiâ, ſed ex ignorantiâ interrogationem Chriſto expoſuerunt. Tantùm intereſt, quo fine aliquis in actione aliquâ ducatur.

657. *Arundinem vento agitatam?* etſi moretur in deſertis Ioannes, non eſt tamen arundo deſerti, *ſed cedrus paradiſi, columna Cæli. In Cælo radicem fixit, quò nullus ſpiritus procellarum aſpirat*, ait Guarricus; quateretur ſi in terris radices egiſſet; Quatiebatur Herodes cùm tui habatur, quia nimirum non in Cælo radices fixerat, ſed in terrâ regni terreni amore correptus, quod ambitione actus inuaſerat. Qui nullo aduerſitatis turbine, aut vento quati non vult, Ioannis exemplo, radices in Cælo figat, cæli perpetuus habitator futurus.

Arundinem vento agitatam, non fuit arundo, vt facilè flecteretur; fuit columna firma, ſtabilis, immobiliſque, vt eius exemplo nos quoque eſſetmus, nec ira frangeremur, nec inani honoris aurâ flecteremur; hîc optimè quadrant Beati Laurentij Iuſtiniani verba, qui ita loquitur: *Hanc conſtantiæ & perſeuerantiæ prærogatiuam dedit Dominus Ioanni Baptiſtæ, quum de ipſo ad turbas loqueretur dicens. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? quaſi diceret non fuit Ioannes mobilis ſicut arundo, vt leuitate mentis, & fidei de Domino ambigeret, quem ante prædicauerat. Non fuit arundo Ioannes: ſed columna immobilis. Non mouebatur vento tentationum, nec proſperis erigi, nec aduerſis inclinari nouerat. Non quatiebatur timore nec flectebatur adulatione, nec eum blandum gratia, nec ira cuiuſlibet aſperum faciebat. Sic inimicos, vt amicos, diligebat, ſic potentes vt impotentes arguebat. Diſcamus & nos arundines vento agitata non eſſe; ſolidemus animum inter auras tentationum poſitum; ſtet inflexibilis ſtatus mentis noſtræ, nulla nos detractio ad iram prouocet atque ad remiſſionem inutilis gratia, nullus nos fauor inclinet. Non nos proſpera eleuent, non aduerſa perturbent, vt, qui in ſoliditate fidei, & amoris virtutis figimur, nequaquam tentatoribus, aut rerum tranſeuntium mobilitate moueamur.*

Quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.

658. CHriſtus in Ioannis laudibus huc ſpectauit, vt probaret, eum, hominem minimè leuem fuiſſe, non inconſtantem, qui ad quamlibet occaſionem vacillet, nutet, mutetque ſententiam. Sed cur à veſtium delicijs, à ciborum luxu eum abhorruiſſe affirmat? hæc quippè cohærere cum primariâ eius intentione non videntur. Cohærent tamen: quia hi, quibus cordi, mollis, ſplendiduſque veſtitus; qui ferculorum delicias ſectantur, & ſuperfluis indumentorum delectantur paraturis, inque aulis, regumque domibus degunt; leues ferè, inconſtantes, ſicut & aſſentationis labe infecti, cenſendi ſunt. Ab omni ſententiæ inconſtantiâ Ioannes aberat, & in ſignum, cum cibi, veſtituſque delicias fugiſſe affirmat Chriſtus.

659. Colligi quoque hinc poteſt, eos, qui carni blandiuntur, mundo militare, non Deo, ſeculúmque habere pro rege, non, qui condidit ſeculum; Guarricus Abbas egregiè hæc verba verſabat hiſce verbis: *Dominus cùm de aſperitate veſtis laudaſſet amicum in omni domo ſua fideliſſimum, ecce, inquit, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt: volens nimirum intelligi; quia, qui ſectantur delicias carnis, regno huius ſæculi militant, non regno Dei.*

In domibus regum ſunt. Qui ſectantur ea, quæ carnem fouent; qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, cùm in mentis ſuæ domicilio reges eſſe deberent; Ioannes, qui pietatis, ſanctitatiſque veſtes induerat, vel antequam in locum prodiret, natus molles veſtes auerſatur, elegit aſperas, & viles. Diſce; *vilis non eſt habendus, qui viles veſtes habet, ſed qui molles.*

660. *In domibus regum ſunt*; ſed quid hoc mali? an rectè ſignificare voluit, alijs quoque vitijs facilè operiri qui mollibus veſtibus operiuntur, *cùm ij qui in domibus regum ſunt vitiorum ſoleant eſſe domicilia?* ab hac veſtium mollitie alia oriri vitia indicauit Guarricus Abbas, qui verba hæc premens, hæc habet verba: *Viuant tamen his delicijs; tantum mollitie veſtium, & ſuauitate epularum contenta eſſet teneritudo delicatorum, nec alias ſpinas vitiorum germinaret in eis ramus voluptatum, vt hoc eſſet omne peccatum eorum, deliciari, non luxuriari. Ipſi viderint, ſi ita extinctus eſt in eis ignis, vt tot fomentis circumpoſitis nequeat reaccendi: præſertim ventis ex aduerſo flantibus, id eſt verbis, & rebus laſciuis ſpirantibus.*

Effert Ioannem Chriſtus, quod molles veſtes non ferret; à veſtium aſperitate laudari potuit, quem tam inſignis ſanctitatis veſtis exornabat, vt ſtatim addiderit, *inter natos mulierum non ſurrexit maior*; alioquin nuda laus eſt, quæ in mollium tantùm veſtium nuditate eſt ſita.

Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſtâ.

661. QVod ait, *non ſurrexit*, Græcè eſt, οὐκ ἐγήγερται, *Non ſuſcitatus, ſeu, excitatus eſt*: vt oſtendatur, Dei eligentis, ac mittentis, non humanæ naturæ, hoc beneficium extitiſſe. Non potuit huc natura ſuis viribus Ioannem euehere, vt cæteris præferretur: potuit gratia; vnde & à gratiâ nomen habuit, Ioannes dictus eſt.

Tam magnis effert laudibus Chriſtus Ioannem, qui ipſe ſe ad eius pedes demittebat, cum indignum ſe putaret, qui calceamenta eius ſolueret: Ioannis humilitati magna hæc laus reſpondet. Putabatur, Ioannes quòd Chriſtus eſſet, & in humilitatis limites ſe coërcuit: hinc altiùs extollitur à Chriſto, quò profundiùs ſe in tantâ laude demiſerat.

Nunc præcipuè laudat Ioannem Chriſtus, ne adſtantes, diſcipulorum Ioannis interrogationem audientes, putarent diſſidia inter Ieſum, & Ioannem nata: huic cogitationi occurrit Chriſtus; &, cum pacis auctor ſit, vel leuem diſſidij ſuſpicionem aufert.

662. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior*; magna laus, ſed à magno: Salomonis ſunt verba; *laudet te alienus, & non os tuum.* A Deo ſuo laudatus Ioannes; *Quàm felicius, quàm glorioſius eum laudant quempiam labia Dei ſui. Deus neminem facilè laudat, quem laude poſſe inflari videat, vel quem ex fine debere reprobari prauideat*; ait Guarricus Abbas; quia ergo laudatur à Chriſto Ioannes, & humilis comprobatur, quia non inflatur, & gloriæ cæleſtis certus hæres, ne Chriſti laus in exitium deſinat. Hinc non reperies facilè aliquem à Deo laudatum, qui corruerit; tantum ab humanâ laude laus diuina diſtat; illa quippè in eius, qui laudatur, damnum vergit, & decipit dum euehit; hæc in bono firmat, & firmatum eſſe oſtendit quem afficit.

Non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta; ſed, ne ſuper omnes caput extolleret, caput ei præciditur; vt innueret per humilitatem ad regnum cælorum eundum, non, per prælationem: *Quoniam igitur maior omnibus*, ait Sanctus Iſidorus Peluſiota, *què ex mulieribus nati fuerant erat Ioannes, caput ipſi, ante donatum cælorum regnum, præciſum fuit.*

663. *Non ſurrexit maior*; ſed vnde ei tanta magnitudo, tantuſque virtutum cumulus? præter alia, quia & altè, & maturè incepit. *Ioannes intra matris viſcera Spiritu ſancto repletus exultat; &, vt nullus inter natos mulierum maior ſit, priùs ſenſit initia gratiæ, quàm naturæ*; ait Sanctus Proſper.

A diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur.

A*Diebus Ioannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur*; Cur. An quia inferre vim cælo Ioannes docuit: ſed quibus arietibus, quibus armis? Et diuini iudicij memoriâ, cuius ſæpè, peccatores arguens, mentionem faciebat, iræque futuræ; explicari non poteſt quantam vim hominum mentibus hæc cogitatio afferat, vt ſui victores, deuictiſque concupiſcentiis, cælum expugnare valeant.

Præterea pauci quondam fuerint, qui cælum vi expugnarint. Baptiſta dum tàm ſeueræ pœnitentiæ exemplo cæteris præiuit, multos ad hoc bellum veluti quadam tubâ conuocauit.

Et violenti rapiunt illud.

664. V*Iolenti rapiunt illud*; A rapinâ ad rapinam vocat, à noxiâ ad ſalutarem, latronum more res alienas inuadentium cælo vis eſt inferenda; non poterat commodiùs diligentiam, ſtudium, feruorémque commendare; Difficile eſt hominem à rapinâ auellere; ideo mutauit materiam, quæ raperetur, non omnem prorſùs damnauit rapinam; *Ne rape terram, ſed cælum* ait Sanctus Chryſoſtomus; *quid rapinam exerces in pauperem? vt te criminetur? rapito Chriſtum hoc rapinæ genus approbantem? Chriſtus dicit, me rapito; & gratiam tibi habebo iſtius rapinæ*; rape, vimque infer non terræ, ſed cælo; vt cælum rapiens in cælum rapiatis.

Venit Ioannes neque manducans, neque bibens.

SIngularis fuit Ioannis abſtinentia, vt exemplo ſuo Iudæos ad Chriſtum alliceret. Explicari non poteſt, quantam in hominum animis vim habeat Doctoris abſtinentia: & deliciarum neglectus. Ioannes magnâ mentis acie præditus eſſe debebat, vt Agnum videret, & aliis eum oſtenderet; vt igitur tantæ lucis capax mens eius eſſet, abſtinentiam adeò coluit, vt vix comedere, aut bibere videretur.

Tunc cœpit exprobare ciuitatibus; quibus ciuitatibus? *illis in quibus facta ſunt plurima virtutes*; 665.
multa in bis ſigna Dominus ediderat, nec tamen conuerſæ ſunt. Sed quid cœpit exprobare? *quia non egiſſent pœnitentiam*; Cur non potiùs, quòd ea perpetraſſent, ob quæ illis agenda pœnitentia eſſet? *Non exprobrauit eis quòd peccata egiſſent, ſed quòd pœnitentiam non feciſſent*, ait Sanctus Thomas hìc; labi humanum eſt, ſed Dei præſentiam, veniam pollicentis, reiicere, malitiæ cumulus eſt, & hoc eſt, quod maximè Deo diſplicet, cùm peccatores à pœnitentia videt adhortete.

In cilicio, & cinere; cinis pœnitentiæ in ſacris litteris nota, quin & medium; mortis enim memoriam ingenerat, & humanæ fragilitatis; quæ cogitatio ad veram pœnitentiam ducit, & initam pœnitentiam fouet, ac nutrit.

SECTIO IV.

Chriſti hoſpitio quàm anima nobilitetur in ſacra Euchariſtia. 666
Qui maioribus beneficiis cumulatur grauius plectetur niſi proficiat. 666
Maiori reprehenſione digni, qui in alios malitiam ſuam tranſmittunt. 666
Verbi reſpondendi *vis. Eius profectui cum quo loquimur reſpondere debemus vtilia proferentes.* 667
Ἀποκριθεὶς *quid, quid* [illegible], *concoquenda meditationis calore; quæ loquimur.* 668
Confiteri *pro laudibus celebrare. Dauidi lux facta.* 668
Chriſti in nos amor facit, vt beneficia nobis à Patre exhibita ſua putet. 668
Ingentis miſericordia eſt, quòd Deus lucem ſubtrahat eâ abuſuris. 669
Chriſti excellentia à noſtra ſalute quærenda cum non auocat ſed excitat. 670
Amari magis vult Chriſtus, quàm timeri. 671
Reficere humanæ mentis laſſitudinem nullus alius infra Deum poteſt. 671
Labores Chriſtus non aufert, ne auferat meriti occaſionem. 671
Requiem ſuis tribuit Chriſtus. 672
Suos ſe ipſo Chriſtus recreat. 672
Magnus eorum labor, qui diuitias cumulant. 673
Otioſitas ipſa onus magnum. 673
Amor omnia dura mollia efficit, & leuia quæ grauia. 674
Fidelium vnio, & concordia ſub Euangelicis præceptis. 674
Αἴρειν *quid. Diuitiæ onus graue.* 674
Euangelium tanquam lex diuina venerandum, non temerè diſcutiendum eſt. 674
Mitis, & humilis ſuperior ſit. 675
Manſuetudinis vtilitas quàm magna. 675

Anima

Animæ quies quærenda, non corporis. 676
In humilitate quies in ſuperbia labor eſt. 676
Mentis requiem corporis labor non tollit ſed fouet. 676
Humilitas Chriſti exemplo diſcenda. 677
Sub iugo requiem inuenit, qui iugum ſponte tollit. 677.
Fraterna dilectio vt commendata. 678
Solus humilis humilitatis verè verus magiſter. 678
Nobiſcum Chriſtus laborat. 679
Virtutis via aſſuetudine leuis & ſuauis fit. 679
Chriſti iugum, ſuaue; & leue onus. 680
Amor leue onus reddit, quod torpor graue. 680
Iugum Chriſti in altum eos euehit à quibus portatur. 681

Et tu Capharnaum nunquid vſque in Cælum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes.

666. NVnquid *vſque ad Cælum exaltaberis?* Syrus, *quæ ad Cælos vſque es euecta:* Pagninus, *Quæ es vſque ad Cælum exaltata.* Sed quî vſque ad Cælum exaltari potuit? Chriſti hoſpitio. Habitauit in eâ Chriſtus; ob id vſque ad Cælum euecta eſt. Pende, quàm ſublimis euadat mens, quæ Chriſti hoſpitio tàm frequenter in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento nobilitatur.

Vſque in infernum deſcendes. Sanctus Gaudentius, *Demergéris.* Pagninus, *Detrahéris.* Adamus Contzen, *Deducéris* Franciſcus Lucas, *Deprimérís.* Nos, *Deiicieris.* Omnia hæc fert verbum Græcum *καταβιβασθήσῃ.* Porrò noſter Interpres, cum tranſtulit, *deſcendes*, legiſſe videtur, *καταβήσῃ.* Pronuntiat Chriſtus, eò magis horrendam pœnam ipſi Capharnaum inſtare, quò maioribus Dei beneficiis cumulata erat, quibus vitæ mutatione non reſpondit. Nimirùm grauiter plectetur, qui, Dei dona accipiens, in peccatorum ſordibus demergitur.

Et tu Capharnaum; ſeuerè arguit hanc ciuitatem; quia ſcilicet, cùm haberet Dominum præſentem, & ei prædicantem, & miracula facientem tamen in peccato perſeuerabat; & ideirco tam durè increpatur. Præterea Metropolis erat, & inſignior ciuitas Galilææ, quæ malitiæ ſuæ exemplo cæteris vrbibus, oppidiſque in ruinam erat; atque adeo magis premenda erat, ne in alios eius ſcelus ſerperet; maiori enim reprehenſione ſunt digni qui ad alios malitiam ſuam tranſmittunt.

Reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi, Pater Domine Cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus & reuelaſti ea paruulis.

667. REſpondens dixit: Cum nulla interrogatio præceſſerit; cur reſpondiſſe Chriſtus dicitur? An, familiari ſacræ ſcripturæ phraſi reſpondere eſt cogitatam, & opportunam orationem proferre, aut intermiſſum ſermonem proſequi, ac velut nouum ſubiicere, & ordiri? An reſpondere dicimur, dum loquimur? quia, licèt in ſermonibus aliorum ſciſcitationi non ſatisfaciamus, reſpondere tamen indigentiæ, & vtilitati, ac profectui eius, cum quo loquimur, debemus? vt talia proferamus, quibùs opportunè eius neceſſitatibus reſpondeamus, cum quo ſermonem ſerimus; adeò vt nec inutilia, neque noxia, nihilque profutura adducamus in medium.

Reſpondens: Græcè, ἀποκριθεὶς, quod ſignificat, non ſolum, *reſpondere*; ſed etiam *digerere:* vnde vocabulum ἀπόκρισις, vt notauit etiam Euthymius hîc, non tam *reſponſionem* ſignificat, quàm *digeſtionem.* Quo nobis inſinuatur, dum loquimur, damuſque aliis reſponſum, digerenda priùs eſſe verba, & veluti concoquenda meditationis calore; nec cruda, ſine vlla animaduerſione euomenda eſſe, vt prudens, apta, ac ſalutaris noſtra reſponſio ſit. 668.

Confiteor tibi Pater: Verbum, *confiteri*, hîc propriè ſignificat laudibus celebrare, gratias agere, ſicut & apud Hebræos verbum הודה Hinc illud Pſal. 48. v. 19. *Confitebitur tibi, cum benefeceris ei*: quod vertit Marinus Brixianus, *celebrabit te.* Pſal. 48. 19.

Laudat Chriſtus Patrem, & gratias ei agit, quia ſuperâ humiles diſcipulos ſapientia Pater perfuderit; ac ſi collata hominibus beneficia ſibi conferrentur: adeo noſtri ardet amore Chriſtus, vt Patri pro nobis gratias agat, quum donum nobis cæleſte exhibet, tanquam ipſe in nobis beneficio afficiatur. Agit gratias, credentium nomine, vt ita amorem ſuum in ſuos ſignificaret.

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus. Itane Patri gratias agit; quod ſalutaria verba à prudentum, ſapientumque notitiâ ſubduxerit? Chriſtus adeo in ſuos effuſus, & liberalis, nunc Patrem laudat, quod ſapientiæ dona hominibus abſconderit? Hoc cum mitiſſimo eius ingenio cohærere non videtur; cohæret tamen; nam ingentis miſericordiæ fuit, quòd Deus homini lucem, & cognitionem ſubtrahat, & neget, quæ otioſa, & vacua eius negligentiâ futura erat; maiores quippè luet pœnas, qui cùm facienda didicerit, non fecerit. 669.

Ita Pater: Quoniam ſic fuit placitum ante te.

SIc placitum fuit; nimirum diuinæ liberalitatis, ac patris munificentiæ tribuendum, quod paruuli, humileſque rerum diuinarum myſteria docti ſint; non noſtris meritis, noſtræ induſtriæ. *Ita Pater, quia ſic placitum fuit ante te; non quia ſit meritum vel ab ipſis*; ait Sanctus Bernardus; res non eſt meriti, ſed paternæ bonitatis.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

VIx expoſuerat Diuinitatis ſuæ magnitudinem: ne putaretur, homines contemnere, omnes humaniſſimè inuitat. Vix dixerat. *Nemo nouit Filium niſi Pater: neque Patrem quis nouit niſi Filius, vel cui voluerit Filius reuelare.* Quibus verbis Diuinitatis magnificentia declarabatur, cum ſtatim homines feſſos & laborantes ad ſe Chriſtus allicit: nec tamen excellentiæ ſuæ mentio à noſtrâ ſalute quærendâ eum auocat: excitat potiùs, & eò ardentiùs perditos homines quærit Chriſtus, quò non hominem ſe tantùm eſſe cogitat, ſed hominum etiam conditorem. 670.

Venite ad me omnes: Tàm blandè omnes inuitat, ne illi maieſtatem, cuius mentio iam facta, reueriti abſterrerentur, & accedere præ reuerentia non auderent. Amari magis vult, quàm timeri. Maieſtatem ſuam explicauit, non vt timorem incuteret, ſed vt amorem inhalaret, promptiores eos ad parendum redderet, & alacriores. 671.

Ego reficiam vos. Ego, non alius. Infra me, nullus hoc plenè poteſt. Reficere humanæ mentis laſſitudinem,

dinem, qua circa terreoa, & peritura laborat, ſolus Deus poteſt.

Reficiam vos; Græcè, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, *& ego faciam, vt vos requieſcatis*, ita vertit Franciſcus Lucas Brugenſis. Arias Montanus, *ego recreabo vos*. Caietanus, *refocillabo vos*. Nos, *Ego requiem vobis dabo*. Pende, quòd non ait, *ego à vobis laborem, onuſque auferam*; ſed, *reficiam vos, vos recreabo*. Non tollit in hac vitâ labores, ne auferat occaſionem meriti; ſed interiori pabulo mentem reficit, vt vix labor ſentiatur, vix ſentiatur onus.

672. *Ego reficiam vos*: Requiem vobis tribuam. Non dixit, *ſaluos vos faciam*; ſed, quod maius eſt, in omni quiete conſtituam: hoc bonorum omnium cumulus, ſummaque perfectio eſt.

Venite ad me omnes; omnes vocat, omnes inuitat, nullum excludit; *& ego reficiam vos*. Modum non explicat, quo oos reficiat, nec rem, qua nos reficiat, & recreet; cur explicet? cùm ipſe ſit qui recreat, ipſe qui reficit, humanitas ipſa, caro ipſa, non aliud ab illo, non aliud præter illum hac virtute præditum eſt, vt laborantes recreare poſſit, & reficere? Præclarè Beatus Laurentius Iuſtinianus: *In ſtadio nos conſtituit, pugnandi neceſſitatem indixit, certaminis noſtri ſe iudicem fecit, vincenti coronam propoſuit, pugnanti plurima adminicula præſtitit. Nihil reliquum eſt, niſi vt in conflictu hoc ſtrenuè præliemur. Munitiſſima namque præparauit nobis præſidia, ad quæ quoties in bello fatigamur, ad ipſa accedamus, quatenus reſumptis viribus, robuſtiores, alacrioréſque in certamina redeamus. Tutus etenim locus, & inexpugnabilis eſt Verbi veneranda humanitas, in qua protectus quiſque ab inimicorum incurſibus liber efficitur. Ad hunc inuitabat ipſe Saluator, vt accederemus locum, quum dicebat. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Magnam quippè deperditarum virium ſentit reſtaurationem, qui in præſidio hoc habitare nouit. Omnes penè concupiſcentiarum ſopiuntur motus, omnis inimicorum ſæua rabies ſupprimitur, quum in præſidio hoc ſpiritus requieſcit.*

673. *Qui laboratis*: laborat, qui diuitiis inhiat; de diuitiarum acquiſitione totum hunc locum eleganti paraphraſi donat Beatus Laurentius Iuſtinianus, dum ait: *Vulneratus charitate Dominus Ieſus, & ſalutem ſitiens animarum, fideles omnes vocibus hortatur pij amoris, & affectu intima charitatis ad ſe imitandum, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis in agregatione temporalium diuitiarum, & onerati eſtis faſce propriarum voluntatum, & ego vos reficiam. Tollite iugum mandatorum meorum ſuper vos; quoniam ſuaue eſt, & onus dilectionis mea leue; & requiem inuenietis animabus veſtris. ô ſalubre conſilium, ô ſuaſio fidelis, ô admonitio ſalutaris, quid hac exhortatione conſultius, quid breuius, quid melius dici potuit? Docuit his paucis humanata Veritas, terrena deſpicere, ſpiritualia appetere, vana fugere, viſibilia non amare, pacem quærere, & cæleſtia poſſidere; Quis hæc audiens ſe continere poterit, quin obtemperet tam prudenti conſilio.*

Qui laboratis, laborantes vocat Chriſtus otioſos, & torpentes; *onus erat otioſitas ipſa, & quod non iudicabantur interim ad opera digni vineæ*, ait Origenes; ipſe ſibi onus eſt, & maximè graue, qui laboris onus vitat, etiam leue.

Et ego reficiam vos; reficit nos ne deficiamus; *Tu ergò times deficere vbi ſe veritas reficere te promittit?* ait ſanctus Bernardus; incipit deficere, qui deficere, ſub eo timet, qui reficit, quos recipit.

Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris; iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue.

QVì hæc cum ſuperioribus cohærent? nam 674.
cap. 7. dixerat: *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam?* Vtrunque verum eſt: nam anguſto quidem initio incipitur, ſed in progreſſu dilectione dilatatur: omnia dura & grauia, leuia & mollia amor efficit.

Tollite iugum: Iugum, Euangelica præcepta dixit, quòd in iugi modum accedentibus imponantur. Iugum dicuntur; quia ſub iis vniri fideles debent, vt ab inuicem non diſcrepent, non diſſideant, ſicut nec animalia, quæ ſub iugo ſunt, & trahunt aratrum. Nimirum, concordiam, & charitatem lex Euangelica fouet, & vnit ſectatores ſuos.

Tollite iugum meum: Signatè, *meum*; nam aliud quodlibet excutiendum eſt. *Tollite*: Græcè eſt ἄρατε. Verbum αἴρειν de iugo propriè dicitur, quod humeris imponitur: ad diuitias, opeſque quandoque porrigitur: Apollon. 2. Ἂν ἀάσπετον ὄλβον ἄροιντο, *vt immenſas opes reportarent*. Pulchrè ad diuitias verbum extenditur, quod de iugo propriè dicitur, vt ſtatim intelligeremus, tanquam graue iugum habendas diuitias eſſe.

Iugum meum, hoc eſt, legem meam Euangeli- 675.
cam. *Super vos*: Non *ſubtus*, nec, *iuxta vos* ſuſcipite, contemnendo, tanquam legem humanam, ſed *ſuper vos*, tanquam legem Diuinam venerando. Euangelium ſuper ſe tollit, qui noo diſcurit, qui non deſpicit; ſed tanquam aliquid Diuinum colit, quique intellectum in Chriſti obſequium captiuat: quod præſtare impij hæretici nolunt.

Quia mitis ſum, & humilis corde: Vtrunque in ſuperiore, Præſuleque requiritur: vt mitis exterius ſit, humilitatem intus habeat; vno ſi careat, à vera ſuperioris nota abit.

Et inuenietis requiem animabus veſtris; quàm magnam nobis vtilitatem mititas, & manſuetudo affert; *Illa enim*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *animam noſtram in perpetuâ tranquillitate, & quaſi in portu conſtituit, & omnis quietis occaſio nobis eſt; nihil enim animam ita in tranquillitate, & quiete eſſe facit, vti manſuetudo; & modeſtia; hac omni diademate ſe poſſidenti eſt honorabilior*; Qui immitis, durus, & ſæuus eſt, non in portu eſt; ſed in medio mari paſſionum fluctibus agitatur, ſemper inquietus, & turbatus.

Inuenietis requiem animabus veſtris; nimirum 676.
animæ quærenda eſt requies, non corporis; quæ otium fouet; Audiendus hìc auctor ſub nomine Chryſoſtomi, qui verba hæc expendens ait: *Non dixit inuenietis requiem, & tacuit; ſed addidit, animabus veſtris; quoniam mandata Chriſti in hoc ſæculo animarum requies ſunt, non corporum, quoniam, etſi laborant, & triſtantur in corpore, anima eorum requieſcunt, & gaudent in ſpiritu, & in ſpe*, inquies requies illa eſt, quæ corporis eſt ob torporem, non animæ ad boni operis laborem.

In humilitate quies, in ſuperbia labor eſt; hinc illud Chriſti Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis*; cur? vt non laboretis; addit; *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*; vt auocet à labore, ad humilitatem vocat, quia pacis, & quietis

quietis nutrix humilitas eſt; laboris, & laſſitudinis mater ſuperbia; Audiendus hîc Sanctus Auguſtinus: *Ideo labor ibi, quia iniquitas ibi; quia iniuſtitia ibi, ideo & labor ibi: ſed audiant extendentes manus. Venite ad me omnes, qui laboratis. Vos clamatis, vos contradicitis, vos conuiciamini: Ille è contra. Venite ad me omnes, qui laboratis in ſuperbia veſtra, & requieſcetis in humilitate mea. Diſcite à me, inquit, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Vnde enim illi laborant, niſi quia non ſunt mites, & humiles corde? Deus humilis factus eſt, erubeſcat homo eſſe ſuperbus.*

Requiem animabus veſtris; ſola nimirum mentis requies vera requies eſt; quam corporis labor non turbat, non tollit; animabus quies promittitur, ne aliquis putaret, & corpori promitti, ſicque otio difflueret, marceſceret deſidiâ.

677. Humilitatem diſcere à Chriſto debemos, vt humilitatem ſectemur, dum diſcimus; *non dixit*, inquit Sanctus Ambroſius, *diſcite à me, quia potens ſum; non dixit, diſcite, quia glorioſus ſum; ſed diſcite, quia humilis ſum, quod poteſtis imitari.*

Tollite iugum meum; liberum obſequium amat, non coactum. *Tollite ait iugum meum, ac ſi diceret*, inquit Sanctus Bernardus, *non impono inuitis; ſed tollite, ſi vultis; alioquin non requiem, ſed laborem inuenietis animabus veſtris*, requiem inuenit etiam ſub iugo, qui iugum ſponte tollit.

678. *Diſcite à me*; ſolus humilis humilitatis veræ verus, idoneuſque magiſter eſt; Sanctus Ambroſius expendens hæc verba ait: *non eſt mediocre, quod dicit; diſcite; ſed addidit à me diſcite. Non facilè poteſt quiſquam humilitatem docere inflatus, quamuis ſit humana præditus ſapientiâ*

Rectus nexus oneris & leuis; *onus appoſuit*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *& leue adiecit, ne aut tanquam laborioſa nimium fugeres, aut tanquam nimium facilia contemptu proſequereris.*

Iugum meum; vnio hîc commendatur, *iugum iſtud, fraterna dilectio eſt: iugum iſtud non premit, ſed vnit*; inquit Sanctus Aelfredus; nimis efferænis eſt, qui iugum excutit, vnitatis oſor.

679. *Iugum meum ſuaue eſt*; boues, ac iuuenci, cùm primùm iugo ſubiiciuntur, iugum ſubire detrectant; ferre iugum vix poſſunt; ſed iam aſſuefacti, vltrò colla iugo ſubmittunt, idem hîc fit virtutis via nouis, & inſuetis videtur grauis; aſſuetudine leuis, & ſuauis fit; initio excutere iugum tentes, tandem libenter feres,

Iugum meum ſuaue eſt; iugum eſt; quia non portatur tantùm à nobis; ipſe nobiſcum iugum illud fert; quod imponit; ſcitè de hoc tetigit Beatus Laurentius Ioſtinianus, vbi iugum Chriſti efferens, ait: *Quicumque pacem diligit, quicumque liberis greſſibus peregrinationem huius vitæ peragere cupit, atque à ceruice cordis graue onus temporalium actionum excutere ſatagit, imitetur Dominum Ieſum non corpore, ſed ſpiritu, non paſſionibus carnis, ſed affectibus charitatis. Tollat ſuper ſe iugum ſuaue amoris ipſius, vt ſecum habeat coadiutorem laboris ſui. Iugum enim hoc non premit, ſed roborat non perimit, ſed reficit, non onerat, ſed ſingulariter refugium præſtat. Nam portat portantem ſe, & in laboribus fortitudinem ſubminiſtrat. Tunc namque huius ſancti iugi Chriſti ſuauitas deguſtatur, quum realiter ipſius dominio ſe ſubſtrauerit homo, Tunc delectationibus inſuetis exuberat, tunc intima fruitur tranquillitate mentis, tunc delectatur in multitudine pacis, quam Dominus Ieſus, quum aſcenſurus eſſet in Cælum, ſuis in ſolatium, in præſidium, in dilectionis ſignum diſcipulis dereliquit.*

Chriſti iugum ſuaue vt ſit, & onus leue, appoſitè explicat Sanctus Bernardus in hæc verba: *In via vitæ quò ceteris eò facilius curritur; & leue Saluatoris onus quò creſcit amplius, eò portabilius eſt. Nonne & auiculas leuat, non onerat pennarum, ſiue plumarum numeroſitas ipſa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere ſuo fertur ad ima. Sic diſciplina Chriſti, ſic ſuaue iugum, ſic onus leue, quod deponimus, eo deprimimur ipſi, quia portat potiùs, quàm portatur.* 681.

Iugum ſuum ſuaue vocat Chriſtus, & onus leue, qui ſuperiùs dixerat anguſtam portam eſſe, & arctam viam; an hæc contraria inter ſe ſunt: non ſunt; vtrumque eſt verum, arctam difficilemque viam deſidia noſtra facit, & noſter torpor; amor leue onus reddit & onus ſuaue; Sancti Chryſoſtomi ſunt verba ad hæc verba: *Quomodo dicebat in ſuperioribus anguſtam eſſe ianuam, & arctam tribulationibus viam? quando videlicet deſidiâ, quando ignauia diſſolutus es.* deſidia graue reddit quod eſt leue, & torpor aſperum, quod eſt ſuaue.

Iugum meum ſuaue; Sanctus Eucherius pro *ſuaue* habet *leue*; iugum autem dicitur leue; quia non ad ima deprimit, ſed in altum euehit eos à quibus portatur; *iugum Chriſti leue eſt*, inquit Sanctus Paulinus, *quia ſeruientes Chriſto operamur bona, quibus pennati in altum prouehimur, & in cæleſtia euolamus.* 681.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

CAPVT XII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

IN illo tempore abiit Ieſus per ſata Sabbato: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare.

In illo tempore. *Adam C. Per id tempus.*
Abiit. *Vat. Ibat. Pagn. Ambulauit. S. Iter faciebat. Fr. Luc. Iuit, iter fecit.*
Per ſata. *S. Hil. Per ſegetes.*
Sabbato. *S. Hil. Sabbatis.*
Eſurientes. *Pagn. Eſuriebant. Ar. M. Eſurierunt. Fr. Luc. Fame preſſi, fame extimulante.*
Manducare. *Vat. Comedere. Syr. Edere.*

Verſ. 2.

Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſabbatis.

Videntes. *Syr. Cum aſpexiſſent eos. Vat. Cùm vidiſſent.*
Dixerunt. *Syr. Dicunt.*
Sabbatis. *Pagn. In Sabbato.*

Verſ. 3.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 3.

At ille dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando eſuriit, & qui cum eo erãt.

Quando eſuriit. *Pagn. Quum eſuriret ipſe.*

Verſ. 4.

Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus?

Intrauit. *Pagn. Ingreſſus ſit.*
In domum Dei. *Vat. In ædem.*
Panes propoſitionis. *Syr. Panem menſæ Domini. Fr. Luc. Panes propoſiti, ſiue, appoſitity. LXX. ex eodem. Panem facierum, ſeu, faciei.*
Comedit. *Vat. Ederit.*
Quos n. l. e. e. *Syr. Quem non erat ei licitum comedere.*

Verſ. 5.

Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?

In templo. *Ar. M. In ſacro.*
Violant. *Syr. Profanare. Pagn. Profanant.*
Sine crimine. *S. Hier. Abſque culpâ. Pagn. Inſontes ſunt. Ar. M. Et inculpati ſunt. Arab. Et non eſt eis peccatum. Syr. Nulleque teneri crimine. Vat. Crimine vacent.*

Verſ. 6.

Dico autem vobis, quia templo maior eſt hîc.

Quia templo. *Ar. M. Quod ſacro.*
Maior eſt. *Pagn. Maius eſt. Fr. Luc. Sanctior, dignior.*
Hîc. *Fr. Luc. In hoc loco.*

Verſ. 7.

Si autem ſciretis, quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nunquam condemnaſſetis innocentes.

Si autem. *S. Hil. Si enim.*
Sciretis. *Syr. Noſcetis. Fr. Luc. Intelligeretis.*
Volo. *Fr. Luc. Probo.*
Nunquam. *Pagn. Nequaquam.*
Condemnaſſetis. *Arab. Iudicaretis.*
Innocentes. *Vat. Inſontes. Auct. Crimine vacantes. Ar. M. Inculpatos. Syr. Eos, cùm inſontes ſint. Arab. Super eum, cui non eſt peccatum.*

Verſ. 8.

Dominus enim eſt Filius hominis etiam ſabbati.

Verſ. 9.

Et, cùm inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum.

Et cum i. tr. *Pagn. Et progreſſus illinc. Syr. Diſceſſit illinc. Ar. M. Tranſiens inde.*

Verſ. 10.

Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet Sabbatis curare? vt accuſarent eum.

Manum. h. a. *Arab. Et erat manus eius arida. Syr. Cuius manus aruerat. Fr. Luc. Emortuam.*
Interrogabant. *Vat. Interrogauerunt.*
Si licet. *Pagn. Licet ne. Arab. An liceat. Vat. An liceret.*
Curare. *Syr. Sanare. Fr. Luc. Hominem ægrum ſanare.*

Verſ. 11.

Ipſe autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, &, ſi ceciderit, hæc Sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam?

Quis erit. *Syr. Quis eſt. Arab. Quis.*
Habeat. *Pagn. Habebit.*
Vnam. *Fr. Luc. Vnicam.*
Ceciderit. *Fr. Luc. Inciderit.*
Tenebit & leu. e. *Pagn. Apprehendet illam & eriget? Vat. Apprehendat & erigat. Syr. Non prehendat, & erigat.*

Verſ. 12.

Quantò magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere.

Quantò magis melior eſt homo oue? *Pagn. Præſtat homo oui. Tigur. Præſtantior eſt.*
Benefacere. *Vat. Dare beneficium. Syr. Benè agere. Arab. Operatio boni. Al. Beneficio afficere. Fr. Luc. Curare.*

Verſ. 13.

Tunc ait homini. Extende manum

Ait. *Fr. Luc. Iubet.*
Homini. *Fr. Luc. Homini illi. Ar. M. Homini exiccatam habenti manum.*
Sanitati. *Pagn. Sana. Fr. Luc. Viua, vegeta. Syr. omittit, Sanitati.*

tuam.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

tuam. Et extendit: & reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera.

Sicut altera. *Syr. Sicut ſocia ſua. Arab. Æquè ac altera.*

Verſ. 14.

Exeuntes autem Phariſæi, conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum.

Exeuntes. *Fr. Luc. Egreſſi.*
Conſilium faciebant. *Pagn. Conſilium ceperunt. Fr. Luc. Conſilium inierunt. Ar. M. Conſilium capiebant. Arab. Inuicem conſilium accipientes.*
Quomodo p. e. *Goth. Vt eum perderent. Fr. Luc. E medio tollerent, occiderent.*

Verſ. 15.

Ieſus autem ſciens receſſit inde: & ſecuti ſunt eum multi, & curauit eos omnes.

Sciens. *Pagn. Vbi noviſſet. Fr. Luc. Cognoſcens.*
Receſſit inde. *Pagn. Seceſſit illinc. Arab. Tranſiit.*
Multi. *Fr. Luc. Turba multa.*
Curauit. *Vat. Sanauit.*

Verſ. 16.

Et præcepit eis, ne manifeſtum eum facerent.

Præcepit eis. *Pagn. Interminatus eſt illis. Syr. Inhibuit eis. Fr. Luc. Increpauit, obiurgauit. Auct. Additis minis interdixit.*
Manifeſtum facerent. *Syr. Reuelarent.*
Eum. *Syr. Ipſum. Pagn. Se.*

Verſ. 17.

Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicentem.

Adimpleretur. *Syr. Impleretur. Vat. Compleretur.*
Dictum. *Ar. M. Pronunciatum.*
Eſt. *Vat. Erat.*
Per I. p. d. *Arab. In Iſaiâ prophetâ dicente.*

Verſ. 18.

Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nuntiabit.

Puer m. *Pagn. & Mald. Seruus meus. Euth. Filius meus.*
Quem elegi. *Syr. In quo mihi complacui.*
Benè complacuit animæ meæ. *Syr. Acquieſcit anima mea. Ar. M. Delectata eſt anima mea.*
Ponam. *Fr. Luc. Dabo.*
Nuntiabit. *Pagn. Annunciabit. Fr. Luc. Prædicabit. Mald. Proferet.*

Verſ. 19.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

Non contendet. *Syr. Non litigabit.*
Clamabit. *Vat. Clamitabit. Fr. Luc Non agetur perturbationibus.*

Verſ. 20.

Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium.

Arundinem. *S. Epiph. Calamum.*
Quaſſatam. *Pagn. Comminutam. Vat. Contritam. Tert. Contuſam. S. Epiph. Contritum.*
Et. *S. Epiph. Enim.*
Linum fum. *Syr. Lucernam propè extinguendam. Arab. Lucernam ad extinctionem tendentem. Fr. Luc. Funiculum obſcurè ardentem.*
Donec. *Syr. Vſque dum.*
Eiiciat. *Syr. Proferat. LXX. Efferet. S. Hier. Educet.*
Ad victoriam. *Ar. M. In victoriam. Fr. Luc. ex Hebr. Ad veritatem.*

Verſ. 21.

Et in nomine eius gentes ſperabunt.

In nomine eius. *Ar. M. Nomini eius.*

Verſ. 22.

Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret.

Oblatus eſt ei. *S. Hil. Oblatus eſt ei homo. Pagn. Adductus eſt ad eum. Arab. Ductus eſt ad eum. Ar. M. Allatus eſt ei. Syr. Obtulerunt ei.*
Dæmonium hab. *Pagn. Qui dæmonio agitabatur. Arab. Dæmoniacus. Syr. Dæmoniacum quendam.*
Videret. *Vat. Cerneret.*

Verſ. 23.

Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt filius Dauid?

Stupebant. *Vat. Obſtupuerunt. Syr. Mirabantur. Auct. Extra ſe rapiebantur.*
Omnes t. *Fr. Luc. Omnis turba.*
Nunquid h. e. f. d. *Pagn. Num hic eſt Chriſtus filius Dauid? Vat. Hic eſt ille filius Dauid? Syr. Nonne iſte eſt filius Dauid? Fr. Luc. An fortè hic eſt filius ille Dauid?*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 24.

Phariſæi autem audientes, dixerunt. Hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Audientes. *Pagn. Cùm audiſſent. Arab. Audierunt. Vat. Hôc audito.*
Dixerunt. *Pagn. Dicebant. Syr. Aiunt.*
In Beelzebub. *Vat. & Syr. Per Beelzebub. Al. Præſidio Beelzebub.*
Principe dæmoniorum. *Syr. Caput dæmoniorum.*

Verſ. 25.

Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.

Sciens. *Arab. Cùm cognouiſſet. Vat. Cùm ſciret. Pagn. Cùm ſciuiſſet.*
Diuiſum c. ſ. *Vat. Secum ipſum diſſidens. Syr. Quod diuiſum fuerit aduerſus ſe ipſum.*
Contra ſe. *Pagn. Aduerſus ſeſe. S. Proſp. In ſemetipſum. Syr. Contra animum ſuum. Arab. In ſe ipſum. Caiet. In ſe.*
Deſolabitur. *Vat. Deſolatur. Syr. Vaſtabitur. Auct. Vaſtatur.*
Et omnis c. v. d. *S. Hil. Sed & ciuitas & domus.*
Diuiſa c. ſ. *Vat. Secum ipſa diſſidens.*

Verſ. 26.

Et ſi ſatanas ſatanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum eius?

Et ſi. *S. Hil. Si enim.*
Eiicit. *Arab. Eiiceret.*
Aduerſus ſe. *S. Proſp. In ſemetipſum.*
Stabit. *Syr. Stat.*

Verſ. 27.

Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt.

In Beelzebub. *Vat. Per Beelzebub.*
In quo. *Euth. Per quem. Al. Cuius præſidio.*
Eiiciunt. *S. Proſp. Expellunt. Quidam Codd. Eiicient.*
Ideo. *S. Proſp. Propterea. Syr. Propter hoc.*
Iudices veſtri erunt. *Al. Ipſi iudicabunt de vobis. Arab. Iudicabunt ſuper vos.*

Verſ. 28.

Si autem ego in ſpiritu Dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

In ſpiritu Dei. *Syr. Per ſpiritum Dei.*
Igitur. *S. Hil. Vtique.*
Peruenit in vos. *Fr. Luc. Occupauit vos. Peruenit ſuper vos. Arab. Appropinquauit vobis. Syr. Peruenit ad vos. S. Hil. Appropinquauit in vobis.*

Verſ. 29.

Aut quomodo poteſt quiſpiam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet.

Aut. *Pagn. Alioqui. Ap. Fr. Luc. Nam. Arab. Sed.*
Quiſpiam. *Pagn. Aliquis. Orig. Quis.*
Intrare in domum. *S. Epiph. Introire in domum. Orig. Ingredi domum.*
Fortis. *Al. Potentis. Syr. Strenui. Fr. Luc. Robuſti, valentis viribus. Orig. Mali.*
Alligauerit. *Euth. Vinxerit.*
Fortem. *Theoph. Potentem. Syr. Strenuum illum. Orig. Fortiorem.*
Et tunc d. i. d. *Vat. Vt tunc domum illius diripiat. Syr. Deprædabitur.*

Verſ. 30.

Qui non eſt mecum, contra me eſt: &, qui non congregat mecum, ſpargit.

Qui non e. m. *Syr. Non exiſtens mecum.*
Contra me. *S. Cyp. Aduerſus me. Fr. Luc. Aduerſarius meus eſt.*
Congregat mecum. *Syr. Colligit mecum. Fr. Luc. Non ſe aggregat mihi, non adhæret mihi.*
Spargit. *Syr. Omnino diſpergit. Fr. Luc. Elongat ſe à me, abit in diſperſionem cum ſatanâ. Idem ex Syr. Spargendo ſpargit.*

Verſ. 31.

Ideo dico vobis: omne peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus: Spiritûs autem blaſphemia non remittetur.

Omne peccatum. *Syr. Omnia ſcelera.*
Blaſphemia. *Vat. Conuicium. Syr. Blaſphemia.*
Spiritûs a. b. *Syr. Blaſphemia verò in Spiritum. S. Epiph. Qui autem blaſphemauerit in Spiritum Sanctum. Vat. Conuicium in Spiritum. Arab. Blaſphemia autem in Spiritum Sanctum. Goth. Spiritus autem blaſphemia.*
Non remittetur. *Ar. M. Non remittetur hominibus. Arab. Non relaxabitur ei.*

Verſ. 32.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 32.

Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Quicunque dixerit verbum. *Syr. Quiſquis locutus fuerit ſermonem.*
Qui a. d. cont. Sp. S. *Syr. Quiſquis autem in Spiritum Sanctum obloquetur.*
Neque in hoc ſeculo. *Al. Neque in præſenti ſeculo.*

Verſ. 33.

Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum : aut facite arborem malam, & fructum eius malum : ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.

Facite. *Arab. Ponitis. Vat. Præſtate. Fr. Luc. Ponite, ſtatuite.*
Arborem bonam. *Ar. M. Arborem pulchram.*
Fructum eius bonum. *S. Hil. Fructus eius bonos. Ar. M. Et fructum eius pulchrum.*
Malam. *Pagn. Putrem. Vat. Vitioſam. Ar. M. Carioſam.*
Et fructum eius malum. *S. Hil. Fructus eius malos. Ar. M. Et fructum eius carioſum.*
Ex fructu. *S. Aug. Ex fructu. Syr. A fructibus ſuis.*
Agnoſcitur. *S. Aug. Cognoſcitur.*

Verſ. 34.

Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali ? ex abundantiâ enim cordis os loquitur.

Poteſtis. *Syr. Poſſetis. Fr. Luc. Poſſitis.*
Bona. *Syr. Benè.*
Cùm ſitis mali. *Ar. M. Mali exiſtentes. Arab. Et vos mali,* omittit, *ſitis.*
Ex. *S. Cyp. De.*
Os loquitur. *S. Cyp. Os emittit.*

Verſ. 35.

Bonus homo de bono theſauro profert bona : & malus homo de malo theſauro profert mala.

De bono theſauro. *S. Fulg. De bono theſauro cordis ſui. Syr. E theſauris bonis.*
Profert. *S. Cyp. Emittit. Pagn. Expromit. Vat. Depromit. S. Fulg. Proferet. Ar. M. Eicit.*
De malo the. *Syr. De theſauris malis.*
Profert. *Pagn. Depromit.*

Verſ. 36.

Dico autem vobis : quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

Dico a. *Orig. Amen dico.*
Omne verbum o. q. l. f. h. *Clem. Alex. Qui loquutus fuerit verbum otioſum.*
Reddent rationem. *Arab. Dabunt reſponſum. Syr. Reddituros rationem. Clem. Alex. Reddet rationem.*
De eo. *Clem. Alex. Domino.*

Verſ. 37.

Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Et. *Fr. Luc. Vel.*
Ex verbis tuis. *S. Cyp. De ſermonibus. Orig. Ex ſermonibus tuis. Vat. Ex dictis tuis. Clem. Alex. Ex ſermone tuo.*
Condemnaberis. *Arab. Iudicium dabitur contra te.*

Verſ. 38.

Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes : Magiſter, volumus à te ſignum videre.

Reſponderunt ei. *Pagn. Interrogauerunt eum.*
Magiſter. *Syr. Doctor. Vat. Præceptor.*
Volumus. *Syr. Velimus. Fr. Luc. Cupimus, deſideramus.*
A te. *Pagn. Ex te.*

Verſ. 39.

Qui reſpondens ait illis: Generatio mala, & adultera ſignum quærit : & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ.

Generatio. *Vat. Natio. S. Iuſt. M. Genus iſtud hominum.*
Mala. *S. Amb. Nequam. Pagn. Praua. S. Iuſt. M. Prauum.*
Adultera. *S. Iuſt. M. Adulterinum.*
Quærit. *Fr. Luc. Requirit. Auct. Inquirit. Ar. M. Appetit. S. Iuſt. M. Petit. Syr. Poſtulat.*

Verſ. 40.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

In ventre. *Fr. Luc. In viſceribus.*
Ceti. *Syr. Piſcis. Fr. Luc. Balena.*
Tribus d. &. t. n. *Pagn. Tres dies & tres noctes.*
In corde t. *Vat. In Penetrali terræ. Fr. Luc. Ex Hebr. In medio, in intimo terræ.*

Verſ. 41.

Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum

Surgent. *Fr. Luc. Reſurgent.*

Vulgata Editio.

generatione iſtâ, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquam Ionas hîc.

Lectionum Varietas.

Condemnabunt eam. *Syr. Ream peragent eam. Arab. Iudicabunt hanc generationem.*
Pœnitentiam eg. *Vat. Quòd ipſi reſipuerint. Ar. M. Pœnituerunt. Pagn. Pœnitentiam egerint.*
In prædicatione. *Fr. Luc. Ad prædicationem.*
Hîc. *Syr. Hîc eſt. Pagn. Hoc loco. Arab.* omittit. *Hîc.*

Verſ. 42.

Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſtâ, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce pluſquam Salomon hîc.

Surget. *S. Proſp. Exurget. Ar. M. Excitabitur. Orig. Veniet.*
In iudicio c. g. i. *Orig. In iudicium cum viris generationis huius.*
Condemnabit. e. *Orig. Condemnabit eos.*
A finibus terræ. *Syr. Ab vlteriori terrâ. S. Hil. Ab vltimis partibus.*
Audire. *S. Hil. Ob audire.*
Pluſq. Sal. hîc. *S. Paul. Ecce maior Salomone hîc.*

Verſ. 43.

Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit.

Immundus. *Orig. Malignus.*
Ambulat. *Pagn. Perambulat. Syr. Perluſtrat. Orig. Circuit.*
Per loca. *Orig. Loca.*
Arida. *Fr. Luc. Inaquoſa. Theoph. Arentia. Arab. In quibus non eſt aqua. Syr. Aquis carentia.*
Quærens r. *Orig. Et requiem.*
Et non inuenit. *S. Hil. Et non inueniet. Orig. Non inuenerit.*

Verſ. 44.

Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.

Domum m. *Orig. Locum meum.*
Vacantem. *Syr. Vacuam. Arab. Locum vacantem.*
Scopis mundatam. *Ar. M Scopis purgatam. Fr. Luc. Verſam.*
Ornatam. *Syr. Præparatam. Pagn. Purgatam.*

Verſ. 45.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

Tunc. *Orig. Et.*
Vadit. *Pagn. Abit. Fr. Luc. Abit iste.*
Aſſumit. *Pagn. Adiungit ſibi. Syr. Ducens. S. Epiph. Adhibuit. Orig. Adduxit.*
Septem alios ſ. *S. Epiph. Septem aliis.*
Nequiores. *Pagn. Peiores. Fr. Luc. Sceleratiores. S. Epiph. Nequioribus.*
Se. *S. Epiph. Se ipſo.*
Habitant. *Fr. Luc. Inhabitant.*
Nouiſſima. *Arab. Nouiſſimum. Pagn. Poſtrema. Syr. Vltima conditio.*
Peiora pr. *Arab. Peius principio.*
Peſſimæ. *Syr. Scelerata. Arab. Mala. Theoph. Peruerſa. Ar. M. Nequam.*

Verſ. 46.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Adhuc e. l. *Arab. Dum ipſe loqueretur. Syr. Quum autem ipſe verba faceret.*
Et fratres eius. *Syr. Et frater eius.*
Quærentes. *Fr. Luc. Cupientes.*
Loqui. *Syr. Alloqui.*
Ei. *Syr. Eum. S. Hier. Cum eo.*

Verſ. 47.

Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te.

Quærentes te. *Syr. Quærunt te alloqui. Pagn. & Caiet. Quærentes ſibi loqui. Arab. Quærunt loqui tecum.*

Verſ. 48.

At ipſe, reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

Dicenti ſibi. *Arab. Dixit illi, qui dixerat ei. Syr. Qui hoc ei renuntiauerat.*
Quæ eſt m. mea. *Tert. & S. Aug. Quæ mihi mater.*

Verſ. 49.

Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

Extendens manum. *Arab. Annuit manu ſuâ.*
In diſcipulos. *Arab. Verſus diſcipulos. Syr. Ad diſcipulos.*
Ecce m. m. & f. m. *S. Epiph. Hi ſunt fratres mei & mater mea.*

Verſ. 50.

Vulgata Editio.

Verſ. 50.

Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cælis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

Lectionum Varietas.

Quicunque fecerit. *Syr. Quiſquis exequitur. S. Eph. Qui faciunt.*
Soror. *Syr. & Arab. Soror mea.*
Mater. *Syr. Mater mea.*

CAPVT XII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Bonorum operum fructus edere Chriſtus vult ſuos 682
Prædicator ne aliud doceat, aliud agat. 683
Curam carnis negligit, qui ſequitur Chriſtum. 684
Nihil à Chriſto nos ſeparare debet. 684
Qui Chriſti verbis paſcitur fere corporalis cibi obliuiſcitur. 685
Ei, qui Chriſti conſortio fruitur, vel cibus inſipidus ſuauis. 685
Deliciæ Chriſti ſeruo minimè quærendæ. 685
Inuidi alios obſeruant, vt carpant. 686
Diſcipulorum error Magiſtro fere tribuitur. 686
Culparum, quas ſubditi committunt, ſuperiores rationem reddent. 687
Scientia tumidi arguuntur, vt detumeſcant. 687
Cur Dauid in exemplum adductus. 688
Reges non minus legi Dei parere debent, quam ſubditi. 688
Calumniatores argutias ſemper comminiſcuntur. 688
Panes propoſitionis *qui, & cur ita vocarentur.* 689
Gratia Deo continuo agenda quod nos alat. 689
Largitas in pauperes commendata. 689

Abiit Ieſus per ſata.

682. *ABiit Ieſus per ſata*; it per ſata Chriſtus ſecum diſcipulos ſuos ducens, vt ab ſegetibus diſcerent fructificare; *Moyſes*, inquit Sanctus Ambroſius, *per deſertum, horridaque loca duxit populum Iudæorum; Chriſtus per ſeminata duxit, qui per paſſionem eius floret, vt lilium*; nam & Chriſti corpus in paſſione, velut aratro ſciſſum eſt, *ſuper dorſum*, inquit, *meum fabricauerunt peccatores*; Pagninus, *arauerunt arantes*, vt diuinæ bonitatis copioſa inde nobis ſeges naſceretur, vberéque beneficiorum prouentu gauderemus.

683. *Abiit Ieſus per ſata ſabbato*; per ſata ducit ſuos diſcipulos Chriſtus, ſed cur ſabbato? & non poterat etiam aliis diebus? poterat; ſed myſterio dies iſte congruebat; qui cùm quieti, & ceſſationi ſacer eſſet, indicabat ab omni mundano opere, mundanáque ſolicitudine abeſſe animarum lucris addictos debere. Per ſata abeunt, & ſpicas vellunt, *ſabbato verò*, ait Sanctus Paſchaſius, *quia viando eſuriunt, & vellunt ſpicas, otium eſt, & requies ab omni opere præſentis ſeculi, eſurienteſque ſalutem animarum, & euellentes eas à terrenis artibus, quarum ſe ſalute diſcipuli feſtinant ſatiare*; à ſeculi ſe curis ſubducat, qui ducitur per ſata; nihil terrenum cogitet, qui animarum ſalutem quærit.

Diſcipuli eſurientes cœperunt vellere ſpicas & manducare.

ADeò occupati erant, vt nec veſcendi habe- 684.
rent locum: idque cum Ieſum ſequerentur. Rectè: qui enim Ieſu adhæret, quærit, quæ Ieſu Chriſti ſunt non quæ ſuæ: curam carnis negligit; & adeo in bonis operibus occupatur, vt edendi plerùnque nec locus, nec tempus ſuppetat.

Pende, quanto ardore Chriſtum ſequerentur Apoſtoli, vt nec tantillùm vehemens fames eos ab illo ſepararet: famem potiùs pati volunt, quàm ciborum quærendorum causâ ab ipſo diſcedere. Abit ab hoc affectu, qui nihil pati vult, & Chriſtum ob ſecularum amorem deſerit.

Cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Non 685.
ſibi proſpexerant de rebus corpori neceſſariis: harum exigua, aut nulla illos cura tangebat. Cùm Chriſti verbis, ac ſermonibus intùs paſcerentur, ferè corporalis cibi obliuiſcebantur.

Euellunt, & manducant ſpicas: non præparatos, ſed ſimplices quærunt cibos: ei, qui Chriſti conſortio, atque colloquio fruitur, gratum quodlibet, & ſuaue. Durus, inſipiduſque cibus, dulcis euadit, quum Chriſtum nobiſcum habemus, qui ferculorum omnium ſpiritale condimentum eſt.

Poterat facilè Chriſtus diſcipulos fame preſſos paſcere: poterat pretioſis eduliis eos recreare: ſed noluit, vt ferendæ fami aſſueſcerent, & diſcerent modicis, obuiiſque eſſe contenti; ac vt diſcipulorum fame noſtram reprimeret gulam, & ſpicarum euulſione noſtras delicias damnaret.

Phariſæi autem videntes dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſabbatis.

P*Hariſæi videntes*: Qui videre potuerunt, quod 686,
obiter, & ab ambulātibus diſcipulis factum eſt? Quia Phariſæi inter reliquam turbam Chriſtum comitabantur, non vt vtile quidpiam, ac ſalutare ab illo diſcerent; ſed vt obſeruarent illius dicta, & facta, haberentque quod carperent, & minutiſſima quæque in calumniam raperent perfidi calumniatores. Inuidi vel Chriſti ſcholam obſeruant, vt detrahant.

Acutè maligni vident, nec aliquid eſt, quod impiorum oculos fugiat, vt innocentium opera calumnientur. Vellunt diſcipuli ſpicas, & vellicant Phariſæi Magiſtrum: *Ecce*, inquiunt, *diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſabbatis.* Ita diſcipulos reprehendunt, vt præceptorem in primis notent. *Diſcipuli tui*, quos tu erudis, & informas: quorum error tuam doctrinam exprimit ex quorum operibus intelligere licet, quid tu doceas. Hoc ſibi impij Phariſæi volunt, dum Chriſti diſcipulos apud Chriſtum accuſant.

Sed, cur Chriſtum, non Apoſtolos interrogant? 687,

Sanctus Lucas cap.6.v.2. ſcribit id Phariſæos dixiſſe diſcipulis. Potuerunt vtriſque dicere: primùm diſcipulis, deinde Chriſto: aut tantùm Chriſto; ſed Lucas ideo dixit dixiſſe diſcipulis, quia, quod magiſtro dicitur, id diſcipulis ipſis dixiſſe videtur. Porro diſcipulorum opus in Magiſtrum reiiciunt; vt tacitè oſtenderetur, malorum, quæ ſubditi, & inferiores agunt, ſuperiores, ac magiſtros rationem redditutos.

Non legiſtis, quid fecerit Dauid, quando eſuriit, & , qui cum eo erant.

NOn legiſtis; Scientiæ opinione inflati erant Phariſæi, legiſque peritiâ: optimè ergo legis ignorantiam eis obiicit, vt ſcientiâ tumidi, icti detumeſcant. Vtile iis, qui ſibi ſapientes eſſe videntur, ſi plerumque erroris, ac ignorantiæ arguantur.

688. *Quid fecerit Dauid:* Dauidem adducit in exemplum, quòd eius multa eſſet apud Hebræos gloria, neue auderent in diſcipulis calumniari, quòd à tàm magno Rege, ac prophetâ factum fuerat.

Sed opponere aliquis poſſet. Dauid Rex erat;& ideo ſoluere ſabbatum illi licitum. Plerique ex noſtris iſtuc non verbis, ſed operibus dicunt: ſed fatua euaſio. Reges magis Dei legi patere tenentur, quàm ſubditi, quum in aliorum exemplum ſuper alios ſint.

Et qui cum eo erant: Non Dauidis tantùm exemplum affertur, ſed etiam eorum, qui cum ipſo erant, vt phariſæorum calumniæ occurreretur: dicerent enim, licuiſſe Dauidi, quia erat propheta, comedere panem ſanctum. Eluditur hoc effugium, cum adiungitur, eos quoque, qui cum ipſo erant, comediſſe. Caprioſa calumnia eſt, & argurias comminiſcitur, vt innocentiam oppugnet.

Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit.

689. *PAnes propoſitionis*: Græcè, ἄρτυς τῆς προθέσεως Hebraica phraſis eſt; quod Latinè diceretur *panes propoſiti*, ſiue, vt aliqui explicant, *panes appoſitionis*. Nominis ratio eſt, quòd eſſent panes perpetuò appoſiti in conſpectu Domini, vt ſcilicet nunquam deeſſent: ponebantur autem in menſâ aurea huic rei conſecratâ, ſitâ in priori tabernaculi parte ad latus Aquilonare.

Porrò huius menſæ non alius erat vſus, quàm vt duodecim panes ſemper contineret, iugis conuiuij ſignificatione, & formâ, qua re duodecim tribus Iſrael teſtabantur, ſe a Deo continuè nutriri, & ali, ſicque gratias Deo agerent, quòd tam prouidè ab eo ſuſtentarentur.

Locati ſuper menſam panes monebant etiam Iudæos, vt perpetuam Deo in pauperes eleemoſynam offerrent; adeo vt, ſicut à Deo paſcebantur, ipſi viciſſim pauperes paſcerent, ac nutrirent,

---

SECTIO II.

Maiora beneuolentia ſigna erga calumniatores exhibenda. 690
Calumniatores innocentia non timet. 690
Inuidi opus plerunque damnant antequam fiat. 691
Quam Chriſtus facilis ad benefaciendum. 691
Chriſtus omnium ſalutem quærebat. 692
Chriſtus tum maxima quiete fruitur, cum animas lucratur; eaſque erudit. 692
Auaritia religionem omnem tollit, & ſcrupulum. 693
Qui morbo aliquo corripitur ouis patientia ſit. 693
Quanta ſolicitudine noſtris paſſionibus mederi Chriſtus ſtudeat. 694
Chriſtus beneficentia ſua limites porrigit, non coercet. 694
Perduiſſima eſt mentis Chriſti ſermonibus non proficere, ſed in deteriora labi. 695
Ira, & inuidia ceteraque paſſiones niſi coerceantur maiores fiunt. 696
Inuidia ſauties. 696
Deſidia noſtra Dæmon fortis fit. 698
Perſtricti, qui diſcordias inter alios ſeminant. 698
Spiritui ſancto reſiſtere quàm Chriſto diſpliceat. 699
Vix bona verba eſſe poſſunt, quæ malus effundit. 700
Noxia verba quàm ſeuerè punienda. 700
Peiores beneficiis mali fiunt. 701
Excutere ſuperbi cuiuſlibet imperium ſatagunt. 701
Qui conuiciis non turbatur, adulatione facile non deliniatur. 701
Cautè adulationis verba vitanda. 702

Et cum inde tranſiſſet, venit in ſynagogam eorum.

VIx Phariſæorum calumniam ob ſpicarum 690.
euulſionem Chriſtus eluerat: quum iterum aliâ viâ laceſſitur. Pende: conuictis Phariſæis, in eorum ſynagogam ſe poſtea contulit, tanquam illatæ calumniæ oblitus fuiſſet; exemplo ſuo docens, maiora beneuolentiæ ſigna in eos exhibenda, qui nos, & noſtra vellicant, & damnant, qui nos maledictis proſcindunt, iniuriis onerant.

A Phariſæis calumniis impetitus, vbi eas propulſauit, eorum ſynagogam adiit Chriſtus. Notanda bonæ conſcientiæ fiducia: non veretur in eorum conſpectum prodire, qoos expertus erat tàm ſæuos calumniatores, vt dicta, factáque ipſius in peiorem partem raperent. Impauidè etiam inuidorum hominum, & calumniatorum cuneos irrumpit innocentia quæ impeti maledictis poteſt, vinci, ſternique nequit.

Et ecce homo manum habens aridam; & interrogabant eum dicentes: ſi licet Sabbatis curare? vt accuſarent eum.

ADerat homo quidam emortuam manum ha- 691.
bens, & ad omne opus inutilem,& ineptam. Sed inquiſitione dignum eſt, cur Phariſæi interrogent, an Sabbatis curare liceat. Nunquid ad benefaciendum miſero prouocare Chriſtum ſtudent? Minimè: ſed, cum inuidia laborarent, auocant potiùs,& abſterrent, & opus damnant, etiam antequam perpetraretur. Sabbati religionem in medium adducunt, ne ipſi per miraculum auctoritas accreſceret. Adeò ſæuit inuidia, vt non opera tantùm facta impetat, impetat &, quæ fieri poſſunt.

Sed hinc colligere Chriſti benignitatem, & ad benefaciendum

benefaciendum pronitatem poſſumus. Vident Phariſæi coram Chriſto hominem manum aridam habentem, ſtatim impedire curationem curant, & Chriſti opus calumnioſâ interrogatione auertere tunt. Sed quis eis dixerat à Chriſto infirmum curandum? Quodnam futuri miraculi ſignum perſpexerant, quod indicium habuerant? Nullum. Sed cum ſcirent, Chriſtum facilem datâ opportunitate, ad opem miſeris ferendam, pronumque eſſe ad omnium miſerias ſubleuandas; ex hominis iſtius, qui manum habebat emortuam, coram Chriſto præſentiâ, à Chriſto ſanatum iri facilè coniecerunt.

692. *Dicentes, ſi licet Sabbatis curare?* Obſeruatione dignum eſt, Chriſtum præcipuè in Sabbatis docuiſſe, & magna ſigna præſtitiſſe: ob frequentiam, ſcilicet populi, quærens omnium ſalutem.

In Sabbatis operatur Dominus, qui quondam hôc die ab opere quieuit, quod patrarat: vnde & quietis nomen habet; vt colligeremus Chriſtum tunc maximè quiete frui, cum animas lucratur, alios erudit, & noſtram ſalutem quærit. Idem ſuperiores omnes præſtent: ſit ipſis dies quietis, cum ob animarum lucra laborant.

Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam?

693. Vide, quàm opportunè exemplo ex oue deſumpto eos arguat, & perſtringat: nec crudelitatis, ac inuidiæ tantùm eos inſimulat, ſed & auaritiæ: nam, cum ouem, quæ in foueam ceciderat ſabbato eruerent, homines iuuari nolebant, nec illis manum à Chriſto porrigi; quia poſſeſſionum potius, quam hominum amatores erant, adeò, vt iumentis parcentes, hominum non misererentur. Ita plerumque accidit, vt religio, quæ mentem in aliis rebus tenet, penitùs abeat, cum de rerum poſſeſſione agitur, auaritia quippè ſcrupulum omnem aufert.

Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam: Ouis potiùs, quàm alterius animantis exemplum adducit in medium, vt tacitè ſignificet, eum, qui aliquo morbo corripitur; ſicut ouem eſſe debere, ob patientiam, & mititatem.

Quantò magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere.

694. Quis exemplo illorum ora obturauit, & rectè concluſit, licere etiam ſabbatis homines morbo aliquo preſſos curare. Sanctus Marcus cap. 3. & Sanctus Lucas 8. addunt, Chriſtum in medium illum hominem ſtatuiſſe, qui manum aridam habebat, & interrogaſſe, vtrum liceat ſabbatis benefacere, an malefacere? In medium autem illum ſtatuit, vt miſerabili eius aſpectu diſſolueret cordis illorum duritiam, vtque ad miſericordiam eos flecteret, eiſque perſuaderet, vt inuidiam abiicerent. Vide, quantâ ſolicitudine noſtris paſſionibus mederi Chriſtus ſtudeat.

Itaque licet ſabbatis benefacere. Non concluſit licere curare, quod Phariſæi interrogauerant, dicentes, *ſi licet ſabbatis curare*; ſed licere benefacere, ſicut ipſe Phariſæos interrogauerat (quemadmodum colligitur ex Marco cap. 3. verſ. 4.) Vt hinc diſceremus, Chriſtum vbique beneficentiæ limites extendere, non parcè aut auarè coërcere. Magis eſt, & plura comprehendit, *benefacere*, quàm, *curare:* curantur, qui infirmi ſunt, benefacimus etiam ſanis: qui curat benefacit; benefacere quis poteſt, licèt non curet.

Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera.

Vt aridam huius hominis ſanaret Chriſtus manum, non vtitur luto, non eam contrectat: allocutione vtitur, & imperio. Cur ita? Vt Phariſæorum aſtutiam eluderet, nec haberent, quòd in hôc miraculo calumniarentur. Curat ſolo verbo, ſolo iuſſu: nihil exteriùs agit; vt nec ſpeciem accuſationis, quod ſabbatum violaſſet, effingere poſſent. 695.

Exeuntes autem Phariſæi, conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo perderent eum.

Synagogam egrediuntur Phariſæi viſo miraculo, & Chriſti verbis confuſi; nec enim habebant quid reſponderent, quid obiicerent. Ferre eius præſentiam inuidi nequeunt, quem vident tot miraculis illuſtrem. Conſilium ineunt, qua ratione eum è medio tollerent, & occiderent: non ferebant inuidi gloriam Ieſu, euiſque doctrinâ deteriores redditi virulentiam ſuam magis, magiſque profundunt. Perditiſſimæ mentis indicium eſt, Chriſti præſentiâ, & ſermonibus non proficere, ſed in deteriora labi.

Superiùs cum Chriſti diſcipulos ob ſpicarum collectionem arguerent Phariſæi, & audiuiſſent Chriſtum eorum calumniam exemplis, & rationibus eluſiſſe, non adeò irâ incenſi fuerunt, non tantâ exarſerunt immanitate, vt de eo occidendo conſilium agitarent. Cur hùc, poſt manus aridæ curationem, prolapſi ſunt, vt Chriſtum perdere cogitent, & occidere? An, vt diſceremus, iram, inuidiamque, & ſimiles paſſiones, niſi coërceantur, maiores vires ſemper ſumere, & ad magis pœnitenda ducere, quos poſſident? 696.

Aliter huic quæſtioni occurrere poſſumus in hunc ferè modum. Cum primâ illam in diſcipulos calumniam diſpuliſſet Chriſtus, non adeò Phariſæi in Chriſtum ſæuiunt, ſicut hîc vbi ingens hoc miraculum fit. Ab eorum hoc natum inuidiâ eſt. Cum nihil magnum, atque ſublime fit, quietiores ſunt: cum autem ſanitatem hominibus, vel ſolo verbo, præſtari conſpiciunt, quaſi feroces beſtiæ, perturbati, in Chriſtum ipſum inſiliunt, vitam ei auferre cogitant.

Arundinem quaſſatam non confringet.

Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Theophylus Patriarcha hoc ſenſu, & explicatu donat hæc verba: *Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris, iſte quaſſatam arundinem confringit; & qui modicam ſcintillam fidei contemnit in paruulis, hic linum extinguit fumigans.* 697.

Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur.

Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur; cùm Phariſæi in eum blaſphema verba euomerent

merent dicentes : in principe dæmoniorum eum eiicere Dæmonia:non acriter in eos inuehitur humilis magiſter ; ſed humaniter inſtruit; *ſtudium enim eius*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *erat prodeſſe peccantibus , non peccantes , ac peccata publicare*; Veritatis Doctor errantes erudit , & informat potiùs , quàm ſeueris increpationibus obruat , & repercutiat.

Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis?

698. FOrtis dicitur Diabolus ; idque à Chriſto : quis ergo non timeat vinci ? Fortis eſt , quia deſidiâ noſtrâ fortitudinem acquirit : imbecillis eſſet, ſi nos fortes eſſemus : fortis eſt , quia ſumus imbecilles.

Qui non congregat mecum diſpergit ; Quid hîc illi , qui diſcordias inter vnanimes , & collectos ſeminant ? *Qui non colligit mecum diſpergit ; quantò magis , qui collectos diſpergit ?* & eos, qui vniti Chriſto ſunt , à Chriſto auellit ?

Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali?

699. P*Rogenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali ?* cur tam ſeuerè eos increpat,tam durè in eos inuehitur ? *Quoniam , non pro ſe* , inquit Sanctus Chryſoſtomus , *ſed pro Spiritu verba facit , acrius inuehitur dicens : progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui , cùm ſitis mali ?* Pende, quàm Chriſto diſpliceat Spiritui ſancto reſiſtere , & malis vitæ operibus eius aduentum excludere.

Progenies viperarum. Non Abrahæ, vt ipſi putabant, cum nihil de Abrahæ moribus retinerent; *vt , nihil eos , oſtendat* , eiuſdem patris verba ſunt *à progenitoribus eſſe lucratos ; ab Abraha coniunctione ipſos abſcindit , ſimilium verò morum progenitores ipſis attribuit ?* innuens tales filios eſſe quales parentes ſunt & nimis incongruum eſſe , eos de Maiorum ſanctitate ſibi blanditi , qui in tam fœda vitia corruiſſent.

700. *Quomodo poteſtis bona loqui cùm ſitis mali?* nunquid non poteſt etiam malus bona effundere verba ? Videmus quotidie pleroſque ſancta emittere verba , & pietatem redolentia , intus impij & ſanctitate vidui ? cur igitur ait Chriſtus ? *Quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali ?* Malorum verba bona hominibus videantur , qui ea expendunt , vt ex labiis,oreque prodeunt ; at Deo non bona ſunt, quia ea perpendit , vt ex vitiata cordis radice pullulant ; hinc ſubdit *ex abundantiâ cordis os loquitur* ; ſolus autem Deus videre cor , & mentis interiora poteſt rimari.

Omne verbum otioſum , quod loquuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij

OMne verbum otioſum ; hæc verba iurè contra illos vrget Beatus Laurentius Iuſtinianus, qui non otioſa tantùm euomunt verba ; ſed noxia, veritate vidua, maledicentia plena ? *Quomodo approbare valebit , quod idem minatum eſt iudicare ? De omni (inquit) verbo otioſo , quodcumque loquuti fuerint homines reddent rationem in die Iudicij; Nam ſi exigetur ratio de otioſis ſermonibus , quid de irriſoriis , mendacibus , murmuratoriis, & huiuſmodi ? qui omnino ſeruis Chriſti non congruunt?*

Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis , & phariſæis dicentes : Magiſter volumus à te ſignum videre.

TVnc reſponderunt : Signatè ait , *tunc* : quando ſcilicet tot ſigna viderant , tot miracula. 701.
Tunc quando obſtupeſcere,& admirari oportebat; quando ſaltem confuſi decedere debebant : tunc in malignitate, & pertinacia improbè perſeuerant. Mali plerunque beneficiis peiores fiunt , ſæuiuntque magis in benefacientem.

Magiſtrum vocant : cur non Dominum ? Excutere ſuperbi cuiuſlibet imperium ſatagunt ; nec Domini nomen audire volunt , qui ſuæ voluntati famulantur.

Magiſter : putarunt , aſſentatiunculâ hac ipſum delinire , ac delinitum allicere : ſed , qui eorum conuiciis , blaſphemiſque verbis non eſt commotus, nec deceptus eorum adulatione eſt. Nimirùm , qui maledicas linguas ſuſtinet , non facilè laudibus capitur , quas adulatio in fraudem nectit.

Cùm Phariſæi aſperè , atque contumelioſè in- 702.
terrogant : manſuetè , ac leniter reſpondet Chriſtus ; cum verò adulantur , tunc non mediocri vtitur acrimonia : ſeuerè eos increpat , omni ſe perturbatione ſuperiorem oſtendens,ac docens,quàm cautè adulationis verba vitanda ſint. Patienter tulit , cum blaſphemas illas voces emitterent , quòd in principe dæmoniorum eiiceret dæmonia : hic autem cum Magiſtri titulo in honorem donatur, aſperè eos reprehendit , acriter arguit. Scilicet oſtendere voluit , quàm illi adulatio diſpliceat : & ferenda æquo animo eſſe conuitia;adulationis verò verba non admittenda ; ne illis animus molliatur , & alliciatur ad mala.

SECTIO III.

Vera nobilitas non ſanguinis ſed virtutis. 703
Chriſtus miſericordia recordatur cum iraſcitur. 703
Paterna gloria ſtudioſus Chriſtus , & Chriſti imitator. 703
Qui ſuperbè petunt exaudiri à Deo non merentur. 704
Facere Chriſtus non videtur , quod in noſtram vtilitatem non vergit. 704
Pœnitentia operibus diuinæ iuſtitiæ obuiam eundum. 704
Omnes ad pœnitentiam Chriſtus inuitat. 705
Prauorum hominum contumaciam patienter ferre extra conſueta ſanctitatis metas eſſe videtur. 705
Omnis extra hominem habitatio ingrata Dæmoni eſt. 707
Dæmon cum nocere poteſt quieſcere aliquo pacto illi videtur. 707
Dæmon cur immundus ſpiritus dicatur. 707

Generatio mala , & adultera ſignum quærit; & ſignum non dabitur , ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ.

IVdæorum genus Deus extulerat, & ab eo Chri- 703.
ſtus originem duxerat : nunc tamen generationem malam , adulteramque , Scribas , & Phariſæos vocat , vt indicaret , in genealogiis non carnis , ſanguiniſque ſe rationem habere ſed virtutis & ſanctitatis. Nobilis illa generatio eſt , quæ à probitate non eſt aliena , alioquin generis nobilitas nulla eſt , quæ ſanctitatis nobilitate caret.

Pende

Pende hîc Chriſti miſericordiam; acriter ſcribas reprehendit, & Phariſæos; & cum verbis addere pœnas deberet, quibus eorum temeritatem puniret, ait, ſignum Ionæ eis exhibendum. Per Ionam ſupplicia Niniuitis minatus eſt; ſed minatus dumtaxat, miſericordiæ ſuæ diuitias in eos effudit. Nempè, cum iraſcitur, miſericordiæ recordatur.

Generatio mala, & adultera: Cur adulteram vocat? Vt proderet, quàm illi diſpliceret, ſuum Patrem contemni, reiicique, adultera dicitur hæc generatio, quæ Deum Patrem non nouerat, quæ ab eo deſciuerat; ac ſi diceret: quòd tàm malè me tractatis, me calumniis impetitis, & conuitiis, patienter fero; ſed grauis mihi Patris mei offenſa, quem vt patrem non agnoſcitis: & idcirco generatio adulterina vos eſtis. Vides, quàm paternæ gloriæ ſtudioſus Chriſtus ſit, quàm ægrè Patrem ſuum contemni ferat. Idem præſtet, qui Chriſtum ſequitur.

104. *Signum non dabitur ei*: Quæri hîc ſolet, quomodo dicat Chriſtus, *ſignum non dabitur ei*, cum multa poſtea ab eo miracula facta ſint. Reſponderi poteſt, non eſſe illis dandum ſignum, hoc eſt, illis petentibus atque rogantibus; quia malo animo, & tentandi cauſâ quærebant, quod vel ex eorum verbis apparet; non enim rogant, ſed quodammodo imperant: *volumus*, inquiunt, *à te ſignum videre*. Qui tàm ſuperbè petunt, exaudiri non merentur.

Præterea rectè dictum, *ſignum non dabitur ei*; quia ſigna, quæ poſtea à Chriſto exhibita, potiùs contra ipſos, quàm ipſis data fuerunt; eorum quippè malitiam, impietatem, duritiemque teſtabantur. Tandem illis data ſigna non ſunt, qui ex ſignis, ac miraculis nihil profecerunt: aliis fuere data, qui fructum ex illis erant percepturi; ac ſi facere Chriſtus non videatur, quod in noſtram vtilitatem profectumque non vergit.

Signum Ionæ ſuis calumniatoribus exhibetur cur non aliud? Ne Iudæi veniam deſperarent; & pœnitentiæ operibûs Diuinæ comminationi occurrerent & vitæ mutatione Dei iuſtitiam anteuerterent: quod Niniuitæ perfectiſſimè ad Ionæ prædicationem præſtiterunt.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti ſic erit filius hominis in corde terræ.

Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terra: Hæc poſtrema verba ita vertit Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus: *Sic oportet filium hominis agere in corde terræ*; & ſubdit: *Adnuntiat enim vel in vmbrâ veritati, imago rem ipſam, paſſionem paſſione priùs ad viuum expingit, monſtremus, vt pridem ſolemne Deo fuerit, velut in veteraſcente quadam imagine emortua gratia facinora adumbrare; vt miraculorum ſpectaculo, obſoletiores miraculorum vmbras conſpicari, homines velut in ſpeculo, quæ ſupra naturam ſunt, credant. Quemadmodum, qui artis, & coloris ſubſidio, rerum viſarum naturas, moliuntur efformare, vmbras quaſdam præformant, antequam colorum florem indant; eodem modo ſolertiſſimus mundi Artifex, imagines, quæ plus artis repoſcunt, priùs attenuatè adumbrauit.*

Sic erit filius hominis in corde terræ; Non poteſtati terræ Chriſtus committitur, ſed cordi; vt vel à terrâ diſceres, cum corde recipere, qui verè cor habet. *Non dixit*, inquit ſanctus Chryſoſtomus, *in poteſtate ſcilicet terræ; ſed dixit in corde; vt terra ſuum ſentiret, agnoſceret, tremeret, ſed non teneret auctorem*; terra ſenſiſſe ſuum auctorem viſa eſt, licet non ſentiat; nec ſentiet homo, qui verè ſentit? non agnoſcit auctorem ſuum, qui alia poteſt?

Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſtâ, & condemnabunt eam, quia pænitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce pluſquàm Ionas hîc.

Niniuitarum exemplo eos ad pœnitentiam vocat, & allicit. Fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, deinde ad Niniuitas prædicauit, vt pœnitentiam agerent, quam eius verbis moti inierunt. Chriſtus in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus fuit, deinde ſurrexit, vt omnes ad pœnitentiam inuitaret. 705.

Ecce, inquit, *pluſquam Ionas hîc*. In omnibus Ionæ præferendus Chriſtus, ſed maximè in prædicatione. Niniuitæ, audientes Ionam, ſtatim crediderunt; alioquin abiiſſet, nec ferre eorum duritiem potuiſſet. Iſti variam à Chriſto, ac profundiſſimam doctrinam audierant, nec tamen ei crediderunt; inſuper & calumniarunt Pluſquam Ionas Chriſtus extitit; quia prauorum hominum contumaciam patienter ferre eximium quid eſt, & ſingulare; ac extra conſuetæ ſanctitatis metas eſſe videtur.

Surgent Niniuitæ; contra eos ſcilicet, qui à viâ veteri non ſurgunt, dum vocantur; rem egregiè 706.
vrget ſanctus Chryſoſtomus dum ait: *Si Deus viderit tuam animam candefactam, acrem, & excitatam promptitudinem, ipſe quoque manum ſuam adiiciet, vt adiuuet tuum profectum. Obſecro, & obteſtor, diligentes, & induſtrii ſimus, ne & nos audiamus, quod homines Niniuitæ ſurgent, & condemnabunt generationem iſtam, eo quod illi ſemel admoniti ſeſe correxerint; nos ſæpe admoniti non conuertamur: illi ad omnes virtutes profecerunt, nos ne vnam quidem virtutem nobis paramus.*

Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit.

Ambulat per loca arida: Græcè, διέρχεται δι' ἀνύδρων, τόπων, *ambulat per loca inaquoſa*, 707.
aquis carentia, ac proinde ſterilia, deſerta, & ad habitandum inepta. Ideſt, quocumque dæmon pergat, omnis, extra hominem habitatio ingrata eſt, & triſte exilium putat ab homine abeſſe. Loca, alioquin culta, & deliciis plena, deſertum dæmoni videntur, ſi ab hominum corde, corporeque eiiciatur. Tantum in homines ſæuire amat, & eorum ſceleribus adeò delectatur.

Quærens requiem: Quì requiem quærere dæmon curat, cum ſciat, ſe eâ æternùm cariturùm. Quando nocere poteſt, quieſcere aliquo modo ſibi videtur; tormentis noſtris delectatur: refrigerium putat ſuum, dolores noſtros. Quandiu nos torquet, cruciat, & infeſtat; tandiu quiete aliquâ frui ſibi videtur.

Cum immundus ſpiritus: hoc titulo donatur dæmon, propter ſuperbiam, nam immunditia ſuperbia

ſuperbia eſt, cuius fœtorem ferre Deus nequit.

SECTIO IV.

Ἐπιςρέψω quid; Satanas ſemetipſum excitat in noſtrē perniciem. 708
Victum ſe fateri ſuperbus ſatanas non vult. 708
Cur ſeptem alios ſpiritus ſecum aſſumere Diabolus dicatur. 709
Dæmones ad nocendum prompti, rogari non indigent. 710
Quæ à Dei gratia excidit ſæuiorem Dæmonem experitur. 710
Inuidi Christum loquentem interrumpunt. 711
Attentè Chriſti verba excipiebat Maria. 711
Parentum affectus cœleſtis Patris obſequio poſtponendus. 712
Res diuinæ negotiis humanis præferendæ. 712
Quanti nos Chriſtus æſtimet. 713
Propinquitatis ius vnde ſumendum. 714
Diuino cultui addictus, parentū debet obliuiſci. 714
Parentum amor Dei obſequio poſtponendus. 715
Virtutis non ſanguinis nobilitas in pretio habenda. 715
Doctrinæ verbum bonorum operum fructus parturiat. 715

Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui.

708. REuertar: Græcè, ἐπιςρέψω. *Redibo Reuertar.* Verbum ἐπιςρέφειν, ſignificat etiam, *corrigere*, & *emendare*; hinc illud, ἐπιςρέφειν ῥᾳθυμίας οἰκετῶν, *ſocordias famulorum corrigere.* Etiam ſatanæ reditus huc collineat, vt ignauiam ſuam, atque ſocordiam corrigat, qua tàm facile exiuit, & abiit. Vtinam, qui ad Chriſtum redeunt, hoc eodem animo rediren̄t, vt ignauiam ſuam emendarent fortioreſque in pugnâ contra ſatanam eſſent.

Vnde exiui: Dixiſſet, *vnde pulſus ſum*, Non vult id ſuperbus agnoſcere: exiiſſe ſe dicit, non eiectum: victum ſe, præ ſuperbiâ, fateri non vult. Hôc modo ſe animat, & vires colligit: ad certamen, miſerique hominis oppugnationem ſe iterum excitat; ac ſi hominis virtutis non fuerit, quòd abierit, ſed ſuæ ſtoliditatis, ſuæ ſocordiæ.

709. Semper ſtudet diabolus mala nobis inferre: omnem lapidem mouet, vt in domicilium, à quo pulſus, iterum irruat: vt enim ſuperbiſſimus eſt, expulſus magìs rabiem acuit, ac nocendi libidinem, dolore ex amiſsâ ſemel prædâ concepto. Igitur vbi quis ſe, Chriſti auxilio, ab eius laqueis explicuerit, acriùs ſæuientem expecter, & illi ſpiritualibùs armis, fortî, alacrîque animô occurrat.

Reuertar in domum meam: Proh quàm miſera hominis conditio! diaboli per peccatum domicilium fit, qui Dei, per Dei gratiam, eſſe debet. Et non infernus, dæmonis domus eſt? Eſt: ſed peccatis onuſtus infernus quidam eſt, quædam gehenna.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſē, & intrantes habitant ibi.

ALios ſeptem ſpiritus ad nocendum promptiores aſſumit: timuit ingredi, ne tanquam ſolus, ac imbecillis; ruſus eiiceretur. Septem poſuit Hebraicâ phraſi pro multis; vel, vt ſeptem Spiritus ſancti donis, ſeptē ſpiritus, ſe opponerent.

Abit lætus, & ſocios ſibi aſſumit inuitatos habitationis commoditate. Non legimus dæmonem hos ſeptem nequam ſpiritus multis rogaſſe, vt ſecum in domum, à qua eiectus erat, venirent. Quid neceſsè eſt, dæmonem ad nocendum homini rogare, cum ad hoc naturâ ſuâ propenſiſſimus ſit? Satis eſt, vt ſæuiendi occaſio detur: non opus eſt precibus, non imperio. 710.

Nequiores ſē; Sceleratiores, nocentioreſque quàm ipſe ſit. Adiungit ſibi dæmon ſocios, quà vt domum ſibi muniret, nec facilè iterum expelleretur; quà vt nocendi libidinem in eum, à quo pulſus, explere poſſet. Diſce: qui, ſemel diabolo ereptus, ipſius Chriſti gratiâ exciderit, amplius diabolo fit obnoxius, & in iuſtam perfidiæ, ſeu ignauiæ pœnam, ſæuiorem ſatanicum hoſtem experitur.

Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant.

ECce mater tua; Vnde huic hæc ſolicitudo, vt Chriſti matrem adeſſe Chriſtum moneat? Non charitatis fuit hæc monitio: liuoris fuit, fuit inuidiæ. Cupiebat malus iſte auditor, Chriſti ſermonem, qui eius mentem ob inuidiam lacerabat, interturbare, Chriſtumque perſtringere, quòd, ex pauperculâ natus, tàm alta, & ſublimia doceret. 711.

Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant: Matris licentiâ in auditores non irrumpit Virgo; quin humilis inter auditores ſtabat Chriſti Mater, & attentè filij excipiebat verba. Non eius ſermonem interrumpit; ne priuato commodo communem vtilitatem impediret,

Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

CHriſtus hîc ſuorum executor eſt præceptorum, dictutus enim cæteris: *qui non reliquerit patrem, aut matrem ſuam non eſt mē dignus*: huic ſententiæ ſe primus ſubdidit: non quia tantæ Matris refutet pietatis obſequia, ſed vt paternis ſe myſteriis magis debere, quàm maternis affectibus ſignificet. 712.

Quæ eſt mater mea. Non abnegat matrem, aut propinquos; ſed docet, non interrumpendam Diuinæ doctrinæ tractationem ob humana parentum negotia; reſque Diuinas humanis eſſe præferendas. Arguitur ingratitudo noſtra, qui carnis vota Chriſto præferimus, nec parentes relinquimus, vt plenè Chriſto adhæreamus.

Quæ eſt mater mea? Non confundere volebat matrem, ſed docebat matrem relinquendam eſſe, vbi de animarum agitur lucris; quis non deſerat ſuam, cùm ſuam pro noſtra ſalute deſerere Chriſtus videatur? 713.

Quæ eſt mater mea? Vt doceret, quanti Dei verbum fieri debeat ipſum Dei Verbum, nuntiatâ matre, matrem deſerit. Vel hinc iam diſcas, quanti te Chriſtus æſtimet, quo te amore diligat; qui animæ ſaluti procurandæ intentus, matrem ſuam ignorare, videtur; illam, à qua genitus, neſcire.

Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Ac ſi ſuos conſanguineos non agnoſceret; agnoſcebat, ſed his verbis oſtendere voluit, *propinquitatum omnium ius*, inquit Sanctus Hilarius, *atque nomen non iam de conditione naſcendi, ſed de Eccleſia communione retinendum.* 714.

Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei; nimirum Chriſti exemplo nullam matrem, nullos fratres

fratres carnales debet agnoſcere, qui in Dei cultu diuiniſque miniſteriis occupatur, præſertim ſi parentes miniſterium noſtrum impedire poſſunt, aut retardare; Verè non eſt mater illa mater, quæ filio ad Dei obſequium impedimento eſt, nec fratres illi verè ſunt, ſunt hoſtes, qui à Dei ſeruiture nos auocant.

Ecce mater mea, & fratres mei.

E*Cce mater mea, & fratres mei*; nimirum, qui Dei ſe ſeruituti mancipauit, parentum curam Dei obſequio minimè præferat; benè hæc verba exponebat Beatus Laurentius Iuſtinianus, obedientiæ vim expendens, quæ Chriſti fratres ſectatores ſuos reddit: *Tanta excellentiæ eſt obedientiæ virtus, quod hominem fratrem Chriſti facit. Dum autem Dominus eſſet occupatus in officio prædicandi, ſuggeſſit ei quidam de matre, & de fratribus, inſidias tendens, vt ſpirituali operi carnem, & ſanguinem anteponeret. Cui Dominus. Ecce mater mea, & fratres mei; quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Quare ſic reſpondit Dominus Ieſus? Vtique propter nos; vt conuerſos ad Dominum iam non ſollicitet cura parentum carnalium, & neceſſitudines illorum non impediant exercitium ſpirituale. Quamdiu nos in mundo ſumus, debitores nos eſſe parentum; poſtquam verò per obedientiam nos metipſos reliquerimus; nos ab eorum neceſſitatibus cognoſcamus, eſſe ſolutos.*

Ecce mater mea, & fratres mei.

NOn negat conſanguinitatem carnis, ſed præponit ei, quæ ſecundùm virtutem eſt. Nec Virgini, Dei Matrem fuiſſe, profuiſſet, niſi virtutibus fuiſſet inſignita. Cui ergo alteri proderit viri ſancti cognatum eſſe, ſi virtutem non habeat?

Ecce Mater: Cur etiam mater? Matrem eos dicit, quaſi doctrinæ verbum in ſpiritali animæ vtero ſuſciperent, & bonorum operum fructus parturirent. Mater Chriſti audire non debet, qui ſpiritales fœtus non edit in lucem.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare.

In illo die. *B. Beda. In illo tempore.*
Exiens. *Fr. Luc. Egreſſus. Auct. Prodiens. Arab. Exiit.*
Sedebat. *Syr. Seditque.*
Secus mare. *Syr. Iuxta littus maris. Adam C. ex Græco. Ad mare. Idem ex Syr. Super mare*, ſeu, *littus maris. Ar. M. Secundum mare.*

Verſ. 2.

Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore.

Congregatæ ſunt. *Syr. Congregauerunt ſe.*
Turbæ multæ. *S. Hil. Turba.*
Aſcendens ſederet. *S. Hil. Aſcenderet.*
In littore. *Adam C. Super littus. Syr. Supra littus maris.*

Verſ. 3.

Et locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit, qui ſeminat, ſeminare.

Locutus eſt. *Syr. Collocutus eſt. Pagn. Dicebat.*
In parabolis. *Pagn. Per ſimilitudines. Mald. Per parabolas.*
Exiit. *S. Hier. Egreſſus eſt.*
Qui ſeminat. *Syr. Seminator. Caiet. Qui ſeminabat. Mald. Seminans.*

Verſ. 4.

Et, dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cæli & comederunt ea.

Dum ſeminat. *Mald. In ſeminando. Arab. Dum ſeminaret. Ar. M. In ſeminare.*
Secus viam. *Quid. Secus manum via. Arab. Super, Syr. Iuxta. Fr. Luc. Iuxta viam publicam.*
Vener. voluc. *Syr. Venit auis. Fr. Luc. Aduolarunt.*
Cæli. *Syr. Et omnes ferè citati Auctores hoc omittunt.*
Comederunt. *Syr. Deuorauit. Vat. Deuorauerunt.*

Verſ. 5.

Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ.

Alia a. c. in p. *Syr. Aliudque cecidit ſuper petram.*
Et continuò. *Syr. Et eodem momento.*
Exorta ſunt. *Syr. Apparuit.*
Quia non h. a. t. *Syr. Propterea quòd non erat profunda terra. Arab. Cùm non eſſet eis profunditas terræ. Vat. Propterea quòd non haberent profunditatem terræ.*

Verſ. 6.

Sole autem orto æſtuauerunt: &, quia

Sole a. o. *Quum autem exortus eſſet ſol. Fr. Luc. Increſcente ſolis calore, ſole ferueſcente.*

noti

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

non habebant radicem, aruerunt.

Æſtuauerunt. *Pagn. Exuſta ſunt. Syr. Affectum eſt calore. Menoch. Torrefacta ſunt. Fr. Luc. Perierunt æſtu nimio.*
Aruerunt. *Ar. M. Exaruerunt. Syr. Exaruit.*

Verſ. 7.

Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ & ſuffocauerunt ea.

Creuerunt. *Pagn. Inſurrexerunt. Vat. Succreuerunt Fr. Luc. Aſcenderunt. Auct. Aſſurrexerunt.*

Verſ. 8.

Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

Dabant. *Arab. Dederunt. Syr. Edidit.*
Fructum. *Syr. Fructus.*
Aliud centeſimum a. ſex. al. trig. *Theoph.. Ille quidem centum, alius autem ſexaginta, alius verò triginta. Ar. M. Hoc centum, hoc autem ſexaginta, hoc autem triginta. Arab. Pro uno centum, pro alio ſexaginta, & pro alio triginta. Syr. Aliud centenos aliud ſexagenos: & aliud tricenos. Vat. Aliud quidem centuplum, aliud verò ſexagetuplum, aliud verò trigetuplum.*

Verſ. 9.

Qui habet aures audiendi, audiat.

Qui h. a. a. aud. *Syr. Qui habet aures ad audiendum audiat. Arab. Qui habet aures audientes audiat. Ar. M. Habens aures audire, audiat.*

Verſ. 10.

Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?

Et acced. *Pagn. Et adeuntes. Arab. Acceſſerunt.*
In parabolis. *Vat. Per parabolas.*
Loqueris. *Syr. Colloqueris.*

Verſ. 11.

Qui reſpondens, ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cælorum: illis autem non eſt datum.

Qui r. a. i. *Arab. Et reſpondit eis, & dixit.*
Vobis d. e. *Arab. Vos donati eſtis.*
Noſſe. *Tert. Cognoſcere. Arab. Cognitione.*
Myſteria. *Syr. & Tert. Arcana. Arab. Myſteriorum.*
Illis a. n. e. d. *Arab. Et illi donati non ſunt.*

Verſ. 12.

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, &, quod habet, auferetur ab eo.

Abundabit. *Syr. Abundabit ſibi. Pagn. reddetur abundantior. Arab. Addetur.*
Et, quod habet. *Orig. Et ipſum quod habet.*
Auferetur. *Pagn. Tolletur.*

Verſ. 13.

Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

Videntes n. v. *Arab. Ipſi vident, & non vident. Syr. Quippe qui videant, & non videant. Fr. Luc: Non conſiderant, non diiudicant.*
Audientes n. a. *Arab. Et audiunt, & non audiunt. Syr. Audiantque, & non audiant, nec intelligant.*

Verſ. 14.

Et adimpletur in eis prophetia Iſaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.

Et adimpletur. *Quid. Codd. Vt adimpleatur. Vat. Et completur. Ar. M. Readimpletur. Fr. Luc. Ita vt impleatur.*
In eis. *Adam C. Super ipſos.*
Videntes videbitis. *Ar. M. Intuentes intuebimini. S. Iſid. Hiſp. Cernentes videbitis. Fr. Luc. Omnino videbitis.*
Et non videbitis. *Caiet. Non Perſpicietis. Int. Euth. Non cernetis. S. Iſid. Hiſp. Non ſcietis. Syr. Neque cognoſcetis.*

Verſ. 15.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

Incraſſatum eſt. *Syr. Nube offuſum eſt. Vat. Craſſum factum eſt. Fr. Luc. Pingue factum eſt.*
Audierunt. *Syr. Audiunt.*
Clauſerunt. *Pagn. Occluſerunt.*
Et conuertantur. *Syr. Vt conuertantur.*
Sanem eos. *Orig. Remittatur eis.*

Verſ. 16.

Veſtri autem beati oculi, quia vident, & aures veſtræ quia audiunt.

Beati oculi. *Syr. Felices ſunt oculi.*
Quia. *S. Gaudentius Qui.*
Vident. *Ar. M. Intuentur. Arab. Ipſi perſpiciunt. Syr. Cernunt.*
Quia. *S. Gaud. Qui Arab. Quia ipſa.*

Verſ. 17.

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 17.

Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iuſti cupieruot videre, quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Multi p. e. i. *Phil. Carp. Multi prophetarum ac iuſtorum. Arab. Multi ex prophetis, & iuſtis.*
Cupierunt. *S. Gaud. Deſiderauerunt. S. Hil. Quaſierunt. Syr. Per quam deſiderarunt. S. Aug Voluerunt. Fr. Luc. Summis votis deſiderarunt.*
Quæ videtis. *Arab. Quod vidiſtis. Ar. M. Quæ intuemini.*

Verſ. 18.

Vos ergo audite parabolam ſeminantis.

Seminantis. *Syr. Seminis.*

Verſ. 19.

Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, veoit malus, & rapit, quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt, qui ſecus viam ſemioatus eſt.

Omnis. *Vat. Quinis.*
Et rapit. *Syr. Et rapit verbum.*
Sominatum eſt. *Pagn. Seminatus fuit.*
Secus viam. *Arab. Super viam. Vat Iuxta viam.*
Seminatus eſt. *Syr. Seminatur. Pagn. Seminatus fuit.*

Verſ. 20.

Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud.

Super pe. ſe. e. *Vat. In petricoſa ſemen iactum exceperat. Arab. Super petram. Pagn. In ſaxoſa ſatum eſt.*
Continuò. *Syr. Eodem momento. Vat. Protinus. Fr. Luc. Auidè, feruenter.*
Accipit. *Syr. Excipit. Ar. M. Sumens. Arab. Recipit.*

Verſ. 21.

Noo habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Factâ autem tribulatione, & perſecutiooe propter verbum, cootinuò ſcandalizatur.

Non h. a. i. ſ. r. *Arab Non habet in eâ radicem. Syr. Non agit radicem in ſeipſum.*
Temporalis. *Pagn. Temporarius eſt. Arab. In tempore modico.*
Facta a. t. *Vat. Cùm inciderit afflictio. Arab. Cum prouenit tribulatio. Syr. Quumque fuerit oppreſſio.*
Et perſecutione. *Ar. M. Aut perſecutione. Syr. Aut perſecutio.*
Scandalizatur. *Pagn. Offenditur.*

Verſ. 22.

Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum audit & ſolicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſioe fructu efficitur.

Seminatus e. i. ſ. *Syr. Inter ſpinas ſatum eſt. Vat. In ſpinas ſemen exceperat.*
Verbum. *Arab. Verba. Syr. Sermonem.*
Solicitudo. *Pagn. Cura. Ar. M. Anxietas.*
Fallacia. *Pagn. Deceptio. Fr. Luc. Seductio. Auct. Fraus, error.*
Sine fr. effic. *Pagn. Infrugifer fit. Fr. Luc. Infructuoſus. Theoph. Sterilis fit.*

Verſ. 23.

Qui verò in terram bonam ſemioatus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem ceoteſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò trigeſimum.

In terram bonam. *Ar. M. In terram pulchram.*
Seminatus e. *Syr. Satum eſt. Vat. Excipit ſemen.*
Verbum. *Syr. Sermonem meum. Arab. Verba.*
Affert. *Pagn. Reddit. Arab. Dat. Ar. M. Fert. Syr. edit.*
Facit. *Syr. Profert. Vat. Gignit.*
Aliud q. c. a. a. ſ. a. v. t. *Arab. Pro vno centum, pro altero ſexaginta, pro altero triginta. Syr. Alius centenos, alius ſexagenos, alius denique tricenos. Vat. Alius quidem centuplum, alius verò ſexagecuplum, alius verò trigecuplum.*

Verſ. 24.

Aliam parabolam propoſuit illis, diceos: Simile factum eſt Regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Aliam parabolam. *Syr.* addit. *Ænigmaticè.*
Simile factum eſt R. cæl. *S. Zeno. Simile eſt regnum Cælorum.*
Homini. *S. Epiph. Homini patrifamilias.*
Bonum ſemen. *Ar. M. Pulchrum ſemen.*

Verſ. 25.

Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit.

Cùm d. h. *S. Zeno. Dormientibus hominibus.*
Inimicus. *Syr. Hoſtis. S. Epiph. Inimicus homo.*
Superſeminauit. *Vat. Seminauit.*
In medio tritici. *Pagn. Inter triticum. S. Zeno. In triticum. Fr. Luc. Per medium tritici.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 26.

Cùm autem creuiſſet herba,& fructum feciſſet,tunc apparuerunt & zizania.

Creuiſſet. *Syr, Germinaſſet.*
Fructum f. *Syr. Ediſſet fructus. Vat. Fructum attuliſſet. Ar. M. Fructum fecit.*
Apparuerunt. *Fr. Luc. Manifeſtarunt ſe.*

Verſ. 27.

Accedentes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?

Accedentes. *Arab. Venerunt. Syr. Acceſſerunt.*
Patrifamilias. *Arab. Domini agri. Fr. Luc. Domini domûs.*
Domine. *Syr.* addit, *Noſter.*
Seminaſti. *Vat. Seminaueras. Theop. Seminabas. Orig. Seminauimus.*
Agro tuo. *S. Epiph. Agro.*
Habet z. *Arab. Facta ſunt in eo zizania.*

Verſ. 28.

Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit: Serui autem dixerunt ei, Vis, imus,& colligimus ea?

Inimicus h. *Syr.* apud *Fr. Luc. Vir inimicitia auctor.*
Fecit. *Syr. Egit.*
Serui a. d. e. *Syr. Cui ſubdunt ſerui ipſius. S. Epih. Cui ſerui.*
Vis, imus, & col. ea. *Pagn. Vis igitur vt profecti colligamus ea? S. Epih. Vis, eamus & extirpemus zizania. Caiet. Abeamus & colligamus ea. Fr. Luc. Abeuntes colligamus.*

Verſ. 29.

Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.

Et ait i. *S. Epiph. Quibus ille dixit.*
Ne fortè. *Caiet. Ne quando.*
Colligentes. *Arab. Colligatis. Syr. Dum collecturi eſtis. S. Epih. Extirpantes. Pagn. Dum colligitis.*
Eradicetis. *S. Epih. Extirpetis.*
Simul. *Vnà cum illis.*

Verſ. 30.

Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primùm zizania,& alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Sinite vtraque creſcere. *S. Epih. Sed ſinite vtraque. Theoph. Sinite pariter vtraque creſcere. Syr. Sinite creſcant vtraque ſimul.*
Vſque ad meſſem. *S. Epiph. Vſque ad tempus meſſis.*
Et in t. m. d. *S. Epiph. Et dicam.*
Colligite primùm *S. Epiph. Colligite.*
Alligate. *S. Epiph. Ligate.*
Ad comburendum. *Tert. Ad cremandum Ar. M. Ad comburendum ea. Arab. Vt comburantur.*
Triticum. *Syr. Tritica.*
Congregate. *S. Auguſt. Recondite. Syr Colligite.*
In horreum meum. *Syr. In horrea mea. S. Epih. In horreo.*

Verſ. 31.

Aliam parabolam propoſuit eis dicens: Simile eſt Regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.

Propoſuit. *Euth. Adiecit. Syr.* addit, *Ænigmatice.*
Accipiens. *Euth. Acceptum. Arab. Accepit. Pagn. Cum accepiſſet.*

Verſ. 32.

Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor: ita vt volucres cæli veniant,& habitent in ramis eius.

Quod m. q. e. o. ſ. *Caiet. Quia minimum eſt omnium ſeminum.*
Cùm a. c. *Pagn. Caeterùm vbi excreuerit.*
Maius eſt. *Syr. Maximum eſt.*
Omnibus ol. *Vat. Inter olera. Caiet. Omnium olerum.*
Habitent in ramis eius. *Arab. Obumbrentur ſub ramis eius. Vat. Nidulentur in ramis illius. Euth. Nidificent in ramis eius. Ar. M. Et vmbracula facere in ramis eius. F. Luc. Commerentur.*

Verſ. 33.

Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt Regnum cælorum fermento, quod

Aliam parabolam. *Arab. In aliâ parabola.*
Simile eſt. *Arab. Aſſimilatur.*
Acceptum. *S. Aug. Accepit.*
Satis. *S. Hil Menſuris.*
Abſcondit. *S. Iſid. Hiſp. Commiſcuit. Syr. Abdidit. Pagn. Abſcondidit. Fr. Luc. Condidit, confudit, miſcuit.*

acceptum

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

Satis *Orig. Menſuris.*
Donec. *S. Aug. Quoaduſque. Syr. Vſquedum. Ar. M. Vſquequo.*
Fermentatum eſt. *S. Aug. Fermentaretur.*

Verſ. 34.

Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis.

In parabolis. *Pagn. Per parabolas.*
Et ſinè parabolis. *Vat. Sinè parabolâ.*
Non loquebatur eis. *Vat. Nihil locutus eſt illis. Syr. Nec colloquebatur eis.*

Verſ. 35.

Vt impleretur, quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

Vt impleretur. *Syr. Vt adimpleretur. Pagn. Vt compleretur. Fr. Luc. Ita vt impleret.*
Quod dictum erat. *Ar. M. Prenunsiatum. Pagn. Quod dictum fuerat.*
Eructabo. *Arab. Loquar. Fr. Luc. Scaturiam.*
Abſcondita. *F. Luc. Occultata.*
A conſtitutione. *Arab. Ante fundationem. Syr. Quæ fuerunt ante conſtitutionem.*

Verſ. 36.

Tunc, dimiſſis turbis, venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.

Dimiſſis. *Int. Theoph. Relictis. Arab. Dereliquit turbam. Syr. Dimiſit.*
In Domum. *Vat. In ædes,* addit, *Ieſus.*
Ediſſere. *Syr. Explica. S. Aug, Enarra. Fr. Luc. Declara. Al. Diſſere.*
Zizaniorum agri. *Syr. Zizaniorum, & agri.*

Verſ. 37.

Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis.

Reſpondens a. i. *Arab. Reſpondit autem, & dixit.*
Qui ſeminat. *Ar. M. Seminans. Arab. Qui ſeminauit.*
Bonum ſemen. *Ar. M Pulchrum ſemen.*
Filius hominis. *S. Epiph. Deus.*

Verſ. 38.

Ager autem, eſt mundus. Bonum verò ſemen, hi ſunt filij regni. Zizania autem, filij ſunt nequam.

Ager a. *S. Epiph. Ager verò.*
Bonum. *Ar. M. Pulchrum.*
Filij. *S. Epiph. Homines.*
Nequam. *Syr. Illius mali. Arab. Maligni. Caiet. Mali. S. Epiph. Mali.*

Verſ. 39.

Inimicus autem, qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt.

Inimicus autem. *S. Epiph. Inimicus homo.*
Qui ſeminauit. *Vat. Qui ſeminat. Ar. M. Seminans ea.*
Eſt diabolus. *Syr. Eſt ille ſatanas.*
Conſummatio. *Arab. Finis.*

Verſ. 40.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi.

Sicut e. c. z. e. i. c. *Arab. Et ſicut ipſi congregant zizaniam, & comburunt igni.*
Sic erit. *Fr. Luc. Sic agetur.*
In conſummatione. *Arab. In fine.*
Seculi. *Syr. Mundi huius.*

Verſ. 41.

Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem.

Mittet. *Vat. Emittet. Cæſar.* addit, *vbique per terrarum orbem.*
Colligent. *Lucif. Epiſc. congregabunt.*
De regno. *Fr. Luc. E regno.*
Scandala. *Pagn. Offendicula.*
Qui faciunt iniquitatem. *S. Ioan. Chryſ. Qui faciebant iniquitatem. Mald. Qui iniquitatem exercent. Arab. Operantes. Syr. Agentes. Vat. Qui patrant.*

Verſ. 42.

Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Mittent. *Syr. Proiicient.*
In caminum. *Adam C. In caminum illum. Syr. In fornacem ignis.*
Fletus. *Pagn. Ploratus.*
Stridor. *Ar. M Fremitus.*

Verſ. 43.

Tunc iuſti fulgebunt, ſicut Sol in regno

Iuſti. *S Epiph. Facies veſtra.*
Fulgebunt. *Syr. Splendeſcent.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.	Qui h. au. au. au. *Syr. Qui habet aures ad audiendum audiat. Ar. M. Habens aures audire audiat. S. Ambr. Qui habet aures audientes.*
Verſ. 44. Simile eſt Regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem, qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.	Simile eſt. *Arab. Aſſimilatur.* Abſcondito. *S. Hil. Abſconſo.* Qui inuenit h. *Pagn. Quem quum reperiſſet. Vat. & Int. Orig. Quem repertum. Syr. Quem inuentum vir.* Abſcondit. *Pagn. Abſcondidit. Syr. Abdit.* Gaudio illius. *S. Hier. Gaudio ſuo. Vat. Quod habet ſuper eo. Syr.* omittit, *Illius.* Vadit. *Fr. Luc. Subducit ſe, clam diſcedit. Syr. Abit.* Vniuerſa. *Orig. Omnia.* Quæ habet. *Arab. Qua habebat.* Emit. *Pagn. Mercatur.*
Verſ. 45. Iterum ſimile eſt Regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.	Iterum. *Int. Orig. Rurſum.* Homini neg. *S. Chrom. Hominis negotiantis.* Quærenti. *Arab. Qui Quærit. Syr. Qui quærebat.* Bonas margaritas. *Pagn. Pulchras margaritas S. Chrom. Bonam margaritam. Arab. Gemmam pretioſam.*
Verſ. 46. Inuentâ autem vnâ pretioſâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.	Inuentâ a. v. m. *Arab. Inuenit margaritam. Syr. Cùm inueniſſet. Pagn. Cum inuenerit.* Pretioſâ. *Franc. Luc. Multi pretij. Arab. Magni pretij. Syr pretioſiſſimi pretij.* Quæ habuit. *Pagn. Quacunque poſſidebat. Arab. Quodcunque habebat. Syr. Quacunque habebat.* Et emit eam. *Int. Theoph. Et mercatus eſt illam. Syr. Ac ſibi comparauit eam.*
Verſ. 47. Iterum ſimile eſt Regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.	Iterum. *Int. Orig. Rurſum.* Sagenæ. *S. Amb. Reti. Pag. Verriculo Clem. Alex. Homini, qui ſagenam. S. Hil. Reti.* Miſſæ. *Clem. Alex. Iecit. Fr. Luc. Iacta. Cæſar. Proiecta. S. Hil. Miſſo. Pagn. Iacto. Arab. Quod miſſum eſt.* Ex omni genere piſcium *Clem. Alex. Ex multitudine captorum piſcium. Orig. Quod ex omni genere piſcium. Theoph. Qua ex omni genere. Syr. Cæſar. & Alij,* omittunt, *Piſcium.* Congreganti. *Vat. Contrahenti. S. Aug. Qua congregat. Ar. M. Cogenti. Arab. Congregauit. Orig. Colligit.*
Verſ. 48. Quam, cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.	Quam cùm i. e. *Orig. Et cum repletum fuerit.* Educentes & ſ. l. *Pagn. Subduxerunt in littus. S. Aug. Educentes traxerunt illam ad littus. Cæſar. Retractam in littus. Orig. Educentes & ſuper littus.* Elegerunt. *Orig. Condunt. Pagn. Collegerunt. Syr. Colligunt. Clem. Alex. Elegit.* Bonos. *Clem. Alex. Meliores. Euth. Bona. Ar. M. Pulchra. Syr. Qua verò bona ſunt. Arab. ſelecta.* In vaſa. *Ar. M. In receptacula. Arab. In vaſis ſuis. Orig. In vaſis.* Malos autem. *Pagn. Qua. verò putria. Euth. Praua verò. Ar. M. At vitioſa. Orig. Qui autem mali.* Foras miſerunt. *Pagn. Foras abiecerunt. S. Aug. Foras proiiciunt. Cæſar. Eiecerunt. Arab. Proiecerunt. Orig. Foras mittuntur.*
Verſ. 49. Sic erit in conſummatione ſeculi: exi-	Sic erit. *Pagn. Sic futurum eſt.*

bunt

Vulgata Editio, | *Lectionum Varietas,*

bunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum.

In conſummatione. *S. Aug. In fine.*
Separabunt. *Pagn. Segregabunt. Cæſar. Congregabunt.*
Malos de medio. *Cæſar. Peccatores è medio.*

Verſ. 50.

Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Et mittent. *Syr. Et proiicient.*
In caminum ignis. *Int. Chryſ. In fornacem ignis.*
Fletus. *Tigur. Ploratus.*
Stridor. *Ar. M. Fremitus.*

Verſ. 51.

Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam.

Intellexiſtis. *Syr. Ait illis Ieſus, intelligitis.*
Etiam, *Arab. Vtique Domine. Syr. Etiam Domine noſter. Cerd. Etiam Domine.*

Verſ. 52.

Ait illis: Ideo omnis ſcriba doctus in Regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera,

Doctus in Reg. cæl. *Arab. Qui docet pro Regno cælorum. Pagn. Doctus ad Regnum cælorum. S. Zeno. Doctus de Regno cælorum. Euth. Edoctus ad Regnum cælorum. Interpr. Chryſ. Eruditus. Syr. Qui doctus eſt ad Regnum. Ar. M. Doctus in Regnum.*
Qui profert. *Syr. Qui depromit. Arab. Qui Educit. S. Zeno. Proferenti. Ar. M. Qui eiicit.*
De theſauro ſuo. *S. Zeno. De theſauris ſuis.*
Vetera. *S. Elig. Vetuſta,*

Verſ. 53.

Et factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit inde,

Cùm conſummaſſet. *Pagn. Cùm finiſſet. Fr. Luc. Cùm Abſolniſſet.*
Tranſiit inde. *Pagn. Digrederetur illinc. Fr. Luc. Tranſtulit ſe.*

Verſ. 54.

Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes?

Veniens, *Syr. Vbi veniſſet.*
In Patriam. *Syr. In Prouinciam.*
In ſynagogis. *Fr. Luc. In ſynagogâ.*
Mirarentur. *Pagn. Stuperent. Fr. Luc. Obſtupeſcerent. Auct. Percellerentur.*
Sapientia. *Tert. Doctrina.*
Et virtutes. *Arab. & S. Petr. Chryſ. Et virtus. Tert, Et ſigna iſta. Ar. M. Et efficacitatis. Fr. Luc. Miracula,*

Verſ. 55.

Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & frater eius, Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas?

Hic eſt. *Orig. Hic eſt ille.*
Fabri filius. *Vat. & Theoph. Ille fabri filius. Arab. Fabri lignarij.*
Dicitur. *Arab. Eſt. Syr. Vocatur.*

Verſ. 56.

Et ſorores eius, nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta?

Sorores eius. *Vat. Sorores illius.*
Apud nos ſunt. *Fr. Luc. Nobiſcum habitant.*
Huic. *Syr. Huic ipſi.*

Verſ. 57.

Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patriâ ſuâ, & in domo ſuâ.

Scandalizabantur in eo. *Mald. Impingebant in eum. Pagn. Offendebantur.*
Non eſt ſine honore, *Arab. Non habetur vilipendio. Fr. Luc. Expers honoris. S. Hil. Inhonorabilis. Interp. Orig. Inhonoratus. Syr. Vilis, deſpectus. Vat. Contemptus.*
In Patriâ. *Arab. In Ciuitate. Syr. In prouinciâ.*

Verſ. 58.

Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

Non fecit. *Arab. Non operatus eſt. Vat. Non edidit.*
Virtutes multas. *Ar. M. Efficacias multas. Fr. Luc. Miracula.*
Incredulitatem. *Arab. Paruitatem fidei,*

CAPVT XIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Carnalis cognationis Chriſtus obliuiſcitur, animarum ſalutem quærens. 716
Ἐξέρχομαι de quibus dicatur. Prædicator contra inuiſibiles hoſtes arma ſe ſumere cogitet. 716
Vitiis concionator occurrat tanquam hoſtibus. 717
Doctori cura ſit vt attentè Dei verba audiantur. 717
Attentio, & modeſtia in Dei verbis audiendis. 718
In omni loco miſcenda de diuinis rebus colloquia ſunt. 718
Maxima attentione audiri Dei verba ſtudeat doctor, non admirationi populis eſſe. 719
Auiditas Dei verba audiendi laudata; nauſea improbata. 720
Prædicatores ſuos auditores periculis non exponant. 720
Dei verba vbique ſeminanda, licet pauci proficiant. 721
Quod quis prædicatione aliis ſpargit ſuum prius operibus efficiat. 721
Plura ſunt præſtanda, quam audiantur. 722
Primaria doctoris intentio eſt in terram fructiferam verbi ſemen ſpargere. 723
Diuini verbi quanta ſit vis & virtus. 723
Dæmonis ſedulitas in decipiendo. 724
Altè cordis humo Dei verba immittenda. 724
Torpor & negligentia noſtra in eiiciendo Dæmone perſtringitur. 725
Fugiet Dæmou ſi vel hominis vmbram præſeferas 725

In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare.

716. EXIT de domo, matrem, agnatoſque relinquit, ad mare ſe confert; ſciebat quippè copioſam ad eius verba excipienda turbam adnolaturam: nec matris affectu contineri domi potuit, quin in multorum vtilitatem exiret. Cognationis videtur obliuiſci, cum animarum quærenda ſunt lucra: nec mirum cùm ob id homo ex Virgine ſit factus.

Exiens Græcè, ἐξελθὼν *Prodiens*, ſeu (vt vertit Franciſcus Lucas Brugenſis) *Egreſſus*, Verbum ἐξέρχομαι, propriè ſignificat exire in expeditionem, & ad pugnam contra hoſtes. Sed quibus hoſtibus occurrit exiens Chriſtus, qui ad litus ſe confert turbis prædicaturus? An monetur prædicator, Deique verba tractans, vt cogitet, contra inuiſibiles hoſtes ſe arma ſumere, & contra immundos ſpiritus ſe pugnare, quos eiicere ab auditorum
Ioan. Auila. ſuorum animis debet? Proba magni illius Eccleſiaſtæ cenſio fuit, qui Euangelici concionatoris hoc eſſe inſtitutum dixit, in concionibus ſuis hoc curandum, vt auditores, qui malitia dæmones acceſſerant, Angeli domos ſuas redirent.

717. Præterea exire dicitur prædicator, tanquam contra hoſtes; quia contra vitiorum agmina armare ſe debet, & vitia omnia ab auditorum ſuorum animis eiicere. Hôc pacto non exit, qui blandia, & ſuauia verba effundit, qui verborum lenociniis, ac deliciis delinire auditorum aures ſtudet; vitia verò impetere duris, aſperiſque increpationibus, velut telis, & arietibus, non curat.

Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore.

CVr non prædicat in littore? ne à multitudine opprimeretur, & audiri non poſſet. Curæ magis doctori eſſe debet, vt audiatur Dei verbum, quàm vt in obſequij ſignum Diuina prædicatio impediatur. In mare prædicat, non in littore ſtans; contrariâ, ac fieri ſoleat, ratione, è mari Ieſus iecit in terram rete, vt homines piſcaretur.

Aſcendit in nauiculam, vt omnes auditores ſuos ante conſpectum, & in ſe intentos haberet, nullique dorſum obuerteret? vnde videntes, ſe videri à Chriſto, & attentiores, & magis modeſti eſſent. Tantum Chriſto placet attentio in eius verbis excipiendis. 718.

Non caſu factum, quòd Chriſtus non in cathedris, in ſcholis, & ſynagogis tantùm docuerit, deque ſpiritualibus rebus diſſeruerit; ſed modò in montibus, modò in viâ, nunc è mari quoque turbas docet, quæ in littore ſtabant. Nimirum, innuere voluit, ad ſolas cathedras, ac templa alligatum non eſſe Dei verbum; ſed in omni loco in agro, in montibus in naui, in littore miſcenda de Diuinis rebus colloquia eſſe.

Sed, volens in mari turbas docere, poterat vndas calcare, nec nauiculâ vti; & hôc miraculo in admirationem; ac ſtuporem turbas rapuiſſet, atque adeò maiori veneratione tùm ipſe, tùm eius doctrina apud ipſas fuiſſet. Poterat: ſed noluit; nam gloriam ſuam non quærebat, ſed audientium vtilitatem. Si turbæ aquis inſidentem Chriſtum vidiſſent, adeò rei nouitate ſtupore eſſent perculſæ, vt attentæ rebus, quæ dicebantur, minimè fuiſſent; ob id abſtinuit Chriſtus, vt innueret maximâ attentione Dei verba excipienda, & Doctorem debere magis auditorum ſaluti, quàm ſuæ gloriæ ſtudere: a quo abeunt, qui admirationi populis in concionando eſſe ſtudent, neglectâ audientium vtilitate. 719.

E nauiculâ turbas docet: turbæ in littore ſtant Deique verbum ſummâ auiditate audiunt: loci incommoditas non impedit, quin attentè Chriſti excipiant verba, Arguunt hæ turbæ æui noſtri teporem, ac rerum ſpiritualium nauſeam; plerique & in maxima locorum commoditate venire ad audiendum detrectant, ac ſi neſcirent, Chriſtum in ſuis doctoribus nunc quoque loqui. 720.

Omnis turba ſtabat in littore; ſtant auditores in littore, in mari Chriſtus, qui prædicat; vt in hoc doctoribus præberet exemplum; ne auditores ſuos periculis exponant; ne commoda ſua cum aliorum incommodo quærant, ſed potius ſuo incommodo ſuorum vtilitati famulentur; non fugiant ipſi vndis ſe credere, dummodo in littore ſui ſint, nec aduerſitatis fluctibus collidantur.

Ecce exiit, qui ſeminat, ſeminare.

EX parabolæ contextu habes, plures inutiliter Dei verbum excipere, quàm qui cùm fructu: diligens tamen ſeminator officio ſuo minimè deeſt. 721.

deeſt. In quo docet, diſcipulos, ne deſides ſint, ſi etiam multi audientium pereant.

Exut, qui ſeminat, ſeminare. Aliqui codices addunt: *Semen ſuum.* Quo tacitè monemur; ne alienum ſemen terræ mandemus: hoc fit, quum aliis prædicamus, quod in terrâ cordis noſtri non fuerit priùs ſeminatum. Suum ſemen ſeminat; qui doctrinæ ſemen, per intellectum, & affectum, uno & operis exhibitionem, ſuum fecit.

722. Semini ſupera doctrina comparatur; quia, vt ſemen, optimæ terræ mandatum, reſurgit multiplicatum; ita Dei verbum, in cultu cordis humo receptum, in bonorum operum multitudinem aſſurgit; adeò vt plura opere eſſent præſtanda, quàm aure excipiantur.

Hanc de ſemine parabolam hoc explicatu donabat Sanctus Athanaſius: *exiuit, qui ſeminabat, ad ſeminandum ſemen ſuum. Semen eſt verbum Dei. Quod in ſpinas cecidit; Iudas, qui abiens ſemet ipſum ſuffocauit, & volucres cæli deuorauerunt eum. Semen verò, quod cecidit in terram bonam, Prophetæ ſunt, & Apoſtoli.*

Quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres Cæli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa.

723. SIgnatè ait, *ceciderunt*: quia primaria induſtrij ſeminatoris intentio non fuit ſemen ſecus viam & ſuper petram, ſpinaſque proiicere; ſed in terram fructiferam; ſemen verò cecidit ſecus viam, & in petroſa. Doctor rectum ſermonem docet, & probum iacit; ſed diuerſimodè verbum cadit in audientes; vt quidam eorum viæ comparentur, quidam petræ, & ſpinis.

Præterea etiam in ſpinas, ac petram ſemen iacitur; quia etiam petræ, & ſpinæ in terram bonam verti, Cœleſtis ſeminis bonitate, ac virtute poſſunt; quod ſemen terrenum efficere nequit: hinc illud: *Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Nempè Dei verbum, quod in petris ſeminatum fuerat, in terram bonam vertit petras, & ſpinas in flores, fructuſque. Denique, cum homo terra libera ſit, poteſt Dei gratiâ ex ſterili fertile ſolum effici, ſi ſe ipſum excolat, loliaque extirpet.

724. *Volucres Cæli comederunt ea.* Quia tegi ſemen, fouerique terrâ non potuit, volucres aduolarunt, & rapuerunt. Per volucres, dæmones intelliguntur, qui aereæ poteſtates dicuntur, quemadmodum veræ aues in aere dominium quoddam, habitationemque ſortitæ ſunt. Sed pende dæmonis in nocendo ſedulitatem: ſtatim ac ſemen ſecus viam cecidit, ſtatim aduolat, vt comederet, & abſumeret, Non diſtulit, nec expectauit granum aliquod in ſpicam exſurgere. Promptus ad noſtra damna dæmon accurrit, & cum nocere nobis ſtatim poteſt, moras non nectit. Eâdem nos ſedulitate bonis operibus incumberemus!

Venerunt volucres Cæli: Venerunt, & comederunt, quia ſemen in extimâ ſuperficie erat: ſi Dei verba altè menti inſiderent, & profundè cordis humo immiſſa cuſtodirentur, non facilè à Cæli volucribus, à dæmonibus eriperentur. Volucres ſemina non comedunt terrâ operta: nec Dei verba dæmonis præda fiunt, ſi altè cordis humo cuſtodiantur.

725. *Volucres Cæli comederunt:* Tacitè hominum incuria; & oſcitantia damnatur; & perſtringitur: non enim ab hominibus, aut porcis, aliiſvè belluis eripi ſemen, theſauruſque ſpiritualis dicitur; ſed à volucribus, quarum natura imbecillis, & meticuloſa eſt, quæque vel ſonitu ipſo, leuique ſtrepitu, ac clamore facilè abiguntur: Tales dæmones ſunt, abſterreri facilè poſſunt, abigique: extremæ negligentiæ, atque ſocordiæ ſignum eſt, harum volucrum prædæ patere, quæ ſonitu ſolo fugari poſſunt.

Adeò meticuloſum animantium genus volucres ſunt, vt non ſonitu tantùm à ſegetibus, ab arboribus arceantur, ſed plerumque vmbraculis, infarctiſque paleâ veſtibus, quæ hominem repræſentent. Diſce: fugiet dæmon, ſi vel hominis vmbram præſeferas. Non eſt quòd vires eius arguas, cum eius rapinæ pates: debes torporem tuum, ſegnitiemque redarguere, quæ te tàm meticuloſi hoſtis prædam fecit.

SECTIO II.

Quàm ferax humani cordis terra Diuini verbi ſemendum excipit. 726
Aures audiendi habere *quid ſit.* 726
Etiam aliorum ſalus ſollicitè quærenda. 728
Quibus oculis videndus Chriſtus. 718
A regis notâ abit rex, qui iuſtitiâ non litat. 729
Iuſtus quilibet, rex dici poteſt. 729
Inconſtantes ferè auditores qui initio maximum ardorem præſeferunt. 729
Κακὸν quid, quid ἀγαθόν. Diuitiæ ſuos poſſeſſores à ſalutis via abducunt. 730
Infirmus ſatanicus hoſtis dormientibus irruit, vigilantes fugit. 730
Dæmon fraudes ſuas veritati ſtudet immiſcere. 731
In magna ſcelera traducere homines dæmon ſatagit. 731
Acrius in homines dæmon ſæuit, vbi Dei verba exceperint. 731
Aliena damna dæmon lucra ſua computat. 732
Diſcordiam & diſſidia ſerere ſtudet ſatanas. 732
Iuſtos maximè decipere dæmon curat. 733
Non hominem, ſed hominis ruinam quærit dæmon. 733
Inimicus cur dicatur diabolus. 734
Bonis nocere, quàm ſolicitè dæmon ſtudeat. 735
Hæreticos inter fideles eſſe dæmon quærit. 735
Diabolus inchoata bona ſtatim ſatagit impedire. 736
Boni tunc maximè incipiunt ſæuitiem ſentire malorum, quum magis proficiunt. 737
Benè bonum ſeminat, qui in Deum refert quicquid agit. 738
Non temerè de aliis ferendum iudicium. 739

Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

PEnde, minimum fructum triceſimum eſſe: tàm 726.
ferax quippè, fertiliſque humani cordis terra eſt, vt, verbi Dei ſemine ſuſcepto, pro vno, ad minus, triginta reddat: tàm copioſo ſcilicet fœnore, quod accepit, hæc terra reſtituit, ſi probè excolatur. Vt terræ fertilitati, ſeminiſque bonitati reſpondeamus, plura nobis re præſtanda eſſent, quàm verbis efficienda oſtenderentur; ſed noſtrâ incuriâ fertile hoc cordis ſolum adeò ſteriliſcit, vt vix vnum pro trigeſimo reddamus.

Qui habet aures audiendi, audiat.

A*Vres audiendi* habere, nihil aliud eſt, quàm habere attentas, dociles, ac obedire paratas; vt prouerbialis locutio ſit, qua rei magnitudo, & neceſſitas declaratur, excitaturque auditor, vt in rem, ad quam excipiendam hic ſenſus datus à Deo eſt, diligenter incumbat. Aures ad audiendum habet, qui auribus vtitur ad id, ad quod inſtitutæ à Deo ſunt: hoc vtique eſt audire, quæ ſalutaria, & auditu digna eo animo, ac mente, quâ audire oportet, & deſiderio ea implendi, quæ vacuis excipimus auribus.

727. *Audiendi:* Græcè, ἀκούειν (ad verbum) *audire*, ideſt, *ad audiendum.* Ἀκούω non ſolùm ſignificat *audire*, ſed etiam *obtemperare, parere:* vtilia enim, & ſalutaria monita ita audire debemus, vt monenti obtemperemus, pareamus. Audire non videtur, qui non paret, & audita non obſeruat.

Qui aures audiendi; ac ſi eſſent etiam aures non audiendi; an multi auribus audiunt vt non audiant? audiunt Dei verba, vt negligant, non vt obſeruent. Eleganter hanc phraſim verſat Sanctus Auguſtinus, dum ait: *In Euangelio Dominus dicebat. Qui habet aures audiendi audiat; nam, cum omnium commune ſit habere aures; tamen audiendi aures commune non eſt. Quicunque enim Dei verba contemnunt, quamuis non poſſint contemnere, niſi prius audiant, tamen, quia contemnunt, quod audiunt, nec audiſſe dicuntur; quia, quæ audierunt, tanquam non audita deſpiciunt. Et ideo habent illi aures, non quæ aures audiendi dicantur; ſed aures, quæ audiunt ne audiant; ideſt, vt ea, quæ audierint, quaſi nunquam, vt diximus, audita, contemnant. Soli autem illi aures audiendi habere dicuntur qui cum auribus audiunt, firmiter animo commendāt & quod animo tradiderint, operibus exequuntur.*

Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?

728. N*On* dixerunt Apoſtoli, quare loqueris nobis ſub parabolarum tegumento; ſed, quare populis loqueris, & turbis? dolentes, quòd populus non intelligeret, & talium verborum ædificatione fraudaretur; quia nempe non ſolùm ſuam, ſed aliorum quoque ſalutem quærebant: quo facto indicant, quàm ſoliciti de aliorum ſalute eſſe debeamus. Non ſui tantùm rationem diſcipuli habent, ſed aliis etiam volunt conſultum; quumque parabolam ipſi non intelligerent, facilè arbitrabantur & turbis obſcuram eſſe.

Veſtri autem beati oculi; Diſcipulos alloquitur quos Chriſti præſentia, & familiaritas beabat; ſed cur non & beati Iudæi, cum & ipſi Chriſtum viderint? corporis oculis viderunt, non mentis, cum in eum credere noluerint; & idcirco beati dici non poſſunt; denique non tam viderunt Chriſtum, quam Chriſto inuiderunt.

Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ videtis.

729. S*Anctus* Lucas, pro, *iuſtis*, *Reges*, habet cap. 10.
Luc. 10. 24. v. 24. *Multi*, inquit, *Prophetæ, & Reges voluerunt videre: quæ videtis*: ac ſi idem eſſet iuſtus, & rex; & à regis notâ abiret, qui iuſtitiæ non habet characterem.

Regis nomen, ac iuſti inter ſe cohærent, quia iuſtus quilibet, rex eſt, cùm ſe, & ſuos affectus regat: quod pluris faciendum eſt, quàm populis præeſſe. Poſſumus etiam reſpondere, Matthæum reges, Lucam iuſtos prætermiſiſſe.

Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt: hic eſt, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud.

H*Ic* tantùm, qui petram refert, cum gaudio accepiſſe Dei verbum dicitur, in eo tamen radicem excepto non emiſit. *Cum gaudio*, dixit, vt ſignificaret hominis leuitatem; nulli enim minùs conſtantes auditores eſſe ſolent, quàm, qui initio maximum ardorem præſeferunt: id ſæpe in ſpiritali profectu vſu venit:

Solicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur.

F*Allacia diuitiarum*, id eſt *fallaces diuitiæ.* Græcè, ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου *Deceptio, ſeductio*, ſeu, *fraus diuitiarum.* Ἀπατᾶν eſt *ſeducere*, ſeu, *extra viam ducere*, ita vt à viâ quis aberret: quod aptè diuitiis conuenit; dum enim nimis expetuntur, & amantur, facilè poſſeſſores ſuos, & amatores à rectâ ſalutis viâ abducunt. 730.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit Zizania in medio tritici, & abiit.

C*Vm dormirent homines* adeſt ſuîs fraudibûs hoſtis. Inſidiator egit hoc intempeſtâ nocte: ſcilicet vigilantes ſugit, dormientes apperit. Maximæ infirmitatis eſt dormientibûs irruiſſe. Non eſt auſus vigilantes aggredi, adeò imbecillis, & infirmus ſatanicus hoſtis eſt.

Superſeminauit zizania: Dubitari poteſt, cur diabolus prius zizania non ſeminauerit, antequam Deus triticum humanæ mentis terræ commiſerit. An, ne, ſi nudus error, ſolaque zizania apparerent, ſtatim euellerentur? Fraudes ſuas veritati ſtudet immiſcere, ac boni ſimilitudine homines decipere. 731.

Sinit diabolus, Diuinorum præceptorum triticum in mentis humo ſeri, vt, zizania falſitatis ſuperſeminans, maiora inuehat damna, in grauiora ſceleta traducat. Nec primum hominem tentauit, niſi poſt præceptum à Deo datum de non comedendo fructu arboris ſcientiæ boni, & mali.

Hinc colligimus, tunc actiùs in homines dæmonem ſæuire, & fraudolentiùs eos aggredi, quum Dei excipiunt verba, & Diuinis præceptis imbuuntur. Tunc igitur cauendæ magis eius aſtutiæ, cauenda eius vaframenta. Vbi primùm Dei ſemen, corde exceptum, fructificare conſpicit, tunc vehementer efferatur.

Seminat inimicus homo in alieno agro, non in ſuo. Cur tàm ſtultus, vt & laborem, & ſemen perdat, & operam in re non profuturâ ludat? Satis illi erat, vt Domini meſſis deperiret. Sed hoc quid ad eius lucrum, quid ad eius vtilitatem? Nihil; ſed, qui inuidiæ laborat morbo, aliena damna lucra computat ſua; & quod alteri perierit, hoc ſe putat acquiſiuiſſe. Quò dementiæ inuidia eos adigit, quos poſſidet! 732.

Præterea, dormientibus ſeruis meſſem inimicus adulterat; vt inde luerent ſerui fideles pœnam, vnde laudem, palmamque ſperauerant. Fòrs diſcordiam

diam inter ſeruos, & Dominum ſerere hac fraude inimicus curabat: ſatis hoc illi, ſi vel leui diſſidio domûs pacem interturbaſſet. Diſcordiæ amicus, inimicus hominis eſt.

733. *Superſeminauit zizania in medio tritici*: Cur non zizania ſeminauit in alterâ terrâ? Non zizania quærit, quærit tritici ruinam: non vt reos capiat, ſed, vt innocentes euellantur, ſæuus hoſtis ſatagit: non peccatores curat capere, quos ſubiugatos tenet, ſed, vt iuſtos ſuæ ſubdat ſeruituti, ſtudet.

Superſeminauit diabolus zizania, & abiit. Malum diaboli ſemen diaboli præſentiam ſupplet.

Abiit, quia non tam hominem quærit, quàm hominis ruinam, & interitum: ſatis illi ſi feſellerit, ſi ſtrauerit. Hominem non curat habere, curat perdere.

734. *Inimicus eius*. Diaboli circumſcriptio eſt, cuius proprius titulus inimicus; vt à ſatanâ non abeat, qui fouet inimicitias, & nutrit; ſcitè ille: *Inimicus homo hoc fecit; vocatur inimicus, vt proprium epithetôn; quia inimicitia debet eſſe diabolo, non hominis; alioquin, ſi tu quoque inimicus homini es, à ſatanâ non diſtinguêris*, nimirum amicus diaboli eſt, qui amicus eſt inimicitiæ, & inimicus, quod inde ſequitur, amicitiæ.

Inimicus eius; cur *inimicus dæmon*? An, quia tantâ nocendi libidine ſe geſſit dæmon, vt à dæmone in hominem tranſiſſe videretur? Ergo dæmon, cum odium ſuum, rabiemque prodit, non tygris, non ferox bellua dicitur, ſed homo; adeo magnum humanæ malignitatis vitiis eſt, vt feræ feræ non ſint, ſi homini nocendi cupido comparentur.

735. *Superſeminauit zizania*; ad quid? vt triticum perderet, bonis noceret: *Quia diabolus*, ait Sanctus Petrus Chryſologus, *hæreſes inter fideles, inter ſanctos peccatum: inter pacificos lites: inter ſimplices dolos: inter innocentes nequitiam gratis ſerere conſueuit: non vt acquirat zizania, ſed vt triticum perdat: nec vt reos capiat, ſed vt adimat innocentes*, exigua illi de zizania cura eſt: magna eſt, vt tritico noceat, bonos impetat.

In medio tritici; zizaniorum nomine ſignantur hæretici, qui in medio tritici, id eſt fidelium, à diabolo ſeminantur; cur non in medio Gentilium? *Non curat diabolus*, ait Sanctus Thomas, *quod aliqui ſint hæretici inter Gentiles; quia omnes poſſidet, ſed in medio tritici, & fidelis populi*, vt à verâ cum fide per falſos doctores abducat.

736. *Superſeminauit zizania*, non ſeminauit, ſed ſuperſeminauit; nam diabolus ad inchoata bona velocior, ſæuior accurrit; vbi triticum ſeminatum vidit, ſtatim inuidiâ accenſus eſt, & de perdendo tritico apud ſe cogitauit.

Et abiit; ſtatim, ac paterfamilias bonum ſemen in agro ſeminauerat, inimicus homo zizaniam ſuperſeminat; quo peracto, ſtatim abiit ſuo munere perfunctus, non expectat adoleſcere triticum, & cum tritico zizaniam; nimirum, cum initio vitium ſeminauerit, ſperat diabolus, teneram ætatem vitiis ſemel infectam, non facilè ad meliorem frugem redituram.

Et abiit; ſubducit ſe, cum tentat diabolus, ne appareat illum eſſe, qui inſidias ſtruit; ſcit ſe victum, cum ſe notum nouit; vis illi maior in occultatione ſui.

Cum autem creuiſſet herba & fructum feciſſet tunc apparuerunt, & zizania.

737. APparuerunt *zizania*; ſed quando? *cum herba creuiſſet*; cur non ante? an, quia tunc maximè incipiunt boni malorum ſæuitiam ſentire, cum fiunt meliores, cum proficiunt? Accinit Sanctus Auguſtinus; *ſcriptum*, inquit, *eſt in Euangelio; quia cum creuiſſet herba apparuerunt zizania, quia cum cæperint homines proficere, tunc incipiunt malos ſentire*; gaudeat qui ſentit malorum iniurias, iam prodit à malis ſe valde alienum; quem mali perſequuntur, malitiam non ſequatur.

Cum creuiſſet herba, & de tritico exponi poteſt, & de zizaniis; & vtraque expoſitio probos auctores habet; Sanctus Auguſtinus, per herbam, triticum intelligit, quod cum creſcit, tunc apparet zizania; quia nempe homo, cum in virtute adoleſcit, & ſcientiâ, tunc à zizaniis, maliſque doctoribus maximè diuerſus apparet, à quibus infirmus, & in bono proficere incipiens vix diſcriminatur; tantum mali malitiam ſimulant, occultant, & palliant. Sanctus Chryſoſtomus de zizaniis ipſis intelligit, de ipſis hæreticis; qui primò non apparent, primò aliqua bona dicunt, & prædicant, vt decipiant ſimplices; deinde mala inſerunt, malæque doctrinæ euomunt venena.

SECTIO III.

Serui innocentes nihil latere dominum volunt. 738.
Bona non nobis, ſed Deo adſcribere debemus. 738
Diabolus cur dicatur homo. 740
Dæmonis aſtutia quàm magna. 740
Sæpè homo malitia Dæmon fit. 740
Verus Dei ſeruus vehementer dolet, cum dominum videt iniuria affici. 741
Nihil propria voluntate tentandum. 741
Impios ſinit Deus viuere bonorum cauſa. 742
Nemo facilè alios iudicet, ne decipiatur. 742
Hæreticorum tenebris Eccleſiæ Doctorum lumen melius ſplendet. 743
In rebus dubiis errare quàm facile. 743
Hominum mores iudicare, maximè arduum, errorique obnoxium. 744
Impiis quàm vtilis bonorum conſuetudo. 744
Impii in malitia ſemper adoleſcunt. 745
Peccata quæ pænitentia non delentur multiplicantur. 745
Boni inter malos probiores, ſanctioreſque fiunt. 745
Promptior Deus ad miſericordiam quàm ad iuſtitiam. 746
Impiorum libertas tandem punietur. 746

Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?

ALiunde Dominum ſcire, quod acciderat, ſerui non ſinunt; ne, à reatu immunes, de ſilentio accuſari poſſent, & ſuſpecti redderentur. Innocens, vt ſe purget, ſtimulat cognitorem; nec latere noxam cupit, cupit auctorem quæri. 738.

Domine, inquiunt, *nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Seminaſti, non ſeminauimus*, cum fors & eorum miniſterio Dominus vteretur; ac ſi dicerent: nihil nobis tribuimus, ſed totum adſcribimus tibi. Ita loqui & nos Deo debemus, vt noſtra opera bonorum omnium Auctori aſſignemus, non nobis.

Nonne bonum ſemen ſeminaſti; bona boni ſerui conſignatio bona Domino tribuere, etiam quæ ab ipſo ſint facta; *ſeminaſti*, inquiunt, *non ſeminauimus*; nos quod *per te facimus, tibi ſemper noſtro aſſignemus auctori*, ait Sanctus Chryſologus; Benè ſeminat

nat

nat bonum qui in Deum tefert quicquid agit;non perdit,ſed multiplicat opus,qui operis omnis boni auctorem facit,non ſe.

739. *Vnde ergo habet ziZauia?* Videtant ſerui in dominico agro zizania pullulaſſe,ac ſuccreuiſſe; non ſtatim de zizaniæ auctore iudicant, totum iudicium ſerui fideles Domino committunt,dum quærunt: *Vnde ergo habet ziZania?* abeunt ab horum ſeruotum exemplo,qui,viſis zizaniis,maliſque,ſtatim de auctoribus ferunt iudicium, &, ab hoc, ſeu ab illo ortum habuiſſe, ſtatim temerè affirmant; à Domino iudicandi,dum impudentet iudicium Domino ptæripiunt. Bonus ſetuus integrum patratorum ſceletum iudicium ſupremo iudici teſeruat, nec audet alicuius famam temetario iudicio temetare; audiant; *Iniuria iudicis eſt*, inquit Sanctus Ambroſius, *ſi ante cognitionem eius,à ſeruo procedat iudicium*; qui hac celeritate, alienæ famæ diſcrimine,tuinam ſibi parat,& exitium.

Et ait: Inimicus homo hoc fecit.

740. HOmo diabolus dicitur, quia hominem deuicit: homo,quia humanæ rationis ſimilitudine decipit: denique homo, quia tanta eius aſtutia eſt, vt, eius comparatione, homo brutum eſſe videatur.

Sæuus hominis hoſtis, ſatanas, homo vocatur; quia ſæpè etiam homines eò malitiâ deueniunt vt diaboli nomen ſortiri poſſint: diabolus, hominis nomine,citcumſcribitur; quia ſæpè homo,iniquitate,ſatanæ pariatur.

Serui autem dixerunt ei: Vis, imus,& colligimus ea? Et ait: Non: Ne fortè,colligentes ziZania,eradicetis ſimul cum eis & triticum.

741. DIſplicent ſeruis zizania in medio tritici ſeminata.In hoc ſe fideles Domini ſui ſeruos probant, quòd Domini ſui damna, atque iniutias magis ſentire videntur,quàm Dominos ipſe. Hæc vete ſerui Dei nota eſt: vehementer dolent iuſti, cùm vident, quotidie Dominum ſuum, hominum peccatis,offendi.

Ægrè ferunt ſerui, zizania tritico commiſceri. Sed cur non ſtatim zizania colligunt? Cur Dominum conſulunt? *Vis*, inquiunt, *imus, & colligimus ea?* Stomachati ſunt quidem videndo zizania, & doluerunt bonæ ſegeti permixta; ſed tamen conſilium, ac præceptum Domini expetiuerunt, quia, ſi vel in ipſis zizaniis euellendis aliquid ſuâ ſponte, ac ſuâ voluntate facerent, ipſi zizaoiis annumerarentur. Diſce,nihil propriâ voluntate aggredi. Magis bono virturum ſemini propria voluntas nocet, quàm zizania ipſa.

742. *Ne fortè*,inquit, *colligentes zizania eradicetis ſimul & triticum.* Vides,cur impios ferat Deus: bonorum id causâ facit, non malorum: totum in iuſtotum bonum vettitur, quòd ſinantur mali viuere inter ioſtos.

Ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum. Adeone imperiti cultores erant, adeò ignari agriculturæ ſerui, vt euellere zizania non poſſeot, niſi & triticum eradicarent? Nuoquid diſcriminare à zizaniis triticum facilè non erat? Cur itaque rem ſeruotum diligentiæ, atque notitiæ Dominus non committit? Cur vſque ad meſſem diſtulit? An id factum; quia, qui hodie zizania, cras in triticum verti; &, qui hodie improbus eſt, craſtinâ die iuſtus eſſe poteſt? Nemo ergo in aliis diiudicandis iudicio ſuo fidat, nemo oculis ſuis credat; ſed totum Diuini iudicij examini relinquatur. Cras Ioannes eſſe poteſt,qui modò Iudas,ſicut & contra.

Ne fortè colligentes zizania, id eſt malos homines, ooxios doctores, *eradicetis ſimul & triticum*, 743.
bonos ſcilicet doctores, proboſque viros,& virtutum edentes fructus; nimirum, ſi tot non fuiſſent hæretici, adeo Sanctorum Patrum ſcientia illuſtris non fuiſſet; hæreticorum tenebræ Eccleſiæ Doctorum lumen melius apparere fecit; chalybs luce,& igne caret; ſed,dum ſilicem percutit, ſcintillas educit; idem hîc factum ſcientiæ flammas patres euomere,hæreticorum blaſphemiis tacti.

Eradicetis ſimul cum eis & triticum; An non poterant ante meſſem zizania à tritico diſcriminare? *Inter triticum,& lolium*, ait Sanctus Hieronymus, *quandiù herba eſt, & nondum culmus venit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt; Premonet ergo Dominus, ne vbi quid ambiguum eſt, citò ſententiam proferamus; ſed Deo iudici terminum reſeruemus*. Erroris diuitem quærit ſegetem, qui in rebus dubiis, & inter quas vix vlla apparet diſtantia,interponere iudicij ſui falcem audet.

Ne fortè eradicetis ſimul cum eis & triticum; 744.
nunquid non poterant zizania à tritico diſcernere? facilè hîc error intercurreret, nam qui modò malus poſtea bonus erit? ſi occiſus fuiſſet Saulus, qui ſæuiebat in Eccleſiam Dei, Paulô careremus; ſicque putantes eradicare zizania, triticum eradicaſſent; quia ſcilicet futurus triticum erat. Præterea aliqui videntur mali, & non ſunt; hîc triticum quis euelleret, putans ſe euellere zizania; nimirum ferre de aliorum moribus iudicium arduum eſt, errorique obnoxium.

Sinite vtraque creſcere.

PEnde quàm vtile zizaniis tritici conſortium fuerit; illis parcitur ob triticum, vt vel hinc colligeremus quantum impiis proſit bonorum conſuetudo, ac familiaritas; malos ſuſtinet Dominus, nec è mundo aufert bonorum causâ.

Signatè, *vtraque*: creſcunt zizania, creſcit & 745.
triticum. Hic impiorum hominum mos: quò magis probos in virtute adoleſcere vident, eò magis ipſi in malitiâ creſcunt.

Zizania inter triticum ſeminata in dies creſcunt. Scilicet peccata, quæ pœnitentiâ non delentur, ſemper multiplicantur; & ſcelera ſceleribus adduntur, dùm contritione non euelluntur.

Creſcit etiam inter zizania triticum; quia boni, inter malos, probiores, ſanctioreſque fiunt; augetur impiorum malitiâ bonorum virtus, tàm abeſt, vt malo eorum exemplo de ſanctitate quidpiam diminuant. Impiorum prauitas bonorum profectui non officit, ſed prodeſt adeò, vt iuſtorum ſanctitas aliorum improbitate; velori imbre, perpluatur vt magis creſcant. Imber impetere, & deiicere triticum videtur, ſed tamen reipsâ efficit vt plùs adoleſcat: idem in bonos mali ſua malitia præſtant

In tempore meſsis dicam meſſoribus: Colligite primum Zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum.

746. PEnde hîc Dei amorem: per ſe ſeminat, per alios punit: promptior quippè ad miſericordiam eſt, quàm ad iuſtitiam.

Alligate ea in faſciculos: Iurè alligari impij iubentur, vt eorum libertas puniatur: alligantur qui Diuinæ legis vincula ruperunt.

Dicam meſſoribus; alligate ea in faſciculis ad comburendum; cur tanto ante prædixit, quod non niſi in fine peragendum eſt? ignis meminit, & combuſtionis, vt & ſeruos magis ſedulos redderet; & impij, qui Zizania referunt, ſupplicij metu, damnatâ impietate, reſipiſcerent & in triticum abirent.

Non patitur Dominus Zizania à ſeruis euelli; ſinit inter triticum viuere; adoleſcere; innuens ex conſortio, conuictuque iuſtorum magnam vtilitatem in impios deriuari, vt Zizaniorum infelicitatem exuere, ſi velint, poſſint, & inter tritici grana numerari.

SECTIO IV.

Mulieris eſt domi ſe continere, non foras prodire. 747
Dei verbum ne vileſcat, Doctores caueant. 748
Iudicij mentio excitare torpentes debet. 749
Dei miſericordia vt collecta. 750
Omnia habet, qui charitatis margaritam habet. 751
Perfectiora in perfectionis viâ ſpectanda. 751
Cœleſtis dulcedinis amore affecto omnia vileſcunt. 752
Benè alios docet, qui docenda opere ſe didiciſſe oſtendit. 754
Μαθητεύειν *& docere ſignificat, & diſcere.* 754
Qui docet paratus ſit etiam diſcere. 754
Ad Cœlum vt mentes euehat doctor in verborum floſculis non immoretur. 755
Non habere tantum, ſed proferre ſua doctor debet. 756
Iudicij extremi memoria quàm ſalutaris. 756
In patria docet Chriſtus, ne ſuos negligere videretur. 757
Nullus Dei verba contemnat, ne Dei iudicium ſubeat. 757
Ἐκπλήττεσθαι *quid. Inuidis aliena excellentia ingentis calamitatis loco eſt.* 758
Dei verba audire & non proficere extremæ calamitatis prognoſticum. 759
Inuidia vbi mentem corripuerit nihil boni producit. 759
Filius facilè ebibit mores patris. 760
Τέκτων *de quo fabro ſoleat dici, Chriſtus fabri lignarij filius, Crucem aſſiduè mente voluebat.* 760
Bonus animæ faber Chriſtus. 760
Grande malum inuidia, quæ & beneficia aſpernari facit. 761
Cur pauca in ſua patria miracula Chriſtus ediderit. 761

Simile eſt regnum Cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit.

747. CVr mulieris hîc mentio, potiùs quàm viri? Quia pinſere magis muliebre officium eſt, quàm virile. Poſtea verò, quum theſauro abſcondito in agro Regnum Cœlorum comparatur, hominem eum inuenire refertur: *Simile*, inquit, *eſt regnum Cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo.* Scilicet officium, quod domi fit mulieri tribuitur; res, quæ in agro accidit, viro, vt vel ſic mulier moneretur, domi ſe continere, nec foràs paſſim prodire.

Abſcondit, ſed quid neceſſe eſt abſcodi, quod iam erat abſconditum? aliqui ſic interpretantur: abſcondit, ideſt, *relinquit abſconditum eo loco, quo inuenit*, ſuperæ diuitiæ ſemper ab humanis oculis ſubducendæ non videntur tutæ ſi videantur, & expoſitæ diſcrimini ferè ſunt ſi omnium adſpectui exponantur.

Tunc, dimiſsis turbis, venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam Zizaniorum agri.

DImittit turbas, qui diu eas detinuerat; ne ergo Dei verbum eis vileſceret, prædicationem intermittit, vt poſtea auidiores accurrerent; vtilis doctoribus cautio, ne auditores ſuos primo aditu verbis obruant, ac nimis longâ ſermonis prolixitate delaſſent. 748.

Dimiſſis turbis; non erat neceſſe eum dimittere turbas, ac Phariſæos, quorum nullus eum ſequutus eſt; cum adhærere Chriſto nollent, quem non diſcendi cauſa ſequebantur, ſed calumniandi.

Acceſſerunt diſcipuli; cum domum ſcilicet veniſſet; ſed cur ante non interrogauerunt? An, ne coram multitudine videantur Dominum tentare, ac reprehendere, vt Phariſæorum mos erat?

Ediſſere nobis parabolam Zizaniorum; cur non alias duas quoque exponi ſibi poſtulant? Quia illæ de grano ſinapis, & de frumento manifeſtiores erant, iſta difficilior, & obſcurior. Præterea hæc maiores minas præſefert, extremi iudicij memoriam refricat, ignis meminit, & combuſtionis: faſciculos enim Zizaniorum igni tradendos in eo dixerat Chriſtus; ſollicitè igitur, aliis prætermiſſis parabolis huius ſolius explicationem ſciſcitantur diſcipuli; quia vel ſola iudicij mentio excitare nos debet, vt diligenter rem inquiramus, ne torpentes, & ſegnitiei indormientes æternis adiiciamur flammis. 749.

Sic erit in conſummatione ſeculi.

SIc erit in conſummatione ſeculi; Parabolam exponit Chriſtus, licèt non interrogatus; vt 750.
ſcilicet imminentis iudicij memoria timorem nobis incuteret; tam vtilis hæc cogitatio eſt, vt ſæpe & de iudicij die ſermonem inſerat Chriſtus, & quod ſub parabolæ velamine latebat; explicet, in apertumque producat; tanto ad bonum omnes vrgendi deſiderio tenebatur,

Præterea, licèt non interrogatus, explicat tamen; quia cum in Zizaniorum parabola ſuperius quodammodo interrogauerant, cum ſimile quid hæc quoque parabola contineat, & extremi iudicij hæc quoque memoriam refricet; in his, quæ ad profectum noſtrum ſpectant, promptus Chriſtus eſt, vt omnes informet, inſtruatque.

Mittet

Mittet filius hominis Angelos ſuos.

M*Ittet Angelos ſuos*; qui per ſe ipſum ſeminare dictus ſuperius eſt, per Angelos ſcandala colligit. Quod miſericordiæ eſt, ſibi tribuit; cum de punitione agitur, Angelorum vtitur miniſterio vt, vel in colligendis ſcandalis, eius miſericordiam colligeremus; opportunè huic menti accinit Sanctus Chryſoſtomus: *Tu verò*, inquit, *conſidera ineffabilem eius miſericordiam, & quod ad benefaciendum quidem pronus eſt, à deſiderio autem puniendi alienus; nam quando ſeminat per ſe ipſum id peragit, ſupplicia verò per alios infert; mittet enim*, inquit, *Angelos ſuos.*

Simile eſt regnum Cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas; inuenta autem vnâ pretioſâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.

751. I*Vrè hîc aliquis quærat; cur qui plures inquirebat margaritas, vnâ inuentâ, vnâ contentus ſit nec alias inquirat? An, quia, hæc ſi ſola habeatur, ſufficit? hæc charitas eſt, quam qui habet, omnia habet, quæ ſine iſtâ nihili pendi debent. Pulchrè de hac margarita Sanctus Auguſtinus: *Hac eſt charitas ſine quâ nihil tibi prodeſt, quodcunque habueris; quam ſi ſolum habeas, ſufficit tibi.* Hæc quippe in animam omnia bona comportat.

Quærenti bonas margaritas; non ſatis eſt margaritas quærere; optimæ quærendæ ſunt; perfectiora in perfectionis viâ ſpectanda: *Quærit ergo bonas margaritas*, ait Sanctus Bernardus, *qui in opere ſalutis ſuæ non eſt contentus inferioribus, ſed ſumma excelſiora perquirit.* Abit, qui nec margaritas quærit, ſed lutum, terram terrena.

752. *Inuentâ vna pretioſâ margaritâ*: Non omnia ſtudia vni conueniunt, nec omnia perfectionis genera: ſatis eſt, ſi in vno, ſecundum ſui ſtatus exigentiam, ſe quiſque perficit, *Nemo enim*, inquit hic Caietanus, *omnibus poteſt vacare pretioſis ſtudiis; ſed vnum ſtudium pretioſum conuenit vni, & aliud alij.*

Vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam; quid neceſſe erat omnia eum vendere? cur non aliqua retinuit ſibi? nimirum, *qui Caleſtis vitæ dulcedinem*, ait Sanctus Gregorius, *in quantum poſſibilitas admittit, perfectè cognouerit, ea, quæ in terrenis amauerat, libenter cuncta derelinquit; in comparatione eius vileſcunt omnia*; etiamſi omnium pretium emendæ iſti margaritæ non ſit neceſſarium; vendenda tameo omnia ſunt, quia omnia vileſcunt; &, niſi dimitterentur, margaritæ nobilitatem ſplendoremque offuſcarent.

Exibunt Angeli.

753. E*Xibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum.* Angelis conuenit malus homines à iuſtis ſeparare; vt, qui ſe principio à malitia ſuperbientis Angeli ſepararunt, ipſi etiam membra Chriſti & bonos à membris Diaboli ſeparent, & malis; hîc quoque qui ſegregare iuſtos à malis debet, & iudicij ſecretione, & motum Angelum referat, angelicam vitam agat.

In extremo iudicio ſeparabunt Angeli iuſtos à malis; nam hîc quoque homines cuſtodientes à malis auocare iuſtos ſtudent, & malos, à malitiâ, vt iuſti fiant.

Omnis Scriba doctus in regno Cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.

S*Cribæ docto Doctores orbis, & ſacrarum litterarum enarratores conferuntur. *Doctus*: Græcè; μαθητευθεὶς, qui doctus Chriſto docente effectus eſt: eſt enim non oomen, ſed participium, in hunc ſenſum, ex diſcipulo doctus factus vt Doctoris nomen: muniuſque ſuſtinere aptè poſſit. Tacitè monemur, nullum huc temeritatis venire debere, vt alios doceat, quæ ipſe, cum non didicerit, ignorat. Benè alios odocet, qui, quæ docenda, didicerit priùs, & opere ſe didiciſſe confirmet. 754.

Doctus: μαθητευθεὶς. Verbum Græcum, μαθητεύειν, ſignificat & docere, vt Matth.28. verſ.19. *Euntes ergo docente omnes gentes*, Græcè, μαθητεύσατε, & ſimul etiam diſcipulum eſſe, vt Matth.27. v.57. *Qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu*: in fonte, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. Nectere has diuerſas notiones poſſumus, & ab earum nexu, & colligatione colligere, docentis eſſe diſcere: ferè enim ita accidit, vt, cum docemus alios, ſimul etiam pleraque, nobis ignota, intelligamus. Præterea, qui docet, ſe ita gerat, vt humiliter ſe diſcipulum noſcat, & multa eſſe cogitet, quæ eius notitiam fugiunt. Tandem, qui alios inſtruit, & docet, ſe ſimul tanquam diſcipulum exhibeat, paratus ab aliis edoceri; & præſertim ab omnium magiſtro Chriſto erudiri. 755.

Doctus in regno Cælorum: Plerique vertunt *ad regnum Cælorum*: Etiam Syrus ita habet. Arias Montanus, *In regnum Cælorum.* Sanctus Zeno, *Doctus de regno Cælorum.* Arabica verſio, *Qui docet pro Regno Cælorum.* Vt obiectum, de quo agere doctor debeat, & finis, in quem dirigere ſermonem, ſit regnum Cælorum adeò, vt circa res minimas, terrenaſque, & nihil profuturas non verſetur. Doctus ad regnum Cælorum dici non poterit, qui totus in verborum floſculis eſt, in inutilium rerum narratione, quæ non ad Cælum mentes euehunt, ſed auocant potiùs.

Qui profert; hæc Doctoris veri vera conſignatio eſt: non habere tantum, quæ proferre poſſit, ſed actu proferre; *Non dicit*, inquit hìc Caietanus *qui habet, aut, qui poteſt proferre ſed qui profert: quia, ſi non profert, perinde eſt ac, ſi non eſſet Doctor apud Cælorum Regnum.* 756.

Noua, & vetera; tunc auditoribus noua: & vetera ingeruntur, cum & de regno cæleſti agitur, & de extremo ſupplicio; *ille in ſancta Eccleſia prædicator eſt*, inquit Sanctus Gregorius Magnus, *qui & noua ſcit proponere de ſuauitate regni, & vetuſta de terrore ſupplicij; vt vel pœna terreant, quos præmia non inuitant*; noua ad vitæ nouitatem ducunt, vetera à vitæ abducuot vetuſtate.

Et veniens in patriam ſuam docebat eos in ſynagogis eorum. Ita, vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes?

I*N patriâ ſuâ Nazareth, vbi educatus fuerat, tandem docet, ne ſuos aut deſpicere, aut negligere videretur. Partâ iam rebus alibi geſtis auctoritate, tunc in patriam redit; inuidiâ quippè popularium 757.

Digitized by Google

pularium ſuorum ſuperior factus videri poterat,

Ita vt mirarentur: Mirantur non tamen conuertuntur; nec grati ſunt, cùm ciuem ipſi ſuum colere, & amare debuerint. Itaque & nunc Vrbs illa deſiit, nec vnquam deinde nomen habuit. Dignior omnibus vrbibus, ac diuturnior eſſe debebat, quod in eâ educatus, & enutritus Chriſtus fuerat; ſed, quia eum, eiuſque doctrinam contempſit, ſolo æquata, nec nomen perennare potuit. Nullus ſibi de nomine blandiatur: etiam Chriſti patria, ſiquidem Chriſti verba contempſit, deletur: minùs nobis, & noſtris vrbibus parcetur, ſi (quod auertat) Chriſti verba, legemque contemnamus.

758. *Ita vt mirarentur:* Pagninus, *ſtuperent.* Nos *percellerentur.* Græcè eſt, ὥςε ἐκπλήσσεσθαι, quod verbum ſignificat & *cum ſtupore admirari*, & etiam *percelli*; & dicitur, vbi quis graui aliquâ calamitate premitur. Plutarchus in Camillo ἐκπεπληγμένος ὑπὸ τῆς συμφορᾶς, id eſt *calamitate perculſus.* Sed cur hoc verbum hic adhibetur, vbi nulla calamitas, afflictio nulla? Imò ſummæ felicitatis res narratur; Chriſtum nempè in patriam ſuam rediiſſe, & vitæ verbis ſuos ciues inſtruiſſe. Nullius igitur hic calamitatis ſignum. Nullius? Imo maximæ. Inuidis, & liuore plenis aliena excellentia ingentis calamitatis loco eſt? percellebantur itaque, tanquam graui aliquâ calamitate premerentur; quia Chriſti auctoritatem, quam ſibi tot editis miraculis pepererat, inuidis oculis intuebantur.

759. Niſi velimus dicere; Dei verba audire, & nullum ex eis fructum colligere, hoc ingentis calamitatis prognoſticum fuiſſe. Qui Dei verba miratur, ſed miratur dumtaxat, extremam omnium calamitatem ſuper ſe venturam timeat; aut, ne veniat, aliam mentem induat, admirationem in opera conuertat.

Vt mirarentur: ἐκπλήσσεσθαι dicitur etiam de arboribus, quæ tabuerunt. Hi quoque, qui Chriſti verba audiebant, arbores referebant, inuidiæ, liuoriſque tabe infectas adeò, vt nullum boni operis fructum produxerint. Vbi liuor, & inuidia mentem corripuerit, nihil boni ſperare poſſumus.

Nonne hic eſt fabri filius?

760.
Mat. 3. 6. Hic filius fabri dicitur: apud Marcum cap. 3. v. 6. fabrum eum vocant. Vtrunque igitur dixerunt & fabri filium, & fabrum; quia fabrilem cum patre artem exercuit. Id & in moribus ferè accidit; vt filius à patre mores diſcat, quos viderit in patre: facilè filius eam artem exercet, quam exercere patrem conſpexerit, eademque rudimenta ebibit.

Qualis faber fuerit Ioſephus ſolet dubitari. Probabilior cenſio, fuiſſe lignarium; nam, quamuis, τέκτων, generale ſit, ſolet tamen accipi pro fabro tignario, cùm abſolutè, ac ſinè addito ponitur: ſic Xenophon Cyropæd. lib. 5. χαλκέας τε καὶ τέκτονας, vbi χαλκέας, appellat fabros ferrarios; τέκτονας, lignarios, tignarios. A nobis eſt etiam Arabica verſio, quæ ſic ſe habet. *Nonne hic eſt filius fabri lignarij?* Habet fabrilis ars cum arbore, in qua peccatum, & qua peccatum expiatum eſt, cognationem, & analogiam; ac ſi ars Chriſti fuerit, peccati occaſionem abſcdere, & circa crucem, quæ vitæ, & ſalutis cauſa, aſſiduè verſari.

Fabri filius dici Dei filius voluit, fabrum autem quî in animarum culturâ referat, peritè explicat Sanctus Theophylus patriarcha, dum ait: *Filium fabri vel ab obtrectatoribus ſe Ieſus voluit appellari; quia ipſe Conditor mundi Deus in principio fecit Cælum, & terram: & quia terrena nos docent, quæ ſunt Cæleſtia; quaſi bonus animæ faber ſpiritualia vitia noſtra circumdolat, citò etiam ſecurim admouens arboribus infœcundis, ſecare doctus exigua, ſublimia ſeruare culminibus, rigida mentium ſpiritus igne mollire, & in varios vſus, omne humanum genus diuerſâ miniſteriorum qualitate formare.*

Ieſus autem dixit eis: Non eſt Propheta ſinè honore, niſi in patriâ ſuâ.

Grande malum inuidia eſt: ciues ferè ciuibus inuident. Vicinæ proſpectus felicitatis vrit, & cognatæ virtutis odio maximè conterranei premuntur. Ringuntur ciues, cum vident, ſe à conciue ſuo ſuperari: quod tam ſuperbis videtur, vt & beneficia aſpernentur, quia indicent, inferiores eos eſſe, qui ea accipiunt. 761.

Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

Multas virtutes, multaque ſigna in patriâ ſuâ Chriſtus minimè fecit, ne grauiori damnationi, cùm nihil ex illis proficerent, obnuxios redderet: aliqua tamen fecit, ne patriæ contemptor videretur; neue dicere poſſent; quia odio nos habet, idcirco eos non curat, qui apud nos ſunt. Facilè quippè impia hæc verba effutiuiſſent, ſi nulla apud eos ſigna Chriſtus præſtitiſſet: eorum igitur calumniam, aliqua miracula faciens, anteuertit.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

CAPVT XIV. MATTHÆI.

Verſ. 1.

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu.

In illo tempore. *Syr. Illo verò tempore.*

Verſ. 2.

Et ait pueris ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo vir-

Pueris. *Pagn. Famulis. Syr. Seruis.*
Hic eſt Ioan. Bapt. *S. Ioan. Chryſ.* addit, *quem ego interfeci. & Goth. Quem ego decollaui.*
A mortuis. *Syr. E domo mortuorum.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacia. Fr. Luc. Miracula.*
Operantur. *Pagn. Agunt. Vat. Vim ſuam exerunt.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
tutes operantur in eo.	*Fr.Luc.Vigent.Ioan.Bene. Efficaces ſunt.* In eo. *Fr.Luc. Per eum.*
Verſ. 3. Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui.	Tenuit. *Pagn. Cùm cœpiſſet. Fr. Luc. Poſtquam tenuiſſet. Auct. Cùm apprehendiſſet. Int. Orig. Captum. Arab. Comprehenderat.* Alligauit. *Pagn.Vinxit. Fr.Luc. Ligauit. Auct. In vincula coniecit. Arab.Ligauerat.Vat.Vinxerat.* In carcerem. *Syr. In domo vinctorum. Fr. Luc. In cuſtodiâ.* Vxorem fratris ſui. *Syr. Vxorem Philippi fratris ſui.*
Verſ. 4. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.	Habere eam. *Syr. Eam habere vxorem. Fr. Luc. Pro vxore.*
Verſ. 5. Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant.	Volens i. o. *Arab. Volebat occiſionem eius. Syr. Volebat eum interficere.* Timuit. *Syr. Timebat. Vat. Metuebat.* Populum. *Pagn. Multitudinem. Ar. M. Turbam.* Sicut proph. *Vat. Pro prophetà.*
Verſ. 6. Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.	Die autem natalis. *Syr. Cùm autem eſſet domus natiuitatis. Fr. Luc. Quùm autem natalitia agerentur. Pagn. Cùm fierent natalitia.* Saltauit. *Fr.Luc. Tripudiauit. Theoph. Saltabat.* In medio. *Syr. Cum aſſeſſoribus, ſeu, coram aſſidentibus. Fr.Luc. Spectantibus omnibus. Goth. In medio triclinio.* Placuit Her. *Arab. Admiratione affecit Herodem.*
Verſ. 7. Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare, quodcumque poſtulaſſet ab eo.	Vnde c. i. *Arab. Propter hoc iurauit. Syr. Propterea iureiurando. Pagn. Cum iureiurando.* Pollicitus eſt ei. d. q. p. *Arab. Et dixit: Ego dabo ei quodcunque petierit. Fr.Luc. Spopondi ei.* Quodcunque. *Ar. M. Quacunque. Pagn. Quicquid.* Poſtulaſſet. *Syr. Petiiſſet. Vat. Peteret.*
Verſ. 8. At illa præmonita à matre ſuâ, Da mihi inquit, hîc in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.	Præmonita. *Pagn. Priùs inſtructa. Syr. Edocta. Adam C. Inducta, Incitata. Fr. Luc. Perſuaſa. Auct. Subornata. Mald. Impulſa, inſtigata. Ar. M. Præinſtructa. Arab. Monita fuit.* In diſco. *Syr. In Paropſide. Vat. In patinâ. Int. Euth. In lance.*
Verſ. 9. Et contriſtatus eſt rex: propter iuramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, iuſſit dari.	Contriſtatus eſt. *Pagn. Dolore affectus eſt. Vat. Indoluit. Auct. Angore correptus eſt. Int. S. Chryſ. Timuit. Syr. Ægrè tulit.* Propter iur. autem. *Fr. Luc. Sed propter iuſiurandum. Ar. M. Propter verò iuramenta. Vat. Propter ea, quæ iurauerat.* Recumbebant. *Pagn. Accumbebant. Arab. Et accumbentes. Syr. Et aſſeſſores.* Iuſſit. *Syr. Præcepit.*
Verſ. 10. Miſitque, & decollauit Ioannem in carcere.	Miſitque. *Vat. Miſſis carnificibus. Pagn. Quum miſiſſet. Ar. M. Et mittens.* Decollauit. *Vat. Amputauit caput Ioannis. Ar. M. Decapitauit. Arab. Accepit caput Ioannis. Syr. Qui amputaret caput Ioannis.* In carcere. *Syr. In domo vinctorum. Ar. M. In cuſtodiâ.*
Verſ. 11. Et allatum eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ, & attulit matri ſuæ.	Allatum eſt. *Arab. Attulerunt.* In diſco. *Syr. In Paropſide. Vat. In patinâ.* Datum eſt. *Arab. Porrexerunt illud.* Attulit. *Pagn. Obtulit. Arab. Dedit illud puella.*

Verſ. 12.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 12.

Et accentes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Ieſu.

Accedentes. *Pagn. Profecti. Syr. Cùm acceſſiſſent. Arab. Venerunt.*
Tulerunt. *Vat. Suſtulerunt. Arab. Acceperunt.*
Corpus. *Syr. Truncum.*
Et venientes. *Pagn. Egreſſique Vat. Abieruntque.*
Nuntiauerunt. *Syr. Renuntiarunt.*

Verſ. 13.

Quod cùm audiſſet Ieſus ſeceſſit inde in nauiculâ, in locum deſertum ſeorſum: &, cùm audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.

Seceſſit i. *Syr. Diſceſſit illinc.*
In nauicula. *Vat. Nauigio. Syr. Nauiculâ. Caiet. In naui. Arab. In nauiculam.*
Seorſum. *Syr. Solus. Ar. M. Priuatim. Al. Seorſim.*
Cùm audiſſent. *Arab. Audiuit. Vat. Audiuiſſet. Fr. Luc. Cùm intellexiſſent.*
Turbæ. *Vat. Multitudo.*
Pedeſtres. *Syr. Per aridam. Ar. M. Pedibus.*
De ciuitatibus. *Pagn. Relictis vrbibus. Arab. De ciuitate. Syr. Ab vrbibus.*

Verſ. 14.

Et exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum.

Exiens. *Arab. Cùm exiret. Syr. Egreſſus.*
Turbam multam. *Syr. Turbas multas.*
Miſertus eſt eis. *Vat. Intimè miſertus eſt. Pagn. Miſericordià affectus eſt erga illos. Theoph. Miſeratus illam. Ar. M. Viſceribus affectus eſt erga eos. Al. Tactus eſt affectu miſericordia erga illos.*
Languidos. *Pagn. Infirmos. Ar. M. Ægrotos. Arab. Languores.*

Verſ. 15.

Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt, euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.

Deſertus eſt locus. *Ar. M. Solitarius eſt locus.*
Et hora. *Syr. Et tempus.*
Dimitte turbas. *Orig. Dimitte itaque turbas. Ar. M. Abſolue turbas. Arab. Turbam. Syr. Cœtus hominum.*
Euntes. *Int. Orig. Abeuntes. Arab. Vt eant. Syr. Vt adeant. Vat. Vt abeant.*
Caſtella. *Pagn. Vicos. Fr. Luc. Villas.*
Emant. *Ar. M. Mercentur.*
Eſcas. *Int. Orig. Cibaria. Arab. Cibos. Syr. Cibum.*

Verſ. 16.

Ieſus autem dixit eis: Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare.

Non habent neceſſe. *Ar. M. Non vſum habent Arab. Non eſt neceſſe. Syr. Non opus eſt. Pagn. Non eſt illis neceſſe.*
Ire. *Fr. Luc. Abire. Vat. Vt abeant.*
Manducare. *Syr. Ad comedendum. Arab. Vt manducent. Vat. Quod edant.*

Verſ. 17.

Reſponderunt ei: Non habemus hìc, niſi quinque panes, & duos piſces.

Reſponderunt ei. *Fr. Luc. Ipſi verò dicunt ei. Arab. Dixerunt autem ei.*
Panes. *Syr. Placentas.*

Verſ. 18.

Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.

Qui ait eis. *Syr. Dixit eis Ieſus.*
Illos. *Syr. Ea.*

Verſ. 19.

Et cùm iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.

Cùm i. *Arab. Et iuſſit. Syr. Precepit. Vat. & iuſſis. Ar. M. Et iubens.*
Turbam. *Caiet. Turbas. Arab. Turba. Syr. Turbis.*
Diſcumbere. *Fr. Luc. Reclinari. Int. S Ioan. Chryſ. Recumbere. Arab. Vt ſederet. Syr. Vt diſcumberent.*
Super fœnum. *Pagn. Super herbas. Arab. Super herbam. Vat. Super gramina. Syr. Humi. Int. Chryſ. In fœno. Ar. M. Super fœna.*
Quinque. *Fr. Luc. Illos quinque. Syr. Illos quinque.*
Aſpiciens. *Ar. M. Suſpiciens. Arab. Aſpexit. Syr. Suſpexit. Vat. Sublatis oculis.*
Benedixit. *Orig. Vt Benedixit panes.*
Et fregit. *Fr. Luc. Et cum fregiſſet. Arab. Diuiſit. Orig.* omittit. *Ar. M. Et frangens.*
Diſcipuli a. *Arab* addit, *Porrexerunt. Orig. Et diſcipulis confringentes appoſuerunt.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 20.

Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

Manducauerunt. *Syr. Comederunt.Orig.* omittit.
Saturati ſunt. *Syr. Expleti ſunt. Orig. Cùm ſatiati fuiſſent.*
Tulerunt. *Syr. Suſtulerunt.Orig.Superfuerunt.*
Reliquias. *Fr. Luc. Quod ſuperfuerat. Ar. M. Redundans. Arab. De reſiduis. Pagn. De fragmentis.Orig.*omittit.
Cophinos f. p. *Orig. Fragmentorum cophini.*

Verſ. 21.

Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis.

Manducantium a. *Syr. Illi verò homines, qui comederant.Fr.Luc. Qui ederant.Ar.M.Edentes.Vat. Porro qui comederant.*
Quinque millia. *Theoph. Fermè quinquies mille. Mald. Quaſi quinque millia. Syr. Quinquies mille. Ar.M. Ferè quinque millia.*
Exceptis. *Fr. Luc.Abſque.Arab.Præter.*
Excep. mul. & paruulis. *Pagn. Præter mulieres, ac Pueros.*

Verſ. 22.

Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

Et ſtatim. *S.Hil. Poſt hæc.*
Compulit. *Goth. Iuſſit. Fr.Luc. Coëgit. S.Hil Præcepit.*
Aſcendere in nau. *Int. Orig. Ingredi nauem. Syr. Conſcendere nauim.Vat.Vt conſcenderent nauim.*
Trans fretum. *Pagn. In ripam vlteriorem. Ar.M.In vlteriora.*
Dimitteret. *Ar.M. Abſolueret. S.Hil. Ipſe dimitteret.*

Verſ. 23.

Et dimiſsâ turbâ, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi.

Dimiſsâ t. *Arab.Dimiſit turbas.Syr.Cùm dimiſiſſet. Vat. dimiſſis turbis.Ar.M. Abſoluens turbas.*
Aſcendit in m. *S.Hil.Conſcendit montem.*
Solus. *Fr.Luc.Seorſum, priuatim.S.Hil.*omittit.
Veſpere autem facto. *Syr. Cùm autem ingruiſſent tenebræ. Arab. Cùm factum eſſet ſero. Pagn.Cùm facta eſſet veſpera. Vat. Cùm aduesperaſſet. Al. Cùm adueniſſet veſpera. Fr. Luc. Cùm ſol occidiſſet.*

Verſ. 24.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

Nauicula. *Fr.Luc. Nauis.Caiet.* addit,*Iam.*
In medio mari. *Syr. Iam receſſerat à terrâ ſtadiis multis.*
Iactabatur. *Pagn. Vexabatur. Arab. Et agitaſſent eam Vat.Agitabatur. Int.Theoph. Affluctabatur. Ar.M.Vexata. Syr.Quum agitata eſt plurimùm.*
Fluctibus. *S. Euch. Multis fluctibus. Pagn. Ab vndis.Vat.A fluctibus.Arab.Fluctus.*
Contrarius. *Int.Theoph. Aduerſus. Syr. E regione. Arab.*Addit, *Eis.*

Verſ. 25.

Quartâ autem vigiliâ noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare.

Vigiliâ. *Fr.Luc. Cuſtodiâ.*
Venit ad eos. *Fr. Luc. Abiit. Ar. M. Abiit ad eos Ieſus.*
Ambulans. *Ar.M. Circumambulans.*
Super mare. *Syr.Super aquas.*

Verſ. 26.

Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt.

Et videntes. *Arab.Cùm vidiſſent.Syr.Et viderunt.*
Super mare. *Syr. Super aquas.*
Ambulantem. *Ar.M.Circumambulantem.*
Phantaſma. *Syr.Viſio mendax.Pagn.Spectrum.*
Clamauerunt. *Pagn. Exclamauerunt.*

Verſ. 27.

Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.

Statimque. *Fr.Luc. Statim autem. Syr.Eodem momento.Arab.* omittit, *ſtatimque.*
Locutus. *Syr.Collocutus.*
Habete fiduciam. *Arab. Eſtote fortes. Pagn.Confidite.Vat.Bono animo eſtote.*
Nolite timere. *Pagn. Ne terreamini. Ar. M. Ne metuatis.Fr.Luc. ex Syr. Ne timeatis.*

Verſ. 28.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 28.

Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas.

Reſpondens autem. *Arab. Reſpondit ei.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Si tu es. *Arab. Si tu es ipſe.*
Iube. *Vat. Iubeto.*
Super aquas. *Ar.M. Super aquam.*

Verſ. 29.

At ipſe ait: veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambnlabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.

At ipſe ait. *Syr. Ieſus verò dixit ei.*
Deſcendens. *Arab. Deſcendit. Pagn. Cùm deſcendiſſet.*
De nauiculâ. *Syr. E nauiculâ. Vat. E naui.*
Ambulabat. *Arab. Ambulauit.*
Super aquam. *S.Gaud. Super aquas.*
Vt ven. *S.Gaud. Vt perueniret. Arab. Veniens. Syr. Vt adiret. Vat. Vt iret. Ar.M. Venire.*

Verſ. 30.

Videns verò ventum validum timuit: &, cùm cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac.

Videns verò. *Arab. Vidit autem. Pagn. Cùm videret. Ar.M. Intuitus verò. Fr.Luc. Animaduertens.*
Ventum v. *Arab. Validitatem venti. Syr. Ventum vehementem.*
Timuit. *Pagn. Territus eſt.*
Cùm c. m. *Arab. Prope erat, vt ſubmergeretur. Syr. Cœpitque demergi. Vat. Cùm cœpiſſet demergi.*
Clamauit. *S.Aug. Exclamauit.*
Domine. *S.Aug. Domine perec.*
Saluum me fac. *S.Aug. Libera me. Theoph. Serua me.*

Verſ. 31.

Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti?

Continuò. *Syr. In ipſius hora puncto.*
Extendens. *Gaud. Extendit. Syr. Porrigit. Vat. extentâ manu. Pagn. Quum extendiſſet.*
Modicæ fidei. *Pagn. Exiguam fidem habens. Fr.Luc. Parùm fidelis, parùm credens. Int.Theoph. Parua fidei. Syr.* O exiguâ fide prædite. *Ar.M. Exiguæ fidei. Vat. Exiguâ fiduciâ prædite.*
Quare. *Fr.Luc. Ad quid. Pagn. Cur.*
Dubitaſti? *Pagn. Haſitaſti? Int. Theoph Formidaſti? Al. Haſitabas?*

Verſ. 32.

Et, cùm aſcendiſſent in nauiculam, ceſſauit ventus.

Et, cùm aſcend. in nau. *Ar.M. Et aſcendentibus illis nauigium. Syr. Quumque conſcendiſſent nauim.*
Ceſſauit. *Pagn. Conquieuit. Fr.Luc. Quieuit.*

Verſ. 33.

Qui autem in nauiculâ erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es.

Erant. *Fr.Luc. Remanſerant.*
Venerunt. *Pagn. Acceſſerunt. Ar.M. Venientes.*
Adorauerunt. *Fr. Luc. Ad genua accidentes. Syr. Adorantes dixerunt.*
Verè es. *Arab. Tu es in veritate.*

Verſ. 34.

Et, cùm transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar.

Cùm transfretaſſent. *Vat. Cùm traieciſſent. Syr. Et nauigauerunt.*
Geneſar. *Pagn. Genneſareth.*

Verſ. 35.

Et, cùm cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes.

Cùm cognouiſſent. *Arab. Cognouerunt. Pagn. Cùm agnouiſſent. Ar.M. Cognoſcentes.*
Loci illius. *S.Hil. Loci illius adorabant eum.*
Miſerunt. *Vat. Emiſerunt nuntios.*
In vniuer. r. i. *Fr.Luc. In totam circumiacentem regionem. Ar. M. In vniuerſam circumuiciniam illam. Arab. Ad omnes incolas illius regionis. Vat. In totam circumiectam regionem illam.*
Obtulerunt. *Ar.M. Attulerunt.*
Malè habentes. *Syr. Qui malè affecti erant. Fr.Luc. Malè affectos, morbis obnoxios.*

Verſ. 36.

Et rogabant eum, vt vel fimbriam ve-

Rogabant. *Vat. Obſecrabant. Ar.M. Appellabant. Arab. Rogauerunt.*
Vt vel f. v. e. t. *Arab. Vt tangeret extremitatem ve-*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
ſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt.	*ſtimenti eius tantùm.* Quicunque t. *Arab. Quicunque tetigit eum. Al. Quotquot tetigiſſent.* Salui facti ſunt. *Arab. Saluus factus eſt. Syr. Sanitati ſunt reſtituti. Vat. Salutem conſecuti ſunt. Ar. M. Præſeruati ſunt. Fr. Luc. Seruati ſunt.*

CAPVT XIV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Res piæ ferè ad reges, ac principes deferuntur. 762
Vtilia maturè percipienda. 762
Tunc magis in vinea Dei laborandum cum in operarios magis ſæuit dæmon, ſæuiunt mali homines. 763
Iuſtos timere, ac revereri, quàm vtile. 763
Inuidia mentem obcæcat, quam corripit. 764
Peccatorem ſcelus torquet & laniat. 764
Κρατεῖν *quid. Iuſti maiori amore eos complectuntur, quos crudeliores ſentiunt.* 765
Carcer cuſtodia *dicitur, quia plerumque ad cuſtodiam eſt & ad tutelam.* 765
Irata mulieris quanta ſæuitia. 766.
Facilè à iuſtitia deuiat, qui hominum non Dei timore regitur. 766
Vir maximè reprehendendus, ſi muliebrem, induat mentem. 767
Facilè reſipiſcit mulier, ſi reſipiſcat vir. 767
Impiis hoc eſt viuere in luxu ſepeliri. 768
In peccatis lætari, quàm ingentia damna portendat. 768
Fœdius labuntur qui cùm Chriſto ſunt viciniores, cadunt. 769
Mali regis exemplum ad malum alios prouocat. 769
Qualis mater, talis ferè & filia. 770
Ορχέομαι *vnde ducatur. Ebrius Bacchi victima.* 770

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Ieſu.

762. QVÆRI hìc poteſt: quî fieri potuerit, vt non priùs Chriſti famam Herodes audierit. Res ſanctæ, ac piæ ſerò ad Regum, Principumque virorum aures perueniunt. Is aulicorum mos eſt, vt mala Regi deferant; bona, &, quæ ad pietatem ſpectant, ſupprimant.

Notatur hìc negligentia, & ſuperbia Tyranni, qui non à principio didicerit Chriſti virtutem, ſed poſt multum tempus; vnde contigit, vt nihil profecerit. Ferè idem in iis accidit, qui, vſque ad vltimum ætatis, ſalutis negotium producunt, & ea quæ proſunt, intelligere negligunt, dum poſſunt. Huiuſmodi fermè ſunt, qui in principatibus viuunt: nam, quoniam rerum faſtu plurimum ſibi arrogant, cætera paruifacientes, ea ſerò (ſed vtinam ſeriò) perdiſcunt.

763. Porrò Ioannis decollatio (vt aliqui ex Lucæ 9. & Marci 6. colligunt) incidit in illud tempus, quo diſcipulos ad prædicandum ablegauit: ſic dæmoni itum obuiam eſt, miſſis multis in vineam operariis pro vno occiſo. Tunc quippè magìs & ardentiùs in vineâ laborandum, cùm in operarios ſæuit dæmon, ſæuiunt mali homines.

Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

QVanto terrori iuſtus impiis eſt! Etiam defunctum Ioannem formidat Herodes, & timet quem occidit. Iuſti virtus mori non poteſt, licèt moriatur iuſtus. Pende, quàm ingentes habeat virtus vires. Herodes hic adeò Ioannem perhorruit mortuum, vt præ nimiâ formidine de reſurrectione philoſopharetur. Si tantùm ſeruilis timor potuit; quid reuerentia in Ioannem feciſſet.

Vide, quid inuidia in hominis mente præſtet, 764
quàm occupat. Ioannem potuiſſe reſurgere fatetur hic alienigena: Iudæi ex inuidiâ de Chriſto negant.

Mira Dei vindicta! Inter vincula ſecurus Ioannes erat: ſed vinctum Herodias timet, Herodes mortuum. Tyranni animum ſcelus exagitat; &, quamuis illecebris indormiret Herodes; conſcientiâ tamen malefacti torquetur, foditur; laniatur. Peccatis obſepto etiam illecebræ vertuntur in ſpinas.

Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui.

TEnuit: Poſtquam iniectâ manu tenuiſſet, & 765.
ſatellitum miniſterio comprehendiſſet. Græcè eſt, κρατήσας, à verbo, κρατεῖν, quod *apprehendere* ſignificat, & *capere.* Quandoque κρατεῖν eſt *ad amorem impellere*, vt aliqui Græcè periti notauerunt. Etiam Herodes, dum Ioannem apprehendi iubet, vincirique, ſuâ immanitate, ac ſæuitiâ hoc fecit, vt maiori amore eum Ioannes complecteretur. Nimirum iuſti, perfectique viri eò vehementius malos amant, quò crudeliores eos experiuntur: pœnæ, iniuriæ, calumniæque, amoris augent flammas.

In carcerem. Græcè, ἐν φυλακῇ, *in cuſtodiâ.* Carcer miti vocabulo à cuſtodiâ, atque tutelâ nomen apud Græcos habet: & plerunque ita accidit vt non tàm pœna, carcer, quàm præſidium ſit, atque cuſtodia.

Et, volens illum occidere, timuit populum.

MArcus cap. 6. v. 19. & 20. videtur, contrarium 766. Mar. 6. v. 19. & 20.
indicare nempe Herodiadem Ioannis ſanguini inſidiatam; Herodem verò, quia Ioannem reuerebatur, impediuiſſe: ſic enim habet: *Herodias inſidiabatur illi, & volebat, occidere eum, nec poterat; Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum: & cuſtodiebat eum.* Cur ergò hìc dicitur, eum voluiſſe occidere? Vtrunque verum. Priùs Herodes in carcerem coniecit Ioannem,

Ioannem, vt eum ab Herodiadis inſidiis liberaret, eam placans: ſed contrà accidit; nam, Herodiadis victus precibus; occidere eum voluit Herodes, qui ſaluare volebat. Tanta iratæ mulieris ſæuitia eſt, vt vel eius animum ad iram prouocet, qui mulieris iram ſedare tentabat.

Volens eum occidere; cum vitare noluit adulterium, incurrit Herodes homicidium; nimirum, cùm quis negligit vitare aliquod peccatum, in maius cadit, vt poſterius pœna prioris ſit.

Timuit populum. Qui Dei timorem excuſſerat, populum timet. Facile à iuſtitiâ deuiat, qui hominum, non Dei, timore regitur. Multitudinem timuit Herodes, Dei iudicium contempſit: nil mirum, ſi in tàm grauia ſcelera miſer lapſus eſt, æternis pœnis luenda.

Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.

767. CVr virum Ioannes alloquitur, non mulierem? Cur Herodem arguit, non Herodiadem? An, quia principalior vir eſt? &, cum maiori prudentiâ præditus ſit, maiori reprehenſione dignus habetur, ſi virum exuat, muliebrem induat mentem.

Præterea monetur vir; quia, ſi ipſe reſipiſcat, facilè reſipiſcet & mulier. Rapitur ad malum facilè, exemplo viri, mulier, atque facile ſuadetur; ſed etiam facilè ad bonam frugem redit, ſi redire virum videat.

Die autem natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.

768. IN die natali, &, cùm natalitia agerentur, voluptatibus innatat Herodes: nimirum, dum gratiæ Deo eſſent agendæ, quòd vitæ huius luce eum donauerit, deliciis immerſus à ſe abiit. Hoc nempè impiis eſt viuere; in vitiis, in luxibus ſepeliri: tunc ſe natalem diem agere putant, quum, deliciis obruti, vix viuere videantur.

Die autem natalis Herodis; hæc Herodis lætitia in die ſuo natali grandia mala portendit, in peccatis natus fuerat filius iræ, & feſtum, lætúmque agit diem? in immane ſcelus aliquod caſurum coniici poterat; occidit Ioannem; nimirum ei, qui, cum ſcelera ſua flere debeat, ridet, & deliciis diffluit, non niſi æternâ morte luenda timenda ſunt.

769. Etiam Pharao diem natalem celebraſſe legitur; Pharaonem Herodes imitatur, vt quorum erat par impietas, vna quoque ſolemnitas eſſet; ſed peior Herodes exſtitit, qui Virum Sanctum, & iuſtum, regníque cæleſtis præconem occidit; nihil tale Pharao feciſſe legitur? ſæuiit tantum in eunuchum in ſe peccantem. Herodes tantò deterior exſtitit, quantò diuinæ Religioni vicinior, & Chriſti; vt videas fœdiùs labi, qui Chriſto proximores labuntur.

Saltauit filia Herodiadis in medio: Quis puellam vocauit, quis inuitauit ad tripudium? An aulæ Herodianæ diſciplina omnem pudorem, & verecundiam abſorbuerat? Conuiuio ſe ingerit puella: ſaltat, licèt nullus vocet; intruſit eam eius impudentia: laſciuam ſaltatriculam inuitauit laſciui Herodis aſpectus, & mollities, qui regium pectus exuerat, induerat muliebrem. Tantùm mali Regis exemplum ad malum poteſt.

770. Sed quò tam impudens eſſe potuit hæc puella, vt ſe, non inuitata, conuiuio ingereret, & ſaltaret? Potuit: & ratio redditur, cùm dicitur, *filia Herodiadis*: qualis nempè mater talis filia, quam ad mores ſuos ita mater efformauerat, vt primo ſtatim ingreſſu ſe eius filiam laſciuis motibus proderet. Mater impia, laſciua, adultera, crudelis, puellam ſibi ſimilem affingit, & inſtituit.

Saltauit: ad regiam ſcilicet menſam. Græcè eſt, *ὠρχήσατο, tripudiauit, choreas egit.* ὀρχέομαι, ducitur ἀπὸ τῶν ὄρχων, à vinearum ordinibus, in quibus inter vindemias, primitias Baccho offerentes, choreas agebant. Quidni & hîc puella tripudiare perhibeatur, cùm in Herodis conuiuio Baccho litarent ebrietate? Potuit, velut in re Baccho ſacrâ, tunc puella choreas ducere, cùm regius animus vino ferueret, & Herodes, nimio potu, Bacchi victima eſſet.

SECTIO II.

Προβιβάζειν de qua inſtructione dicatur. Improbæ matres infanda ſcelera ita filias edocent, tanquam ſi eas in Dei lege erudirent. 771

In Diaboli ſchola moras in malo tollendas docetur, in bono nectendas. 772

Vindicta ſapidi cibi loco impiæ mulieri eſt. 772

Improbæ & impudicæ mulieres argui ob ſcelera nolunt. 773

Iuſti fortes & infracti in impiis arguendis. 773

Cadauroſum eſt regnum, Dei ſeruis velut animâ deſtitutum. 774

Ἐλυπήθη quid. Regis eſt ob iniqua promiſſa triſtari, à Regis nota abit, qui ſcelus ſcelere cumulat. 775

Extime tantùm rex eſt, qui externè tantùm ob ſcelus contriſtatur. 775

In bono conſtantiam ſeruent reges, non in malo. 776

Non meretur ab hominibus corrigi, qui hominum intuitu admittere ſcelera non veretur. 776

In conuiuiis agrè reperitur, qui caſtitatis partes tueatur. 776

Malus rex bonorum conſortium vitat, malorum amat. 777

Figere vix pedem poſſunt criminatur ad immaniora. 777

Qui toto corde Chriſtum ſequitur terrenarum rerum curam euomit. 778

Quod diuinitus factum in inferiores cauſas non eſt reiiciendum. 778

Chriſti miracula erectis animis conſideranda. 779

Etiam in magnis tolerantiæ vel leue ſignum vitandum. 779

At illa, præmonita à matre ſuâ: Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.

TAnti refert quales quis parentes nactus ſit. 771. Impia, & crudelis mater, ſceleribus onuſta, nonniſi ſcelera filiam edocet. *Præmonita à matre.* Syrus, *edocta.* Pagninus, *priùs inſtructa.* Adamus Conzen, *inducta, incitata.* Franciſcus Lucas, *Perſuaſa.* Nos, *ſubornata.* Hæc omnia fert vox *προβιβασθεῖσα* à verbo *προβιβάζειν*, quòd verbum in ſacris litteris de eâ inſtructione maximè dicitur, qua parentes filios Dei verba, Dei legem docent, eoſque de rebus Diuinis informant: Hinc Deut. 6. verſ. 7. Deut. 6. 7.
Narrabis ea filiis tuis. Græce, *προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς.* Huc ergo, tùm iſtius, tùm vniuersè, improbarum matrum impietas euadit, vt infanda ſcelera ita filias doceant, tanquam ſi in Dei lege eas erudirent; eamque diligentiam, quam in filiis in Dei lege in-

formeudis adhibere debent, adhibent, vt ſatanicis, eas legibus imbuant filiarum proditrices, non matres.

772. *Da mihi hîc:* Vide mulieris malitiam, ac dolum. In eodem loco, vbi ſaltauerat, vbi conuiuæ, & ſpectatores, & teſtes aderant, dari ſibi petit Ioannis caput: timebat, ne fortè Herodes reſipiſcens poſtea pœnitudine duceretur; propterea moras aufert, rem vrget: *da mihi*, inquit, *hîc*. A diaboli ſcholâ hæc cautio eſt: in malo moras tollendas ſtudet, in bono nectendas docet.

Da mihi in diſco: ἐπὶ πίνακι, in patinâ, in qua cibi menſæ apponuntur. Ac ſi diceret; in patinis menſæ tuæ cibi, ferculaque tàm ſapida non exſtant, quæ me aut exſaturare, aut oblectare queant, vt daps iſta; caput nimirum Ioannis. Hic miſſus diuitis conuiuij loco impudicæ mulieri fuit. Vindicta ſapidi cibi loco impiæ mulieri eſt.

773. *Caput Ioannis Baptiſtæ.* Corrigi, & argui improbæ mulieres nolunt. Caput Ioannis Herodias quæſiuit, vt in ſuâ poteſtate eam linguam haberet, quæ eius ſcelus argueret, ne arguere amplius poſſet, caput petiit, vt illi linguæ illuderet, quæ eius pellicatui aduerſabatur. A voti compote factâ linguam mentiri neſciam acu diſcriminali confoſſam plerique teſtantur.

Caput Ioannis poſtulare, filiam docet Herodias. Cruciabat impudicæ mentem viri ſanctiſſimi caſtitas, & pudicitia: nihil illi optatius Ioannis morte, non ob vindictam dumtaxat, ſed ob repudij metum, quo vrebatur; tanta quippè inerat Ioannis verbis vis, & efficacia, tánque liberè arguebat Herodem, vt timeret mulier, ne, ſi pergeret Ioannem audire Herodes, ipſa tandem repudium pateretur, inuiſa ſcortatori, & nulli grata. Non minis Ioannem mulier deterret, non muneribus lenire ſtudet: Ioannis animus minis flecti neſcit aut mulieris donis. Eius iubet cædem peti, non aliter ſe poſſe rata abſque metu luxuriari, niſi Ioannis morte.

774. *Da mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ:* Vel regni dimidium Herodes obtulerat in præmium, hæc tamen ſolo Ioannis capite contenta eſt, cur dimidiam regni partem non petiit Domina futura, atque regina? à diaboli ſuaſu hæc poſtulatio erat; ille autem non dimidium tantùm regnum volebat perdere, ſed regnum integrum, è medio tolli Ioannem ſtudens; ſciens, eo viuente, regnum incolume futurum, cùm regnorum firmitas, ac robur iuſti ſint; caſurum verò Ioanne cadente; cùm inanime, & cadauerosum regnum videatur, Dei ſeruis, veluti animâ, deſtitutum; igitur totum inuadere regnum per mulierem dæmon ſtuduit, dum vni Ioanni mortem inferri quæſiuit; ſcilicet totum tacitè poſtulauit, dum dimidium viſus eſt negligi.

Et contriſtatus eſt Rex: propter iuramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, iuſſit dari.

775. *Contriſtatus eſt:* Non ſimulatè, ſed verè ob datam fidem: Suæ leuitatis pœnitet, quòd virum ſanctum ſaltatricæ puellæ præmium conceſſerit. *Contriſtatus eſt*: ἐλυπήθη, quod vertit Pagninus, *Dolore affectus eſt*. Vatablus, *Indoluit*. Nos, *angore correptus eſt*. Regis nomine hîc vtitur Euangeliſta: ſuperiùs, cùm in carcerem coniici Ioannem iuſſit, Herodem tantùm vocat; *Herodes*, inquit, *tenuit Ioannem, & alligauit.* Quòd ſcilicet hoc verè Regis eſſet ob iniqua promiſſa triſtari: ſed à regio animo abiuit, à regiâ dignitate, dum ſcelus maiori ſcelere cumulauit; quando rem petitam conceſſit, & Ioannis caput laſciuæ puellæ, tanquam ſaltationis lucar, dari iuſſit.

Vel *contriſtatus eſt Rex*, ac ſi non Herodes, qui Ioannis necem quærebat; quia exteriori ſigno tantùm contriſtari regis officium egit; adeo vt, ſicut in extimâ ſuperficie, exteriorique dumtaxat habitu regis perſonam ſuſtinebat, ſic externè tantùm ob ſcelus contriſtabatur; alioquin, ſi verè contriſtatus Herodes eſſet, ab impio ſcelere abſtinuiſſet.

Maoum à cæde non retraxit Herodes: irritum 776.
fieri noluit, quod ſemel protulerat, ne apud conuiuas clariſſimos inconſtantiæ notam ſuſtineret; quaſi facinus retractare turpius ſit, quàm temerè, ſtultéque promittere. Nullâ re magis dignitatem ſuam ſtabiliri principes putant, quàm dictorum promiſſorumque conſtantiâ; ac ſi pium ſit in impio, nefarioque opere perſiſtere. Aliam induant mentem Reges, viríque Principes, in bono conſtantiam ſeruent, non in malo.

Apud conuiuas indoluit Herodes, & triſtitiæ fluctibus abſorbetur; ſed conuiuarum cauſâ retractare, quod conceſſerat, non putat ſibi honeſtè licere. Non religio conſtringit Herodem, ambitio præcipitem egit. Sed dignum animaduerſione eſt, quòd inter conuiuas nec vnus fuit, qui regem ab infando ſcelere vel verbulo reuocaret, quum triſtitia, quam vultu præferebat, opportunitatem monendi Regis ſuggereret. Nimirum, non meretur ab hominibus doceri, ac corrigi, & ab iis in viam rectam ille duci, qui ſolo hominum intuitu impia quæque ſcelera admittere non veretur; quod fecit Herodes.

Præterea, nullus ex conuiuantibus Herodem admonet, vt à Ioannis cæde abſtineret: etenim ægrè in conuiuiis, vbi luxus, crapula, & ebrietas innatant, reperitur, qui caſtitatis partes tueatur, qui Ioannem puritatis defenſorem, & pudicitiæ, eximere à morte tentet: deliciis omnes in caſtitatem arietant, tuentur luxuriæ partes, libidini famulantur.

Tandem nullus conuiua Herodem à Ioannis 777.
cæde reuocat; quia, ad conuiuium inuitati, Ioannis necem deſiderabant. Non bonos, iuſtoſque ad menſam malus Rex inuitaſſet; inuitauit malos, &c, qui eiſdem ferè, quibus ipſe, ſceleribus obſiderentur.

Quod cum audiſſet Ieſus ſeceßit inde in nauicula.

AVditâ Ioannis morte ſecedit Ieſus; non vt mortem timeret, ſed, ne interfectores Ioannis maiori ſe crimine polluerent in Chriſtum manus iniicientes. *Parcens inimicis ſuis*, ait Sanctus Hieronymus, *ne homicidio homicidium iungerent.* Conſulit Saluator aliis potiuſquàm ſibi, docens fugam arripiendam quandoque, non vt mortem vitemus, ſed, vt vitent maius ſcelus inferre cupientes.

Fugit Chriſtus, ne ex nece prophetæ in necem Chriſti proſiliret Herodes; vbi enim quis ſæuire in Dei ſeruos incipit, cum figere pedem crimina vix neſciant, etiam in Chriſtum ſæuiet; ad immaniora quippè ſceleraitur, dum minora non emendantur.

***

Propter

Propter iuramentum autem, & eos, qui ſimul recumbebant, iuſsit dari.

QVid ſi impudica puella non Ioannis, ſed Herodis ipſius caput poſtulaſſet? nunquid iuramenti religione teneretur Herodes, vt vellet exhiberi puellæ, quod peteret? minimè, ergò religio eius ficta eſt, Ioannem occidi cupiebat, intúſque gaudebat occaſionem occiſionis oblatam.

Vide perfidiam, ingratitudinem; in die natalis ſui, quando eum Deo gratias agere par erat, qui eum illo die in lucem produxerat, nefandiſſimam cædem committit.

Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: deſertus eſt locus, hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.

TAntus erat populi feruor, tantus amor, vt
778. ſui oblitus, nullà cibi ſolicitudine tangeretur; adeò vt neceſſe fuerit, Apoſtolos huius rei onus ſuſcipere, ne preſſi neceſſitate deficerent. Scilicet, qui toto corde Chriſtum ſequitur, terrenarum rerum curam euomit, etiam earum, quæ vitæ traducendæ quàm neceſſariæ ſunt.

Deſertus eſt locus: Vbi nullus ſuppetit cibus, aptus locus edendo miraculo. In deſertum exiit Chriſtus, panes diuinitùs multiplicaturus, ne quis ſuſpicaretur eos aliunde ex vicino aliquo oppido allatos. Facilè ſolent homines, quæ à Dei virtute miraculosè ſunt facta, in inferiores, naturaleſque cauſas reiicere.

779. *Hora iam præteriit:* Vincebat amor famis anguſtias; nec fames diuellere à Chriſto Chriſti amatores potuit. In hoc tempus diſtulit Dominus miraculum edere, vt diſcipuli eſſent ad eius conſiderationem animis magìs erectis, vtque turbæ eſurientes maiore miraculi ſenſu mouerentur, & huius magnitudo eò magìs appareret, quò copioſiore cibo opus erat ad ſedandam maiorem famem.

Date illis vos manducare.

NOn dixit, *ego illis cibum dabo*; ſed, *date vos illis manducare*; nè arroganter de ſe loqui, & miraculum iactare videretur; nos exemplo ſuo docens, vt in iis, quæ acturi ſumus, licèt magna ſint, iactantiæ, vel leue, ſignum nullum demus.

SECTIO III.

Christi ſeruus nihil minus, quàm corporis delicias cogitat. 780.
Apoſtoli quàm à rerum terrenarum ſolicitudine alieni. 780
Hoſpitibus & egenis etiam quæ nobis neceſſaria largienda. 781
Quæ à Christo ſunt, Christi potentiæ non ſunt ſubducenda. 781.
In Cælum cur Christus reſpiceret in panis multiplicatione. 781
Suos diſcipulos honorat Christus, & ab aliis honorandos docet. 782
Suorum meritum augere Christus ſtudet. 782
Dei beneficia alta obliuione ſepeliri non debent. 782
Ingratitudo abeſſe ab eis debet, per quos beneficia ad alios perueniunt. 782
Quò quis imperfectior, eò facilius ſibi illa tribuit, quæ per ipſum Deus præstat. 783
Deus plura tribuit, quàm tribuere videatur. 783
Dei liberalitas laudanda. 784
Suarum deliciarum veritatem probare Deus ſtudet; Diabolus & mundus contra. 784
Delicias minimè redundare Deus vult 784
Cur mulierum ac puerorum numerus hìc non recenſeatur. 785
Quod virile & perfectum eſt Deo placet. 785

Non habemus hic, niſi quinque panes, & duos piſces.

EXigua eis, aut ferè nulla de victu ſollicitudo:
contemptibilia eis erant corpora; cum enim 780.
eſſent duodecim, quinque tantùm panes habebant, vt nec vilibus, & obuiis abundarent. Qui Chriſti verus diſcipulus eſt, nihil minùs, quàm corporis delicias cogitat: maior ei de animæ cibo cura, quàm carnis.

Quid? Quinque hi panes, ac duo piſces Apoſtolorum fors non erant, ſed venales: non quòd Apoſtoli dicunt, *non habemus hìc niſi quinque panes, & duos piſces*, ſignificant fuiſſe ipſorum; ſed in totâ illâ multitudine nonniſi quinque panes, & duos piſces reperiri potuiſſe.

Qui ait eis: afferte mihi illos huc.

VTile nobis documentum hic datur nempè
hoſpitibus, & egenis etiam, quæ nobis ne- 781.
ceſſaria ſunt, liberaliter elargiamur, ſic enim fiet vt panis nobis creſcat, & alia, quæ tribuimus: quod hìc à Chriſto factum.

Poterat nouos panes, ac piſces abſque vllâ præuiâ materiâ creare, ſed tunc credere populus poterat, è Cælo miſſos, quomodo & manna è Cælo cecidiſſe nouerant atque ita iſtud miraculum Chriſti potentiæ tributum non fuiſſet: quod Chriſtus anteuertit, vt doceret, quæ ab ipſo ſunt, non eſſe ab eo ſubducenda.

In Cælum reſpicit, vt oſtenderet, vnde nobis in omnibus rebus petendum eſſet auxilium, & vt intuentium animos ad Deum prouocaret.

Dedit diſcipulis ſuis panes.

VBique diſcipulos ſuos honorat Chriſtus, hac
enim de causâ panes eis exhibuit; vt in eo- 782.
rum manibus multiplicarentur, ac miraculi magnitudo etiam ad diſcipulos pertineret; & vt per eos tanquam per miniſtros miraculum fieret. Panes diſcipulis ſuis tradit Chriſtus, vt miraculi gloriam à ſe in diſcipulos transferret. Diſcere ſuperior debet, non totam ſibi gloriam retinere, ſed ſuam quoque ſuis tribuere.

Nec diſcipulorum gloriam, honoremque dumtaxat quæſiuit hoc facto Chriſtus, ſed, meritum etiam: voluit quippè diſcipulos turbis panes diſtribuere vt obſequio, ac diligentiâ multùm apud Deum mererentur.

In manus diſcipulorum panes dantur, vt certiores teſtes miraculi eſſent, quod ſuis manibus tetigiſſent; vel, vt altiùs eorum memoriæ inſideret, quod manibus contrectaſſent. Scilicet Dei beneficia altâ obliuione ſepeliri non debent.

Ingratitudinis vitium maximè eos dedecet, qui ſuper alios ſunt, & maiora, quàm alij, accipiunt beneficia

Digitized by Google

beneficia. Hinc eſt, quòd panes & in Apoſtolorum manibus ponuntur, & duodecim plenos cophinos accipiunt, vt ipſi præ aliis exhibiti beneficij recordarentur: quod ſi non feciſſent; maioris culpæ fuiſſet, quam ſi turbæ oblitæ fuiſſent.

783. In manibus Apoſtolorum panes multiplicantur vt communis ſententia fert: cur non in comedentium ore, aut manibus? Ne ſibi quodammodo homines ſatiati miraculum tribuerent. Nempè, quò quis imperfectior, eò faciliùs ſibi tribuit illa, quæ per ipſum Deus præſtat.

Panis, & cibi mentio fit, non vini, non potus. Putant aliqui, hanc virtutem panibus, piſcibuſque Chriſtum indidiſſe, vt ſitim extinguerent. Diues Dei miſericordia eſt, plura ſemper tribuit, quàm tribuere videatur. Mundus, quæ exhibet oſtentat, & multiplicata apparere ſtudet; at in his multis nihil ferè probi ſucci eſt. Sunt, qui putent ſitim ex vicino mari, quod dulcem, potabilemque aquam exhibebat, à conuiuis illis extinctam.

Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

784. NOn ab re fragmenta ſuperſunt. Primò, vt & abſentes miraculum diſcerent, & Deum laudarent, ac liberalitatem amarent, quæ diſpendia non nouit. Deinde, vt ex reliquiis, veros fuiſſe panes, appareret. Suarum deliciarum, ſuorumque beneficiorum veritatem, ac firmitatem probare Deus ſtudet. Diabolus, & Mundus illecebras ſuas, falſaque bona deceptionis operit pallio; aut intuentium oculos, ne illorum falſitatem, & fictam apparentiam videant, obtegit.

Cur piſcium fragmenta collecta non fuerint, ſed panum; aliquis hic quærere poteſt. An multum etiam ex piſcibus ſuperfuit, licèt id Euangeliſta non expreſſerit? An voluit panes potius, quàm piſces ſuperare; quia cibus eſt omnium vſitatiſſimus. Nempè, vult Deus, panes, ideſt, res neceſſarias, abundè nobis ſuppetere; piſces verò, ideſt, delicias, minimè redundare.

Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

785. MVlierum, ac puerorum nulla hic mentio, quorum tamen magnus numerus affuiſſe credendus eſt, ſiue quia religioſiores viris fœminæ, ſiue quia curioſiores. Viri tantùm, Hæbræorum conſuetudine, numerantur; Hebræi enim ſolùm ferè, viros numerabant, quemadmodum feciſſe legimus Moſem in libro Numeri. Scilicet, nec numerum numeroſæ mulieres facere videntur. Hæc mulierum omiſſio non caret myſterio: indicatur quippè, nihil apud Deum recenſeri, & vllo in numero eſſe, niſi virile ſit, atque perfectum.

SECTIO IV.

Perſtricti qui Angelico pane excepto ſtatim in exteriora ſe effundunt. 786

Vt oblatos honores fugiamus vel alas nobis ſumendas docet Chriſtus. 786

Alas indit Diabolus vt ad dignitates volemus, Chriſtus vt à dignitatibus auolemus. 787

Studioſè Dei beneficia penſanda, & expendenda. 788

Hominum laudes vitet, qui Deo placere ſtudet. 788

Culminum neglectus vera orationis comes. 789

Quò maiora præſtiterimus, eò magis nobis oratio neceſſaria. 789

Contra iactantiam, & ſuperbiam ſuos tribulationibus armat Chriſtus. 790

Diſcrimen euadit, qui illis ſe Deo iubente committit. 791

Altè clamat, qui tribulationes æquo animo ſuſtinet. 791.

Ab ea parte plerumque Deus ſuis ſubuenit, à qua minus expectari auxilium poterat. 791

Quanta prouidentia tribulationibus ſuos Deus probet. 792

Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam.

REcte dictum, *Compulit*: indicatur enim, receſſiſſe inuitos, nolebant quippè à Domino ſeparari tunc præcipuè, cùm ingens illud miraculum, panum multiplicatione, præſtiterat. Arguunt Chriſtianorum ingratitudinem, qui, Angelico pane vix accepto, ſtatim Chriſtum relinquunt, & in exteriora ſe effundunt. 786.

Diſcipulos autem compulit, vt ſe relicto, prænauigarent; quia ſciebat turbam venturam, vt ipſum raperet, ac regem faceret. Volebat expeditus eſſe & ab Apoſtolis, & à turbâ, vt, cùm periculum immineret, momento temporis per aera permeans diſcipulos conſequeretur: quod poſtea feciſſe credendum eſt, vt probæ notæ interpretes notauere; indicans, vel alas nobis ſumendas, vt oblatos fugiamus honores, delata vitemus diademata.

Pende: quàm à ſuperbo ſatanæ ſpiritu abeat Chriſtus, & quàm abire debeat Chriſti ſeruus: 787.
diabolus per aera in montem Chriſtum detulit, vt regna terræ illi offerat eorumque gloriam; *oſtendit ei omnia regna mundi*, Matth. 4. & vt honorem ab illo exſculperet, *hæc omnia*, inquit, *tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Chriſtus contra per aerem deuolat, vt honores, oblatumque regnum fugiat. Qui Chriſti ſpiritum ſe habere putat, induat, ſi fieri poteſt, alas, vt fugiat, cùm honores offeruntur, & dignitates. Alas indit diabolus, vt ad culmina, ſceptraque euolemus: à dignitatibus auolandum docet Chriſtus, dum, in regem quæſitus volat per aera, ac ſi non ſatis eſſet, pedibus ire

Compulit à ſe diſcedere diſcipulos, & fretum 788.
tranſire, vt fragmenta panum, quæ ſuperfuerant, ſecum portarent, ac ſoli inter ſe præteritum miraculum recognoſcerent. Quàm ſtudioſè Dei beneficia penſanda ſunt! Non ſatis ea communiter cum aliis expendere, ac conſiderare: amplius à perfectionis, ac ſanctitatis amatoribus exigitur; quò enim quis ſanctior, eò accuratiùs Dei munera, ac beneficia expendit.

Et, dimiſsâ turbâ, aſcendit in montem ſolus orare.

HIc humilitatis doctor docet vitandam multitudinis gloriam; crucifixoribus occurrit; ſed ab eis fugit, qui eum honorare volebant; vt ſimus parati ad aduerſa, cauti ad blanda. Hominum laudes vitet, qui Deo placere ſtudet.

Dimittit turbam, vt in montem oraturus aſcen- 789.
dat. Nempè humilitas, & honorum, culminumque neglectus, veræ orationis comes eſt. Hominum

num laudantium voces audite negligamus, vt Deus orationes noſtras audiat.

Poſt tam grande miraculum ad orationem abit; vt ſuo exemplo indicaret, quò maiora; & admiratione magis digna in hominum oculis præſtamus, eò nobis orationis auxilium magis neceſſarium.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.

790. POſt grande illud panum miraculum in mare diſcipulos Chriſtus miſit; vbi, contrario vento orto nauicula fluctibus percelleretur, Diſcipuli verò ingenti timore. Non caſu id factum; ſed, ne vel leuis ſuperbiæ motus diſcipulorum mentes inuaderet, aut, ſi fòrs inuaſiſſet, vt auferretur. Extolli animo poterant, quòd multiplicatio illa etiam in eorum manibus eſſet Diuinitùs facta! nam, dum panes turbis diſtribuerent, augebantur: ne igitur aliquid ſibi tribuerent, neuè iactantia, ac ſuperbia eorum mentes morderet, ingenti hoc periculo premi eos fuit.

Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus: Domino in montis cacumine commorante, ſtatim ventus contrarius oritur, nauis fluctuat, periclitantur Apoſtoli; periculum perſeuerat donec Chriſtus veniat; cur hoc ad ſui aduentum diſcrimen permittit! An, vt terrore perculſi magis deſiderarent? An, vt firmam eius, ac perpetuam memoriam poſtea retinerent? ob vtrunque id factum.

791. Hoc diſcrimen euaſere diſcipuli, nec vndis ſepeliuntur. Nil mirum: in mare eos Chriſtus compulerat, idem auxilium præbet, vndis eximit. Contra Ionæ accidit: non Dei iuſſu, ſed ſuâ voluntate ſe mari commiſit, & ventis; vt iurè in mare eiici meruerit, &, vndas ſubiens, ceti inquilinus fieri.

Quartâ autem vigiliâ noctis venit ad eos ambulans ſuper mare.

DIſcipulorum afflictio Chriſtum traxit, vt eis opem ferret. Nullus eam poſtular, nullus quærit? Quærebant, dum patienter ferrent. Altè apud Deum clamat, qui, in tribulationibus poſitus, æquo, fortique animo ſuſtinet, & ſpe Diuinâ paſcitur.

Quartâ autem vigiliâ noctis venit ad eos; Vt oſtenderet tota nocte eos eſſe periclitatos: vt illos & nos in illis eruditet, ne citò ſolutionem quæreremus aduenientium malorum: quod notabat & Sanctus Chryſoſtomus.

Ambulans ſuper mare venit ad illos: plerunque Deus ab eâ parte ſuis ſubuenit, à quâ minùs auxilium expectari poterat,

792. *Venit ad eos*: Cùm nauicula fluctibus quateretur, à diſcipulis ſuis Chriſtus aberat. Pende, quantâ prouidentiâ ſuis tribulationes aduenire Chriſtus permittat; quàm ſeſe illorum viribus accommodet, nec ſtatim grauioribus opprimat. Hic tempeſtatibus agitur Apoſtolorum nauicula: etiam antea cap. 8. idem eoſdem paſſos refertur; ſed cum hoc diſcrimine: quòd, primâ vice, in nauiculâ erat Chriſtus, dum fluctibus quateretur; ſecundâ verò à ſuis diſcipulis aberat, ſoli in nauiculâ, erant naufragio expoſiti. Cùm eſſent imperfectiores, abeſſe nòluit: nunc, quia fortiores euaſerant, firmioréque fide pleni erant, ſoli in fluctibus eſſe ſinuntur; vt magis eorum fides in tanto diſcrimine probaretur, vtque ad maiorem eos Chriſtus proueheret, & vt colligeremus, ſupra id, quod poſſumus, non tentare nos Deum, nec aduerſis premere.

SECTIO V.

Adhærere Chriſto Petrus cupit, non ſe oſtentare. 793
Maioris exemplum quantas in ſubditis vires habeat. 793
Euangelici ſpiritus eſt ad Chriſtum ire ſine vllo rerum temporalium amore. 794
Quò quis magis tribulationibus premitur, eò auidius Chriſto adhærere cupit, 794
In Dei obſequio ſemper maiora præſtanda. 795
Quàm vtilis Chriſti præſentia & aſpectus. 795.
Petrus mergi incipit, cum incepit in eo fides mergi. 796
Inimicis ignoſcere, miraculo proximum. 797
Diuitiarum contemptus quàm perfectus eſſe debeat poſt Chriſti aduentum. 798
Sæpè accidit, vt qui in magnis ſe ſtrenuè geſſit, in minimis ſuccumbat. 799
Dei præſentia quàm vtilis. 800
Periculum imminet cum rectà ad Chriſtum non itur. 800
Quò quis ſanctitate proximior Chriſto, eò maiori periculo obnoxius eſt; niſi ſibi caueat. 801
Chriſtus ob oculis habendus, ne pereamus. 801
Tunc in Dei via periclitamur, cum pergere negligimus. 802
In periculis ſtatim Deus inuocandus. 803
Per pericula eundum ad Chriſtum. 804
Tunc maximè timendum, quum virtutibus & miraculis ſupra nos eleuamur. 805
Quàm noxia in perfectionis via cunctatio. 805
Charitas in proximum quàm Deo grata. 806
Vel vnius mulieris exemplum magnas in aliorum mentibus vires habet. 807
Qui laudibus effertur, feratur ad magna. 808

Iube, me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait: Veni.

OB Chriſti amorem, non propter oſtentationem id quærit Petrus; alioquin non dixiſſet 793.
iube, me ad te venire ſuper aquas; ſed, *iube, me ire ſuper aquas.* Chriſto adhærere cupiebat, non ſuper aquas tantùm ambulare.

Sed fòrs hìc aliquis quærat: cur ſuper vndas ambulare Petrus tentauerit idque à Chriſto petierit. Exſculpſit hoc à Petro Petri in Chriſtum amor, vt diximus; ſed non amor tantùm, verùm etiam Magiſtri ſui, quod ante oculos habebat, exemplum: nam vix dixerat Euangeliſta, *Videntes eum* (Chriſtum) *ſuper mare ambulantem*, cum ſtatim adiicit Petri, idem petentis, verba. Facilè non auſus eſſet, hoc Petrus petere, niſi in Chriſto illud vidiſſet. Nimirum, ad grandia quælibet, & difficilia, magiſtri, ac ſuperioris exemplum diſcipulos, & ſubditos prouocat.

Deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.

MOyſes, non calcauit aquas, ſed per medium 794.
illarum tranſiuit Exod. 14. Calcat Petrus; quia nempè Euangelici ſpiritus eſt, ad Chriſtum ſinè vllo rerum temporalium amore ire.

Ambulabat ſuper aquam: Tanto deſiderio tenetur

netur Chriſtum adeundi, vt aquis ſe Petrus commiſerit, & ad illum perrexerit: nimirum ex præcedenti periculo Apoſtoli, & præcipuè Petrus Chriſtum magis deſiderabant. Nempè hoc efficere tribulationes, & aduerſitates debent, vt auidiùs Chriſto optemus adhærere, velociúſque ad eum, etiam ſuper difficultatum vndas, pergamus;

795. Docet hîc Petrus in Dei obſequio ſemper maiora præſtanda adeò, vt ſemper magis proficere, debeamus; prius Petrus retia contempſerat, nauémque, nunc etiam vitam, vt Chriſto adhæreat; quod expendens Sedulius, inſit: *ô fidei creſcentis augmentum; pridie retia contempſit pauperis vitæ ſolatium; nunc ipſam renuit vitam, quatenus veniret ad Chriſtum.* Vnius virtutis actus gradus futuri ſit, non finis præteriti:

Ambulabat ſuper aquas; itane fluctibus ſe credidit, nec expauit? potiùs in Ieſum, quàm in aquarum vortices coniiciebat oculos, hinc factum, vt, Chriſti viſu firmatus, vndis ſe committeret; quàm vtilis Ieſu præſentia, & aſpectus eſt? *Ambulauit in mare Petrus*, ait Sanctus Maximus, *magis dilectione, quàm pedibus. Non enim videbat, vbi pedum veſtigium poneret; videbat autem, vbi figeret veſtigium charitatis. In naui enim poſitus conſiderat Dominum, & amore eius ductus deſcendit in mare; non cogitat labentes aquas, non fluenta currentia, & dum Chriſtum reſpicit, non reſpicit elementum*; Nihil adeò magnum, pleniúmque diſcriminis, quod aggredi quis non poſſit Chriſti aſpectu, Déique ſui præſentiâ animatus.

796. Ambulabat ſuper vndas Apoſtolus, dum fidei, vt ita dicam, velo veheretur; incipit mergi, cùm mergi fides incepit; *ſic Petrus*, inquit Richardus Victorinus, *ſuper vndas currere potuit quandiu confidentiæ locum ſpei pede tenuit. Sed poſtquam cœperit hunc ſuæ ſecuritatis locum deſerere, non potuit eum vnda in ſuperioribus ſuis amplius librare. Vides quomodo ventus validus ſuperueniens de loco confidentiæ ad locum eius diffidentiæ deiecit, eo quòd Dominus iuxta morem ſuum viſitaſſet eum diluculo, & ſubitò probaſſet illum.*

797. Firmo per mare veſtigio incedit Petrus; grande miraculum; imitatur qui inimicis ignoſcit, iniuriarum oblitus; tamùm qui feliciter ambulat ſuper vndas, caueat ne timens, pauénſque mergatur; Petite Sanctus Auguſtinus: *Ille calcat fluctus huius ſeculi; qui diligit inimicos; Chriſtus in mare ambulabat intrepidus, cuius omnino de corde auferri non poterat inimici dilectio; qui pendens in cruce dicebat, Pater ignoſce illis: & Petrus voluit ambulare; iuſſus eſt ambulare, & ambulabat gratiâ iubentis, non viribus ſuis: ſed, cùm videret ventum validum, timuit; A quo vento valido? à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Manum extendit Chriſtus, nec mergitur Petrus: hic quoque iubet: *Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros*; quis ergo timeat fluctus calcare? parcere inimicis, & inferentibus mala, bona non ſolùm cupere, ſed etiam exhibere?

798. Antequam dubitaret Petrus leuis ſuper aquas ambulabat; dubitans mergebatur, tam graue peccati pondus eſt; *Petrus*, inquit Sanctus Hieronymus, *qui ante leuis pendulo greſſu calcabat vndas, infidelitate aggrauatus vorabatur à fluctibus*; quibus, niſi Chriſti manibus ſubleuaretur, ſepultus eſſet.

Ambulat ſuper vndas Petrus; in hoc quoque Hebraico populo maior; nam ille ſicco veſtigio maris fundum preſſit, Petrus vndas ipſas calcat; quod ad diuitiarum contemptum ita vocat Sanctus Bernardus: *longè aliud eſt in luto aquarum multarum diuiſi fundo maris iter carpere, terrena licitè poſſidendo; aliud ipſam quoque, nouis greſſibus vndam calcare, omnia relinquendo; ſed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur; Petro nouum iter & noui typus itineris ſeruabatur*; nimirum maior à nobis poſt Chriſtum perfectio requiritur, perfectiórque rerum terrenarum abdicatio.

Videns verò ventum validum, timuit; &, cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine, ſaluum me fac.

Videns ventum validum, timuit: Ita plerunque accidit, vt, qui in magnis, duriſque ſtrenuè, fortiterque ſe geſſerat, in minoribus, ac facilioribus ſuccumbat. Petrus mare minimè timuit, cum fureret; &, de iubentis potentia confiſus, audacter ſuper vndas ambulat: vento autem terretur, ne fortè circumagendo eum euerteret. Non timuit Mare, à quo magìs timendum, & timuit ventum, à quò minùs. Sæpiſſimè accidit vt in difficilioribus omnem difficultatem ſuperemus, in facilioribus, ac valdè obuiis ſuccumbamus. 799.

Ventum timet Petrus, qui mare, quod inambulabat, non timebat; ac ſi maior à vento, quàm à mari periculum immineret. Ventum timuit, ne eum circumageret, & euerteret (quod notauit Euthymius hîc) vt nec videre, nec pergere ad Chriſtum poſſet. Chriſti enim aſpectus, & itio ad illum, alas quodammodo Petro addebat, vitæ ſuæ timuit, ſi vento impellente ita circumageretur, vt nec videre Chriſtum poſſet, nec ad eum ire; & licèt adhuc fiduciam in Chriſti verbis, & auxilio habere debuiſſet, per hoc tamen tacitè innuitur, quantas in ſpiritali profectu vires habeat, Deum præſentem intueri, & ad ipſum mentis greſſus dirigere. 800.

Vento valido Petrus deterritus eſt, quod ventorum impetu impediretur, rectà ad Chriſtum pergere, & extra rectam viam fieri, venti violentiâ cogeretur. Cùm ad Chriſtum non rectè itur, magnum nobis imminet periculum: quod in ſpiritali mentis inceſſu maximè verum eſt; licèt in hoc quoque ſperare in Chriſti ope Petrus debuerit.

Cùm vicinus Chriſto eſſet Petrus, tunc vento valido obſidetur, & incipit mergi. Ex quo colligere poſſumus; nullum locum à diſcriminibus tutum &, quò quis ſanctitate proximior Chriſto eſt, aut eſſe ſe putat, eò maiori periculo obnoxium, niſi ſibi caueat. 801.

Timet Petrus, videns ventum validum; auertit oculos à Magiſtro, qui eum vocauit; reſpexit ventum, ſi conſpici ventus poteſt, qui eum premebat: ideo timet. Non timuiſſet, ſi oculos à Ieſu non auertiſſet. Chriſtum ob oculos habere, vt valde prodeſt, ita multum officit, non habere.

Fòrs tunc incepit mergi, cum ſuper vndas timore correptus ſtetit, & incedere deſiuit: tunc enim in Dei via periclitamur, cum pergere, aut currere negligimus 802.

Statim, cùm incipit mergi Petrus, ad Chriſtum clamat, eiuſque implorat auxilium. Hoc facto nobis oſtendit, in periculis Deum inuocandum, nec periculorum extremum exſpectandum; quod præſtant, qui in vitæ termino Chriſti opem poſcunt, cùm eam integro vitæ curriculo contempſerint. 803.

Fluctuat Petrus, & incipit mergi, ad Chriſtum 804.

tamen

tamen peruenit; vt vel hinc diſceremus, per pericula properandum ad Chriſtum eſſe; non legimus Petrū receſſiſſe, cùm fluctuaret, & inciperet mergi; ſed potius à Chriſto ardenter poſtulauit, vt eius ope ire ad eum poſſet; abeunt ab hac mente, qui ſpiritalem viam ineuntes, obiecto quouis diſcrimine, ac impedimento cogitant de regreſſu; *Petrus*; inquit ſanctus Ambroſius, *dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, ſic peruenit ad Dominum; oſtendens nobis quod non niſi per pericula properatur ad Chriſtum*; Nocentius omni fluctuatione in itinere ad Chriſtum à Chriſto abire; & mergitur etiam antequam mergatur, qui in diſcriminibus regredi cogitat, cùm vrgere iter potius, debeat.

805. Ambulat ſuper mare Petrus, & timet; nimirum *tunc maximè*, ait ſanctus Paſchaſius, *pertimeſcendum eſt, cum virtutibus, & miraculis ſupra nos eleuamur*; quoties hominibus admirationi ſumus tunc præcipuè timor inuadere nos debet.

Timet Petrus dubitat, atque cunctatur, & mergi incipit; dubitatio quæ illum corripuit, dubiam eius reddidit ſalutem; *dum cunctaris, & dubitas Petre*, ait Sanctus Ambroſius, *iter quod ingreſſus fueras, perdidiſti*; tantum noxia in perfectionis via cunctatio, & dubitatio eſt.

Venerunt in terram Geneſar: &, cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes.

806. *Miſerunt*: ſcilicet nuntios in vniuerſam regionem illam. Non contenti priuatâ Chriſti fruitione, volunt illum & vicinis omnibus eſſe communem; & ideo per vniuerſam illam regionem mittunt, qui Ieſum adeſſe nuntiarent; vt adducerent omnes, quos haberent, ægrotos qua in re ſingularem in proximum charitatem declararunt, quæ Chriſto gratiſſima eſt; vt non mirum, ſi promptè eis ſuam præſentiam in ſalutem, & conſolationem exhibuerit, omneſque eorum ægrotos reſtituerit ſanitati. Nimirum, facilè à Deo beneficia obtinet, qui beneficus in ſuum proximum eſt, & charitatem erga alios habet.

Et rogabant eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

Qvàm magna iſtorum fides! Non rogant, vt manus infirmis, & languentibus imponat 807.
non petunt, vt eorum domos adeat; ſed excelſius ac longè Diuiniùs ſalutem acceſſunt: fimbriæ tantum tactum quærunt, credentes hoc ad curationem ſatis eſſe. Sed vnde illis tantus profectus? An, quæ ſanguinis profluuio laborauerat, fimbriamque tangens curata eſt Matth. 8. ſuo exemplo huc eos vocauerat, &, vt rectè philoſopharentur, erudierat? Explicari non poteſt, quantùm vel vnius mulieris exemplum in omnium mentibus poſſit.

Quicunque tetigerunt, ſalui facti ſunt, virtutem 808.
ſuam hîc prodit Chriſtus, infirmos omnes ſanitati reſtituit ſolo contactu; verborum nexus pendendus; dictum ei fuerat; *verè filius Dei es*; ſtatim, poſt hanc laudis vocem, omnes ad illum delatos ſanat, & ſaluat; vt opere ſe Dei filium probaret, cuius eſt miſericordiæ ſuæ diuitias in omnes effundere.

Laudatur Chriſtus, & ſtatim magna edit miracula; vt nos quoque ex laudibus, quæ nobis exhibentur, maiorem maiora præſtandi animum hauriremus, vrgeremur ad magna commendati. *Verè filius Dei es; non reprehendis Dominus*, inquit Victor Antiochenus, *hanc confeſſionem, quin potius dictorum illorum ſeriem, vt verus Deus opere confirmat; quando quidem ægrotos ſanitatis causâ vndecunque ad illum delatos maiori poteſtate, ac virtute ſanat, & ſaluat, quàm antea vnquam*; vt laudi factis reſponderet, & reprobaret, quod de illo dicebatur, abeunt, qui laudati tumeſcunt tantùm, & torpent.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XV. MATTHÆI.

Verſ. 1.

TVnc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ, & Phariſæi, dicentes.

Verſ. 2.

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas, cùm panem manducant.

Verſ. 3.

Ipſe autem reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit:

Verſ. 4.

Honora patrem, & matrem: & qui

Acceſſerunt. *Fr. Luc. Accedunt. Auct. Pergunt. Syr. Adierunt. Arab. Venerunt.*

Ab Ieroſolymis. *Fr. Luc. Qui ab Ieroſolymis. Int. Theoph. Ieroſolymitani Scribæ. Vat. Qui Ieroſolymis venerant. Syr. Ab Ieruſalem. Pagn. Qui ab Ieruſalem erant.*

Traditiones. *Arab. Mandatum. Syr. Traditionem.*

Seniorum. *Fr. Luc. Presbyterorum.*

Non e. l. *Arab. Cùm non lauent. Syr. Nec abluunt. Vat. Non enim abluunt.*

Manducant. *Syr. Edunt. Fr. Luc. Sumpturi cibum.*

Tranſgredimini. *S. Hier. Præteritis.*

Traditionem veſtram. *Arab. Statuta veſtra.*

Propter. *Quid. ap. Fr. Luc. Per.*

Dixit. *Fr. Luc. Mandauit. Caiet. Præcepit.*

Patrem, &. m. *Syr. Patrem tuum, & matrem tuam. S. Epiph. Patrem tuum & matrem tuam, vt benè ſit tibi.*

Qui m. p. v. m. *Arab. Qui dicit verbum malum in patrem ſuum, & matrem ſuam. Ar. M. Maledi-*

Vulgata Editio.

maledixerit patri, vel matri, morte moriatnr.

Verſ. 5.

Vos autem dicitis : qnicunque dixerit patri vel matri : Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit.

Verſ. 6.

Et non honorificabit patrem ſunm, ant matrem ſuam. Et irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

Verſ. 7.

Hypocritæ benè prophetauit de vobis Iſaias, dicens.

Verſ. 8.

Populns hic labiis me honorat : cor autem eorum longè eſt à me.

Verſ. 9.

Sine cauſâ autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

Verſ. 10.

Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis : Audite, & intelligite.

Verſ. 11.

Non quod intrat in os coinquinat hominem : ſed, quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Verſ. 12.

Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei : Scis, quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt?

Verſ. 13.

At ille reſpondens ait : Omnis planta-

Lectionum Varietas.

cens patri. Fr. Luc. Quicunque deboneſtauerit.

Morte moriatur. *Ar. M. Morte finiatur. Quid apud Fr. Luc. Mortem moriatur, moriendo morietur.*

Dicitis. *S. Epiph. Dixiſtis.*

Munus. *Syr. Oblatio. Paga. Ex dono. Fr. Luc. Donum. S. Epiph. Munus Deo.*

Quodcunque eſt ex me tibi prodetit. *Ar. M. Si ex me iuueris. Vat. Ta iuuaberis. Paga. Augeberis. Syr. Quodcumque ex me iuueris. Int. Theoph. Quicquid dom à me profecturum erat, id tuum vertetur in commodum.*

Honotificabit. *Int. Euth. Honorabit. Syr. Nec honorauerit.*

Irritum feciſtis. *S. Epiph. Irritam feciſtis. Fr. Luc. Antiquaſtis. Arab. Vanum feciſtis. Syr. Abrogaſtis.*

Mandatum. *Pagn. Praceptum. Arab. Verbum. Syr. Sermonem. S. Epiph. Legem.*

Propter traditionem v. *Arab. Propter ſtatuta veſtra. S. Epiph. Propter traditiones ſeniorum veſtrorum. Orig. Vt ſtatuatis traditionem veſtram.*

Hypocritæ. *Syr. Acceptores vultus.*

Benè. *Ar. M. Pulchrè.*

Prophetauit. *Paga. Pradixit. Syr. Vaticinatus eſt. Orig. Prophetizauit.*

De vobis. *Arab. Contra vos. Syr. Super vos.*

Populus h. l. m. h. *Arab. Propinquus eſt mihi ore ſuo. Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat. Ar. M. Appropinquat mihi populus hic ore ſuo.*

Longè eſt. *Fr. Luc. Longè abeſt. Syr. Valde elongatum eſt à me. Arab. Eſt diſtans a me. Vat. Procul abeſt.*

Sine causâ. *S. Hier. Fruſtrà. Fr. Luc. Vanè, inaniter.*

Et mandata hominum. *Syr. Qua ſunt pracepta hominum. Arab. Doctrinam mandatorum hominum. Ar. M.* omittit, *Et. Vat. Pracepta hominum.*

Conuocatis ad ſe turbis. *Fr. Luc. Aduocatâ ad ſe turbâ. Int. S. Ioan. Chryſ. Cùm aduocaſſet turbas. Caiet. Conuocatâ ad ſe turbâ.*

Intelligite. *Fr. Luc. Conſiderate, & expendite.*

Non q. intrat. *Fr. Luc. Nihil quod ingreditur. Ar. M. Non intrans. Syr. Nihil eſt quod intret.*

In os. *Syr. Per os. Fr. Luc. In hominem.*

Coinquinat. *Paga. Inquinat. Fr. Luc. Communicat. Int. Euth. Impurum reddit. Int. Theoph. Impurat. Ar. M. Communem facit.*

Quod procedit. *Fr. Luc. Quod egreditur. Ar. M. Egreſſum. Syr. Quod prodit.*

Scis. *Arab. Scias. Syr. Noſti. Fr. Luc. Non obſeruaſti.*

Audito v. h. *Pagn. Quum audierint ſermonem hunc. Arab. Poſtquam audierunt verbum. Syr. Qui audierunt hunc ſermonem. Ar. M. Audientes ſermonem. Vat. Audito ſermone iſto. Fr. Luc. Audito dogmate.*

Scandalizati ſ. *Vat. Offenſos fuiſſe. Pagn. Offenſi fuerint. Fr. Luc. Offenſi ſunt.*

Plantatio. *Tert. Plantam, quam non plantauit Pater. Syr. Illa plantatio. Fr. Luc. Planta germen.*

tio,

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionam Varietas.*

tio,quam non plantauit Pater meus cæleſtis,eradicabitur.

Eradicabitur. *S. Leo. Radscitùs auferatur. Syr. Euelletur. Tert. Eradicat.*

Verſ. 14.

Sinite illos: cœci ſunt, & duces cœcorum.Cœcus autem,ſi cœco ducatum præſtet,ambo in foueam cadunt.

Sinite i. *Pagn. Omittite illos.*
Cœci ſunt & d. c. *Pagn. Duces ſunt cœci cœcorum. Arab* addit, *Quoniam.*
Ducatum præſtet. *Fr. Luc. Praitrit cœco. S. Epiph. Cœcum ducat. Ar. M. Per viam ducat cœcum. Pagn. Cœco dux fuerit itineris.*
Cadunt. *Fr. Luc. Incident. Vat. Cadent.*

Verſ. 15.

Reſpondens autem Petrus dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtam.

Ediſſere. *Syr. Interpretare. Arab. & Int. Orig. Expone. Int. Theoph. Dic. Ar. M. Explica. Pagn. Diſſere.*

Verſ. 16.

At ille dixit: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?

Sinè intellectu eſtis? *Pagn. Intelligentiâ caretis. Fr. Luc. Expertes intelligentia eſtis. Int. Chryſ. Amentes eſtis? Ar. M. Inintelligẽtes eſtis. Arab. Et vos etiam non intelligitis hoc. Syr. Et vos non intelligitis.*

Verſ. 17.

Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur?

Non i. *Fr. Luc. Nondum intelligitis. Syr. Noſtis ne. Ar. M. Nondum conſideratis.*
Intrat. *Fr. Luc. Ingreditur.*
Vadit. *Fr. Luc. Cedit. Arab. Peruenit. Syr. Abire. Vat. In aluum abit.*
In ſeceſſum. *Fr. Luc. In latrinam. Syr. Et inde per expurgationem.*
Emittitur. *Fr. Luc. Eiicitur. Arab. Expellitur. Syr. Eiici foras.*

Verſ. 18.

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt,& ea coinquinant hominem.

Quæ autem. *Syr. Id autem. Clem. Alex. Qua enim.*
De ore. *Clem. Alex. Ex ore exeunt.*
De corde. *Fr. Luc. Ex corde. S. Machar. intus eſt. Pagn. Ex ipſo corde.*
Exeunt. *Ar. M Prodeunt. Arab. Illud exit. Syr. Manat. Ar. M. Prodeunt.*
Et ea coinquin. h. *S. Machar. Quod lædit, & inquinat hominem. Vat. Impurum reddunt.*

Verſ. 19.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

De c. e. *Cæſar. Ex corde egrediuntur. Fr. Luc. De corde enim. Naſcuntur. Orig. Quoniam intus de corde exeunt. S. Epiph. Quippe ex interioribus exeunt.*
Cogitationes m. *Arab. Cogitatio mala. Ar. M. Ratiocinationes mala. S Epiph.* omittit.
Homicidia. *Pagn. Cædes. Quidam ap. Fr. Luc. Inuidia. Arab. Occiſio. S. Epiph.* omittit.
Adulteria. *Syr. Adulterium. S. Hil. Laſciuia. S. Epiph. Fornicationes, adulteria.*
Fornicationes. *Vat. Stupra. Fr. Luc. Scortationes. S. Epiph. Libidines.*
Furta. *Syr. Furtum. S. Epiph. Et cætera id genus.*
Falſa teſtimonia. *S. Hil. Falſitates. S. Epiph.* omittit.
Blaſphemiæ. *Vat. Conuitia. Syr. Blaſphemia. S. Epiph.* omittit.

Verſ. 20.

Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Coinquinant. *Vat. Impurum reddunt. Int. Theoph. Impurant. Syr. Inquinant:*
Manducare. *Int. Theoph. Cibum capere. Syr. Si homo comederit. Pagn. Comedere.*
Non coinquinat. *Ar. M. Non communem facit.*

Verſ. 21.

Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri,& Sidonis.

Et egreſſus. *Pagn. Digreſſus. Arab. Cum exiiſſet.*
Inde. *Syr. Illinc.*
Seceſſit. *Arab. Venit.*
In partes. *Syr. In fines. Fr. Luc. In agrum, in territorium.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 22.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei: Miſerere mei Dómine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur.

Egreſſa. *Vat. Quæ venerat .S. Theoph. Patr. Ant. Egrediens. Syr. Exit.*
Clamauit. *Euth. Clamabat ad eum. Arab. Clamabat, & dicebat.*
Mei. *Syr. Super me.*
Fili D. *Fr. Luc. Meſſia.*
Malè a. d. *Arab. Dæmonium malum. Tigur. Miſerè. Int. Orig. Grauiter.*
Vexatur. *Pagn. Agitatur. Int. Orig. Torquetur. Ar. M. Dæmoniʒatur. Arab. Habet.*

Verſ. 23.

Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

Non r. e. v. *Syr. Ipſe verò ne verbum quidem reſpondit. Vat. Non reſpondit ei quicquam.*
Dimitte illam. *Vat. Omitte illam. Arab. Dimitte hanc mulierem. Ar. M. Abſolue. Al. Amitte. Fr. Luc. Ablega. Amanda.*
Quia. *Syr. Quæ.*
Clamat. *Phil. Carp. Acclamat. Fr. Luc. Clamores ingeminat.*
Poſt nos. *Arab. In veſtigiis noſtris.*

Verſ. 24.

Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domûs Iſraël.

Non ſum miſſus. *Ar. M. Non legatus ſum. S. Epiph. Non veni.*
Ad oues. *S. Epiph. Ad ouem.*
Quæ perierunt. *Syr. Quæ aberrarunt Arab. Errantes. Pagn. Perditas. S. Epiph. Quæ perierant. Orig. quæ perierant.*
Domûs Iſ. *Vat. Domûs Iſraelitica. Syr. A domo Iſrael. Arab. De domo Iſrael. Fr. Luc. Familiæ Iſrael, populi Iſraelitici.*

Verſ. 25.

At illa venit, & adorauit eum dicens: Domine, adiuua me.

At illa venit. *Int. Euth. Porrò illa cùm acceſſiſſet. Ar. M. Veniens.*
Adiuua me. *Vat. Succurre mihi. Auct. Auxiliare mihi.*

Verſ. 26.

Qui reſpondens ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

Reſpondens ait. *Arab. Et reſpondit, & dixit. Syr. Dixit ei Ieſus.*
Non eſt bonum. *Syr. Non eſt decorum S. Ambr. Non licet. S. Hier. Non oportet. Ar. M. Non eſt pulchrum. Vat. Non eſt honeſtum Fr. Luc. Non eſt æquum. Mald. Non eſt decens. Auct. Non eſt conueniens.*
Sumere. *Tert. Auferre. S. Amb. Accipere. S. Hier. Tollere. Mald. Eripere. Arab. Vt Sumatur panis. Fr. Luc. Sumere cibum.*
Filiorum. *Fr. Luc. Liberorum.*
Mittere. *Syr. Obiicere. Mald. Proiicere. Ar. M. Iacere. Arab. Detur. S. Hil. Dare.*
Canibus. *S. Amb. Catulis. Pagn. Catellis.*

Verſ. 27.

At illa dixit: Etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſâ dominorum ſuorum.

Etiam. *S. Aug. Ita. Pagn. Certè. Phil. Carp. Vtique. Fr. Luc. Profectò.*
Nam &. *Fr. Luc. Etenim. Phil. Carp. Etenim. Syr. Quinimo.*
Catelli. *S. Aug. Canes.*
De menſâ. *Syr. A menſis.*
Dom. ſuorum. *Syr.* addit, *Et viuunt. Phil. Carp. Domini ſui. Fr. Luc. Patrumfamilias.*

Verſ. 28.

Tunc reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illâ horâ.

Magna. *Fr. Luc. Rara, eximia.*
Vis. *Arab. Voluiſti.*
Sanata eſt. *Interpr. Chryſ. Saluata eſt. Vat. Saluata fuit. Fr. Luc. A dæmonio liberata.*
Ex illa hora. *Fr. L. Ab illâ horâ. Al. Ex eo tempore.*

Verſ. 29.

Et, cùm tranſiſſet inde Ieſus, venit ſe-

Cùm tranſiſſet. *Fr. Lu. Digreſſus. Ar. M. Tranſiens. Vat. Progreſſus. Arab. Receſſit. Syr. Diſceſſit.*

cus

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

cus Mare Galilææ, & aſcendens in montem ſedebat ibi.

Secus. *Fr. Luc.Iuxta. Syr.Iuxta crepidinem. Arab. Trans.*
Aſcendens. *Fr. Luc. Cùm aſcendiſſet. Vat.Conſcenſo. Arab.Aſcendit. Syr.Conſcendit.*
Sedebat ibi. *Arab.Sedit. Syr.Seditque illic.*

Verſ. 30.

Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cœcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius,& curauit eos.

Et acceſſerunt ad eum. *Ar.M. Et adierunt eum. Arab.Venit.Fr.Luc. Tunc acceſſerunt.*
Habentes ſecum. *Ar.M. Habentes cum ſe ipſis.Al. Ducentes ſecum.*
Debiles. *Ar.M Mancos.Arab.Aridi.Cai.Mutilos. Auct. Mutilatos.Fr.Luc.Membris captos.*
Proiecerunt. *Auct. Expoſuerunt, Sparſerunt. Vat. Abiecerunt. Syr.Obiecerunt.Arab.Ceciderunt.*
Curàuit eos. *Fr.Luc. Sanauit eos omnes.*

Verſ. 31.

Ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes; cœcos videntes: & magnificabant Deum Iſraël.

Mutos loquentes. *Pagn. & alij Codd.* addunt, *Et mutilos eſſe ſanos. Arab.Loqui. Syr.*addit, *Mancos ſanitati reſtitutos.*
Magnificabant. *Arab.Glorificauerunt. Caiet.Glorificabant. Syr.Laudibus euexere.*

Verſ. 32.

Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum,& non habent,quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo,ne deficiant in via.

Miſereor turbæ. *Syr. Ego miſericordiâ commoueor erga turbam hanc. Arab. Equidem miſereor ſuper hanc turbam. Pagn. Miſeret me turbæ. Vat. Intimè miſeret me turbæ. Ar. M. Viſceribus commoueor ſuper turbam. S. Hilar. Turba huic miſereor.*
Triduo iam. *Arab. Tribus diebus hîc. Ar.M. Iam dies tres. Fr. Luc. Triduum, totos tres dies. S.Hil. Triduum eſt iam quòd.*
Perſeuerant. *Pagn.Expectant. Arab. Sunt.Fr.Luc. Permanent, adhærent. S.Hil.Perſeuerat.Ar.M. Admanent.*
Mecum. *Int. Theoph. Apud me. Ar.M. Mihi Interp.Theoph.Apud me.*
Et dimittere. *Ar.M.Et abſoluere. Fr.Luc. Domum ablegare.*
Ne deficiant. *Fr.Luc. Ne quando exſoluantur. Syr. Ne fortè præ laſſitudine deficiant. Vat.Ne quando deficiant.*
In via. *Fr.Luc.Priuſquam domum perueniant.*

Verſ. 33.

Et dicunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbam tantam?

Vnde ergo nobis. *Arab. Vnde inueniemus. Syr.Vnde nam haberemus.*
In deſerto. *Vat.In ſolitudine.*
Panes tantos. *Ar.M. Panes tot. Arab.Panem.Vat. Panes tam multi. Fr.Tam multos.*
Vt ſaturemus t. *Arab. Qui ſatiet hanc turbam.Syr. Ad explendam totam turbam.*

Verſ. 34.

Et ait illis Ieſus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos piſciculos.

Quot h. p. *Arab. Quot ſunt apud vos panes.*
At illi dixerunt. *Pagn.At illi dicunt.*
Et paucos piſc. *Syr. Et modicum piſcium minutorum.*

Verſ. 35.

Et præcepit turbæ, vt diſcumberent ſuper terram.

Et præcepit. *Vat.Et iuſſit.*
Turbæ. *Syr. Turbis.*
Vt diſcumberent. *Ar. M. Recumbere. Pagn. Diſcumbere.*
Super terram. *Pagn. In terrâ.Syr.Humi.*

Verſ. 36.

Et accipiens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis ſuis,& diſcipuli dederunt populo.

Et accipiens. *Pagn. Et ſumpſit. Arab. Accepit.*
Gratias agens. *Syr. Laudauit. Vat. Actis gratiis. Arab.Benedixit. Fr. Luc. Poſtquam gratias egiſſet. Menoch Cùm gratias egiſſet.*
Et diſcipuli. *Fr. Luc. Diſcipuli autem. Ar.M. At diſcipuli.Vat. Diſcipuli verò.*
Populo. *Fr.Luc. Turba. Syr. Turbis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 37.

Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas.

Omnes. *Arab. Omnes ipſi.*
Quod ſuperfuit. *Ar. M. Redundantiam. Vat. Quod ſupererat.*
De fragmentis. *Fr. Luc. Fragmentorum. Arab. Reſiduis fragmentorum. Syr. Reliquias fragmentorum.*
Tulerunt. *Int. Theoph. Suſtulerunt.*
Sportas. *Pagn. Sportulas. Arab. Cophinos plenos.*

Verſ. 38.

Erant autem, qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.

Erant. *Arab. Fuerunt.*
Qui manducauerunt. *Ar. M. Veſcentes. Arab. Qui comederunt. Syr. Qui comederant.*
Hominum. *Exempl. Brugenſe M.S. Virorum.*
Extra. *Fr. Luc. Abſque. Int. Chryſ. Sine. Caiet. Præter.*
Paruulos. *Syr. Pueros. Pagn. Puerulos.*

Verſ. 39.

Et dimiſsâ turbâ aſcendit nauiculam: & venit in fines Magedan.

Et dimiſsâ turbâ. *Ar. M. Et abſoluens turbam. Caiet. Dimiſſis turbis. Syr. Quum dimiſiſſet turbas.*
Aſcendit. *Fr. Luc. Iuſcendit. Vat. Conſcendit.*
Nauiculam. *Fr. Luc. In nauim. Ar. M. In nauigium. Pagn. Nauim.*
In fines. *Mald. In terminos. Fr. Luc. In agros, locaque vicina.*
Magedan. *Arab. Magedal. Caiet. Magdala.*

CAPVT XV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Proiecta impudentia eſt Deum offendere cum maiora exhibet beneficia. 809
Magnus inuidiæ impetus. 809
Iniquitatis cumulus in ſancto loco non ſanctè viuere. 810
Scientiæ opinio in ſuperbiam homines erigit. 810
Quàm periculoſum honoris onus ſuſtinere. 810
Peiores, qui, templo vicini, mali ſunt. 811
Orationis neglectus quàm noxius. 811
Diſcipulorum culpa magiſtro tribuitur. 812
Impij aliorum correctionem nolunt, ſed diſcordias ſeminare ſtudent. 812
Immunis à culpa Chriſti ſeruus ſit, vt nec inuidus cenſor in eo graue aliquid quod reprehendat inueniat. 813
Sobrius, & abſtinens Chriſti ſeruus ſit. 814
Calumniatores aliorum ſemper culpam augent. 814
Spiritualis munditiæ magis ſolliciti eſſe debemus, quàm corporalis. 815
Quàm pauper, & à luxu aliena ſeruorum Chriſti menſa. 815
Panis *quid. Ferculorum copia à menſa abſit.* 815
Quàm exacta & magna ſuperiorum innocentia eſſe debeat. 816

Tunc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ, & Phariſæi, dicentes.

809. TEMPVS deſignat Euangeliſta, vt maxima eorum nequitia cognoſcatur; tunc enim venerunt, quum plurima ſigna, ac miracula operatus eſſet Ieſus; quum fimbriæ contactu infirmos curauerat. Proiectæ impudentiæ hoc eſt, tunc magis Deum offendere, cùm maiora ipſe beneficia exhibet.

Tunc acceſſerunt: Quid eſt, *tunc?* Quum magna Chriſtus præſtitiſſet, tunc inuidiâ æſtuabant, quæ ipſos contra Chriſtum exſtimulauit. Magnus inuidiæ impetus eſt, vis magna.

Nec ſuo pondere caret, quòd ab Ieroſolymis 810.
ſcribæ, ac Phariſæi referantur ad Chriſtum acceſſiſſe: ſic enim illorum malitia redarguitur; quia veniebant de loco ſancto, vbi Deus ſpecialiter colebatur; & ſanctitatis omnis expertes erant. Vt diſceremus, iniquitatis cumulum eſſe, in loco ſancto non ſanctè viuere: quod Eccleſiaſtici, ac Religioſi viri ſeriò expendere debent.

Scribæ, & Phariſæi per varias vrbes erant diſſeminati, ſed Ieroſolymitani omnium peſſimi, & arrogantiſſimi, quòd in principe habitarent Ciuitate, & omnium ſapientiſſimi haberentur; ſolet enim ſcientiæ, & peritiæ opinio in ſuperbiam huiuſmodi homines erigere.

Præterea, peiores hi erant, qui Ieroſolymis degebant, quia maiore honore fruebantur: vt videas quàm periculoſum ſit honoris onus ſuſtinere.

Ab Ieroſolymis; Scribæ & Phariſæi per omnes 811.
tribus erant diſſeminati, *ſed nequiores alijs Ieroſolymitanos fuiſſe, dubitandum non eſt*, inquit Sanctus Chryſoſtomus; *quia, cùm maiores honores conſequerentur plurimū ſibi arrogabant*; faſtus, & ſuperbia in fœdiſſima ſcelera vrget, quos inuadit, & poſſidet.

Peiores quoque erant, qui templo viciniores; qui ſanctiori loco in ſanctitatem arietat, omnium peſſimus euadit, ſic ferè fit, vt peiores fiant, cùm labuntur, qui Dei cultui ſunt conſecrati.

Ab Ieroſolymis diſceſſerant, vt Chriſtum perſequerentur; deſtinatum orationi locum qui relinquunt, & orationem ſe neglexiſſe innuunt, vt non mirum ſi omnibus peiores audierint: nil boni ab illo ſperes, qui orationem contemnit.

Quare

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?

812. NOn ſunt auſi Chriſtum accuſare, nec dicunt: *quare tu non lauas manus*, cùm fors nec ipſe lauaret. Diſcipulos accuſantes Scribæ,& Phariſæi mordaciùs arguere Magiſtrum videbantur, cùm quicquid deliquit diſcipulus, culpa magiſtri, doctoriſque cenſeatur, qui probè eos non inſtituit.

Sed dignum hìc eſt, quod quæratur: cur diſcipulos apud Chriſtum arguunt, non diſcipulos ipſos. Negligunt ſcilicet correctionis ordinem: ſi id ex charitate feciſſent, priùs diſcipulos monuiſſent. Huc accuſatio iſta tendit, vt inter Chriſtum ac diſcipulos eius diſcordiam ſeminarent, vnde & magiſtrum ipſum apud diſcipulos etiam accuſant cap. 9. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Satanicus hic ſpiritus eſt, diſcordias inter homines ſerere; vnde non mirum ſi tam acriter eos arguit Chriſtus.

Non enim lauant manus ſuas, cum panem manducant.

813. IVdæi, cum cibum ſumerent, manus religioſè abluebant, ne fortè inter varia vitæ negotia ex contactu rei cuiuſuis immundæ, vel per incogitantiam, immundi redditi, cibum, quem contrectaturi erant, immundum; & ſe ipſos etiam eius eſu redderent immundos. In hoc autem ſe ridiculè maleuolos patefaciunt, & moroſiſſimos calumniatores, quòd de re tàm leui diſcipulos accuſant, neglectæque lotionis tàm acriter inſimulant. Sed, dum notam inurere Chriſti familiæ inuidi hi cenſores ſtudent, eius innocentiam probant, & oſtendunt: nam, cùm lotionis neglectum reprehendunt, indicant, ſe non potuiſſe aliud culpæ obnoxium reperire. Nimirum, tàm innocens, & à culpâ immunis debet eſſe, qui Chriſtum ſequitur, Chriſto adhæret, vt maiora ei errata obijcere nec inuidus, & maleuolus poſſit, quàm lotionis neglectum, & ſimilia, quæ ab omni culpâ aliena ſunt.

814. *Non enim lauant manus*: Non gulæ, & intemperantiæ vitium opponere audent, cùm ſobrij, & abſtinentes fuerint diſcipuli; &, licèt in aliquo reprehenſibiles fuerint, non facilè reperias intemperantiæ inſimulatos, quod factum, ſi indicium aliquod in eis Phariſæi obſeruaſſent: quo exemplo docemur, quàm longè à luxu eſſe debeat, qui Chriſti diſcipulus audire vult.

Sed quid eſt, quòd Chriſti diſcipuli comedentes manus non lauarent? Lauabant aliquando; ſed hic calumniantium mos, vt, quod ſemel non fit, nunquam fieri dicant, &, alios rei alicuius inſimulantes, rem ſemper augeant; quod plerumque ab impiis fit, dum innocentes accuſant. Viſi ſunt diſcipuli à Phariſæis non lotis manibus manducare, quia ſæpius id prætermittebant Apoſtoli: nempè diſcipulorum Chriſti ſtudium erat virtuti vacare, ſicut illos inſtruxerat Chriſtus: de abluendis manibus, tanquam de re, quæ nullius eſſet momenti, non cogitauerunt.

815. Ad ſpiritualem munditiam, bonaque ſpiritualia cogitantes Apoſtoli, corporalis munditiei obliuiſcuntur: contra, qui totus, aut nimius in exterioris hominis cultu eſt, ſpiritualis cultùs, ac puritatis ſolet obliuiſci.

Non enim lauant manus, cùm panem manducant: An ante cibum lotionem neglexerint diſcipuli, an verò inter edendum lotionem non repetiuerint, ſolet quæri. Varia interpretum cenſio eſt: verior eorum, qui putant, nec ante, nec in prandio manus lauiſſe diſcipulos, & idcirco ab his calumniatoribus reprehenſos: vt hinc diſcipulorum parſimoniam colligamus, cùm nec menſam in longum producerent, & pane, atque vno obſonio ferè contenti vixerint: multorum ferculorum attactu inter prandendum vt non inquinabantur, ſic nec neceſſe erat eos mundari.

Cum panem manducant: hoc eſt, *cibum ſumpturi*: Panis nomine quilibet cibus ſignificatur: quod frequens in ſacris litteris eſt. Quo tacitè indicatur, quàm abeſſe à conuiuiis nimia ferculorum copia debeat, cùm à pane, velut à præcipuâ re, conuiuia denominentur.

Non enim lauant manus ſuas; Laudant, quos carpere videntur; Apoſtolorum frugalitatem commendant, qui à ferculorum luxu aberant; quibus in vſu, *panis ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lauandæ manus*; lauari oportuiſſet, ſi ferculorum lautitiis, ſe obruiſſent.

Non lauant manus, cùm panem manducant; accuſant Chriſti diſcipulos, non quia penitùs manus 816.
non lauarent, aut quòd menſæ, ſordidis manibus, accumberent; ſed, quia à crebrâ illa manuum ablutione abſtinebant, quæ apud illos in vſu; quod alij quoque obſeruauere.

Collige hinc, quàm exacta debet eſſe Principum, & magnorum hominum innocentia, in quorum domo etiam minima, leuiáque errata & conſpiciuntur, & notantur; fors & plures alij illotis manducabant manibus; ſed in Chriſti ſcholâ obſeruatum, quod in aliis nec notatum eſt, nec obſeruatum: Tantum intereſt, Principem, ac ſuperiorem omni non ſolùm culpâ, ſed etiam culpæ notâ cum totâ ſuâ domo abeſſe.

SECTIO II.

Alienæ ſanctitatis labefactatione propria laus non eſt quærenda. 817
Peccatorum grauitas verbis non eſt minuenda. 817
Ex Doctorum, & præſulum impietate malum in alios transfunditur. 817
Doctor ibi eſſe non videtur, vbi animarum per prædicationem lucra non quærit. 818
Magno deſiderio Gentilium ſaluandorum Chriſtus tenebatur. 819
Ardens parentum in filios amor. 820
Aliorum infirmitates quaſi noſtras ſentire debemus. 820
Parentes ob ſpiritualem filiorum ſalutem ſolliciti ſint. 820
Mariæ dolor in filij ſui paſſione. 820
Matris indulgentia ferè filia delinquit. 821
Δαιμονίζεσθαι *quid. Dæmonis eſt eum vexare, quem corripit.* 821
Humilitas ad magna fert cultores ſuos. 822
Inter malos benè vixiſſe, magna virtutis argumentum. 822
Errorum occaſio relinquenda. 823
Parentum mores facilè in filios reſiliunt. 823
Sanctorum interceſſio quàm nobis vtilis. 826
Humilitatem fouet Chriſtus. 826
Petentium fidem, ac conſtantiam in aliorum exemplum vult Chriſtus apparere. 826

Hypocritæ benè prophetauit de vobis Iſaias: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

817. HYpocritas vocat, vt redargutionis originem oſtendat: Chriſti enim diſcipulos arguunt non ſolùm ex inuidiâ, ſed, vt ſanctiores ſe iactarent, & vt, alienorum errarorum reprehenſione, populo ſe commendarent. Hic multorum mos, alienæ ſanctitatis labefactatione, propriæ laudis ædificium ſtruere.

Benè prophetauit de vobis Iſaias: Prophetæ auctoritatem inducit Chriſtus, vt innueret, eorum peccata minimè leuia eſſe in conſpectu Dei, cum illa multò ante tempore in ſpiritu viderit Iſaias. Diſce, peccatorum grauitatem verbis non reddere leuem, ſed ad emendationem exaggerare.

Non loquebatur Iſaias de ſcribis tantùm, & Phariſæis, ſed de populo vniuerſo: Chriſtus Prophetæ verba ad Scribas, & Phariſæos coercet; quia nempè ex Doctorum impietate omne malum in cæteros transfunditur; & omnium pernicies mala docentium vita eſt: facilè agit populus, quod agere Doctores videt; vt non immeritò Chriſtus vniuerſi populi peruerſitatem in Phariſæorum, & Scribarum impietate concluſerit.

Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis.

818. SEceſſit Chriſtus latendi gratiâ, ſeu etiam quieſcendi: in partes; fineſque Tyri, & Sidonis ſe contulit. Sed hîc aliquis non abſurdè quærat: cur has Gentilium Ciuitates Chriſtus adierit, cùm ipſe vniuersè inhibuerit, ne diſcipuli in viam gen-
Math.10.5. tium irent, Matth.10. Sed reſponderi poteſt: primò, legiſlatorem ſua lege non teneri, & eſſe ſupra ipſam. Prætetea in partes Tyri, Sidoniſque venit, non ibi prædicauit; quod ſupra prohibuit: & idcirco in vias gentium, gentiumque ciuitares fuiſſe non videtur, quia Gentibus non prædicauit; ac ſi Doctor ibi eſſe non appareat, vbi prædicationis verbo animas Deo non lucratur, aut lucrari ſtudet.

819. *Egreſſus inde*; Pende illud; *Inde*; expendit illud Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, dum ait; *Inde. Vnde? vbi, dum mira perficit, calumniis petitur; Vbi, dum morbos ſanat, fert contumeliam; dum beneficentiâ vtitur, non creditur.*

Porrò, etſi prædicandi Euangelij causâ harum gentium partes Chriſtus non adiit; quia tamen iam tempus inſtabat, quo à Iudæis reiectus ad Gentes transferretur, ſe continere non potuit, quin huius rei quædam præludia ederet; vt hinc; quanto deſiderio Gentilium ſaluandorum teneretur, colligeremus.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei: Miſerere mei, fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur.

820. NIhil pro ſe petebat mulier hæc Chananæa: petebat pro filiâ: tamen adeo filiam amabat, vt beneficium filiæ collatum, putaret, ſibi conferri; & gratias ita Chriſto ageret, ac ſi ipſa accepiſſet; vbi & ardens parentum in filios amor cernitur, & gratus in benefactorem animus.

Mei, inquit, *miſerere*: Vt nos doceret, aliorum infirmitates: quaſi noſtras, ſentire. Hæc vera charitatis nota: quod magis in animæ malis faciendum eſt. Hinc illæ Apoſtoli voces: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror?* Filiæ malum, ſuum mater ducit, vt eius charitas hinc probetur, & ſimul parentes doceantur, quàm efficaciter pro ſpiritali filiorum ſalute orare debeant. 1.Tim.5.

Filia iacet, & mater ſui miſereri Chriſtum poſtulat: quia nempe vtriuſque, & ſuum & filiæ ſentiebat dolorem.

821. Pende, quid paſſa virgo Maria fuerit, cùm iuxta filij crucem ſtaret, cùm miles lanceâ Chriſti latus aperuit: tunc enim & ſuum, & filij dolorem ſenſit.

In animæ morbis id ſæpè accidit, vt, dum iacet filia, miſericordiam petere mater debeat? quia ferè matris indulgentiâ filia delinquit; ageret ſuum officium mater, ageret & filia.

Malè à dæmonio vexatur: Græcè eſt, *δαιμονίζεται, à dæmonio obſidetur, corripitur*; vel, vt vertit Benedictus Arias Montanus, *dæmonizatur*. Sed rectè interpres vertit, *à dæmonio vexatur*; quia tàm ſæuus in homines dæmon eſt, vt vexari non ceſſet quos poſſidet; quare idem ſit, dæmonem quempiam corripere, ac vexare: vexat enim dum corripit, &, quantum in illo eſt, dum in homine eſt ſe continere non poteſt, quin homini noceat.

822. *Ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa*: Cur hæc mulier ad Chriſtum non acceſſit, quando Ieroſolymæ erat: Ieruſalem quippè illi vicinior & ſuis finibus erat. Non iuit tamen; quia indignam ſe loco ſancto exiſtimabat: niſi enim is timor eam deterruiſſet, Ieruſalem profectò ipſam petiiſſet; non mirum ſi adeo in ſublime euecta eſt, quæ tantum humilitatis fundamentum iecerat.

Inter malos vixiſſe, maioris virtutis argumentum erit, ſi quis reſipiſcat; abolere probitare generis infamiam poterit; fecit iſtuc Chananæa, dum ſe ad Chriſtum conuertit; quam ita effert ſanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus. *Chananæa mulier; ſed, animi probitate, genus refutabat: naturam vicit fides, nemo inquit, Chananæos accuſet: ſoluit mulier maiores ſuos ab impietatis crimine, pietatis ſit initium clamans; Fili Dauid miſerere mei.*

823. *Fili Dauid.* Tantum profuit mulieri fines ſuos reliquiſſe; *inde nouit vocare filium Dauid; quia iam egreſſa erat de finibus, & errorem loci ex fidei commutatione dimiſerat*; inquit Sanctus Hieronymus. Iurè ſuperno lumine perfunditur, quæ errorum loca, ac tenebrarum, in quibus vixerat, dereliquit.

Miſerere mei; cur petit ſibi miſereri non filiæ, quæ malè à Dæmonio vexabatur? An quia timebat filiam ex ſuo peccato hoc ſupplicium pati iuxta illud Ioan.9.v.3. *Quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur*; hinc credebat, quòd, ipſâ à culpâ ſanatâ, filia quoque amplius non vexaretur; ita aliqui exponunt. Diſce; tantus nexus filiorum, & parentum eſt, vt facilè parentum mores in filios reſiliant; Vndè non alienè, liberationem filiæ hæc mater poſtulans, Chriſtum ſui miſereri poſcit innuens quòd torqueretur filia, à ſuis peccatis natum; quòd ſi à filiæ culpâ; ſe quoque eſſe nocentem, quæ exemplo ſuo filiæ præiuerit.

Miſerere mei; maluit mater dicere, quàm *miſerere filiæ*, quæ vexabatur; omnes enim in aliorum peccatis habent, quod timeant; in aliorum malis, quod ſibi conſulant.

Qui

Qui non reſpondit ei verbum.

824. CVr Verbum nullum reſpondit verbum? Cur non ſolatur erigitque hanc mulierem? An, vt eius fides atque conſtantia magìs pateſieret. Rogatns Chriſtus diſſimulat, non vt miſericordiam negaret; ſed, vt petentis mulieris deſiderium acueret & augeret.

Non reſpondit extrà verbum; ſed intùs eam donis cumulabat: foris aſper videbatur, intùs benignior ac ſuauior; adeò vt, quò durior in verbis & in geſtibus foris, eò benignior intùs per occultam operationem erat, ac per inſpitationem & internam illuſtrationem.

825. *Non reſpondit ei verbum*; Nimirum Verbum verba non emittit, vt ſuo ſilentio in Iudæorum perfidiam, & incredulitatem inueheretur; Pulchrè Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, vbi hæc verba expendens ait: *ò ſub inhumanitatis obtentu ſilentium longè humaniſſimum ò ſilentium vocalis admodum Iudæorum accuſator. Namque ſilentio ad Iudæos talia loquebatur: Vides Iudæe Chananææ generoſitatem? Vides ex improbâ radice fructum dilaudatum? Moyſem non ſuſcepit latorem legis, & Moyſes agnouit Dominum: Prophetas neſciuit, & à Prophetis cantato credidit: non vidit ſigna, & Dauidis filium confitetur; Deum poſt miracula negaſti, Iudæe, & huic illa ante miracula credidit. Ecce etiam propter te luctu confertam deſpicio; commiſerationem tego, & ſi luctus miſereor. Vociferantem vt gentilem auerſor tibi infidelitatis occaſionem præſcindens.*

Accedentes diſcipuli eius rogabant eum.

826. QVæri hîc poteſt: cur Apoſtolos pro muliere rogare voluerit Chriſtus. Id factum, vt innueret Sanctorum orationes nobis neceſſarias eſſe adeo vt ad ipſos recurrere debeamus. Porrò obſerua, quòd priùs ad mulierem non reſpondit Chriſtus, ſed poſtea à diſcipulis rogatus reſpondit; vt quid illorum interceſſio poſſit colligeremus.

Rogatores intercedunt diſcipuli, vt mulieris humilitas foueretur; ne putaret ſcilicet, ſibi à Chriſto fuiſſe reſponſum ob clamorem, ſuamque conſtantiam; ſed, quia diſcipuli pro eâ rogauerunt.

Cur autem non vrgent diſcipuli, ſed ſtatim tacent? Ne, ſi vrgerent, & concederet, quod quærebant, mulieris fides, & conſtantia non appareret. Voluit Chriſtus huius mulieris virtutem aliis in exemplum eſſe; ideo permiſit diſcipulos poſt primam poſtulationem tacere, ne beneficij, & gratiæ conſecutio, diſcipulorum precibus tantùm non mulieris virtutibus tribueretur.

SECTIO III.

Humilis laudatur dum ſe demittit. 827
In Dei cultu, & obſequio ſemper aliquid adiiciendum. 827
Cæleſtia & ſpiritualia quò magis contrectamus, eò maiori honore à nobis habentur, contra in rebus perituris, & mundi honoribus. 828
Boëthei quid. 829.
Eximia res alienas laudes audire, nec inuidia corripi. 829
Fiducia virtus quàm magna. 831
Nullus deſpiciendus. 832
Expianda laſciuia quàm magna requirantur. 833
Conſtantia, & firmitas in muliere vix reperitur. 834
Fiducia in petitionibus præcipuè requiritur. 834
Vera fides alias virtutes comites habet. 834.
Humilitatem ferre dæmon ſuperbus nequit. 835
Patientiæ vis quàm eximia. 836
Chriſti requies omnibus benefacere. 837
Feruentiores in Dei obſequio ſemper eſſe debemus, & ad laborem promptiores. 837
In virtutibus ſublimior ſemper petendus gradus. 838
Chriſti clementia, & pietas. 838
Pinlow *quid. Qui morbus conflictantur, & patienter ferunt, vt ſtellæ in Cælo erant.* 839
Infirmi debileſque nobilis ac diues Chriſti theſaurus. 839
Diues tunc ſibi Chriſtus videtur quum diuitias ſpargit. 840

At illa venit, & adorauit eum dicens: Domine, adiuua me.

AT illa venit: Interpres Euthymij, *porrè illa, quum acceſſiſſet.* Adeò humiliter de ſe ſentiebat hæc mulier, vt indignam ſe reputaret: quæ 827.
ſe in Chriſti conſpectum daret, Chriſti oculis obiiceret; vnde & Apoſtoli dixerunt: *dimitte eam, quia clamat poſt nos.* Reiici tanta humilitas non potuit: plenè, quod poſtulauit, obtinuit: ſingulari inſuper à Chriſto laude donata feruens hæc mulier; quia tàm dimiſsè de ſe ſentiebat, vt indignam ſe putaret, quæ ante Chriſtum ſe ſiſteret.

Ordinem nota: priùs iſta mulier Chriſtum, *filium Dauid*, vocat; deinde, *Dominum*, ad extremum, *vt Deum* adorat. Scilicet in Dei cultu, & obſequio ſemper aliquid adiiciendum: ſemper magis celebrandus, laudibuſque Deus euehendus.

Res terrenas, dignitates, & quæ magna pu- 828.
tantur, quò magìs contrectamus, vileſcunt magìs, magis depretiantur: cæleſtia, ac ſpiritualia quò frequentiùs. Verſamus, maiori honore habentur à nobis, maiori reuerentiâ ſuſpiciuntur. Ita in hac muliere accidit, quæ quò diutiùs cum Chriſto verſatur, eò maiori reuerentiâ eum celebrat.

Domine adiuua me: Græcè, βοήθει μοὶ, *Domine ſuccurre mihi; ſeu ad vim arcendam accurre.* Verbum Græcum propriè ſignificat ad vocem alicuius accurrere, auxilij ferendi causâ, & ad vocem periclitantis, & quiritantis, opitulandi gratiâ celeriter ſe conferre: quæ vis & notio hic optimè cadit.

Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

QVàm prudens mulieris reſponſio! Quàm in- 829.
fractus animus, minimèque muliebris! Non dolet, canibus ſe pariari: non offenſa tàm aſperis Dei verbis eſt. Quid? Eximium quid in his verbis elucet: aliorum non inuidit laudibus: filios Iudæos dici audit, non corripuit eam inuidia: nil mirum, ſi obtineat, quod poſtulat, & tàm magnis laudibus à Chriſto euehatur. Magnâ, ſuperâque; laude dignum, alienas audire laudes, nec inuidiâ tabeſcere.

Videtur negare, quod poſtulatur, deſiderio cor- 830.
reptus concedendi; *non eſt bonum*, inquit, *ſumere panem*

Digitized by Google

panem filiorum, & dare canibus; quis non crederet irritas Chananææ preces futuras? ſed non fuerunt. *Parturiens donationem retrahere ſimulat, licèt ardentius ipſe dare deſideraret, quàm, quæ aduoluebatur genibus accipere*; ait Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus. Mulier partum editura non quieſcit niſi pariat, & doloribus concutitur donec fœtum edat; ſic & Chriſtus retinere apud ſe dona ſua vix poteſt, ac dolore premi videretur, niſi effunderentur; idcirco iurè dixit Sanctus Baſilius; parturiens donationem retrahere ſimulat.

831. Etiam Domine nam & catelli edunt de micis. Vide vt conſtans mulier de ſuâ, vt ita dicam, paraturâ Chriſtum repercutiat. Diceres fiduciam eius auctam ex contumeliâ. Pulchrè ſuperiùs aduocatus ſanctus Baſilius, qui ita loquentem Chananæam adducit. *Contumeliam teneo curationis pignus; ſpondet mihi ſalutem canis appellatio; ſit mihi modus donationis pro modo contumeliæ*, ſic illa apud illum. Nemo ergo animum deſpondeat, licèt repulſam patiatur; animum potius à repulſa mutuetur.

Canis dicta Chananæa non eſt de fidei ſuæ ſuggeſtu reiecta; ſed addit; *etiam Domine*; aeſi apertius diceret; non diffido de tuâ humanitate, nec hac durâ reſponſione frangor; quin *contumeliam teneo curationis pignus*, ait ex eius mente Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus.

832. *Etiam Domine, nam & catelli*; Paſſa mulier eſt, ſuos canibus patiari; mira mulieris humilitas, non offenditur canis appellatione; quæ, in maioris demiſſionis ſignum, ſuos, quos Dominus, *canes*, dixerat, ipſa *catellos* vocat; tam abfuit, vt ſuperbè inclamarit, ſe cum ſuis canibus comparari.

Etiam catelli comedunt de micis; humilitatem ſuam prodit, nec ſibi, quicquam tribuit, quod ſuos deſeruerit, veræque ſapientiæ viam iniuerit Chriſtum ſequens; *non ſibi profundum ſapientiæ*, ait Sanctus Ambroſius, *à primordio vindicauit, quamuis de Tyri, & Sidonis finibus iam eſſet egreſſa; ſed micas quaſdam, quæ de menſâ dominorum ſuorum caderent, crederet colligendas*; Abeunt ab hac humilitate illi, qui, cùm vix limina vitæ ſpiritualis, aut ſapientiæ attigerint, tumore corripiuntur, cæteros deſpiciunt.

833. *Nam & catelli comedunt de micis*; Itáne micis contenta, quæ è menſa cadunt, Chananæa eſt? at Magdalena, in conuiuio Dominum adiens, micas non poſtulat, ſed ipſius Domini pedes amplectitur; Vnde hæc in his duabus fœminis diuerſitas? Chananæa pro filiâ, quæ à dæmonio vexabatur orabat, ad hoc vel Dei mica ſufficit; Magdalena pro ſe auxilium poſcebat, cuius totum corpus laſciuiæ deditum erat, auertendæ, & expiandæ laſciuiæ, quæ aliquam, aliquem corripuerit, non micæ ſufficiunt ipſæ; ſalutis fons neceſſarius eſt; Igitur Magdalena, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *cernens in menſâ Dominum non quæſiuit, ſicut Chananæa, micas; ſed ipſum panem vitæ amplexa eſt, Chananæa enim pro filiâ à dæmone vexata interpellabat & micam de menſâ cadens petiit; Magdalena verò non filiam dæmonio vexatam habebat, ſed totum corpus laſciuiæ dæmoniacæ deditum*, cui abſtergendæ panis integer vitæ neceſſarius erat; tam difficile eſt, quampiam, quæ mancipium libidinis fuerit, caſtitatem adipiſci, in caſtitate firmari.

O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi, ſicut vis; & ſanata eſt filia eius in illâ horâ.

O *Mulier*: Sexum exprimit, vt conſtantiam 834.
eius extolleret. Mulierem eſſe, ac tàm duris aſperiſque reſponſis non moueri, animo non deiici, non turbari; vix inter ſe cohærent.

Magna eſt fides tua: Cur nudam fidem laudat; cæteras omittit virtutes, quibus mulier hæc fuit inſignita? nam fuit prudens, ſapiens, patiens, humilis, vt eius verba probant. An fidei tantùm meminit, quia hæc in petitionibus præcipua? per fidem enim obtinemus quicquid petimus; ita, vt credenti nihil ſit impoſſibile.

Deinde fidem extulit, quæ vera, quæ viua: talis autem comites alias virtutes habet; alioquin, ſi ſola, cadaueroſa eſt.

Obtinet, quod tantâ fide, tantâ humilitate po- 835.
ſtulauit, *fiat*, inquit Chriſtus, *tibi ſicut vis*: Sanctus Marcus ſic extulit: *Vade propter hunc ſermonem exiit dæmonium à filiâ tuâ.* Propter ſermonem, quem dictauerat fides, quem formauerat humilitas, cùm dixit: *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſâ dominorum.* Tantam humilitatem ferre ſuperbus dæmon non potuit: victus à filia diſceſſit. Quantum humilitas Chriſto placet, tantum dæmoni diſplicet.

O mulier magna eſt fides tua; quæ priùs inter canes numerabatur nũc & agnoſcitur homo, & ſuper vulgares homines extollitur; *ô mulier*, inquit, Sanctus Auguſtinus, *magna eſt fides tua; tu te cognouiſti canem; ego te iam cognoſco hominem.* Tantum mollis reſponſio potuit, & verba patientiâ plena, & humilitate.

Magna eſt fides tua; verè magna, quæ vel 836.
inter conuitia ſic emicuit; eam ſic expendebat Beatus Laurentius Iuſtinianus. *Fides ſit deuotione feruida, ſicut fides illius mulieris, cui dixit Dominus; ô mulier magna eſt fides tua. Quod patet ex verbo, & facto ipſius; quia non fuit retardata à feruore petendi propter Chriſti taciturnitatem: nec poſtea propter negatiuam reſponſionem, nec propter illatum conuitium. Eidem Dominus in ſpiritu conuenienter ait. Iam non voco te canem, ſed mulierem fidelem, quia tanta eſt fides tua, vt me ſuperaris, & viceris. Non vidiſti mortuum ſuſcitatum, non leproſum mundatum, nec Prophetas audiſti; nec legem meditata es, neque mare ſcindi in diuiſiones vidiſti: Nihil horum contemplata es à me, & non receſſiſti; ſed perſeueraſti petendo, &, quia magna eſt fides tua, copioſa eſt gratia effuſa.*

Fiat tibi ſicut vis. Ac ſi diceret: fides tua maiora, quàm petis, poſſet impetrare; maioris virtutis eſt, quàm vt huius ſolius beneficij conceſſione expleri poſſit. Hæc vox, *fiat*, affinis eſt illi quæ dictum eſt: *Fiat lux, & facta eſt lux. Fiat firmamentum, & factum eſt firmamentum.*

Aſcendens in montem ſedebat ibi: & acceſſerunt ad eum turba multa habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos.

SEdet in monte, non laboris cauſa, ſed vt ad 837.
ſe confugientes exſpectaret, & paratum ſe omnibus, expoſitumque præberet, ac omnes ſibi beneficiis deuinciret. *Sedebat ibi*: ac ſi eius requies eſſet,

eſſet, omnibus benefacere.

Acceſſerunt ad eum turbæ multæ: Supra cap. 5. cum aſcendiſſet Ieſus in montem, non turbæ, ſed diſcipuli ad eum acceſſiſſe perhibentur: hîc accedunt. Nimirum, vt turbarum deuotio creuit, beneficiis nutrita, ſic feruentiores ad laborem erant, promptioreſque, vt omnes difficultates ſuperarent. In Dei viâ, qui feruentiùs ſemper non incedit, indignus eſt, qui Dei ſeruus audiat.

Proiecerunt eos ante pedes eius.

838. NOn quærunt, quod ab aliis priùs factum, vt permitteretur eis, Chriſti fimbriam tangere: ad maiorem fidei gradum peruenerunt: crediderunt enim, quod ſinè vllo contactu ſanare eos poterat Chriſtus; ideo, ad eius tantùm pedes, languidos, & infirmos turbæ proiiciunt. Nempè in virtutibus altior ſemper petendus gradus eſt, & in bono ſemper aliquid adiicere debemus.

Ante Chriſti pedes malo correptos proiiciunt, eorum non petunt ſanitatem: Chriſti Ieſu oculis obiiciunt tantùm, vt ab ipſo conſpiciantur, ſciebant tantam eſſe eius clementiam, ac pietatem, vt vel ſolo viſu commoueretur, & conſpectis mederetur.

839. *Proiecerunt eos ante pedes eius:* Græcè, *καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, & abiecerunt eos ad pedes eius*; ſeu, vt nos vertimus, *expoſuerunt, aut, ſparſerunt eos ad pedes Ieſu.* Verbum, *ῥίπτειν*, quod hîc habetur, *ſpargere* ſignificat, & de ſtellis dictum reperimus, quæ paſſim toto Cælo ſparguntur. Quidni dum de infirmis, grauique morbo correptis ſermo eſt, idem verbum adhibeatur? cùm Chriſti ſenſu huiuſmodi tanquam lucentes ſtellæ exiſtant, & plerunque hi, qui morbis conflictantur, ex iis futuri ſint, qui, tanquam ſtellæ, lucebunt in perpetuas æternitates.

Debiles, claudos, aliiſque infirmitatibus captos ad Chriſti proiiciunt pedes, tanquam ſcilicet nobilem, diuitemque theſaurum. Ad Apoſtolorum pedes poſſeſſionum venditarum pretium, auri argentique copias olim collocabant Act. 4. Etiam Chriſti pedes, oblatis theſauris, nobilitantur: proiiciunt igitur infirmos, debileſque, tanquam hi, diuitis theſauri loco, Chriſto eſſent.

840. Sed reponat aliquis; qui hi miſeri, & grauibus, morbis conflictari, Chriſti theſaurus dici poſſunt; cùm potiùs in eos ſuarum diuitiarum copiam Chriſtus effuderit? Sed diues tunc ſibi videtur Chriſtus quando diuitias ſuas effundit: tunc eius mente, diteſcit, quando miſericordiæ ſuæ opes aliis communicat; *diues* quippè *in miſericordiâ dicitur, & diues in omnes, qui inuocant illum:* diues dum diuitias ſpargit: ſecus ac auari, qui diuites ſe putant, dum colligunt, & pauperes fieri timent, ſi diuitias effundunt.

SECTIO IV.

Superioris eſt ad ſublimiorem virtutum, ac perfectionis gradum ſuos prouocare. 841
Cur durum ſe Chananææ Chriſtus exhibuerit, turbis facilem. 841
Cur turba in admirationem rapta. 843
Poſt diuina beneficia Dei laudes effundere lingua debet. 843
Gratias agere debent, qui beneficiis à Deo cumulati. 844
Etiam minores conſulere ſuperiores aliquando debent. 844
Diuina beneficia altè memoria inſideant. 845
Inanis gloriæ amore nihil faciendum. 845
Quò magis proficimus, eò magis Dei prouidentiam cognoſcere ac venerari debemus. 846
Perſeuerantia, & patientia in carnis anguſtiis perferendis laudata. 846
Gaudio ob aliena commoda perfundi debemus. 846
Noſtri curam eò magis Deus habet, quò magis nos corporis curam negligimus. 847
Rerum terrenarum contemptus in iis, qui Chriſtum ſequuntur. 847
Dona ſua maximè tunc Deus nobis communicat, cùm humanum auxilium defuerit. 848
Amat Deus ſua munera non contemni. 848
Indignus eſt, qui Chriſtum ſequatur, qui ob temporalia ſequitur, non ſpiritualis profectus cauſa. 849

Et curauit eos; ita vt turbæ mirarentur.

HOs languidos ſolo verbo curauit Chriſtus 841.
abſque vllo contactu; nec id ſinè ratione factum: nam, ſi tangere vellet, data turbis occaſio eſſet minus credendi: ad maiorem autem fidei gradum eos allexit, cùm abſque eo quòd infirmos tangeret infirmos curauit. Ex quo colligimus, Superioris eſſe, ſuos ad maiora allicere, & ad ſubliniorem virtutum gradum prouocare.

Sanauit eos Chriſtus ſine vlla difficultate; &, qui tam difficulter Chananææ mulieris filiam curauerat, hîc ſine vllâ petitione tot ægros ſuæ ſanitati reſtituit. Cur ita factum? Ne, ſi eum magnâ difficultate ſanaret, putarent eum non poſſe faciliùs agere, vel non habere à ſeipſo poteſtatem, ſed aliunde exſpectare, vtrunque autem & pietati Chriſti contrarium eſt, & eius dignitati, quippè qui æqualem cum Patre poteſtatem habeat. Difficilem ſe cum Chananæâ exhibuit, vt eius virtutem oſtenderet, & ne Iudæis calumniandi occaſionem daret; conqueſti enim fuiſſent, quòd pares eis gentiles feciſſet, quùm pari facilitate omnes exaudiret.

Sed, cur hîc turbæ in admirationem rapiuntur? 843.
Fòrs miratæ ſunt, quia non vnum languentem ſanauit Chriſtus, ſed multos, qui variis infirmitatibus tenebantur? Etiam ſanationis facilitas eis admirationis occaſio fuit, quum ſubito, & ſolo verbo eos curauerit.

Videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Iſrael.

VT miraculi veritas probaretur, ſigna curationis exhibentur: ſtatim muti loquuntur ad miraculi oſtenſionem, idem à cæteris actum; vt ita tùm adſtantes, tùm ſanati Deum laudarent. Chriſti virtute mutos loquutos fuiſſe ſcribitur; quid loquuti fuerint, tacetur: Coniici ex re ipsâ id poteſt: nam credendum eſt, eos verba protuliſſe, quæ Dei laudem, ac gratiarum actionem continerent; quid vnquam aliud poſt conſecuta Dei beneficia effundere lingua debet?

Hinc ſubditur, *& Magnificabant Deum Iſrael* 844.
quod tàm de ſpectatoribus intelligitur, quàm de infirmis, qui ſanati erant: nam, ſi turbæ Deum magnificabant, & ei gratias agebant; cur non id potius ſanati præſtiterunt? Fòrs turbæ hîc miratæ referuntur.

refetuntut, & Deum magnificaſſe; ſed de ſanatis id ſubticetur: quia licèt non exprimatur, ſubintelligitur tamen; nec enim dubitari poterat, gratias pro accepto beneficio nos exhibuiſſe, cùm id turbæ præſtiterint, quæ ſanitatem non acceperant.

Ieſus autem, connocatis diſcipulis ſuis, dixit.

CHriſtus Magiſter diſcipulos ſuos conuocat, vt cum eis conſilia ſua communicet; exemplum nobis exhibens, quòd etiam cum minoribus noſtra conſilia conferre poſſumus. Illorum ſuperbiam arguit, qui, tanquam ſoli rerum peritiam habeant, cum nullo de rebus agendis agere dignantur.

845. Conuocat diſcipulos, vt cum illis diſcuteret, quî paſcendæ turbæ eſſent; ſicque fieret, vt quantò magìs hoc factum diſcuteretur inter Chriſtum, & Apoſtolos, tantò magìs eorum memoriæ imprimeretur. Nempè hoc amat Chriſtus, ne facilè eius beneficia ab hominum memoriâ deleantur, ſed cupit altè mentibus inſidere.

De ſatiandis turbis conſulit diſcipulos; vt conſtaret, quòd miraculum iſtuc non ex ſolâ voluntate, aut inanis gloriæ amore, ſed neceſſitate quadam faciebat; quia grauis vrgebat inopia.

Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent, quid manducent.

846. ADmitanda turbarum perſeuerantia: triduo ſuſtinent Chriſtum, &, cum vitæ neceſſaria defeciſſent, indigentiam ſuam non exponunt. Sed, cur ipſi diſcipuli tacent, nec dicunt, vt aliàs in ſimili neceſſitate dixerunt? *Dimitte turbas, vt euntes*
Mat.14. 15. *in caſtella; emant ſibi eſcas*, Matth.14. v.15. Ab his, ſimilibuſque verbis abſtineut, meliùs, ſublimiúſque de Chriſti in turbas prouidentiâ ſentientes, quàm priùs; & ne viderentur de eius in turbas curâ dubitare: quod longè ab omnium mente abeſſe debet.

Præterea ſubticent diſcipuli, quia videbant; turbas perſeuerantes, ac magno gaudio delibutas, ſummâque lætitiâ exilientes, nec famem penitus ſentientes: ne igitur iniuriam tantæ perſeuerantiæ facerent, dimitti turbas non petunt, nec neceſſaria pro illis poſtulant. Sed cur tanto exultant gaudio turbæ, vt, eo plenæ, cibi obliuiſcantur? Oh infirmorum, quos ſecum duxerant ſanitatem. Quidni earum tantam curam Chriſtus habeat; cùm alieni commodi: alienæ curationis conſpectu, ab omni inuidiâ immunes, tantâ lætitiâ perfundantur?

847. *Miſereor turbæ*: Turbæ Chriſtus miſeretur, quia turba non miſeretur ſui: victu egent, nec vllus à Chriſto panem petiit, nullus diſcedendi facultatem poſcit. Non mirum, ſi Chriſtus eorum miſeretur, cum eò maiorem noſtri Deus habeat curam, quò minùs corporis eam nos agimus, vt illum ſequamur,

Panibus egent turbæ; nam omnia, quæ ſecum tulerant, conſumpſerant; nullus tamen à Chriſto panes poſtulat; eorum nimiam ſolicitudinem arguentes, qui ſemper timent, ne ſibi neceſſaria deſint. Qui pio, ac deuoto corde Chriſtum ſequitur, terrena quærere dedignatur, quæ ſpiritualibus adiicientur.

848. Non primo, aut ſecundo die, turbas panum multiplicatione paſcit Chriſtus, ſed tertio, quia tunc omnia, quæ ſecum detulerant, abſumpſerant. Nempè tunc plenè Deus beneficia, & dona ſua nobis exhibet, cùm aliunde non ſuppetunt.

Panes non priùs multiplicat, quàm alia, quæ attulerant deficerent, & egerent; vt in neceſſitate conſtituti maiori deſiderio exciperent; quæ illis Chriſtus largiebatur: amat quippè ſua munera non contemni, ſed ingentis deſiderij ſinu excipi.

Obſeruandum porrò eſt, quòd Chriſtus non 849.
quotidie, aut ſæpè turbas ſaturabat, ſed raro & vrgente neceſſitate; ne ſcilicet viderentur, eum ſequi, vt paſcerentur ab eo. Indignus eſt, qui Chriſtum ſequatur, qui ſequitur tantùm, vt paſcatur, & ob temporalia lucra, non ſpiritualis profectus causâ; quo vitio multi laborant.

SECTIO V.

Qui Chriſti præſentia fruitur non facilè deficit. 850
Chriſti diſcipuli, ac ſerui vel rerum neceſſariarum obliuiſcuntur Chriſtum ſequentes. 851
Chriſtum ſequens delicias fugiat. 851
Chriſti potentia nulli rei adſtringitur. 852
Dei beneficia nec confundi debent, nec obliuione ſepeliri. 852
In rebus quæ agimus hominum plauſus fugiendus. 853
Nihil terrenorum amore in Dei obſequio à nobis peragendum. 853
Honor Chriſti exemplo fugiendus. 853
Magna opera laudis amore non inficienda. 854
Humana laudis fuga laude digna. 854
Hominum poſt accepta à Deo beneficia ingratitudo. 854

Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in viâ.

NOlo, inquit, eos domum impranſos, incœnatoſque ablegare, ne in viâ deficiant. Mi- 850.
ror, non timuiſſe Chriſtum, ne aliquis ex turbis, quæ iam triduo eum ſuſtinuerant, fame victus, deficeret: illis tantùm timet dimiſſis, & domum abeuntibus. Nimirum, vbi quis Chriſti conſortio, præſentiâ, ac ſermonibus fruitur, adeò paſcitur, fouetur, recreatur, vt deficere non facilè poſſit: quod in ſpiritali profectu maximè verum eſt, & experiuntur, qui Chriſtum amant, Chriſto adhærent.

Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem, & paucos piſciculos.

CVm in ſolitaria loca ſe conferrent cum ſuo 851.
Magiſtro diſcipuli, vbi nullus cibus, nec pretio venalis, ſuppeteret, in more habebant ſecum aliquid cibi deferre; ſed vides, quàm parci, quàm frugalis. Id autem ex Chriſti monitu faciebant, vt plerique notauere. Tàm alieni à carnis curâ erant diſcipuli, vt de rebus vitæ neceſſariis eſſent monendi, fors nihil laturi, niſi moniti.

Panes, ac piſces ſecum deferre, præſertim cùm in deſerta loca ituri eſſent, conſueuerant. Non reperimus carnes, aliaque pretioſiora fercula habuiſſe: vt oſtenderent, Chriſtum ſequuturo vix neceſſaria paranda: delicias & illecebras fugiendas. Piſces pani addunt, quia eo cibo pauperes vtebantur in illâ regione; vilis enim erant pretij.

Et accipiens ſeptem panes, & piſces.

852. ALià vice quinque panes fuerant, & duo piſces: hîc ſeptem panes ſunt, & piſces aliquot, certè plures, quàm duo. Nimirum, non adſtringitur rei alicui Chriſti vis, ac potentia; nec refert, parumne aliquid coram ipſo ſit, vel multum, quo ſuos paſcat.

Septem panes, & piſces. In panum, piſciumque numero, quin & in fragmentorum, quæ ſuperfuerunt, quantitate; miraculum iſtuc ab eo, quod capite ſuperiori narratur differre Chriſtus voluit; nam in hoc ſeptem ſportas ſuperfuiſſe, & à diſcipulis collectas dicitur, in illo duodecim cophinos. Quæri hîc poteſt: cur duo hæc miracula, in re ſimili edita, paria in omnibus non fuere? Cur diſpar piſcium numerus, diſpar panum, quin & fragmentorum, quæ poſt conuiuium collecta? Diuino id conſilio, Diuinâque prouidentiâ accidit; ne ſcilicet piſcium, panum, ac reliquiarum par numerus, duo hæc miracula confunderet, & alterius adduceret obliuionem. Indelebilem vtriuſque ſigni vult Chriſtus memoriam remanere: Vult diſtinctè beneficia ſua cognoſci, cogitari; & idcirco adiunctorum diuerſitate ſimilia miracula diſcriminat, ne apud nos confunderentur, & vnius memoria deperiret. Vides, quàm ſtudeat Deus, ne ſua beneficia à noſtrâ memoriâ aboleantur.

Et dimiſsâ turbâ, aſcendit in nauiculam.

853. CVr turbam, quam miraculosè pauerat, dimittit? Vt populi plauſum vitaret, turbarumque laudes, quas illæ ſatiatæ obtuliſſent. Docet in rebus maximis, quæ agimus, fugiendas hominum laudes adeo, vt quò maius illud eſt, quod egimus, eò cautiùs humanas laudes vitemus.

Præterea, turbam dimittit, ne, ſi apud ipſum manſiſſet, ſimilem refectionem expectare poſſet; nam erat ibi locus deſertus, nec cibus facilè haberi aliunde poterat. Dimittit ergò, ne turba ob cibum ſequi Chriſtum videretur. Nempè à Chriſti cultore vel vmbra terreni affectus abeſſe debet; adeò vt nihil terrenorum amore agat, ſed ſolius Chriſti.

Statim poſt cibationem dimittit turbas; quia præuidebat fore, vt eum in Regem eligerent: quod alias tentauerunt, vt patet Ioan. 6. Honorem fugit, & gloriam, qui Patris honor, & gloria eſt. Nos eadem premamus veſtigia.

Ab omni laude, ac honore, quem turbæ oblaturæ erant, ſe ſubducit Chriſtus; ne videretur tam ingens miraculum feciſſe, vt laudem à turbis aucuparetur. Qui grandia præſtat, laudis amore opus non inficiat. Turbat omnia, qui laudem à turbis aucupatur. 854.

Aſcendit in nauiculam, vt transfretaret: poterat ſuper aquas ambulare, ſed noluit; ne honorem, quem dimittens turbam, à ſe reiecerat, ambulans ſuper mare, quærere videretur, & hominum laudes, non animarum ſalutem venari.

In nauem aſcendit, vt turbas deſereret: quod ſi pedes abiiſſet, ſecutæ eum turbæ eſſent, nec potuiſſet ab illis recedere; nam quæ beneficium acceperant, tam facile eum relinquere, à quo acceperant, nequibant. In quo multorum ingratitudinem arguunt, qui, acceptis à Chriſto beneficiis, ſtatim à Chriſto abeunt, & ab eo, prauis vitæ moribus, recedunt.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVI. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum, vt ſignum de cælo oſtenderet eis.

Et. *Fr. Luc. Tunc.*
Et acceſ. ad e. Ph. *Pagn. Et aggreſſi Phariſæi. Fr. Luc. Quum acceſſiſſent ad eum Phariſæi. Int. Orig. Accedentes. Arab. Venerunt.*
Rogauerunt. *Pagn. Rogabant. Int. Orig. Poſtulabant.*
Signum. *Fr. Luc. Miraculum aliquod inſigne.*
De cælo. *Fr. Luc. Ex Cælo.*
Eis. *Pagn. Sibi. Syr. Ipſis.*

Verſ. 2.

At ille reſpondens, ait illis: Facto veſpere dicitis: Serenum erit, rubicundum eſt enim cælum.

Facto veſpere. *Syr. Quum fuerit veſpera. Vat. Cùm aduesperauerit.*
Serenum erit. *Ar. M. Serenitas. Int. Theoph. Serenitas erit. Arab. Quia ſerenum erit cælum.*
Rubicundum eſt. o. Cælum. *Ar. M. Rubet enim Cælum. Arab. Ob rubedinem ſuam.*

Verſ. 3.

Et mane: Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cælum.

Et mane. *Syr. Mane verè dicitis.*
Tempeſtas. *Syr. Tempeſtas erit.*
Rutilat. *Pagn. Rubet. Arab. Ob rubedinem concauitatis cæli. Iac. Tir. Se ignoſcit. Fr. Luc. Rubicundum eſt.*
Triſte. *Arab. Cum triſtitiâ magnâ. Fr. Luc. Triſtitiam afferens.*

Verſ. 4.

Faciem ergo cæli diiudicare noſtis:

Faciem. *Pagn.* præmittit, *Hypocritæ.*
Diiudicare noſtis. *Fr. Luc. Diſcernere noſtis. Mald. Cognoſcitis. Syr. Scrutari. Vat. Scitis.*

Vlugata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

ſigna autem temporum non poteſtis ſcire? Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Et, relictis illis, abiit.

Signa. *Arab Signum. Fr.Luc.Notas indicij.*
Temporum. *Syr. Temporis huius.*
Scire. *Syr.Diſcernere. Arab.Non cognoſcitis.*
Generatio m. *Pagn. Natio praua. Fr.Luc. Generatio irritatrix.*
Quærit. *Ar.M.Inquirit.Al.Requirit.Fr.Luc.*addit, *Improbè.*
Niſi ſignum. *Fr.Luc. Niſi illud ſignum.*

Verſ. 5.

Et, cùm veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere.

Cùm veniſſent. *Arab.Et venerunt. Ar.M.Venientes.Fr.Luc.Cùm venirent, irent, nauigarent.*
Trans fretum. *Syr.In vlteriorem ipſam ripam.Caiet. In vlteriorem ripam.*
Obliti ſunt p. ac. *Int.Theop.Per obliuionem non acceperunt panes. Syr. Obliti fuerant ſumere ſecum panem. Pagn.Obliti fuerant panes ſumere.*

Verſ. 6.

Qui dixit illis? Intuemini, & cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.

Qui d. i. *Syr. Ipſe verò dixit eis. Mald. Ieſus autem dixit illis.*
Intuemini. *Pagn. Videte. S.Hil.* omittit.
Et cauete. *Fr. Luc. Et attendite. S.Hil. Attendite vobis.*

Verſ. 7.

At illi cogitabant intra ſe dicentes: quia panes non accepimus.

Cogitabant. *Pagn. Reputabant. Mald. Diſceptabant, conſultabant. Ar.M Ratiocinantur.*
Intra ſe. *Quid. Codd. Inter ſe. Syr. In animis ſuis. Ar.M. In ſe ipſis. Vat.Secum.Ian Inter ſeſe.*
Accepimus. *Pagn. Sumpſimus.*

Verſ. 8.

Sciens autem Ieſus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis?

Sciens a. I. *Syr.* addit. *Id. Arab. Et cognouit Ieſus. Vat. Quod vbi cognouit Ieſus. Fr. Luc. Id cùm noſcet.*
Intra vos. *Syr. Apud vos. Pagn.Intra vos ipſos. Ar. M.In vobis ipſis.*
Cogitatis. *Ar.M. Ratiocinamini.*
Panes n. h. *Syr. Panem non ſumpſiſtis. Arab Non eſt vobiſcum panis. Caiet.Panes non accepiſtis.*

Verſ. 9.

Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis?

Neque r. q. p. *Syr. Nec in memoriam reuocatis illos quinque panes. Fr. Luc. Neque meminiſtis quinque illos panes.*
Cophinos. *Arab. Caniſtros.*
Sumpſiſtis. *Pagn. Suſtuleritis. Fr.Luc. Acceperitis. Arab.Accepiſtis.*

Verſ. 10.

Neque ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis?

In quatuor m. h. *Arab.*omittit, *Hominum. Ar.M. Quatuor millium. Vat.Cùm hominum eſſent quatuor millia.Pagn.Cùm hominum eſſent quater mille.*
Sportas. *Arab. Corphinos.*
Sumpſiſtis. *Pagn. Acceperitis. Syr. Suſtuliſtis.Vat. Suſtuleritis.*

Verſ. 11.

Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum?

Quare n. int. *Vat.Quî fit, vt non intelligatis. Syr. Quomodo vos non intellexiſtis.*
Cauete. *Ar. M. Attendere. Syr. Sed vt caueretis. Pagn.Vt Attenderetis.Vat.Vt attenderetis.Caiet. Attendite.Orig.Obſeruate.*

Verſ. 12.

Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento panum, ſed à doctrinâ Phariſæorum & Sadducæorum.

Quia n. d. *Syr. Eum non dixiſſe. Pagn. Quod non dixiſſet.Vat.Quod non iuſſiſſet.*
Cauendum. *Ar.M. Attendere.Syr.Vt cauerent.*
Panum. *Syr. Panis.*

Verſ. 13.

Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos,

Venit. *Arab. Cùm veniſſet. Ar.M.Veniens.*
In partes. *Syr. In regione.*
Philippi. *Pagn. Qua cognominatur Philippi.*
Interrogabat. *S. Hil. Interrogat. Pagn. Interrogauit.*

dicens:

Vulgata Editio.

dicens: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?

Verſ. 14.

Ar illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis.

Verſ. 15.

Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis?

Verſ. 16.

Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui.

Verſ. 17.

Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt.

Verſ. 18.

Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

Verſ. 19.

Et tibi dabo claues Regni cælorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Verſ. 20.

Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

Verſ. 21.

Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus & ſcribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertiâ die reſurgere.

Verſ. 22.

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare

Lectionum Varietas.

Quem dicunt hom. *Syr. Quid dicunt de me homines. S.Greg. Thaum. Pagn. Quem me dicunt homines. Ferr. Quem me eſſe dicunt homines filium hominis. Arab. Quid dicunt homines.*

Eſſe F. h. *Pagn. Eſſe illum Filium hominis. Arab. De Filio hominis. Syr. Me eſſe Filium hominis.*

Alij Ioannem B. *Syr. Sunt, qui dicunt Ioannem Baptiſtam.*

Ex prophetis. *Vat. De numero Prophetarum. Ar. M. Vnum Prophetarum. Pagn. Vnum è prophetis. Fr. Luc. Illorum prophetarum.*

Dicit. *Syr. Dixit.*

Quem me eſſe d. *Arab. Quid dicitis, quis ego ſum.*

Reſpondens dixit. *Syr. Reſpondit, & ait.*

Chriſtus. *Fr. Luc. Ille Chriſtus. Syr. Meſſias.*

Filius D. v. *Vat. Ille Filius Dei viuentis. S.Greg. Nyſſ. Filius Dei viuentis.*

Beatus es. *Syr. Felix es.*

Bar Iona. *Arab. Fili Ione.*

Reuelauit. *S. Hier. Reuelauerunt. Arab. Reuelauit hoc.*

Et ego d. t. *Vat. Et ego viciſſim tibi dico. Mald. Sed & ego dico tibi.*

Tu es Petrus. *Arab. Tu es petra. Caiet. Tu es ſaxum.*

Inferi. *S.Cyp. Inferorum. Pagn. Inferni. Fr. Luc. Tartarorum.*

Non præual. *S.Cyp. Non vincent eam. S.Opt. Mil. Non vincent. Mald. Non ſuperabunt. S.Paci. Epiſ. Non conualeſcent. Pagn. Non valebunt.*

Aduerſus eam. *S.Cyr. Iero. Ei. Vat. Illi. S.Opt. Mil. Eas.*

Regni cæl. *Tert. Regni cæleſtis.*

Quodcunque. *S.Aug. Quæcunque. Syr. Quidquid.*

Ligaueris. *Vat. Alligaueris.*

Super terram. *S.Aug. In terrâ.*

Ligatum. *Pagn. Alligatum.*

Quodcunque. *S.Paci. Quæcunque.*

Præcepit. *Fr. Luc. Edixit.*

Nemini. *Arab. Ne quicquam. Vat. Ne cui.*

Quia i. e. I. C. *Vat. Ipſum eſſe Ieſum Chriſtum. Fr. Luc. Ille Chriſtus.*

Exinde. *Adam C. Ex eo tempore. Arab. Ex illâ die. Ar M Ex tunc.*

Oſtendere. *Vat. Indicare. Arab. Annunciare.*

Ire. *Pagn. Abire. Syr. Se profecturum.*

Pati. *Syr Paſſurum. Arab Et recipere paſſiones.*

A ſenioribus. *Fr. Luc. A presbyteris.*

Occidi. *Arab.* addit, *Ab eis.*

Tertiâ die. *Arab. Et poſt tres dies. Syr. Tertio die.*

Reſurgere. *Syr. Surrecturum. Vat. Reſuſcitari. Ar. M Excitari. Fr. Luc. Suſcitari.*

Et aſſumens. *Orig. Accepit. Fr. Luc. Apprehendens. Vat Cum aſſumpſiſſet. Al. Cum abduxiſſet.*

Increpare. *Ins. Euth. Reprehendere. Arab. Reſiſtere. Auct. Corripere. Syr. Obiurgare.*

Abſit à te. *Syr. Propitius tibi eſto S. Epiph. Propitius tibi ſit. Pagn. Propitius tibi ſis. Ar. M. Clemens tibi.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

pare illum dicens: Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc.

Non erit tibi hoc. *S. Aug. Ne fiat iſtud. Arab. Ve ſit tibi hoc. Syr. Quominus hoc tibi contingat. Pagn. Nequaquam erit tibi hoc. Vat. Nequaquam accidet tibi hoc. S. Epiph. Hoc tibi minimè continget. S Hil. Non erit iſtud.*

Verſ. 23.

Qui conuerſus, dixit Petro: Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum.

Qui conuerſus. *S. Hil. At ipſe conuerſus.*
Vade poſt me. *S. Hil. Retro poſt me. S. Aug. Redi retrò. Syr. Abi retrorſum à me. Caſar. Abi. Adam C. Abſcede poſt me. Vat. Recede à me.*
Scandalum e. *Pagn. Offendiculo mihi es. Vat. Obſtaculo es mihi. Arab. Iam enim factus es mihi ſcandalum.*
Non ſapis. *Arab. Non cogitas. Syr. Quippe qui non ſapias. Fr. Luc. Non capis.*
Hominum. *Syr. Hominis.*

Verſ. 24.

Tunc Ieſus dixit Diſcipulis ſuis. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Si quis. *Arab. Quicunque. Syr. Quiſquis.*
Venire p. m. *Vat. Me ſubſequi. Arab. Sequi me. S. Epiph. Venire ad me.*
Abneget ſemetipſum. *Syr. Abneget animam ſuam. Abneget ſemetipſum ſibi.*
Et tollat. *Syr. Baiulet. Arab. Portet. S. Epiph.* omittit.
Crucem ſuam. *S. Epiph.* omittit.
Sequatur me. *Auct. Imitetur me. Syr. Veniat poſt me. Paul. de Pal. Sectator meus ſit.*

Verſ. 25.

Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Qui. *Syr. Quiſquis. Fr. Luc. Quicunque.*
Animam ſ. *Caiet. Vitam ſuam.*
Saluam facere. *Fr. Luc. Seruare.*
Qui autem. *Vat. Rurſus qui. Syr. Quiſquis. Fr. Luc. Quicunque.*
Propter me. *S. Cyp. Pro nomine meo. Pagn. Meâ causâ.*

Verſ. 26.

Quid enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ?

Quid enim prodeſt homini. *S. Petr. Alex. Quid enim hominem iuuabit. S. Cyp. Quid proderit tibi. Vat. Quid enim profuerit. Int. Orig. Quid proficit homo. Orig. Quid vtilitatis habebit homo. Fr. Luc. Quid iuuatur homo. Auct. Quid emolumenti conſequitur homo.*
Si vniu. mundum. *S. Cyp. Si totum orbem. S. Aug. Si Totum mundum. S. Zeno. Mundum.*
Lucretur. *Syr. Poſſideat. S. Zeno. Lucrari. S. Hier. Lucrifecerit. S. Iuſt. M. Lucrifaciat. S. Petr. Alex. Lucratus fuerit.*
Animæ v. ſ. d. p. *S. Hier. Et Anima ſua damnum habuerit? Mald. Anima verò ſua multetur. Int. Euth. Anima verò ſuæ iacturam fecerit? S. Iuſt. Animum autem ſuum perdat.*
Aut q. d. h. c. p. a. ſ. *Vat. Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam ſuam. S. Iuſt. M. Qua re animam ſuam permutabit. Syr. Quam dabit homo permutationem animæ ſuæ. Mald. Compenſationem.*

Verſ. 27.

Filius enim hominis venturus eſt in gloriâ Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Venturus e. *Arab. Futurus eſt, vt veniat. Syr. Futurum eſt enim, vt veniat.*
Cum Angelis ſuis. *S. Chryſ. Cum ſanctis Angelis ſuis.*
Reddet. *Syr. Rependet. Auct. Perſoluet, Referet. Arab. Retribuet.*
Secundum o. e. *S. Hier. Opus ſuum. Pagn. Iuxta actionem ipſius. Int. Euth. Iuxta id, quod operatus eſt. Int. Theoph. Iuxta facta ipſius. Arab. Secundum operationem ſuam. Fr. Luc. Secundum actionem ipſius.*

Verſ. 28.

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Verſ. 28.

Amen dico vobis, ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in Regno ſuo.

Lectionum Varietas.

Amen. *S Hil. Amen, amen.*
Sunt q. *S. Hil. Quoniam ſunt aliqui.*
Hîc. *S Hil. Iſtis.*
Stantibus. *Int. S. Chryſ. Adſtantibus. Cæſar Stantium. Syr. Stantes.*
In Regno ſuo. *Syr. In regnum ſuum. Cæſar. In Gloriâ ſuâ.*

CAPVT XVI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Impij plerumque diſcordias ponunt, vt bellum Chriſto inferant. 855
Cæteris nequiores qui ſcientia tument. 855
Inuidiæ virus quid præſtet. 856
Inuidi exitium ſuum vel neſcientes poſtulant. 856
Rebus ſpiritualibus intentos temporalium inuadit obliuio. 857
Modicam carnis curam habet, qui Chriſto adhærere cupit. 857
Apoſtolorum liberalitas, & rerum terrenarum neglectus. 858
Terrenorum obliuiſcitur, qui Chriſtum cogitat. 858
Quàm noxia prauorum hominum colloquia. 859
Chriſti mititas in arguendo. Correctio opportunè fiat. 859
Superbia intumeſcit qui ſæculi ſcientia imbuitur, ſecus qui diuina. 860
Tunc mali maximè cauendi cum ſanctitatem ſimulant; & ad Chriſtum accedere ſe fingunt. 860
Iuſti aliorum vitam curioſè non explorant, ſed ſuas cogitant labeculas. 861

Acceſſerunt ad eum Phariſæi, & Sadducæi,

855. CONTRARIÆ maximè erant Phariſæorum, & Sadducæorum ſectæ, & immortales inter ſe inimicitias gerebant, ſed vnâ ſunt mente vt Chriſtum impugnent. Huc hominum impietas euadit, vt diſcordiam ponant, Chriſto bellum inferentes. Etiam Herodes, & Pilatus, cùm inimici eſſent, vt Chriſtum irriderent, amici facti ſunt.

Accedunt, vt Chriſtum tentent, legis fiduciâ inſolentes, dedignantes opera virtutum. Sic ferè fit, vt qui Diuinæ legis ſtudio non proficiunt, dum eius peritia inflantur, nequiores cæteris ſint, magiſque calumniæ dediti,

Et rogauerunt eum, vt ſignum de Cælo oſtenderet eis.

856. Signum de Cælo ſubdolè quærebant, vt ea miracula infirmarent, quæ in terris faciebat. Volebant Phariſæi, miracula è Cælo fieri, vt Deo tribuerentur, non Chriſto; ne ſcilicet tantam auctoritatem apud plebem indipiſceretur. Ab inuidiæ, liuoriſque ſinu hæc poſtulatio fluxit; vt non mirum, ſi tàm ſeuerè eos Chriſtus arguat.

Vidè, quàm noxia ſibi inuidia, & præſumptio ſit, ſignum de Cælo quærunt inuidi Phariſæi, nempe iudicij, ſupplicijque tempus aduenire poſtulant; nam iudicij magni tempore ſigna in Cælo fient, quum ſcilicet *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum, & ſtellæ de Cælo cadent.* Matth. 24. verſ. 29. ſigna tunc in Cælo erunt, vt ait Sanctus Lucas cap. 21. verſ. 25. *Erunt ſigna in ſole & lunâ, & ſtellis.* Ergo quum inuidiâ tacti ſignum de Cælo quærunt, Dei iudicium ſuper ſe venire clamant? tunc quippè erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis. Huc liuor, & inuidia homines adigit, vt exitium ſuum, vel neſcientes, poſtulent. Matt. 24. 29. Luc. 21. 25.

Cùm veniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt, panes accipere.

AD diſcipulorum laudem hæc obliuio eſt: tantum à deliciarum amore aberant, vt vel neceſſariorum obliuiſcerentur: nulla illis de ferculis cura, nulla de corporis illecebris: rebus nempè ſpiritualibus intentos temporalium rerum inuadit obliuio. Quod illos arguit, qui, cum Chriſtum ſequi ſe credant, deliciis, & ſaginando corpori plùs æquo ſtudent. 857.

Sed pende, quòd tunc maximè diſcipuli panes accipere obliuiſcuntur, cùm ad Chriſtum pergunt; nam ardens deſiderium Chriſtum videndi, eiuſque præſentia fruendi, omnem terreni cibi memoriam aboleuit. Sic ferè accidit, vt modicam carnis curam habeat, qui cum Chriſto eſſe, & Chriſto adhærere vehementer deſiderat.

Sed quì obliuiſci potuerunt, quum paulo ante 858.
cap. 15. verſ. 37. ſeptem ſportas plenas, facto miraculo, collegerint? Sed has ſeptem ſportas fòrs in pauperes diſtribuerunt, vt hinc diſcipulorum liberalitas appareat. Vel, licèt panes habuerint, obliti tamen ſunt panes accipere, quia rebus aliis intenti erant.

Obliti ſunt panes accipere; ſuauis domini ſui conſuetudo omnem ab eis carnis curam abiecerat; panes tollere obliuiſcuntur; *quod indicium eſt*; inquit Sanctus Anſelmus, *quòd modicam carnis curam haberent in reliquis, quibus ipſa reficiendi corporis neceſſitas, quæ naturaliter cunctis ineſt, intentione dominici comitatus, & dulcedine veri panis qui cum eis erat mente exciderat*; quàm pleniùs id efficere Euchariſticus panis deberet, quem nobis Dei amor parauit? Hîc quippè non ſolùm nobiſcum eſt, ſed in nobis.

Cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.

CVr non ſimpliciùs dixit: *Cauete à doctrinâ Phariſæorum & Sadducæorum?* Magnam vim habet hæc loquutio: vt oſtenderet, quam noxia prauorum hominum verba ſint, quantaque mala inuehat malorum doctrina; *fermenti*, vtitur metaphorâ: nam, ſicut modicum fermentum totam maſſam corrumpit; ſic & hæreticorum verba, &, vniuersè impiorum hominum error, licèt modi- 859.
1. Cor. 5.

cus, ac leuis videatur, indigentia affert damna, & multos, graueſque parturit errores.

Præterea, fermenti nomine hîc vtitur, vt eſſet diſcipulis dubitandi occaſio, & non intelligendi, & ſic errarent circa panes, & daretur Chriſto locus eos arguendi, nolebat enim eos ſinè cauſâ reprehendere. Quo facto & Chriſti pietas, ac mititas elucet, & ſimul oſtenditur; quàm ab temerariâ increpatione abeſſe debeant, qui alios regunt, præſertim quum ſubditi, ob imperſectionem, ferre graues redargutiones ſinè causâ nequeant.

860. *Fermentum*, prauorum doctrinam vocat, quæ hominem inficit, non emendat, inflatque mentem, à qua recipitur, non ſecus ac fermentum totam maſſam. Tumeſcit, qui ſæculi ſcientiâ imbuitur, alioſque ſuperbus contemnit, omnia inflatus deſpicit. Chriſtus è contrà doctrina pani azymo comparatur: *azimis*, inquit, *ſinceritatis,*
1.Cor.5.v.8. *& veritatis*, 1.Cor.5.8. Quia ſcilicet ab omni tumore, atque ſuperbiâ aliena eſt.

Sed, cur nunc præcipuè monet Apoſtolos, vt ſibi à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum caueant? etenim alio tempore, & occaſione dicere id poterat. Poterat; ſed opportuniùs hîc factum; quà, vt daretur increpandi diſcipulos occaſio, quam quærebat Chriſtus, quod & factum, quà, quia tunc erat illi cum Phariſæis, & Sadducæis conuerſatio aliquatnam vtrique ad Chriſtum acceſſerunt tentantes eum. Nempè, tunc mali maximè cauendi, cùm Chriſto fictè, ac ſubdolè appropinquant, & fingunt, ſe Chriſtianos eſſe: quod noſtri temporis hæretici, malique homines faciunt.

861. Pende diſcipulorum humilitatem, ait illis Chriſtus: *Cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum.* Sed quid hîc ipſi? Rem prodit Euangeliſta: *At illi cogitabant intra ſe dicentes: quia panes non accepimus.* Alius exquiſiuiſſet Phariſæorum, & Sadducæorum nequitiam, & errores, vt cauſam ſciret, cur caueri deberent: Apoſtoli aliorum ſcelera minimè quærunt, ſed labeculas ſuas ſtatim explorant, ſi quas habent; ideò ſtatim recordantur, quia panes accipere obliti ſint, quod negligentiam quandam ſapit. Hæc iuſtorum virorum nota, vt aliena vitia ſcire non curent, nec curioſè inueſtigent; ſuas labeculas, dum alios argui audiunt, diligenter conſiderent, & ſe in ſe recipiant. Digna res, quæ in exemplum eat, & illorum mentibus inſideat, qui diligenter aliorum errata non ſolùm intelligere, verum etiam vertere, vt ita dicam, ſtudent.

SECTIO II.

Cautè correctio fieri debet, ne aliena fama lædatur. 862
Magis arguendus qui pluribus exemplis auocari à lapſu poteſt. 862
Quò quis ſanctior eò minus diuina beneficia obliuioni tradere debet. 863
Eorum quæ deliciarum quandam ſpeciem habent obliuiſci poſſumus. 863
Præſules maximè malè de ſe opinandi occaſiones ne dent, & an dederint exquirant. 864
Qui Deum blaſphemat, & maledicta euomit in innocentes, hominis nomen mereri non videtur. 864
Inuidorum cenſio, & opinio nihili facienda. 865
Chriſti humilitas. Quò quis magis laudatur ab aliis magis ſe deprimat. 866
Diſcipulorum Chriſti eſt ſupra plebem ſapere, ſapere ſuprà hominum vulgus. 866
Diuinæ laudi ſemper aliquid adiiciendum. 867
Quò quis Chriſto dignitate ac gradu proximior, eò maiorem illi laudem debet exhibere. 867
Princeps, adulatorum rationem minimè habeat. 868

Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei?

Dignum hîc eſt, quod quæratur, cur Chriſtus 862.
ſuos diſcipulos arguat, imo & arguendi occaſionem quæſierit; quod ſuperiùs non fecit ſuperiori capite, cùm modicam fidem oſtenderint dicentes: *Non habemus hîc niſi quinque panes, & duos piſces.* Modica vtrobique fides: hîc tamen arguuntur, non illic. Non caſu id factum; nam Chriſtus id fecit. Non redarguit ibi, quia Chriſtus coram turbis erat; hîc aberat à turbis: ne igitur diſcipuli malè apud turbas audirent, & minùs à turbis fierent, abſtinuit ab eorum redargutione Chriſtus, vt oſtenderet: quàm cautè correctio fieri debeat, ne aliena fama lædatur.

Alia huius rei ſuppetit cauſa. Hîc eos arguit, quia magis reprehenſibiles; nunc iam inſpexerant bis ſaturaſſe turbas Chriſtus: tunc verò vnicam ſaturationem viderant tantùm. Ex quo colligis, quòd eò quis grauiùs peccat, & arguendus pluˈs eſt, quò plura exempla habet, quibus auocari à lapſu poteſt.

Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum.

Diſplicet Chriſto ſua beneficia obliuioni tradi; 863.
ideo tàm acriter diſcipulos reprehendit. Diſce: quò quis ſanctior, & Chriſto proximior, eò magìs reprehendendus eſt, ſi Diuinorum beneficiorum obliuiſcatur, Non tàm ſeuerè vnum de turbis arguiſſet.

De panibus hîc mentio fit, & de virorum numero, ac fragmentorum copiâ: cur non & de piſcibus? An non erat neceſſe ſingula iis narrari, qui miraculo interfuerant, vt miraculi memoriam refricaret? Satis erat, ſi de panibus loqueretur. An piſces prætererit, vt innueret, neceſſariorum cura tangi debere; eorum, quæ deliciarum quandam ſpeciem habent, poſſe nos obliuiſci?

Quem dicunt homines eſſe filium hominis?

Non eſt ab re, quòd Chriſtus diſcipulos ſuos 864.
interrogat, quid de eo turbæ ſentirent: docere quippè nos voluit, vt nos quoque quid de nobis homines ſentiant, quæreremus, licet aliorum dicta ſequi non debeamus; ſi quid tamen mali de nobis opinantur, huius opinionis occaſiones præcidendæ ſunt: quod Præſules maximè præſtare tenentur, quorum vita aliorum exemplar eſſe debet. Hi igitur malè de ſe opinandi occaſionem minimè dent, aut, an dederint, exquirant aliquando.

Hominum teſtimonium quærit Chriſtus: *Quem dicunt*, inquit, *homines eſſe filium hominis?* Per homines turbas intelligit, vt Phariſæos, Sadducæos, & ſcribas excluderet: hi hominis nomen non merebantur, cum Chriſtum in Principe dæmoniorum dæmonia eiicere, & ſimiles blaſphemias effutirent. Qui Deum blaſphemat, qui maledicta euomit in innocentes, hominis nomen mereri non videtur,

Hos

865. Hos præterit, & horum teſtimonium non requirit; quia Chriſti famam obſcurare ſtudebant; & pleni dolo, ac iniquitate ſincerè iudicium ferre non poterant: turbæ, vileſque homines ſincerius opinionem ſuam produnt. Teſtes Phariſæi eſſe non poterant, quia inuidi ac maligni.

Vel per *homines*, omnes homines intellexit. Proferuntur autem opiniones, quæ Chriſti laudem continebant; nam, quid ſentirent iniqui Phariſæi, probè ille nouerat; & ideo prætermittunt diſcipuli narrare. Nimirum cenſionis inuidorum nulla habenda ratio: contemnendum prorſus eſt, quod inuidi ſentiunt, ac maligni.

866. Sed cur Chriſtus de ſe, tanquam de alio, loquitur dicens: *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* Poterat apertiùs dicere: *Quem dicunt homines me eſſe?* An ita loquitur, ne de ſe iactanter loqui videretur? ſciebat quippè eorum ſententias proferendas, quæ eius laudem continebant: ne ergo videretur, laudem quærere, de ſe, tanquam de alio, loquutus eſt; & vocans ſe filium hominis tantâ humilitate oblatæ laudi occurrit. Scilicet quò quis magis laudatur, & extollitur ab aliis, eò ſe deprimere debet magis. Aliqui codices Græci interſerunt, τό, *me*; ſic; *Quem me dicunt homines eſſe filium hominis?* Syrus, *quid dicunt ſuper me homines me eſſe filium hominis?* Sed filij hominis titulus ob Chriſti humilitatem non omittitur.

Populi de Chriſto iudicium quæritur, & exhibetur: non ſine causâ id factum. Hæc inter præcipuas; vt videatur diſcipulorum confeſſio à plebis mente diſiuncta: nam, ſi solùm diſcipulorum poneretur cenſio, exiſtimari poterat, quòd illam ex plebis ſenſu hauſerant, & ex his, quæ vulgo audierunt: quo fieret, vt eorum confeſſio minimè ſolida eſſet. Indicare voluit Chriſtus; diſcipulorum eius eſſe, ſupra plebem ſapere, & doctrinam ex Cælo excipere, non ex plebis cætu premere.

867. Priùs turbarum ſententia ponitur, deinde diſcipulorum, vt quaſi gradatim ad maiorem Chriſti laudem veniretur: vt diſceremus, ſemper Diuinæ laudi adiiciendum aliquid, & maiora ſemper præſtanda, vt Deus magis à nobis laudetur.

Turbarum laus ponitur, & diſcipulorum, vt quid inter vtroſque diſcriminis ſit apertè videatur, & colligeremus, quàm deceret à diſcipulis meliùs pleniúſque Chriſtum laudari, quàm à turbis. Scilicet, quò quis Chriſto dignitate, & culmine proximior, eò maiorem ei laudem exhibere deberet; quod hìc, vt vides, à diſcipulis factum; & tamen ſæpè contra accidit; quum pauperes, ignobiles, ac idiotæ homines plerúmque meliùs Chriſtum vitâ, & verbis laudent, quàm Præſules, quàm Doctores, & eruditi.

Vos autem quem me eſſe dicitis?

868. PRima Principis ſollicitudo ſit quærere, quid externi de ipſo ſentiant, deinde quid proximi, ac coniuncti; hoc cordi Præſuli ſit, ſcire qualis apud abſentes habeatur; nam præſentes facilè Principibus adulantur, vt non ſit magnum, eos apud ſuos audire benè; magnum eſt audire apud omnes; quod Chriſtus docuit, cùm & quid de ipſo ſentirent homines, & quid ſentirent diſcipuli à diſcipulis quæſiuit; ſcitè Sanctus Petrus Damianus. *Scilicet vt Rex Angelorum formam daret rectoribus hominum, quatenus non, quid in ore eorum aſſentatoriè dicatur, attendant; ſed, quòd eorum teſtimonium apud abſentes habeatur, inquirant.* Quod monitum ebibant vniuerſi Præſules, principéſque viri.

SECTIO III.

In rebus fidei vnitas, & conſenſus probatur. 869
Eò amplius à nobis Chriſtus laudandus, quò magis ſe pro nobis demiſit. 870
Honoratur qui ſe demittit. 870
Dum extollimur vilitatis noſtræ memores eſſe debemus. 871
Dei amore omnia fieri debent, quæ à nobis fiunt. 871
Cæli claues in cælum quiſque ferat. 872
Honoris titulus poſt labores, non antè admittatur. 873
Præſules, ac Principes ſuorum potiùs ſaluti conſulant, quàm ſuæ gloriæ. 873
Puſillorum ſcandalum vitetur. 874
A proba vita labi, & iterum ad eam redire difficile. 874
Iuſtus etiam inter conuitia, & flagella pacem reperit. 875
Grauius peccant qui aliis præſunt, & exemplo aliis præire in bono debent. 876
Peccandi occaſionem aliis præbere quàm Chriſto diſpliceat. 876

Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui.

869. OMnes diſcipulos Chriſtus interrogauerat, quid de ſe ſentirent: *Vos autem*, inquit, *quem me eſſe dicitis?* Cur ergo vnus Petrus reſpondet? An, quia eadem erat & aliorum mens; vnde etiam pro aliis reſponſum dedit? Vnus pro multis loquitur; vt in rebus fidei vnitas & conſenſio probaretur. In hoc Catholica fides ab hæreſi differt: quòd hanc multi in multas diſcerpunt partes, in plures diffindunt errores. Catholica, Romanaque fides ita vna eſt, vt licèt omni æuo multi eam prædicauerint, vnus tamen loquutus videatur, quum, in hominum varietate, cenſionum varietas non ſit, nec diſpares ſententiæ.

870. Chriſtus ſe filium hominis dicit: Petrus vocat eum filium Dei viui. Verbum Dei commendat humilitatem ſuam: homo, Domini ſui claritatem cognoſcit. Quò magis humiliauit ſe Chriſtus propter nos, eò magis nos eum glorificare debemus.

Se filium hominis vocat Chriſtus, & ſtatim Dei Patris inſpiratione eum Dei filium Petrus appellat; vt hinc colligeremus, maiorem gloriam, honoremque ei exhiberi, qui demiſſiùs de ſe humiliúſque ſentit.

Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & ſanguis, non reuelauit tibi.

871. B*Eatus es Simon Bar-Iona. Bar* Syris filius dicitur, *Iona* columba: proprium eſt nomen patris Petri, quod quidam putant ex Iohannâ contractum, aut deprauatum; & ſæpè Simon Ioannis appellatur Petrus. Porro opponit Chriſtus Simon *Bar-Iona* voci, *Beatus*, vt memor humilis conditionis, ignobiliſque originis ſuæ, felicitatis ſuæ magnitudinem meliùs cognoſceret, & vilitatis ſuæ cogitatione in tantâ laude non intumeſceret.

Beatus es Simon; Beatus Petrus dicitur, quod Chriſtum Dei viui filium confeſſus eſt; ſed nunquid non hoc etiam Dæmon præſtitit ſed timore compulſus, non amore; *Domine hoc tibi dixerunt & dæmones*, inquit Sanctus Auguſtinus, *quare illi non ſunt beati? quia dæmones hoc dixerunt timore, Petrus amore.* Tanti eſt à Dei amore opus proficiſci.

Et Tibi dabo claues regni Cælorum.

872. IN terris claues cæli Deus reliquit, vt ſcilicet diſceremus; quòd niſi ex hac vitâ nobiſcum claues feramus, minimè in regnum cælorum intrare poterimus: Pulchrè Tertullianus. *Etſi adhuc clauſum putas cælum, memento claues eius hîc Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe, quas hic vnuſquiſque interrogatus, atque confeſſus feret ſecum.* Curet igitur quiſque dum hic degit, cæleſtia ſibi aperiri; nullus poſt hanc vitam inueniet, quo cælum aperiat, niſi è terris claues ſecum deferat.

Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

873. NVnquam Chriſtus ante paſſionem ſuam Apoſtolis præcepit, vt ſe filium Dei eſſe prædicarent, inhibuit potius, vt hîc videre eſt. Nempè honoris titulum non vult, niſi poſt labores, ac paſſiones; contra ac hominibus in more ſit, qui ſpecioſos titulos amant, labores fugiunt, qui comitantur honores.

Non vult tanquam Meſſias prædicari, ne eius paſſio impediretur; nam, ſi cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, ſicque redempti minimè fuiſſemus. Qua re docentur Præſules, Principeſque, vt ſuorum potiùs ſaluti conſulant, quàm gloriæ ſuæ & honori.

874. Præterea, id fecit ob puſillorum ſcandalum; ſi enim Ieſus prædicaretur Meſſias, & talis creditus eſſet, ac poſtea occideretur, infirmi ſcandalizarentur, qui putabant Meſſiam non moriturum: magis curæ Chriſto fuit puſillorum ſalus, quàm ſui nominis gloria.

Alia huius rei cauſa reddi poteſt: nempè, ne, ſi prædicaretur, tanquam Meſſias, in eum credentes quum poſtea viderent, eum flagellari, ac demum crucifigi, fidem amitterent, eſſetque nimis difficile, eos ad ſanam fidem iterum reuocare. Ex quo colligis; quàm ardua res ſit poſt probæ vitæ profectum labi, & ad bonam frugem iterum redire.

Quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus Sacerdotum.

875. NOmen vrbis, in qua multa paſſurus erat Chriſtus obſerua. *Ieruſalem, viſio pacis*, interpretatur: iuſtus etiam ibi pacem videt, & magnâ pace fruitur, vbi graue illi à malis bellum indicitur: Nihil eſt, quod turbare eius mentem poſſit; nihil, quod eius pacem auferre. Vbique pacem reperire poſſumus, licèt flagella præparentur, calumniæ nobis obiiciantur; quia hæc ipſa quietis, & pacis materia eſſe queunt, dummodo pacem prius nobiſcum habeamus.

876. Recenſet hîc Chriſtus eos, à quibus paſſurus eſt: ſeniorum, Scribarum, & Principum Sacerdotum meminit: ſed, cur non & plebis? quæ clamabat: *Crucifige, Crucifige eum.* Cur non militum, qui coronam ſpineam capiti eius impoſuerunt, ac demum affixerunt Cruci? An innuere voluit, hos ſilentio ſupprimens, eos grauiùs in Chriſtum peccare, qui aliis exemplo eſſe debent, quorum munus eſt, cæteros in Dei lege erudire?

Peccauit populus, peccauerunt ſcribæ, ſeniores, & Principes Sacerdotum; ſed horum meminit Chriſtus, non illius, ac ſi à ſenioribus, & ſcribis tantùm paſſus eſſet; hi enim ſuo exemplo, ſuiſque verbis plebem ad tantum ſcelus committendum prouocauerunt. Adeò illorum peccatum, qui aliis peccandi occaſionem dant, Chriſto diſplicet, vt ab illis tantùm ſe paſſurum eſſe denuntiet.

SECTIO IV.

Poſt reuelationes nemo facile, ac liberè ea effundat, quæ humana dictat ratio. 877
Ἐπιτιμᾶν *quid. Quanto impetu Chriſtus ad paſſionem, crucemque ferretur.* 878
In tribulationibus fructum cogitet, qui animo cadere non vult. 879
Vnius admonitio reliquorum etiam ſit. 880
Satanæ officium exercet, qui à duris, aſperiſque alios auocat. 880
Audiendi minimè ſunt, qui vt nobis parcamus, ſuadent. 881
Extollenda quæ laude digna, vt reprehenſione digna ſine reprehenſione non abeant. 882
Magni amoris ſignum, quum grauiter errantes, ſeuerè Deus corripit. 883
Qui ſibi parcere crucis, & mortificationis fuga ſtudent, minus parcunt, magis patiuntur. 884
Sui abnegatio, & mortificatio ob Dei gloriam. 885
Abſtinentia, ac mortificationis operibus vitam contrahi falsò homines putant. 885
Εὑρίσκειν *de quibus dicatur. Laboris ratio in vita æterna habetur.* 886
Anima theſaurus omnibus nobilior theſauris. 886
Arrogantia Chriſti exemplo vitanda. 887
Ἀποδίδωμι *quid. Præmium exſpectet, qui Dei legem ſeruat.* 887
Mors Chriſtum viſuris ſuauis putanda. 888

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.

PEtrus reliquis ardentior, & Domini ſui amantior, libertate etiam ſumptâ ex reuelatione ſibi factâ, & ex laudibus, quibus eum Chriſtus extulerat, in mediū proſilit, & cæteris perturbatis, & hæſitantibus non obiurgantis auctoritate, ſed amantis, & miſerantis affectu, Chriſtum increpat, eumque à paſſione, tanquam Dei filio indignâ, ſtudet auocare. Ignorabat quippè aduentus Chriſti rationem, Cæleſtis Patris voluntatem, crucis, neceſſitatem, redemptionis myſterium? idcirco incautus, quem Dei viui Filium didicerat, à morte dehortatur. Cautio hîc nobis datur, ne poſt reuelationes, poſt reſerata nobis Diuinitùs arcana, liberiùs ea, quæ nobis humana ratio dictat, effundamus, neue ſenſui noſtro nimiùm credamus; ſic enim obuium erit cum Petro aberrare. 877.

Cœpit increpare illum: Græcè, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, *cœpit illum reprehendere, ſeu, à ſententiâ ſuâ dimouere*, eam explodens, ac reiiciens. Ἐπιτιμᾶν ſignificat etiam *coercere*, ac *refrænare*; quo ſenſu 878.

Matth.8.26. ſenſu ſupra cap. 8. verſ.26. ſumptum eſt, quum de Chriſto dicitur: *ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις ϗ τῇ θαλάσσῃ ſurgens increpauit*, ſeu, *coercuit, ac refrænauit ventos, ac mare.* Hîc vbi Petrus à paſſione, ac morte Chriſtum auocat, hoc idem verbum adhibetur, ac ſi eodem impetu Chriſtus ad tormenta, ad crucem iret, quo venti feruntur, mariſque vndæ, vt præ patiendi deſiderio quieſcere non poſſet.

879. *Abſit à te Domine: non erit tibi*; Quid hoc? duo dixerat Dominus: ſe occiſum iri, & tertiâ die reſurrecturum; quid horum Petrum perculit? totus hæſit in mortis infirmitate, oblitus reſurrectionis; quod indecorum erat mortis reſpexit, non quod virtutis, & gloriæ in reſurrectione; qui humanæ mentis error eſt, aciem in dura, & amara figere, non in laboris mercedem, gloriamque *humano timore perterritus*, inquit ſanctus Hieronymus, *Paſſionem Domini formidabat; & quomodo audiens multa eum pati, & occidi, timebat; ſic audiens, & tertiâ die reſurget gaudere debueras, & triſtitiam paſſionis reſurrectionis gloriâ mitigare*; ſic à Domino Sathanas non fuiſſet dictus, nec reus erroris humani teneretur, qui magis difficultate tenebatur, quàm vrgeretur præmio, patientiæque mercede; ſic ferè fit, vt paſſionis, & tribulationis recordemur, obliti fructus, quem fortis animus patientiâ parit.

Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.

880. QVi conuerſus: Sanctus Marcus cap.8.v.33.addit: *& videns diſcipulos ſuos*: In omnes diſcipulos coniecit Chriſtus oculos, vt ipſi quoque Petri redargutionem audirent, & in Petro omnes arguerentur; quum omnes idem, quod Petrus, paterentur, licèt non tanto ardore corriperentur, vt in reprehenſionis verba exilirent, vt fecit Petrus. Vult igitur vnius admonitionem omnium eſſe.

Petrum paſſionem, mortemque inhibentem retundit: conſilium eius reiicit, & faceſſere è ſuo conſpectu, ſi hæc ſuadeat, iubet. *Vade*, inquit, *poſt me Satana.* Aduerſarium vocat eum, qui ſe conabatur amicum oſtendere. Satanæ, & aduerſarij nomen merentur, qui à duris, aſperiſque nos auocant, & ea conſulunt, ad quæ caro ipſa inclinat.

881. *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi*: Græcè, *σκάνδαλόν μου εἶ, ſcandalum meum es*: ideſt offenſionis, ac ruinæ cauſa mihi es, dum à paſſione ac cruce, quantum in te eſt, me conaris auertere, ac à Patris mei obedientiâ reuocare. Quod ſi Chriſtus, in quo lapſus periculum nullum erat, blandientem Petrum tam acriter retudit; quid nos agere oportet, quum amicos audimus, qui vt nobis, carnique parcamus, conſulunt; qui ad delicias, ac voluptates nos aduocant, à carnis macerationibus, aſperâque crucis, ac mortificationis viâ nos auocant? Reiiciendi Chriſti exemplo ſunt, & omnis amicitia damnanda eſt, quæ nos ab obedientiâ Diuinæ voluntatis auertere ſtudet.

882. *Vade poſt me Satana*: Quem Chriſtus paulò ante *beatum* dixerat, (*beatus es*, inquiens, *Simon Bar-Iona*:) nunc tàm ſeuerè, quia malè conſuluerat, increpat. Cum rectè loquutus eſt, ſummis extulit laudibus: cum malè, tàm acriter eum arguit Chriſtus: docens, ita in hominibus extollenda, quæ laude digna, vt ſinè reprehenſione non abeant, quæ damnanda: quod aulici, & adulatores præſtare neſciunt, dum omnia probant etiam quæ improbanda.

Amoris magni magnum ſignum eſt, cùm erran- 883.
tes grauiter Deus corripit & ſeuerè peccantes redarguit; hinc eſt, quòd Chriſtus acriter Petrum increpet, & ſatanam vocet; quod non fecit in Iudam, licèt huius diſcriminis hæc quoque ratio ſit, quòd Petri vulnus ſanabile erat, Iudæ verò ferè inſanabile; quod expendebat Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus ad illud: *Vade poſt me ſatana; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt*, ait quippè: *Quæ hæc eſt aſperitas verborum Domine? quæ hæc formidanda in Petrum increpatio? modò audiuit: Beatus es Simon Bariona, & nunc ſatanam vocas Apoſtolum? modò dicebas: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & nunc ſcandalum, diabolique appellas inſtrumentum? Et ſi Iudas venditionem moliatur eadem facit, te contra cum Iudæis compoſitione tranſigit, non tamen increpatur. Vidiſti, ô Domine, cum militibus, & armis, & fuſtibus inuadentem, nec dixiſti; vade poſt me ſatana, non verbis inuexiſti, non re territaſti; quin potius ad cœpta hortatus es: amice ad quid veniſti? opus proſequere, tam audax facinus ne differ, venditionem effectu firma. Et contra Iudam talis, & Petrus amoris præmium fert contumeliam? feritur, qui parcit, & ex ignoratione offendens verbis vapulat? ne, inquit, perhumanus Saluator: vbi enim vlcus eſt immedicabile, ibi pharmacum inutile; vbi autem curationis ſpes, ſectionem induco curationi. Cùm agnoſco diſcipulum, cito, contumeliam dicam, inſtruo: cùm alieni ſunt mores ægritudo eſt inſanabilis.*

Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet.

QVi voluerit animam ſuam ſaluam facere: Græ- 884.
cè, *σῶσαι Saluare, ſeruare*: ſcilicet in hoc mundo: ſeipſum ſeruare iuxta Chriſti mentem quærit, qui crucem ſibi à Deo impoſitam abiicit, ſibique parcit & indulget: blanda, & ſuauia eligit, dura, aſperaque fugit. Sed pende, quòd non ait: *Qui animam ſuam ſaluam faciet.* Crucis fuga, voluptatum delectus, vt verborum antitheſis, ſic requirere videbatur; nam in ſecundâ ſententiæ parte, quæ primæ reſpondet, ait: *Qui autem perdiderit animam ſuam.* Non caret hic loquendi modus ſuâ vtilitate, Innuitur, opinor, Crucem fugere, à duris, aſperiſque ſe eximere, voluntatis, ac voti rem potius eſſe, quàm euentus; affectus non effectus: adeò vt plerique ſe à Cruce, ac mortificationis amaritudine ſubripere ſtudeant, & quærant, pauci poſſint; quin, quò magis ſibi parcere, Crucis, & aſperitatum fugâ, volunt, minùs parcant, grauiori premuntur Cruce, duriora ſuſtinent, amariora deglutiunt. Rectè igitur dictum: *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere*: quum hoc voti, ac deſiderij ſit, non rei; & velle Crucem fugere, velle delicijs frui, in multis reperiatur, reipsâ illam fugere & iſtis frui, in paucis. Nimirum, magis Cruce premitur, qui Crucem excutit, & abhorret, quàm, qui occurrit Cruci, Cruci adhæret.

Qui perdiderit animam ſuam propter me: Non 885.
ſatis eſt perdere, ſui abnegatione, & Crucis amplexu; niſi id propter Chriſtum fiat, in Chriſti obſequium,

obſequium, in Chriſti confeſſionem, ac gloriam.

Qui perdiderit. Animam perdere, eſt vitam in Dei obſequium impendere: non eſt propriè perdere, ſed hominum opinione: ſic ferè vſu venit, vt, vbi quempiam carnis macerationi, & abſtinentiæ, ac mortificationis operibus addictum homines viderint, ſtatim eum ſanitatem, & vitam amiſſurum dicant; &, cùm imitari eum deberent dehortantur.

886. *Inueniet eam.* Græcè, *εὑρήσει αὐτήν.* Verbum, *εὑρίσκειν*, de illis dicitur, quæ labore comparantur: vt ſciamus, in æternâ vitâ laboris etiam noſtri pretium, & recompenſationem eſſe.

Innemet eam. Dixiſſet: *Qui animam ſuam ob Chriſti confeſſionem effuderit, diuitem theſaurum inueniet.* Nulla hîc theſauri mentio. Nulla? Imo maximi: animæ ſcilicet, quæ diuitiis omnibus theſauris præponderat.

Filius hominis venturus eſt in gloriâ Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

887. *Filius hominis venturus eſt:* Vtitur tertiâ perſonâ de ſe loquens ad euitandam arrogantiæ opinionem ; ; vtque ſuo nos exemplo doceret, ne nos & noſtra ſuperbè iactaremus.

Tunc reddet vnicuique: Græcè, *τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ*, *Tunc rependet*, ſeu, *perſoluet vnicuique.* Verbum. *ἀποδίδωμι*, *præmij vice rependere*, ſignificat; ſed aliquando ad eum porrigitur, qui exhibitam legem obſeruat. Hinc illud Plat. de leg. *ὦ κάλλιστα ἀποδιδόντι τὰ περὶ ταῦτα νόμιμα, qui ſe optimè gerit in his legibus obſeruandis.* Si ad Diuinam legem rem transferamus, vtraque notio optimè inter ſe cohæret; nam illi præmium Chriſtus perſoluet, qui ſuam obſeruauerit legem; alioquin pœnam expectet, eamque perennaturam.

Secundùm opera eius, Græcè, *κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ*, *Iuxta actionem ipſius*, vt vertit Pagninus: vel, *iuxta opus ſuum*: vt legit Sanctus Hieronymus. Indicat hæc varietas, bonorum eſſe ita bona opera continuare, vt vnum tantùm opus efficere ipsâ continuatione videantur: malorum eſſe, peccata peccatis nectere, vt vnum opus ſolummodo præſtare cenſeantur. 888.

Præterea, iuſti ita multis operibus incumbunt, quæ in Dei obſequium exhibent, ac ſi vni tantùm operam darent: tàm ſedulò, & accuratè id efficiunt. Idem agunt & mali in malo.

Amen dico vobis ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

Non guſtabunt mortem; donec videant filium hominis venientem in regno ſuo; inſipida, & amara mors ſit, & à guſtu omnes deterreat; Chriſti viſu, eiuſque gloriæ meditatione incipit dulceſcere; rectè igitur dictum eſt, *non guſtabunt mortem donec videant filium hominis*: quia, qui eum in gloria vident, & cogitant in morte quoque ipſâ, ſuauitatem ſentiunt, eámque tanquam ſuauiſſimam deguſtant.

Vulgata Edirio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum.

Et. *Fr. Luc. Autem.*
Aſſumpſit. *Goth. Aſſumit. Orig. Aſſumens ſecum. S. Proc. Aſſumptus.*
Petrum e. I. e. I. *S. Proc. Petro, & Iacobo, & Ioanne.*
Ducit. *Pagn. Adducit. Vat. Subducit. Dionyſ. Alex. Aſcendit in montem. S. Proc. Aſcendit Dominus in montem. Adam C. Surſum duxit.*
Seorſum. *Syr. Solos. Ar. M. Priuatè.*

Verſ. 2.

Et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius, ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.

Tranſ. eſt. *S. Hil. Transfiguratus eſt Ieſus. Syr. & S. Hier. Transformatus eſt. Arab. Oſtendit gloriam ſuam.*
Ante eos. *Pagn. Coram illis Fr. Luc. In conſpectu eorum. Arab. Coram eis. Orig. Ibi coram ipſis.*
Reſplenduit. *S. Aug. Splenduit. Fauſt. Presb. Refulſit.*
Facies eius. *S. Aug. Vultus eius.*
Alba ſicut nix. *Syr. Candida, vt lux. Arab. Alba ſicut lux. S. Amb. Refulxerunt, ſicut nix. Pagn. Candida, ſicut lumen. S. Hil. Sicut nix. Orig. Sicut lumen.*

Verſ. 3.

Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

Apparuerunt i. *Orig. Apparuerunt. Pagn. Viſi ſunt. S. Proc. & Vat. Conſpecti ſunt illis. Arab. Apparuerunt ei.*
Elias. *Orig. Elias in gloria.*
Loquentes. *Pagn. Colloquentes. Syr. Quum loquerentur cum eo.*

Verſ. 4.

Reſpondens autem Petrus, dixit, ad Ieſum: Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi

Bonum eſt. *Adam C. Decorum, pulchrum eſt. Fr. Luc. Iucundum.*

vis,

Vulgata Editio.

vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

Verſ. 5.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.

Verſ. 6.

Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

Verſ. 7.

Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

Verſ. 8.

Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.

Verſ. 9.

Et, deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

Verſ. 10.

Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo ſcribæ dicunt quod Eliam oporteat primùm venire?

Verſ. 11.

At ille reſpondens, ait eis: Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia.

Verſ. 12.

Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.

Verſ. 13.

Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſtâ dixiſſet eis.

Verſ. 14.

Et, cùm veniſſet ad turbam, acceſſit

Lectionum Varietas.

Nos h. e. *Arab. Vt maneamus hic.*
Si vis. *Syr. Et ſi vis. Arab. Vis.*
Faciamus *Syr. Faciemus.*
Tabernacula. *Fr. Luc. Vmbracula, tentoria.*

Adhuc. e. l. *Arab. Dum ipſe loqueretur.*
Ecce nubes lucida. *S. Aug. Nubes lucida venit. S. Proc. Oborta eſt nubes.*
Et ecce vox. *S. Aug. Et ſonuit vox. S. Proc. Et ecce vox exſtitit Syr. Et vox facta eſt.*
De nube. *Fr. Luc. Ex illâ nube.*
Dilectus. *S. Cyp. Dilectiſſimus. S. Proc. Ille meus dilectus.*
Mihi. *S. Epiph.* omittit.
Bene complacui. *Tert. Benè ſenſi S. Gaud. Benè placui. S. Proc. Benè acquieui. Interpr. S. Chryſ Benè complacitum eſt. S. Epiph. Placui. Arab. Complacui.*

Et audientes. *Fr. Luc. Et vt audiuerunt. Arab. Et audierunt. Syr. Quod cùm audiſſent. Vat. Cùm hæc audiſſent.*
Ceciderunt. *Pagn. Prociderunt.*
Timuerunt. *Vat. Territi ſunt.*
Valde. *Pagn. Vehementer.*

Acceſſit. *Pagn. Progreſſus. Arab. Venit ad eos. Ar. M. Accedens. Vat. Cùm acceſſiſſet.*
Tetigit eos. *S. Aug. Porrexit manum.*
Nolite timere. *Fr. Luc. Ne timeatis. Ar. M. Ne metuite.*

Leuantes; *Fr. Luc. Quùm ſuſtuliſſent. Arab. Eleuauerunt. Syr. Suſtulerunt. Vat. Sublatis verò oculis.*
Neminem viderunt. *Arab. Et non viderunt. Pagn. Neminem videbant.*

Deſcendentibus i. *Arab. Cùm deſcenderent. Fr. Luc. Cùm deſcenderent ipſi.*
Dicens. *Syr. Eiſque dixit.*
Nemini dixeritis. *Syr. Coram nemine dixeritis. Arab. Ne dicatis alicui Vat. Ne cui dixeritis.*
Viſionem. *Vat. Viſum. Fr. Luc. Hanc viſionem.*
Reſurgat. *Vat. Reſurrexerit. Syr. Surrexerit.*

Diſcipuli d. *Syr. Diſcipuli ſui, & dicunt ei.*
Quid ergo. *Arab. Quare. Pagn. Cur igitur.*
Primùm. *Syr. Prius.*

Venturus eſt. *Pagn. Venit prius. Orig. Venturus eſt primùm. Arab. Quia veniet prius.*
Reſtituet. *Arab. Docebit vos omnia. Syr. Vt omnia reſtituat. Auct. Inſtaurabit.*

Non cognouerunt. *Syr. Neque nouerunt. Vat. Non agnouerunt.*
Fecerunt. *Tigur. Perpetrauerunt.*
In eo. *Caiet. Ei.*
Quæcunque. *Syr. Quidquid. Arab. Quodcunque.*
Paſſurus eſt ab eis. *Syr. Vim paſſurus eſt ab eis. Ar. M. Futurus eſt pati ab eis.*

Intellexerunt. *Arab. Apertè intellexerunt.*
Dixiſſet eis. *Ar. M. Dixit eis. Syr. Verba ipſis feciſſe. Arab. Ipſe dixerat eis.*

Et cùm veniſſet. *Caiet. Et, cùm veniſſent. Ar. M. Et, venientibus eis.*

ad

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam.

Genibus prouol a. e. *Syr. Procidens ſuper genua ſua. Caiet. Genua flectens illi. Fr. Luc. Ad genua accidens illi. Ar. M. Genupetens ipſum. S. Hil. Genibus provolutus.*
Domine m. *Syr. Domine mi miſerere mei.*
Filio m. *Syr. Et Filij mei. Vat. Filij mei.*
Lunaticus eſt. *Arab. In principiis lunatiorum vexatur valde. Syr. Quippe qui lunaticus ſit. Fr. Luc. Lunationibus afficitur.*
Malè p. *Syr. Malè afficiatur. Vat. Miſerè affligitur. Auct. Malè opprimitur.*
Sæpè. *Int. Orig. Aliquoties. Int. Euth. Frequenter. Syr. Sapiſſimè.*
Crebrò. *Vat. Sepè. Int. Orig. Aliquoties. Syr. Sepiſſimè.*

Verſ. 15.

Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

Er obtuli. *Ar. M. Et attuli.*
Curare. *Int. Orig. Eiicere. Int. Theoph. Sanare.*

Verſ. 16.

Reſpondens autem Ieſus, ait: O generatio incredula, & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.

Reſpondens a. *Arab. Tunc reſpondit.*
Incredula. *Arab. Infidelis. S. Hil Incredibilis.*
Peruerſa. *Pagn. Diſtorta.*
Quouſque ero vobiſcum? *Fr. Luc. Quouſque tandem ero vobiſcum?*
Vſquequò patiar vos? *Fr. Luc. Quouſque tandem tolerabo vos? Int. S. Chryſ. Vſquequò ſuſtinebo vos? Ar. M. Vſque quando tolerabo vos?*
Afferte. *Syr. Adducite. Ar. M. Ferte.*
Ad me. *Ar. M. Mihi.*

Verſ. 17.

Et increpauit illum Ieſus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illâ horâ.

Increpauit illum. *Mald. Imperauit illi. Euth. Præcepit. Auct. Interminatus eſt.*
Ex illâ h. *Pagn. A tempore ille. Vat. Ab illâ horâ.*

Verſ. 18.

Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum?

Acceſſerunt. *Arab. Venerunt. Syr. Adierunt. Ar. M. Accedentes.*
Secretò. *Caiet. Seorſum. Fr. Luc. Priuatim.*
Eiicere illum. *Syr. Eum ſanare. Interpr. Theoph. Eiicere illud.*

Verſ. 19.

Dixit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippè dico vobis, ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.

Incredulitatem v. *Arab. Paruitatem fidei veſtræ.*
Si habueritis. f. *Fr. Luc. Si habeatis fidem. Syr. Si fuiſſet in vobis fides.*
Dicetis. *Syr. Diceretis. Ar. M. Denuntiabitis.*
Tranſi. *Vat. Demigra Syr. Decede. Pagn. Pertranſi.*
Tranſibit. *Fr. Luc. Et demigrabit. Syr. Decederet. Pagn. Pertranſibit.*
Nihil impoſſibile erit vobis. *Syr. Nihil prœualeret vobis. Adam C. Ex Syr. Aliquid non erit potentius vobis. Arab. Non erit vobis difficile quippiam.*
Vobis. *Int. Theoph. In vobis.*

Verſ. 20.

Hoc autem genus non eiicitur niſi per orationem, & ieiunium.

Non eiicitur. *Caiet. Non Egreditur.*
Per orationem. *Pagn. Per deprecationem. Vat. Per precationem Syr. Oratione, & ieiunio.*

Verſ. 21.

Conuerſantibus autem eis in Galilæâ, dixit illis Ieſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum.

Conuerſantibus a. eis. *Syr. Quum autem conuerſaretur. Menoch. Reuertentibus. Ar. M. Verſantibus autem eis. Arab. Et cùm rediiſſent in Galilæam.*
Tradendus e. *Arab. Tradetur. Syr. Futurum eſt, vt tradatur. Ar. M. Futurus eſt tradi.*

Verſ. 22.

Et occident eum, & tertiâ die reſur-

Occident. *Syr. Interficient.*
Tertiâ die. *Int. Orig. Poſt tertium diem. Arab. Poſt tres dies. Syr. Tertio die.*
Reſurget. *Fr. Luc. Suſcitabitur. Ar. M. Excitabitur.*

get.

Vulgata Editio.

get. Et contriſtati ſunt vehementer.

Lectionum Varietas.

Contriſtati ſunt. *Pagn. Dolore affecti ſunt. Vat. Mærore affecti ſunt. Syr. Triſtitiâ affecti ſunt.*
Vehementer. *Syr. Valde. Vat. Vehementi.*

Verſ. 23.

Et, cùm veniſſent Capharnaum, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma?

Cùm veniſſent. *S. Hil. Cùm veniſſet Ieſus.*
Acceſſerunt qui d. *Arab. Et venerunt vectigales.*
Accipiebant. *Pagn. Accipiunt. Int. Orig Exigebant. Int. Theoph. Solent accipere. Ar. M. Sumentes.*
Didrachma. *Syr. Binas zuzim argenti capitatim. S. Hil. Didrachmam.*
Non ſoluit. *Cypr. Non tradit.*

Verſ. 24.

Ait: Etiam. Et, cùm intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

Cum intraſſet. *Syr. Cùm ingreſſus fuiſſet Petrus. Arab. Venit domum.*
Præuenit. *Syr. Præoccupauit.*
Reges terræ. *S. Aug. Reges mundi.*
A quibus. *Syr. A quo.*
Tributum. *Ar. M. Tributa.*
Vel cenſum. *Syr. Pecuniam capitatim.*
An ab alienis. *Int. Orig. An ab extraneis?*

Verſ. 25.

Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij.

Ab alieois. *Syr. Ab extraneis.*
Ergo. *Arab. Quia.*

Verſ. 26.

Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: &, aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro mê, & tê.

Scandalizemus. *Pagn. Offendamus. Vat. Ne ſimus illis offendiculo. Ar. M. Scandalizetis. Syr. Ne ſimus illis ſcandalo.*
Vade ad m. *Pagn. Progreſſus ad mare. Fr. Luc. Profectus ad mare. Syr. Abi ad mare.*
Mitte. *Fr. Luc. Iace. Syr. Iniice.*
Eum. p. q. p. *Arab. Primi piſcis. Ar. M. Primum piſcem.*
Aſcenderit. *Pagn. Prodierit. S. Aug. Surrexerit. Arab. Quem eleuabis. Ar. M. Aſcendentem.*
Illum ſumens. *Int. Theoph Illum accipe. Vat. Acceptum. Pagn. Quem acceperis.*
Aperto ore eius. *S. Aug. Aperi os eius.*
Da. *Syr. Offer.*

CAPVT XVII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Gloria regni cæleſtis non ſegnibus, & dormientibus datur. 889
Sua beneficia deſiderari vult Deus, non contemni. 889
Superiores ſuorum ſanctitatem, & perfectionem quærant. 890
In peius labendi occaſio à quolibet auferenda. 890
Perfectiorum exemplo alij prouocandi. 891
In donis diſtribuendis ſanctitatis, non cognationis ratio habenda. 891
Gloria memoria à peccato homines auocat. 891
In hac vita non gloria, ſed tribulationes quærendæ. 892
Iniuriarum Christi exemplo obliuiſci debemus. 892
Qui diuina contemplari vult terrena relinquat. 892
Christus ſponte mortem Crucis ſuſtinuit. 893
Orationis fuſu homo in alterum commutatur. 893
Quinque ſenſuum imperium vbi excuſſerimus, cæleſtis gloriæ guſtus nobis exhibebitur. 894
Gloria oſtenſione, velut expanſo rete, omnes Chriſtus comprehendere ſtudet. 894
Dona quæ à Deo vera, fictitia quæ à mundo. 895
Doctrinæ lumen auditoribus attemperandum. 896

Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.

CVR non ſtatim transfigurauit ſe Christus? 889.
An, vt his diebus intermediis pararent ſe, qui erant viſuri? Dixerat: *Sunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo*: reſpiciens ad transfigurationis myſterium, quod per hos dies diſtulit, vt ei parati occurrerent, & ita innueret gloriam regni cœleſtis non ſegnibus, & dormientibus dari, ſed illis, qui parati, & deuoti fuerint.

Diſtulit præterea transfigurationem, vt diſcipulorum deſiderium acueret: amat ſua beneficia deſiderari Chriſtus, non contemni. Differt ne paruo, aut nullo noſtro labore Dei dona exhibita vileſcerent.

Vide in Chriſto profectus noſtri curam. Tranſ- 890.
figurationem ſuam quibuſdam promiſit: *Sunt quidam*, inquit, *de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem: donec videant Filium hominis.* Non explicat, quinam eſſent, qui hac gratiâ donandi, vt ſcilicet omnes illum diem expectarent, ſe omnes

paratent, & pet feruentia deſidetia promptos ſe exhiberent: nullum deſignat, nullum nominat, quia omnium profectum deſiderabat. Hæc eadem ſit cæterorum ſuperiorum mens, vt, quantùm poſſunt, ſuorum ſanctitatem, ac perfectionem augeant.

Sed quæri hîc poteſt: cur non omnibus diſcipulis hæc transfiguratio oſtenſa? An, quia non omnes erant digni? erat enim inter illos Iudas, qui atcendus erat. Atqui poterat oſtendere aliis. Poterat: ſed fòrs, non expediebat. Iudas, ſi ſe ſolum videret excluſum deterior factus eſſet, & actiorem ſumpſiſſet animum Chriſtum tradendi. Etiam Iudæ conſulit Chriſtus; &, ne in peius labendi occaſionem arripiat, ſummopere ſtudet.

891. Porrò hos tres dumtaxat elegit, quia cæteris feruentiores, ac magis diſpoſiti; vt horum exemplo alij ad maiorem perfectionem allicerentur, & tales ſe exhiberent, vt ipſi quoque ſimilia mererentur. Nempè, prouidi paſtoris eſt, aliorum exemplo alios ad ſublimius vitæ genus prouocare.

Prætere a id fecit non ſolùm, vt hominum gloriam deſugeret, & defugiendum doceret; ſed, ne cæteri diſcipuli his tribus, quibus gloriam ſuam oſtenderat, inuiderent. Præſul ac ſuperior quilibet non laudem ſuam quærit, ſed ſuorum vtilitatem ſpectat, & inuidiæ, quantum poteſt, occaſionem præcidit.

Petrum aſſumpſit Chriſtus, non aſſumpſit Iacobum Alphæi, qui erat ei cognatus, vnde &
Galat. 1. 10. frater Domini dicitur ad Galatas 1. Per quod oſtendit, in donis diſtribuendis, ſanctitatis habendam rationem eſſe non ſanguinis, non cognationis: quod ferè fieri ſolet.

Signatè Petrus in montem ducitur, in quo Chriſtus gloriam ſuam oſtendit, vt permiſſus cadere, huius viſionis memoriâ citiùs ſurgeret, & lachrimis ſtatim deleret crimen ſuum: *Petrus*, inquit ſanctus Gregorius, *prius in montem ducitur, prius claritatem transfigurationis Dominicæ contemplatur, & tunc demum tentari ancillâ interrogante permittitur; vt, per tentationem factus ſibi ex infirmitate conſcius, ad illud flendo & amando recurreret, quod vidiſſet, & cùm eum timoris vnda in peccati pelagus raperet, eſſet prioris dulcedinis anchora, quæ retineret*; gloriæ nimirum conſideratio, & à peccato auocat, ne quis in illud labatur; quod ſi lapſus fuerit, vrget vt reſipiſcat.

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.

892. IN monte transfiguratus eſt Chriſtus; ſed, qualis mons fuerit, non ſcribitur: quod tamen factum de monte, vbi crucifixus; nomen enim montis traditur, ſcilicet Caluariæ. Locum mortis deſignat, non deſignat gloriæ; vt nobis innueret, dum ſumus in hac vitâ, non gloriam eſſe quærendam, ſed tribulationes potiùs, & aduerſitates. Nihil refert, licet transfigurationis, locum neſciamus, dummodo ſciamus paſſionis; ad montem quippè myrrhæ cum ſponsâ ire debemus: gloriæ delicias inueſtigare non eſt neceſſe.

Mons iſte fuit Thabor, in quem duxerunt Chri-
Luc. 4. ſtum, vt præcipitarent eum Luc. 4. ſicut nonnulli notauere. Diſce Chriſti clementiam: iniuriarum oblitus, ibi gloriam hominibus oſtendit, vbi mors eius quærebatur.

In montem pergit; vt oſtenderet, ei, qui cœleſtia, ac Diuina contemplari vult, terrena relinquenda eſſe; vt in voluptatum profundis minimè iaceat, ſed mente in ſuperna conſurgat.

Antequam pateretur, cruciſque mortem ſubiret, Chriſtus coram diſcipulis ſuis transfiguratus eſt: Diuino conſilio id factum, vt ſtatim intelligeremus, Chriſtum ſponte mortem crucis obiiſſe. Tàm illi facile erat, mortem euadere, quàm facile nube ſeſe circumdare; ſolis lucem vultu, facieque referre, & veſtibus candorem inducere: quis enim hominum tanta maieſtate fulgentem inuaderet? Quis in eum manus iniicere aut poſſet, aut auderet? Ante paſſionem igitur ſuam, Chriſtus ſe coram diſcipulis transfigurat, vt, quàm obuium ei fuiſſet manus hominum euadere, cruciſque ſupplicio ſe eximere, probaret. 893.

In monte transfiguratur, quia in monte orare
conſueuerat Chriſtus: hinc illud; *aſcendit in mon-* Matt. 14. 23.
tem ſolus orare: & alibi: *exiit in montem orare, &* Luc. 6. 12.
erat pernoctans in oratione Dei. Vbi orare ſolet, ibi transfiguratur; vt innueret, hominem orationis uſu, ac frequentiâ in alterum commutari, alium vultum induere, aliam mentem, ac mores. Quid? quòd Lucas orationis meminit dum ait: *facta eſt,* Luc. 9.
dum oraret, facies vultus eius altera.

Mons iſte fuit, vt Interpretibus placet, Thabor, 894.
vbi Melchiſedech obuiam venit Abrahamo triumphanti de quinque Regibus. Vbi quinque ſenſuum regnum, imperiumque excuſſerimus, tunc cæleſtis gloriæ guſtum quendam Deus nobis exhibebit.

Olim in Thabor ſpeculatores erant, qui prætereuntes ad Idolorum allicerent cultum: hinc il-
lud Oſeæ 5. verſ. 1. *Rete expanſum eſt ſuper Thabor.* Oſeæ 5. 1.
Alia Chriſti mens, aliudque rete expandit, vt omnes capiat ad vitam, ad ſalutem: gloriam ſuam demonſtrat, vt omnium animos hac lætâ viſione, veluti expanſo rete, comprehendat.

Et transfiguratus eſt ante eos. Cur in conſpectu 895.
illorum transfiguratur? Ne alterum eſſe ſuſpicarentur, neuè oculis ſuis illuſum putarent, & phantaſma eſſe, quod viderent. Aberrandi occaſiones Chriſtus aufert, cauetque, ne bona, quæ nobis exhibet, & oſtendit, fictitia, aut perſonata videantur, quod Mundus, & dæmon facit.

Transfiguratus eſt; ſignatè dictum ab Euangeliſta; *transfiguratus eſt*; non verò, *ſe transfigurauit*; vt nec in loquutionis modo appareat, ſe ad gloriam hanc oſtendendam tractum quodammodo fuiſſe, nimirum; *Magnorum eſt ad ea, quæ eorum gloriam, laudemque tangunt, trahi potius, quàm ire*; Maior ſe ipſo incipit eſſe, qui magnus aliis apparere ægrè fert.

Et reſplenduit facies eius, ſicut Sol.

CVr non, pluſquam Sol, lucere dicitur, qui ſu- 896.
per Solem eſt, & Solis factor? Poterat magis lucere quàm Sol, ſed lumen ſuum Diſcipulorum viſui attemperauit: lux claritatis eius modificata in eo eſt, oſtendens, ſe non ſuam gloriam, & excellentiam oſtendere voluiſſe ad faſtum, ac iactantiam; ſed ſpectantium vtilitatem ſpectauiſſe, & ad eorum illuminationem hanc gloriæ oſtenſionem directam.

Abeunt ab hoc Chriſti exemplo illi, qui doctrinæ lumine lucere aliis ſtudent, & lucem ſuam ſpargere tantùm quærunt; & licèt ſuperæ doctrinæ radiis auditores veluti obcæcentur, non curant. Probi doctoris munus eſt, ſcientiæ lumen, quod ſpargit, auditorum captui ita attemperare, vt illuminare illos poſſit, non nimio lumine, quod ob iactantiam iactat, perſtringere.

Reſplenduit facies eius; ſicut Sol. Non magnum iſtuc: iuſtos Sole ſplendidiores futuros ſcimus; cur non & Chriſtus in futuræ gloriæ ſignum Sole ſplendidior appareat? *Non abſque magno documento ſic oſtenditur*, inquit Sanctus Paſchaſius, *ideo lux claritatis eius ſic modificata in eo tunc eſt.* Immenſæ nimirum claritatis indicium eſt, ſuam claritatem non oſtentare, ſed ſe ad aliorum captum demittere, nec gloriæ magnitudine intuentes obtuere.

SECTIO II.

Ieiunium viam ad gloriam ſternit. 897
Superior omnem violatæ legis maculam, & ſuſpicionem aboleat. 897
Serui Dei aliquid contra legem Dei fieri ipſis conſentientibus adduci non poſſunt. 898
Chriſtus vitæ, ac mortis Dominus. 898
De Chriſti paſſione, ac morte probè loquitur, qui mortem ſubire pro Deo non dubitat. 899
Magnam bonorum exempla ad bonum vim habent. 899
Qui gloriam ſperat legem ſeruet. 900
Zelus, & mitias Chriſtum ſapiat, & ſpectet. 900
Ad gloriæ culmen per paſſiones itur. 900
Manſuetudo ſæuitiei præferenda. 901
Gloriæ meditatio impigros, & laboris cupidos reddit. 902
Etiam in vilibus miniſteriis cœleſtibus deliciis perplui Dei ſeruus poteſt. 902
Qui Dei gloriam ſpectat culmina, & terrena omnia contemnit. 903
Qui Chriſti amore feruet, & gloria potiunda deſiderio, nulla ſui cura tangitur. 903
A Chriſti præſentia abire non poteſt, qui Chriſtum amat. 903
Vera gloria non eſt, quæ interturbari ab hominibus poteſt. 904
Fiducia, & ſpes in hominibus minimè ponenda. 904
In Religione quidam cœleſtis gloriæ ſapor. 905
Perſtricti qui creaturas pariant Creatori, imo anteponunt. 905
In Dei obſequio ſemper proficiendum. 906
Deſertum Paradiſus fit, vbi eſt Chriſtus. 906
Spiritualis vitæ dulcedinem qui deguſtat, cætera omnia faſtidit. 906
A Chriſto ſeparari, Chriſti cultor horret. 907
In Eccleſiâ vnitas quærenda. 907
Non plenè Chriſtum quærit, qui ſibi tantùm quærit. 908
Diuiſio eſt ſeparatio à diaboli ſpiritu. 908
Aduerſitates ſignant, Dei filium aliquem eſſe. 909

Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.

897. QVæri hîc poteſt: cur hi duo potiſſimum electi? An ob inſignem vtriuſque ſanctitatem? An, quia hi duo etiam inter homines viuentes immortale quoddam viuendi genus repræſentarunt? Moyſes enim quadraginta diebus ſine cibo manſit.
Exod. 32. Deut. 9. Exod. 32. & Deut. 9. & totidem diebus Elias; nam, ſumpto pane ſubcineritio, ſine alio cibo ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus
3. Reg 19. 3. Reg. 19. Nulli autem in veteri teſtamento tam longum tempus ieiunarunt. Ergo, quòd hi apparuerint in gloriâ, ieiunij priuilegium eſt; vt ita diſceremus, ieiunium ad gloriam viam ſternere, & ad beatitudinem ſuos ducere.

Hi duo in transfiguratione conſpiciuntur; vt Iudæorum calumnia tolleretur, qui dicebant, Chriſtum legem ſoluere, & prophetas; nam, cum hi apparerent, qui legem, & prophetiam præferebant, non fuiſſe illis contrarium apertè conſtabat. Ex quo colligimus, ſuperioris eſſe, vt ipſe veræ, ſolidæque gloriæ ſplendore fulgeat, omnem violatæ legis maculam, & ſuſpicionem abolere. Hæc ſummæ gloriæ ſumma eſt.

Hi duo adfuerunt tanquam ſanctitatis Chriſti teſtes, alioquin, ſi Dei legem Chriſtus (vt calumniabantur Iudæi) violaſſet, Dei legiſlator Moſes non affuiſſet; ſi verò Dei filius verè non fuiſſet, Elias non aſtitiſſet, quin Diuinæ gloriæ zelo tactus abiiſſet, nec illi paruiſſet, qui ſibi, quod non haberet, vindicaret. Nimirum veri Dei ſerui, nec tantæ gloriæ conſortio, adduci potuiſſent, vt eorum præſentiâ aliquid contra Dei legem fieri probare viderentur. Pende, quanto Diuinæ legis zelo corripi debeat, qui Dei ſeruus audire vult. 898.

Teſtes Moyſes, & Elias apparent, vt oſtenderet Chriſtus, ſe vitæ Dominum eſſe, ac mortis; nam Moyſes mortuus fuerat, Elias adhuc viuit: nempè mortis, & vitæ poteſtatem habet, cui Moyſes, & Elias famulantur.

Iſti duo, Chriſto adſtantes, de Chriſti paſſione loquebantur; de exceſſu ſcilicet, quem completurus erat in Ieruſalem: ideo ergò hi aduocantur, qui pro Deo morti ſe expoſuerant: Moyſes enim Pharaoni ſe oppoſuit; Elias autem Regi Achab. Nempè de Chriſti paſſione, ac morte, probè loquitur, qui mortem ſubire pro Deo non dubitat. 899.

Dixerat Chriſtus capite ſuperiori Petro, & aliis diſcipulis, vt ponerent animam ſuam pro eo: id vt magis ſuaderet, introducit loquentes de paſſione ſuâ illos, qui animam pro Dei gloria ponere non dubitauerant; ſicque eorum exempla, & gloriam diſcipuli ſequerentur, & eiſdem animis morti occurrerent: ex quo apparet, quantam bonorum exempla vim ad bonum habeant.

Moyſes, & Elias adducuntur; vt, qui Dei gloriam ſperat, legem ſeruaret, & Prophetis crederet: imo, vt horum exemplo, mites ac Moyſes eſſemus, zelantes ſicut Elias. 900.

Inter hos Chriſtus videtur; quia ſcilicet & zelus Chriſtum reſpicere debet, & mititas Chriſtum ſpectare; alioquin ille crudelitas euadit, & iſta remiſſio, & indulgentia.

Dum Chriſtus gloriam ſuam oſtendit, etiam de paſſione ſuâ cum Moyſe, & Eliâ loquitur; vt oſtenderet, ad gloriæ culmen, niſi per paſſiones, & aduerſitates, non perueniri. Hinc illud: *per multas tribulationes oportet, nos intrare in regnum Dei* Act. 14. Act. 14. 21.

Moyſes, & Elias; Mitiſſimus ille, immitis iſte, *Vnde & congruè ſcriptura*, ait Petrus Cluniacenſis, *non priùs Eliam, & poſtea Moyſem, ſed antea Moyſem, & poſtmodum Eliam ponit*, vt mititatem ſæuitiei præferendam doceret. 901.

Domine, bonum eſt, nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula; tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

GLoriæ meditatio impigros, & laboris cupido reddere nos debet. Docet hoc ſuo exemplo Petrus, qui gloriæ dulcedine captus, tanquam impiger operarius miniſterium ſuum pollicetur, & ait: *faciamus hîc tria tabernacula.* Non ait: *Diuinâ* 902.

virtute, vel, *ab aliis operariis fiant*; ſed, *faciamus*; laborem enim ſubire, gloriæ amore, non defugiebat. Ergo, qui glotiam amat, labores non refugiat, non torpeat, non iaceat, nec otio abſumatur.

Laborem ſuum, ac miniſterium in tabernaculis ædificandis Petrus pollicetur; nec cogitat corporali illâ ædificatione gloriæ dulcedinem abrumpendam: fors credebat non interruptam iri. Quo indicatur etiam in vilibus miniſteriis, frui nos Dei viſitatione poſſe, & cæleſtibus deliciis perplui: quod frequenter accidere puræ animæ in ſe ipſis experiuntur.

903. Viſa ad horam humanitas Chriſti transfigurata tantâ affecit dulcedine Petri mentem, vt rebus aliis omnibus ſpretis, ſola illius fruitio ipſi ſufficeret; honores non quæreret, Eccleſiæ primatum non ambiret: quid faciet gloriæ mare, ſi gutta mentem obruit? Qui cæleſtem gloriam exſpectat, culmina, & omnia terrena contemnit.

Faciamus tria tabernacula: Cur & ſuum ſibi, aliiſque diſcipulis tabernaculum Petrus non aſſignat? Sui nullâ curâ tangitur, qui Chriſti amore feruet, & gloriæ potiundæ ardet deſiderio.

Deinde, non vult tabernacula ſibi, duobúſque diſcipulis exædificari Petrus; quia ſemper cum Chriſto manere volebat in eodem tabernaculo, idemque ab aliis diſcipulis factum iri putabat: nam qui gloriæ deſiderio tenetur, à Chriſti præſentiâ abire non poteſt, tabernaculis disiungi non vult.

904. Moſem, & Eliam adeſſe volebat Petrus, quibus tabernacula ſtruerentur: ſed cur? Vt montem ab inſidiationibus tutarentur: etenim ita ſecum cogitabat: ſi quis audax adire montem voluerit, & nos aggredi; aderunt Moſes, & Elias, qui vlciſcantur: nam ille plurimas gentes deuicerat; hic verò ignem ſuper quinquagenarios de Cælo detraxerat. Errabat Petrus: gloriæ nomen, ac quietis non meretur, quæ ab hominibus interturbari poteſt, quæque, in ſui cuſtodiam, hominum auxiliis indiget.

Petrum in Moſis, & Eliæ ope fiduciam collocaſſe, diſplicuit Chriſto, vt ſtatim vtrumque abire iuſſerit, ſoluſque remanſerit: quare diſceremus in eo ſolo ſpem figere, fiduciamque locare.

905. *Brocardus lib. de ſitu terræ Sanctæ.* In hoc monte factum eſt quod Petrus voluit, licèt non ſicut ille petebat; nam tria monachorum clauſtra hîc poſtea facta perhibentur, quæ ibi diù manſerunt: Vt ita colligeremus, Religioſorum monaſteria Chriſti tabernacula eſſe, legiſque Diuinæ, & prophetiæ; & in monaſteriis, quantum fieri poteſt, cæleſtis gloriæ guſtum exhiberi. Ita eſt.

In hoc errauit Petrus, quum tria vellet tabernacula fabricari, & in eodem ordine Moyſem & Eliam cum Chriſto collocat. Pariari Domino ſerui non debent. Plerique putauere ob tria hæc tabernacula, quæ fieri Petrus poſtulauit, exæquans ſeruos Domino, Deum permiſiſſe, vt ter eum in Paſſione negaret. Quàm pœnam ſubire illi merentur, qui impiè creaturas præferunt Creatori? Petrus neſciebat, quid diceret, & permittitur labi: peccatores ſciunt, ſe non pariare modò iuſtos Dei ſeruos Chriſto, ſed falſas voluptates vero Deo. Quàm pœnam ob ſcelus iſtuc ſint ſubituri, ipſi viderint.

906. *Bonum eſt nos hîc eſſe*; Vide Petre ne fruſtrà ſis: ne pedem figas, cùm incedere debeas, ſempérque proficere: *non eſt dicendum cum Petro*, inquit Theophylactus, *bonum eſt nos hîc eſſe; nam oportet ſemper proficere, & non permanere in vno gradu virtutis, & contemplationis, ſed ad alia tranſire.*

Bonum eſt nos hic eſſe, itane bonum erat eſſe in deſerto, in ſolitudine? *locum iſtum deſertum bonum vocat*, ait Sanctus Proclus; cur non vocaret? vbi Chriſtus eſt, deſertum Paradiſus vocari poteſt; ſine Chriſto, Paradiſus deſertum eſt.

Qui ſpiritualis vitæ dulcedinem deguſtat, quicquid terram ſapit repudiat, atque faſtidit; docuit exemplo ſuo Petrus, quod ita ex eius verbis, verbis, quæ promebat, exprimebat Rabanus Maurus. *Verùm quia, quò amplius quiſque vitæ cæleſtis dulcedinem deguſtat, eò amplius faſtidit omnia, quæ placebant in infimis; meritò Petrus viſâ Domini, ac Sanctorum eius Maieſtate, repentè cuncta, quæ nouerat terrena obliuiſcitur; ſolis his, quæ videt, perpetuò delectatur adhærere, dicens: Domine, bonum eſt, nos hîc eſſe; ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula; tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.*

Tria tabernacula; cur non ſex, vt haberet ipſe, aliique duo diſcipuli quò ſe reciperent? Obliuiſcitur ſui Petrus, illius gloriæ magnitudine obrutus; Fallor, non obliuiſcitur; *putauit enim*, ait Dionyſius Carthuſianus, *in illis tribus tabernaculis, ſe & duos diſcipulos recipi poſſe, ac commorari; ſic tamen, vt ipſe eſſet in tabernaculo ſui magiſtri cariſſimi.* 907.

Non ſunt tria, Petre tabernacula ædificanda; vnum ſufficit. Eccleſiæ vnitas vno tabernaculo eſt contenta; plures hæreſum ſectæ plura requirunt tabernacula; Peritè ſanctus Cyrillus Alexandrinus. *Petrus cum vellet et tria tabernacula facere, de imperitiâ notatur, tanquam, qui neſciret quid diceret. Legi enim, & prophetis, & Euangelio non tria, ſed vnum eſt tabernaculum, quæ eſt Eccleſia Domini.* Qui plura tabernacula ædificat, nulla ædificat, quia iam ædificatum deſtruit; neſcit vera fides diuiſionem; vnitatem amat, & approbat.

Tria tabernacula: falleris; Petre; falleris, dum tibi ſoli & aliis duobus tuis ſociis contineri vis tabernaculis Saluatorem mundi totius; non plenè Ieſum quærit, qui ſibi tantùm quærit; *Faciamus hîc tria tabernacula*; vis ob tabernacula à Chriſto non reprehendi? tabernacula Chriſto non ſtrue: eſto Chriſti tabernaculum: non eſt quod tabernacula erigas; erecta iam habes; quia habes te; ſimus nos Ieſu noſtri tabernacula; non faciamus extra nos, cum non eſt opus. 908.

Faciamus hic tria tabernacula; cur non potius vnum, vt nulla diuiſio, nulla ſeparatio? A dæmone, qui diſcordiam amat hæc verba dictata fuere? *In hoc malitioſè operabatur Diabolus*, ait Origenes, *nolens eſſe ſimul Ieſum: & Moyſem, & Eliam, ſed ſeparare eos ab inuicem obtentu trium tabernaculorum, quod fieri non poterat, ſi enim ſepararentur ab inuicem, nec Chriſtus oſtenditur, nec prophetæ vera dixiſſe inueniuntur; quod fieri cupiebat mala ſuperſtitio*; neſcit quid dicat; qui ſeparationem ſuadet, ſuadet diuiſionem.

Et ecce vox de nube dicens:

ET ecce vox de nube; ſed quid hæc vox ad nos de nube attulit? Chriſtum Dei filiũ eſſe; nubes calamitates, & aduerſitates ſignant, quæ clarius teſtimonium reddunt; quòd quis Dei filius ſit. 909.

In nube loquitur, qui (vt ipſe ait) deleuit, vt nubes, iniquitates noſtras. Deleuit; tantum hæ nubes lachrimarum effundant imbrem, quo mens perpluta, bonorum operum germina producat.

Vox de nube auditur, quæ Chriſtum Dei filium adſtruit; vna vox eſt, quin vt vnius; Vox Patris intonuit,

intonuit, & tamen in hac vna, *impoſitam habemus nubem teſtium*; nam, quod Pater affirmat, omnes prophetæ confirmarunt.

910. De nube loquitur Pater filium commendaturus iubens, vt eum audiremus? vt, ſi quis contemneret filium agnoſcere, filium audire, iudicem, iudiciumque futurum formidaret; nam nubes iudicij ſignum eſt; *veniet enim in nubibus cum virtute multa, & maieſtate.*

Apoſtoli verba ſunt; *Ideo & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen*; Idem hîc fiat, quin & iuſtius; dum non nubem teſtium babemus, ſed in nube teſtimonium, quod omni maius eſt; deponamus peccati pondus, & ad propoſitum nobis certamen curramus.

SECTIO III.

Hominum calumniæ excellentiam non minuunt, non dignitatem. 911
Qui Dei filium audire vult Dei voluntatem perficiat. 911
Amat Pater Chriſtum & tamen mori paſſus eſt. 912
Qui videre vult Chriſtum Chriſto obediat. 912
Euangelij lumen intuendum eſt. 912
Quò quis Chriſto magis adhæret, eò attentius eius verba audire debet. 913
Prædicationis munus non facilè ſuſcipiat, qui per vitæ auſteritatem non prædicauerit prius. 913
In omnibus Chriſto parere debemus. 914
Cauet Pater cæleſtis, ne filij paſſio, & mors impediatur. 914
Tunc maximè audiendus doctor, quum vitæ ſanctitate ſplendet. 916
Doctor quæ Deo placent, perficiat. 916
Iuſti etiam ob leuem labeculam valde timent. 917
Vera gloria guſtus ambitionis medicina. 917
Gloria quam Deus ſuis oſtendit omnium vota explet, ſecus regna terrena. 917
Magni refert qualis ille ſit, qui Dei verba excipit. 918
In culmine & donorum magnitudine ab elatione cauendum. 919
Veræ magnitudinis nota in culmine aliorum non obliuiſci. 920
Adeſt Chriſtus ſuis, nec videri duntaxat vult. 910
Ex amore, non ex ſolo timore Chriſto obſequi debemus. 920
Videnti Creatorem diſparet creatura. 921

Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.

911. *Hic eſt Filius meus dilectus*: Etiam dum in cruce eſſet, Filium Dei ſe dixit; nam patrem alloquens ait: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Scilicet tàm filius in gloriâ, ac maieſtatis oſtenſione dicitur, quàm in opprobriis, in calumniis, in paſſione, in cruce. Vt Dei filius tu quoque audias, eundem te & in proſpetis, & in aduerſis exhibe. Diſce: hominum calumniæ dignitatem, excellentiam, aut ſanctitatem ſupprimere nequeunt.

In quo mihi benè complacui, ideſt, *In quo acquieui*, ſic enim vertit Sanctus Proclus, & ſic exponunt Sanctus Chryſoſtomus, Euthymius, & Theophylactus. Requieſcit in ipſo Pater, quia eiuſdem eſt penitus voluntatis: non enim, quia genuit, idcirco tantummodò diligit, ſed etiam, quia vnam voluntatem cum Patre habet, & ab eo non diſſentit. Et nos etiam, vt filij Dei audiamus, Dei voluntatem ita perficiamus, vt in nobis quodammodo quieſcere videatur,

912. Filium ſuum dilectum, & in quo requieſcat, & oblectetur, Chriſtum eſſe, Pater affirmat; ne Petrus, audiens moriturum, turbaretur ac ſi diceret Pater: Hic Filius, meus dilectus eſt, in quo requieſco; quòd ſi amatur, ne metuas: nemo perdit, quem amat: noli turbari, Petre, audiens illum de morte loquutum, mortem ſubiturum: non potes tu magis diligere, quàm à Patre diligatur: ego amans patior, vt patiatur, ac moriatur; patere tu quoque.

Ipſum audite. Non dicitur, *ipſum videte*; ſed, *ipſum audite*: nam, qui glorioſam Chriſti faciem in Cælis æternùm videre deſiderat, debet hic eius vocibus obtemperare; ad beatitudinem quippè via, Chriſto obedire.

Signatè ait, *ipſum*: non enim ad legem veterem, quæ per Moyſem ſignificata eſt, nec ad prophetarum ænigmata, quæ per Eliam ſpectandum erat; ſed ad Chriſtum, in quo omnia complebantur: hic audiendus, huic parendum erat: ac ſi dictum fuiſſet: legis vmbræ recedant, recedant propheticæ typi, ſolum ſplendidum Euangelij lumen intuemini.

913. Sed quæri hîc poteſt: cur in transfiguratione, hæc verba adiecta ſint, *ipſum audite*; quod in baptiſmo minimè factum eſt, vbi omnia alia verba audita fuere. An, quia, cum in Iordane de Cælo diceretur, *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, (Matt. 13. 17.) licèt multi audirent, nullus tamen ibi aderat Chriſti diſcipulus; ideo dictum non eſt, *ipſum audite*? Hîc verò tres Chriſti dilecti diſcipuli aderant, quare Chriſtum audire iubentur. Nempè, quò quis Chriſto magis adhæret, eò magis eius verba audire debet, & opere complere, quod audit.

Addiderim in Baptiſmo hæc verba ſuppreſſa; *ipſum audite*; quod factum, dum ante diſcipulos glorioſus appareret; non quia doctrinæ tradendæ nunc glorioſus magis idoneus exiſtimaretur, quàm fuerit humilis, dum baptizaretur; imò in Baptiſmo, cùm tam humilis appareret, & re ipſa loqueretur, & humilitate humilitatem ſuaderet, non fuit neceſſe addi, *ipſum audite*; quod factum, dum gloria veſtitus apparet, quæ cathedræ miniſterio non æquè, ac humilitas conuenit, vt opus fuerit patris teſtimonio, vt fidei magiſter, & vitæ audiretur.

Putant aliqui, idcirco in baptiſmo additum non fuiſſe, *ipſum audite*; quia nondum Chriſtus ieiunauerat: vt ſtatim diſceremus, prædicationis munus exercere non debere, qui per vitæ auſteritatem priùs aliis non prædicauerit.

914. Nec myſterio viduum eſt, quòd indefinitè dicitur, *ipſum audite*; nec aliqua determinantur, in quibus obedire Chriſti diſcipuli Chriſto debeant: quia in omnibus ei parēre par eſt.

Ipſum audite: ei obtemperate, nullus contradicat. Vniuersè in rebus omnibus id intelligitur, ſed maximè in re, de qua loquutus fuerat cum Moſe, & Elia; de paſſione ſcilicet, & cruce. Scitè Sanctus Chryſoſtomus: *Ipſum audite: quare, ſi crucis patibulum ſuſtinere vult, non contradicas.* In hoc maximè audiri Filium Pater iubet, in quo ſalus

noſtra ſita erat. Paria ferè Theophylactus hic. *Docet quoque illum audiendum: etiamſi crucifigi voluerit, ne obluctemini.* Vnde hinc aliam rationem colligere poſſumus, cur poſt baptiſmum, cùm diceret Pater: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, non addiderit hæc verba, *ipſum audite:* quod nunc facit, quia de paſſione, & morte loquebatur, quam impediri nolebat: hoc autem non erat neceſſe primâ illâ vice monere, cùm de paſſione nulla eſſet mentio facta.

915. *Hic eſt filius meus dilectus*; Vide, vt Petri error corrigatur, ille ſeruos Domino pariauerat; *Faciamus*, inquiens, *hic tria tabernacula tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*; itane, Petre, Chriſtum à Moyſe, ab Eliâ non diſcriminas, & pares, tabernaculorum paritate, facis? falleris; hic Dei filius eſt, illi ſunt ſerui; Præclarè Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus. *Petrus*, inquit, *ſpectaculo obſtupefactus admodum viſum ſuo modulo non metitur, ſed æquali pretio ſeruos æſtimans. Faciamus*, inquit, *tria tabernacula: tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Quibus dictis, confeſtim nubes è cælo deſiluit, illos quidem obtegens, huius verò corrigens ignorantiam, & formidabili voce Petri linguam obſtruxit: Hic eſt filius meus dilectus; ipſum audite.*

In quo mihi benè complacui; in tanto filio complacet ſibi tantus Pater: & tamen eum tot flagellis ſubiecit; tot tribulationibus, tot anguſtiis, & tandem Cruci, & morti: Itáne cum eo agit, cum quo ſibi complacet Pater? Agit, & eò magis ſibi in eo complacet, quò duriora illi placet, filium perferre; nimirum amoris eſt, quòd ſuos flagellis Deus feriat, cum eum ferierit, in quo ſibi benè complacuerat.

916. Cùm ſicut Sol, Chriſtus ſplenderet, tunc ait Pater: *Ipſum audite*, dixiſſet: *ipſum videte:* pulchritudo illa in ſe oculos conuertebat, cur igitur aures quærit dicens; ipſum audite? quis nexus pulchritudinis, ſplendoriſque cum aure, quæ ſplendorem non recipit, ſed vocem? An, innuere Deus voluit tunc maximè audiendum Doctorem eſſe, cum vitæ ſanctitate ſplendet, & nunquam ita idoneum prædicationi quempiam eſſe, quàm cum ſanctis moribus lucet.

Ipſum audite; ordinem nota; prius dixit; *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; poſtea, *ipſum audite*; nec enim ad doctrinæ, ac magiſterij munus quiſpiam idoneus eſt, niſi priùs, quæ Patri placeant, perfecerit; quod diuinæ oculos maieſtatis offendat, non committat, qui doctoris officium ſuſcepturus eſt.

Et audienſes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

917. CVr cadunt? Ex reuerentiâ quadam, & quodam timore. Sed cur tanto timore conſternuntur? An, quia diſcipuli cognouerant ſe erraſſe? idque præcipuè in Petri petitione de tribus tabernaculis ædificandis, de quo & dictum, quod neſciret, quid diceret. Iuſti, ob leuem labeculam, Dei vocem audientes timore corripiuntur: quid erit impiis in die iudicij, cùm irati Iudicis faciem viderint, vocem æterno igni eos adiudicantis audierint?

Viderunt diſcipuli Chriſtum quodam celeſtis gloriæ ſplendore fulgentem; nullus tamen hîc regni dexteram, aut ſiniſtram poſtulat, quod alibi factum. Nempè veræ gloriæ guſtus, ambitionis medicina eſt.

Quòd duo diſcipuli ſedes digniores vellent occupare, alij decem indignati ſunt; hîc nulla contentio, nulla indignatio orta: quia gloria, qam viderant in monte Thabor, vitam alteram reſpiciebat, quæ omnium vota explere poteſt; quod terrenum regnum, terrena gloria nequit.

918. **Audientes diſcipuli ceciderunt.* Pater è cælo clamat, filij proſternuntur, & metuunt. Etiam Ioannis 12. vox Dei è cælo audita; tanquam tonitruum: *Venit*, inquit, *vox de cælo, & clarificaui, & iterum clarificabo: Turba ergo, quæ ſtabat, & audiebat, tonitruum factum eſſe, dicebat.* Stat hîc turba, non cadit; tanti refert, qualis ille ſit, qui Dei vocem audit; Dei verba excipit; in turbâ nihil erat reuerentiæ, nihil virtutis, nihil humilitatis; in diſcipulis humilitas inerat, & reuerentia, & idcirco audientes ceciderunt. *Quid eſt*, inquit Sanctus Paſchaſius, *quòd ibi tonitruum audiens turba non cadit? Hîc autem auditâ voce diſcipuli in faciem cadunt? niſi quia ibi ſuperbia tumet, hic autem humilitas patet.* Tantum audientis diſpoſitio poteſt.

919. In montis vertice collocati Apoſtoli; & aſpectu glorioſi vultûs Chriſti recreati timuerunt, & timore perculſi ceciderunt; nimirum quò quis magis proficit, & maiori priuilegio donatur à Deo, eò timere magis debet. *Petrus, Iacobus, & Ioannes prius transformati Domini gloriam viderunt*, inquit Sanctus Gregorius Magnus, *deinde incuſſo eis timore ceciderunt, ne elati perderent, quod humiliter aſſumpti videre meruiſſent*; in culmine, in donorum magnitudine cauendum maximè ab elatione eſt, quæ tunc maximè nos inuadit.

Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

910. VBi vox patris perſonuit, vbi Chriſti gloria, atque maieſtas à Patre manifeſtata eſt; tunc ad diſcipulos accedit, vt eos erigeret & animaret: ſcilicet non inflatus laudibus viles diſcipulos dedignatur. Hæc veræ, ſolidæque magnitudinis nota, in laudis gloriæque culmine aliorum non obliuiſci.

Tetigit eos: Non ſolo ſermone diſcipulos animat, ſed & tactu confirmat, vt omnem diſcutiat metum, ne fortè ſpectrum ſuſpicentur. Non vult Chriſtus ſuis adeſſe videri dumtaxat; ſed, ſinè vllà ſuſpicione deceptionis, auxilij ſui manum ſe porrigere, teſtatum omnibus eſſe cupit.

Inſtruere diſcipulos Chriſtus volebat, ne cui hoc, quod viderant, dicerent; ſed priùs timorem eos iubet euomere: priùs timor expellitur, vt poſtea doctrina tribuatur; ne ſcilicet ex timore Chriſto obtemperarent, ſed ex amore: amat quippe Chriſtus ex amore obſequium deſcendere, non ex, ſeruili timore.

Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.

921. PAulò ante Moyſem, & Eliam viderunt; nunc neminem vident, niſi ſolum Ieſum; cur aliorum conſpectum amittunt? & non plenius gaudium fuiſſet, eos videre? An videnti Creatorem diſparet creatura, ac penè euaneſcit? An magis creaturis gauderetur, dum in Ieſu ſolo gaudiũ quæritur, & inuenitur? *Tres perdentes, vnum inueniunt*, ait Sanctus Chryſoſtomus; *imo, vt amplius dicam, in vno tres reperiuntur. Magis enim reperitur Moy-*

ſes,

ſes, & Elias, ſi in Chriſto conglobentur. Audiant qui hominum affectu nimio tanguntur; magis, veriúſque amarent, & dulciùs reperirent, ſi in vno Chriſto quærerent, & eorum præſentiâ, Chriſti causâ ſe rantiſper priuari, æquo animo ferrent.

922. *Niſi ſolum Ieſum*; Poſt vocem Patris inuentus eſt Ieſus ſolus; *cum tres eſſent*; inquit Sanctus Paſchaſius; *vnus factus eſt; tres ſiquidem in principio videntur, & vnus in fine eſt Dominus Ieſus Chriſtus, qui omnia quæ perfecta ſunt, vnum facit*; vbi Chriſtus, Dei filius, à Deo Patre dictus fuit, nihil debuit perſeuerare, quod diuiſionem aliquam præſeferret, ne deinceps Petrus de tribus tabernaculis ſtruendis aliquid cogitaret, ſed vnitatem amaret.

SECTIO IV.

Chriſti gloriam enuntiaturus ſupera repleatur gratia. 923
Paſſionem ſuam Chriſtus impediri non vult. 923
Ad gloriam niſi per labores, crucemque eundum. 924
Tribulationes frequentius, quàm gaudia cogitanda. 924
Quanto patiendi deſiderio Chriſtus teneretur 924
Gloria cœleſtis cogitatio homines in Deum quodammodo transformat. 925
Maiori, aut certè molliori affectu matres in liberos feruntur, quàm patres 926
Per creaturas iniuria affici Creatorem dæmon ſtudet. 926
Πάσχειν quid. Iniuria, & oppreſſiones ingentis beneficij loco habendæ. 927
Dæmoni ſatis eſt ſi quis pereat, quo pereat non curat. 927
Dei erga nos prouidentia. 928
Dæmonis in nocendo pertinacia. 928

Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

923. NEmpè adhuc inepti erant Apoſtoli, qui Chriſti gloriam prædicarent: poſt Chriſti reſurrectionem, atque adeò Spiritus Sancti aduentum, hoc vulgandum illis erat, cùm eſſent Spiritu Sancto repleti: quia nimirum, Chriſti gloriam enuntiaturus, ſuperâ gratiâ repleri debet, & igneas linguas accipere.

Id inhibuit etiam Chriſtus, ne ſcilicet eius paſſio, ac mors impediretur: ſi enim hæc res in vulgus ſpargeretur, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.

924. Hæc gloriæ viſio, niſi poſt Chriſti paſſionem, mortemque, prodenda erat, & euulganda; vt tacitè nobis hoc ſilentio innueret, ad gloriam, non niſi per labores, paſſiones, Crucemque, eundum. Poſt mortem Chriſti hæc viſio aliis aperienda, non antè; vt, quod ſciri ante mortem, Crucemque nolebat, ante Crucem, paſſionemque nullus ambiret.

Semel gloriam ſuam in transfigurato corpore diſcipulis exhibuiſſe legimus, frequens verò paſſionis meminit; quia ſcilicet dum hîc ſumus magis tribulationes, quàm gaudia cogitare debemus.

Sæpè ſuæ paſſionis meminit Chriſtus, vt oſtenderet quanto patiendi deſiderio teneretur, nam de iis frequenter loquimur, quæ valde amamus, & altè menti inſident.

Et, cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo.

CVm veniſſet: ſcilicet Ieſus: Græcè, καὶ ἐλθόντων 925.
αὐτῶν *cum veniſſent*, Ieſus ſcilicet, & tres eius diſcipuli, qui teſtes transfigurationis fuerant. Etiam Syrus plurali vtitur numero; *Quumque veniſſent*: & Arias Montanus ex Græco transfert, *& venientibus eis*. Cur igitur Latinus interpres ſingulari numero extulit, & tanquam de ſolo Ieſu loqueretur dixit? *cum veniſſet*. An, quia poſt mirabilem illam viſionem ita Apoſtoli Chriſto adhærebant, vt in eum mente quodammodo immigraſſe viderentur, & vnum cum ipſo iam eſſent affectu, & voluntate? Tantum in hominum animis gloriæ guſtus quidam poteſt, vt eos in Chriſtum, gloriæ Auctorem, rapiat ac veluti transformet.

Domine, miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur; nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam.

DOmine, miſerere filio meo: Magis patheticè 926.
Chananæa, quæ, pro filiâ rogans dixit. *Miſerere mei, fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur*, Matth. 15. verſ. 22. Matt. 15. 22.
Vt ſui miſereatur, poſtulat mater, filiæ malum ſuum putans. Pater iſte miſereri, non ſibi, ſed filio petit. Maiori in filios matres feruntur affectu, quàm ferantur patres, aut ſaltem teneriori, molliorique.

Quia lunaticus eſt: Græcè, ὅτι σεληνιάζεται, *lunationibus afficitur*. In lunæ innouatione Diaboli fraude patiebatur. Hoc tempus dæmon obſeruabat, vt odibilem faceret Creatorem, qui creaturas produxerit, quæ nocerent. Cùm ex creaturis & cognoſcendus, & laudandus Deus ſit; per creaturas iniuriâ affici Creatorem, ſubdolè tentat dæmon.

Et malè patitur: Græcè, καὶ κακῶς πάσχει, *Miſerè* 927.
affligitur. πάσχειν dicitur etiam de beneficiis, quæ accipiuntur. Herod. πεπονθότες ἀγαθὰ *beneficia acceperunt*. Et Demoſt. ἀγαθὰ παθών *beneficiis affectus*. Congruè verbum, quod de iniuriis, contumeliis, & tribulationibus dici ſolet, etiam ad beneficia porrigitur; vt ſtatim diſceremus, iniurias, & oppreſſiones, quas patimur, ingentis beneficij loco nobis habendas eſſe.

Nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam. Contrariis elementis in filij perniciem dæmon vtebatur. Hoc ſæpè ille præſtat: cùm deliciis aliquem ſternere non poteſt, contrariis etiam vtitur; nimiâ ſcilicet abſtinentiâ, nimiis vigiliis. Satis illi, vt quis pereat, & decipiatur; quo pereat, non curat.

Sæpè cadit in ignem: Proprium dæmonis eſt, vt 928.
perdat homines, in quos aliquid acceperit facultatis; niſi illius conatum Deus impediat, conſilium frangat. Vide quanta in homines Dei prouidentia ſit: hic puer toties in ignem, & in aquam iniectus, ab vtriſque, manifeſtâ Dei curâ & prouidentiâ ſeruatus, exiuit; moriturus proculdubio niſi ſeruaretur.

Sæpè cadit, ſemper liberatus. Vt diuina prouidentia hîc elucet; ſic & dæmonis ſæuities, & in nocendo pertinacia: licèt iſte puer ſemper liberaretur, non deſiſtebat tamen dæmon, quin in ignem eum coniiceret, & in aquam, ſperans futurum, vt ſemel tandem aut ab illo abſumeretur aut ſuffocaretur in iſtâ. In ſpiritali pugnâ idem præſtat: quamuis nihil tentando efficiat, à tentatio-

ne non facilè abſtinet, ſpe victoriæ tandem conſequendæ.

SECTIO V.

Facilè homines culpam in alios reiiciunt, à qua ipſi non immunes. 929
Malorum omnium origo, peccatum. 929
In correctione aliorum nomini, ac famæ conſulendum. 930
Quàm noxia ſubditis Paſtoris abſentia. 930
Difficilè curari morbus poteſt, qui radices emiſerit in animo. 931
Peccatum peccatum trahit. 931
Quàm noxia inuidia ſit. 931
Πίςις *quid. Fides humilis, ſed vehemens.* 932
Iuſti quò magis comprimuntur, ac teruntur, eò maiorem fiduciam habent. 932
Viri apoſtolici eſt animarum lucris inhiare, non pecuniis. 932
Doctor lucri cupidus, paucos prædicationis rete ferè trahit. 933
Prompta etiam in difficilibus obedientia. 933
Prælati communibus Eccleſiæ bonis ad priuata commoda, & minus ad proprias voluptates ne abutantur. 933
Qui Chriſti Crucem cogitat, ad paria vrgeatur. 934
Præſulum eſt, ſubditorum onera ferre. 934

Obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

929. O*Btuli eum diſcipulis tuis:* Cum Chriſtus abeſſet, & in monte moraretur, vbi ſe coram tribus diſcipulis transfigurauit; obtulit iſte pater filium diſcipulis, qui remanſerant, ſanandum; ſed curare nequiuerunt. *Non potuerunt,* inquit, *curare eum.* Quod ſuæ culpæ potius, aut certè non minùs erat, id diſcipulis adſcribit. Frequens id, & hominibus familiare, vt culpam, à qua ipſi non ſunt immunes, facilè in alios transferant, & in eo alios arguant, in quo ipſi maximè ſunt arguendi.

Afferte huc illum ad me; vix eos inclamans dixerat; *ô generatio incredula, ac peruerſa? quouſque ero vobiſcum? quouſque patiar vos?* cum placatus addidit; *Afferte huc illum ad me*; Vnde hæc tam ſubita mutatio? cur tam ſubitò manſueſcit, qui iram præſeferebat? ne in hominem, ſed in peccatum ſe iratum eſſe ſignificaret; nam *in tantum non eſt iratus homini, ſed vitio, vt ſtatim intulerit, afferte eum ad me*; ait Sanctus Hieronymus.

Increpauit illum Ieſus; cur non potius iniquiſſimum dæmonem, qui puerum obſidebat increpauit, quàm puerum? *Quia puer propter peccata ſua à dæmone fuerat oppreſſus*; peccauerat puer, dæmon peccatorem cruciat; increpatione dignior peccans puer eſt, quàm dæmon torquens.

Increpat puerum, vt malorum exſcinderet radicem; in ſuo germine mala auferenda ſunt; malorum autem omnium origo peccatum eſt; hoc tollere Chriſtus ſtudet, dum puerum increpat, qui peccauerat, & aditum dæmoni patefecerat.

* * *

Quare nos non potuimus eiicere illum? Dixit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram.

S*Vperiùs Lunatici patrem, alioſque incredulitatis inſimulauit; arguit nunc diſcipulos, quibus perfecta fides deerat. Sed obſeruandum eſt, quòd illos, quorum peccatum manifeſtum omnibus erat, Chriſtus corã omnibus arguit: diſcipulos, quorum defectus notus nõ erat, publicè non reprehendit, ſed, vt colligitur ex v. 19. *κατ' ἰδίαν, ſecretò, ſeorſim, priuatim,* ſicut ad eum acceſſerũt Apoſtoli. Id autem fecit, vt eorum conſuleret auctoritati, doceretque, in iis, qui delinquunt, corrigendis, eorum famæ, nominique (ſi res occulta ſit) eſſe cõſulendũ. 930.

Propter incredulitatem veſtram: Vt minorem fidem, quàm debebant, & neceſſaria erat præſtando miraculo Apoſtoli habuerint, non tamen fidem penitus perdiderunt. Oblatus eſt diſcipulis hic adoleſcens, vt aliqui notauere, dum Chriſtus cum tribus diſcipulis in monte verſaretur. Vt vel hinc coniiceremus, quàm noxia diſcipulis magiſtri, quàm noxia ouibus paſtoris abſentia ſit, licèt paſtor gloriam intueatur, & mente in paradiſum euolet.

Propter incredulitatem veſtram: Ob morbi diuturnitatem, quo puer corripiebatur, difficilem curationem futuram putabant Apoſtoli; atque adeò fides, ac fiducia in illis deferbuit, quæ erat neceſſaria: Dæmonem etiam ab incunabulis puerum obſediſſe, vel Apoſtolos deterruit. Explicari non poteſt, quàm difficile curari morbus poſſit, qui à teneris annis mentem corripuit. 931.

Sunt, qui putent, idcirco Apoſtolorum fiduciam elanguiſſe, vt adoleſcentem curare nequiuerint; quia inuidia eos inuaſerat, & quidam turbationis motus eos oppreſſerat, videntes tres illos diſcipulos aſſumptos, & ſe relictos à Chriſto. Quod ſi verum eſt, hinc colligis, vnum peccatum aliud trahere, & vnius paſſionis motum, niſi comprimatur, alium gignere: adeo fœcunda peccati natura eſt. Signatè habes, quàm noxia inuidia ſit menti, quàm occupat.

Amen quippè dico vobis, ſi habueritis fidem, ſicut granum ſinapis.

S*I habueritis fidem: ἐὰν ἔχητε πίςιν. ſi habeatis fiduciam.* Fides, quam hic Saluator, & paſſim exigit, & fidem complectitur, & fiduciam. *Sicut granum ſinapis:* Ac ſi diceret: fidem habeatis humilem quidem, miniméque ſe oſtentantem; ſed viuam, acrem, vehementem, feruidamque. 932.

Sicut granum ſinapis: Talis iuſtorum fides eſt, ac fiducia: ad modum ſe grani ſinapis habet. Quò magis comprimuntur, conteruntur, ac tribulationibus, iniuriis tunduntur, eò magis virtutem ſuam, ſuæque fiduciæ exerunt iuſti vim: ſicut & ſinapis granum contuſum, ac contritum, quanti feruoris, & virtutis ſit, maximè oſtendit.

Hoc autem genus non eiicitur, niſi per orationem, & ieiunium.

P*Ende, quanta ſit ieiuniorum virtus; vt id facere ieiunia valeant, quod Apoſtoli nequiuerant.

Ieiunio fugatur dæmon, qui contra ieiunium pugnat, & tollere à fidelium caſtris callidus ſtudet. Iuſtè id agitur, vt, qui Chriſtum tentans à ieiunio auocare, lapidum in panes conuertendorum exhibitione, tentauerat, de ſuâ paratutâ repercuſſus,

ab

ab obſeſſis corporibus, ieiunij virtute, eiiceretur. Qui contra ieiunium pugnat, ieiunij ictus ſentit. Timeat fidelis, ne, qui ieiunio, velut armis, vti non vult, ieiunium, velut hoſtem, ſuſtineat: ieiunium quippe, dum ſeruatur, ad cuſtodiam eſt; dum non ſeruatur, hoſtis euadit, & nos à Dei conſortio eiicit.

Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem.

ANte conceſſerat Petro Dominus, vt piſces tot caperet, quot poſſet; adeò vt præ piſcium multitudine rete frangeretur: ſed nunc vnum tantum capere voluit. Cur ita factum? Illa piſcium multitudo animas ſignificat, quas Chriſto piſcabatur Petrus: & ideo tam ingens fuit piſcium copia, quia multos Chriſto lucratus eſt Petrus. Hîc de piſcatione pecuniæ agitur; vnum igitur tantùm piſcem capit, in quo inuenit ſtaterem. Vt ita proderetur, viri Apoſtolici eſſe, animarum lucris inhiare non pecuniis, rerumque terrenarum poſſeſſioni.

933. Si ſtater in ore piſcium fuiſſet, & Petrus nummorum amore piſcatus fuiſſet, non tantam piſcium cepiſſet copiam. Ita enim fit, vt doctor lucri cupidus, quique pecuniam, animarum ſaluti, præfert, paucas animas, aut nullas Deo lucretur, ad Deumque prædicationis rete ducat.

Illum ſumens, da eis pro me, & te.

GRande Petri priuilegium! Chriſto in tributi ſolutione pariari. Sed magna etiam eius fides, ac obedientia exſtitit, qui ad rem ita naturâ incredibilem illico Domino paruit, vt abſque vllâ diſcuſſione piſcem, qui ſtaterem in ore haberet, iret piſcaturus.

Illum ſument, da eis. Obſerua, quòd Chriſtus quamuis communes loculos haberet penes Iudam, noluit tamen communibus vti ad proprium, perſonaleque tributum perſoluendum; exemplum præbens prælatis, ne communibus Eccleſiæ bonis ad propria commoda, & minùs ad proprias voluptates, abutantur.

Quod hîc habetur ita exponit Sanctus Athanaſius; *Dixit Dominus ad Petrum: Vade ad mare, & hamum proiice, primumque, qui ingreſſus fuerit piſcem cape; & eius aperto ore, ſtaterem inuenies, hunc pro me dato, & pro te. Quod mare illud eſt? mundus. Hamus verbum Dei. Piſcis, Chriſtus. Stater, Crux Domini, in quâ & ipſe crucifigendus erat, & Petrus.*

Da eis pro mê, & pro tè; non petebatur tributum à Petro, ſed à Ieſu, cur ergo Ieſus & pro Petro dari tributum iubet? An, vt tectè moneretur Petrus, ſibi quoque vbi mortuus eſſet in Cruce Chriſtus, crucis ſupplicium pro Chriſto ſubeundum? ac ſi diceret, interprete Sancto Zenone, *Dabis autem pro mè, & pro tê, hoc eſt, meam prædicabis crucem; ſed & tu Crucis tuæ ſimiliter dignitate gaudebis*; nimirum, qui Chriſti ſui crucem ob oculos habet, ad ſimilia vocari debet, & vrgeri. 934.

Eleganter hanc tributi ſolutionem verſat Theophylus Antiochenus; ait quippè; *Hoc tributo, Paſſio Domini deſignatur; quia homo abſtrahendus erat à ſæculo, habens in ore ſuo ſtaterem; id eſt didragma quatuor continens dragmas, quibus intelligenda ſunt quatuor Euangelia; quorum productio, teſtimonia fidei demonſtrabat; vnde debitum (id eſt peccatum) generis humani poſſit abſolui; quia Paſſione Chriſti liberandi eramus à debitis peccatorum.*

Da eis pro me, & te; cur ſigillatim Chriſtus, & Petrus tributa pendunt, non id de aliis legitur diſcipulis? An, hoc ad Præſulum munus referendum eſt, quorum proprium eſt ſubditorum onera facere, & pro ipſis debita tributa perſoluere potiùs, quàm ab ipſis dona exigere, aut extorquere?

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVIII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

IN illâ horâ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas, maior eſt in Regno Cælorum?

Verſ. 2.

Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum.

Verſ. 3.

Et dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi

In illâ horâ. *S. Hil. In illâ die. Mald. Sub idem tempus. Syr. Eâ ipsâ horâ. Ar. M. Et in illâ horâ. Tigur. Illo tempore. Arab. Et in illâ horâ.*

Acceſſerunt ad Ieſum. *Int. S. Chryſ. Adierunt Ieſum. Arab. Venerunt ad Ieſum.*

Quis p. m. e. *Pagn. Quis maximus eſt. Interp. Euth. quiſnam maximus eſt. Mald. Quis tandem maximus futurus eſt. Fr. Luc. Quiſnam maximus erit. Clem. Alex. Quiſnam ex eis maior eſſet.*

Et aduocans. *Int. Orig. Et accipiens. Vat. Et accerſitum ad ſe. Fr. Luc. Quùm aduocaſſet ad ſe. Int. Euth. Et accerſito. Syr. Et vocauit.*

Paruulum. *Pagn. Puerulum. Vat. Puellum. Int. Orig. Puerum. Int. Euth. Puero.*

In medio e. *Syr. Inter ipſos.*

Conuerſi f. *Clem. Alex. Fueritis.*

Et efficiamini. *Orig. Effecti. Clem. Alex.* omittit. *Int. Orig. Et facti. Vat. Et effecti.*

Sicut paruuli. *S. Amb. Sicut puer iſte. S. Hier. Sicut infans, & quaſi vnus de pueris. Clem. Alex. Sicut hi pueli. Fr. Luc. Sicut pueruli. Syr. Sicut puerulus. Int. Euth. Sicut pueri. Vat. Similes puellorum.*

fueritis

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

fueritis, & efficiamini, ſicut paruli, non intrabitis in Regnum cœlorum.

Non intrabitis. *Pagn. Non ingrediemini. Ar. M. Neqnaquam intrabitis. Orig. Non intrabitis. Fr. Luc. Non admittemini.*
Cælorum. *Orig. Dei.*

Verſ. 4.

Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in Regno Cælorum.

Humiliauerit. *Vat. Demiſerit. Syr. Deprimit. Auct. Depreſſerit, ſummiſerit.*
Se. *Int. Theoph. Seipſum. Pagn. Semetipſum. Int. Euth. Se ſe.*
Hic maior eſt. *Caiet. Hic maximus eſt. Fr. Luc. Hic eſt ille maior. Int. Theoph. Hic eſt ille maximus. Syr. Is erit maximus.*

Verſ. 5.

Et, qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo: me ſuſcipit.

Suſceperit. *Int. Orig. Acceperit. Syr. Exceperit. Auct. Receperit.*
Suſcipit. *Auct. Recipit. Syr. Excipit. Arab. Equidem recipit.*

Verſ. 6.

Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Qui autem. *Arab. Et quicunque. Syr. Quiſquis autem. Orig. Si quis.*
Scandalizauerit. *Syr. Offendiculo fuerit. Vat. Offenderit.*
Vnum de puſillis. *S. Paul. Vnum ex modicis. Fr. Luc. Vnum paruorum iſtorum. Ar. M. Vnum paruulorum horum. Syr. Vni ex iſtis minimis.*
Expedit ei. *Syr. Satius ei fuerit. Ar. M. Confert ei. Arab. Melius erit ei.*
Vt ſuſpend. *Syr. Vt ſuſpenderetur. S. Oreſ. Appendatur. Orig. Ligari.*
Mola aſinaria. *Arab. Lapis molaris. Orig. Molam aſinariam.*
In collo. *Vat. De collo. Interpr. Euth. In collum. S. Oreſ. Super collum. Orig. Circa collum.*
Demergatur. *S. Paul. Præcipitetur. Arab. Submergatur. Syr. Ac demergetur. Orig. Præcipitari eum.*
In profundum m. *Syr. In profundis maris. Fr. Luc. In profundo. Ar. M. In pelago maris. S. Oreſ. In mare.*

Verſ. 7.

Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit.

Mundo. *S. Hil. Huic mundo.*
A ſcandalis. *Int. Theoph. Ab offendiculis. Arab. Per ſcandala.*
Vt veniant. *Fr. Luc. Venire, naſci. Arab. Vt ſint.*
Per quem. *Arab. A quo.*
Scandalum venit. *S. Hier. Veniunt ſcandala. Syr. Venient ſcandala. Pagn. Offendiculum venit.*

Verſ. 8.

Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te: abſcinde eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

Si autem m. t. v. p. t. *S. Epiph. Si vllum ex membris tuis.*
Scandalizat te. *Int. Theoph. Obſtaculo tibi fuerit. Int. Euth. Tibi eſt offendiculo. S. Chryſ. Te ſcandalizauerit. Vat. Offenſioni eſt tibi. Pagn. Offendit te.*
Abſcinde eum. *Int. Orig. Excide eum. Syr. Amputa eum. Ar. M. Abſcinde ea. Arab. Abſcinde ambo.*
Proiice. *Syr. Abiice. Ar. M. Iace. Arab.* addit. *Ambo.*
Bonum eſt tibi. *Int. Euth. Melius eſt tibi. Ar. M. Pulchrum tibi eſt. S. Epiph. Expedit enim tibi.*
Ad vitam. i. *Fr. Luc. In vitam ingredi. Arab. Vt intres in vitam. S. Epiph. Intrare in Regnum cælorum.*
Debilem. *Caiet. Mancum. Int. Euth. Mutilum. S. Epiph. Claudum.*
Claudum. *S. Epiph. Aut mancum aut curuum.*
Mitti. *Syr. Ruas. Int. Euth. Proiici. Ar. M. Iaci. Arab. Proiiciaris.*

Verſ. 9.

Vlugata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 9.

Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Scandalizat te. *Int. Theoph. Offendit te. Arab. Scandalizauerit. Int. Euth. Offendiculo eſt tibi.*
Erue. *Syr. Effode.*
Bonum eſt tibi. *Vat. Melius eſt tibi. Ar. M. Pulchrum tibi eſt.*
Cum vno oculo. *Fr. Luc. Vnoculum. Vat. Vt luſcus. Pagn. Monoculus.*
In vitam. *Syr. Ad vitam.*
Intrare. *Arab. Vt intres. Syr. Vt ingrediaris.*
Mitti. *Arab. Proiiciaris. Syr. Cadas. Vat. Mittaris. Ar. M. Iaci.*
In gehennam ignis. *Arab* omittit, *Ignis.*

Verſ. 10.

Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.

Videte. *Ar. M. Attendite. Orig. Nolite.*
Ne contemnatis, *S. Hier. Nolite contemnere. Ar. M. Videte ne deſpiciatis. Lucif. Epiſc. Ne contemnatis. Orig. Contemnere.*
Ex h. p. *S. Hier. De iſtis puſillis. Arab. Iſtorum paruulorum. S. Hil. De his puſillis qui credunt in me. Orig. Ex iſtis minimis.*
Semper. *S. Hier. Quotidie. Ar. M. Per omne. Orig. Per omnia.*
Vident. *Ar. M. Aſpiciunt.*

Verſ. 11.

Venit enim Filius hominis ſaluare, quod perierat.

Saluare. *Arab. Vt quæreret, & ſaluum faceret. Int. S. Chryſ. Saluum facere. Vat. Seruatum. Al. Seruare. Pagn. Ad ſeruandum.*
Quod perierat. *Fr. Luc. Perditum. Syr. Quidquid perierat. Arab. Quod perditum erat.*

Verſ. 12.

Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit?

Alicui. *Adam C. Ex Græc. & Syr. Alicui homini. Vat. Homini.*
Relinquit. *Goth. Relinquet.*
In montibus. *Arab. In monte. Caiet. & B. Alb. M. In deſerto. S. Chryſ. In montem profectus. Fr. Luc. In montes profectus.*
Eam, quæ errauit? *Fr. Luc. Illam errantem. Syr. Eam, quæ aberrat. Pagn. Eam, quæ errauerat. Arab. Errantem.*

Verſ. 13.

Et, ſi contigerit, vt inueniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet ſuper eam magis, quàm ſuper nonagintanouem, quæ non errauerunt.

Et ſi contigerit. v. i. *Syr. Quod ſi inuenerit. Ar. M. Et ſi fiat inuenire.*
Gaudet. *Syr. Gaudio afficietur. Goth. Gaudebit.*
Super eam. *Caiet. Super eâ. Syr. Ob eam.*
Non e. *Syr. Non aberrarunt. Ar. M. Non aberrantibus.*

Verſ. 14.

Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

Ante patrem veſtrum. *Syr. Coram Patre veſtro.*
Vt pereat. *Fr. Luc. Vt perdatur.*
Vnus de puſillis i. *Arab. Vnus ex iſtis paruulis. Ar. M. Vnus paruulorum horum. Fr. Luc. Paruorum iſtorum.*

Verſ. 15.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum.

Si autem. *Clem. Alex. Si.*
Peccauerit. *Syr. Errauerit. Orig. Videris peccare.*
In te f. t. *Clem. Alex. Frater tuus. Orig. Fratrem tuum.*
Vade, &c. *Clem. Alex.* omittit.
Corripe. *Int. Theoph. Argue. Vat. Redargue. Auct. Argumentis & rationibus conuince.*
Inter te & i. ſ. *Vat. Solus ipſe ſolum. S. Paci. Epiſc. Solus cum ſolo. Clem. Alex.* omittit.
Lucraturus eris. *S. Aug. Lucratus es.*

Verſ. 16.

Si autem te non audierit, adhibe tecum

Si autem te n. aud. *S. Aug. Si autem contempſerit.*
Adhibe. *Int. Chryſ. Aſſume. Auct. Accipe.*
Adhuc vnum vel duos. *S. Aug. Duos, vel tres. Orig. Alios duos vel tres.*

adhuc

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.

Vt in ore. *Arab. Quoniam ex ore.*
Duorum v. t. t. *S. Epiph. Tribus teſtibus.*
Stet. *Arab. Stabit. S. Epiph. Conſiſtat. Syr. Conſtet.*

Verſ. 17.

Quòd ſi non audierit eos:dic Eeclefiæ: ſi autem Eeclefiam non audierit: Sit tibi, ſicut ethnicus, & publicanus.

Quod ſi non a. eos. *S. Aug. Si autem & ipſos contempſerit. Ar. M. Si autem neglexerit eos. Si verò nec eos quoque audierit. Fr. Luc. Si neglexerit audire.*
Dic Eccleſiæ. *S. Aug Refer ad Eccleſiam.*
Si Eccleſiam non audierit. *Int. S. Chryſ. Si Eccleſia non obedierit. Syr. Quòd ſi nec Eccleſiam ipſam audierit. Ar. M. Si & Eccleſiam neglexerit. Fr. Luc. Obedire contempſerit.*
Tibi. *Arab. Apud te.*
Ethnicus. *S. Paul. Extraneus. Fr. Luc. Sicut quiuis ethnicus.*

Verſ. 18.

Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in Cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælo.

Quæcunque. *S. Aug. Quæ. Syr. Quicquid.*
Super terram. *Syr. In terrâ.*
Erunt ſoluta. *S. Aug. Soluta ſunt.*

Verſ. 19.

Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in Cælis eſt.

Iterum dico vobis. *Arab. Amen dico vobis etiam.*
Si duo ex vobis conſenſerint. *S. Hier. Si duobus ex vobis conuenerit. Syr. Si duo ex vobis vnanimes fuerint. S. Cyril. Ieroſ. Si duo ex vobis concordauerint. Orig. In vobis conuenerint.*
Super terram. *Fr. Luc. In terrâ. Orig. In idipſum.*
De omni re. q. p. *Syr. Quidquid voluerint petere.*
Fiet illis. *Vat. Continget illis.*
A Patre meo. *Syr. Ab ipſo Patre meo.*

Verſ. 20.

Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.

Vbi enim ſ. *Orig. Vbicunque fuerint.*
Congregati. *S. Cyp. Collecti. Ar. M. Coacti.*
Ibi ſum. *Orig. Sum.*
In nomine. *Vat. Nomine.*
In medio eorum. *Syr. Inter eos.*

Verſ. 21.

Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſque ſepties?

Tunc. *S. Hil. Deinde.*
Accedens. *Arab Venit Syr. Acceſſit. S. Hil.* omittit.
Petrus a. e. d. *S. Hil. Quærenti Petro.*
Domine quoties. *S. Hil. An.*
Peccabit. *Arab. Si peccauerit. Syr. Si errauerit. S. Hil. Peccanti.*
In me f. m. *S. Hil. In ſe fratri.*
Et dimittam. *Pagn. Et remittam. S. Hil. Remitteret.*
Vſque ſepties? *Int. Chryſ. Num vſque ſepties? S. Hil. Septies.*

Verſ. 22.

Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.

Dicit i. I. *S. Hil. Reſpondit.*
Non dico. *Tert. Non dicam.*
Non ſepties. *Aug. Non ſolùm ſepties.*
Vſque ſ. ſ. *S. Aug. Etiam vſque ſeptuagies ſepties. Vat. Vſque ad ſeptuagies ſeptenas.*

Verſ. 23.

Ideo aſſimilatum eſt Regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

Ideo. *Ar. M. Propter hoc.*
Aſſimilatum eſt. *Arab. Aſſimilatur. Ar. M. Aſſimilatum eſt.*
Homini regi. *Syr. Viro regi.*
Qui voluit. *Syr. Volenti.*
Rationem ponere. *Fr. Luc. Rationem conferre. Syr. Recipere rationem.*
Cum ſeruis ſuis. *Arab. Seruis ſuis. Syr. A ſeruis ſuis.*

Verſ. 24.

Et, cùm cœpiſſet rationem ponere oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.

Rationem ponere. *Caiet. Rationem conferre. Fr. Luc. Inire ſupputationem. Syr. Recipere.*
Qui debebat. *Interpr. Euth. Debitor.*

Verſ. 25.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 25.

Cùm autem non haberet vnde reddere,iuſſit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi.

Cum autem non hab. v. red. *Fr.Luc. Non valente autem eo reddere. Syr. Quumque is non haberet vnde ſolueret. Vat. Cùm is non eſſet ſoluendo. Int. Euth. Quum non poſſet ille ſoluere. Arab. Et non habuit, quod redderet. Pagn. Quum verò non haberet ad reddendum.*

Omnia q. h. *Arab. Et quodcunque erat ei. Syr. Quidquid denique habebat. Fr.Luc.Quæcunque habebat.*

Et reddi. *Int.Euth. Et fieri ſolutionem. Syr. Vt ſolueret. Arab.Vt redderet.*

Verſ. 26.

Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Procidens. *Arab.Procidit.Int.Euth.Proſtratus.*

Autem. *Fr.Luc.Ergò.Arab.Et.*

Rogabat. *Syr. Aderabat. Arab. Adorans. Quid. codd.Orabat.*

Patientiam h. i. m. *Syr. Longanimis eſto erga me Domine mi. Int. Euth. Patiens, ac lenis eſto erga me. Vat.Longanimis mihi ſis. Int.Chryſ. Eſto patiens erga me.*

Et om. reddam tibi. *Arab. Vt reddam tibi quodcunque tuum eſt.Syr.Et omnia tibi rependam.*

Verſ. 27.

Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Miſertus. *Vat. Intimè autem miſertus. Fr.Luc.Miſericordiâ commotus. Auct. Miſericordia affectu tactus. Ar.M.Commotus viſceribus. Arab.* addit. *Super eum.*

Dimiſit eum. *Int.Euth.Abſoluit eum. Arab.* omittit. *Dimiſit eum.*

Debitum. *Fr. Luc. Mutuum illud Int. Euth. Æs alienum.Caiet.Mutuum.*

Dimiſit. *Int.Euth.Remiſit.Auct.Condonauit.*

Verſ. 28.

Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis, ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

Egreſſus. *Syr.Exiit.*

Tenens. *Syr. Prehenſum eum Vat. Comprehenſum eum. Int. Euth. Apprehenſum. Arab. Et tenuit eum.*

Suffocabat. *Pagn. Obtorto collo ſuffocabat. Vat.præfocabat.Arab.Et ſuffocauit.*

Redde. *Int. Euth. Solue.*

Quod deb es. *Ar.M. Si quid debes.*

Verſ. 29.

Et procidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Et procidens. *Fr.Luc. Procidens igitur. Arab.Procidit.Pagn.Proſtratus igitur.*

Conſeruus eius. *Syr.* addit, *Ad pedes eius.*

Rogabat. *Caiet. Obſecrabat.*

Patientiam h. i. m. *Syr. Longanimus eſto erga me. Vat. Longanimis mihi ſis. Ar.M.Longanimus eſto in me.Interpr. Chryſ. Eſto patiens erga me.*

Et o. r. t. *Arab.Et ego dabo tibi,quod tuum eſt. Syr. Et omnia tibi rependam.*

Verſ. 30.

Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.

Ille a. n. *Arab.Et renuit.Vat. At ille nolebat.*

Et miſit. *Ar.M. Et coniecit. Arab.Reliquit.*

In carcerem. *Fr. Luc.In cuſtodiam.Arab.In carcere.*

Redderet. *Int. Euth. Solueret.*

Debitum. *Arab. Omne quod erat ei. Syr. Quod ſibi debebat.Goth.Omne debitum.*

Verſ. 31.

Videntes autem conſerui eius, quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt,

Videntes. *Syr.Cùm vidiſſent.*

Quæ fiebant. *Syr. Quod factum fuerat.Ar.M.Facta.Vat Quæ facta fuerant.*

Contriſtati ſ. v. *Pagn Indoluerunt. Syr.Ægrè tulerunt admodum.*

Narrauerunt. *Vat. Expoſuerunt. Int. Euth.Manifeſtauerunt. Ar M. Declarauerunt. Al. Aperuerunt.Syr.Renunttar unt.Pagn Indicarunt.*

Omnia, q. facta f. *Int. Euth. Cuncta , quæ fiebant.*

Nouarin. in Euang. Tom. I.

Vulgata Editio.

& narrauerunt domino ſuo omnia, quæ facta fuerant.

Lectionum Varietas.

Arab. Quodcanque factam eſt. Ar.M. Omnia facta.

Verſ. 32.

Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.

Vocauit. *Int.Euth. Accerſiuit. Syr. Aduocauit. Ar. M. Aduocans.*
Serue nequam. *S.Aug. Serue male. Vat. Serue Sceleſte.*
Omne debitum. *Pagn. Totum debitum illud. Arab. Quodcunque debebas.*
Dimiſi. *S.Cyp. Donauit. Pagn. Remiſi. Quidam ap. Fr.Luc. Dimiſeram. Syr. Remiſeram.*
Quoniam rogaſti me. *Int. Euth. Quia obſecraſti me. Int. Theoph. Quum obſecraſſes me. Ar. M. Quoniam aduocaſti me. Syr. Vt qui me deprecatus fuiſſes.*

Verſ. 33.

Nonne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Oportuit. *Int.Euth. Oportebat.*
Miſereri. *Syr. Miſericordiâ commoueri.*
Conſerui t. *Arab. Illius ſerui ſocij tui. Syr. Erga conſeruum tuum.*
Sicut e. e. t. m. ſ. *Arab. Secundum miſericordiam meam erga te. Syr. Sicut & ego commotus fueram erga te. Int. Theoph. Miſertus eram.*

Verſ. 34.

Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum.

Et iratus. *Syr. Perinde excanduit. Arab. Et iratus eſt.*
Redderet. *Int. S.Chryſ. Perſolueret. Int. Euth. Solueret ſibi. S.Greg.Nyſſ. Soluerit.*
Vniuerſum debitum. *Arab. Omne quod debebat. Syr. Quidquid ipſi debebat. Vat. Totum, quod debebatur ſibi. S.Greg.Nyſſ. Quidquid debet.*

Verſ. 35.

Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Pater meus. *S.Aug. Pater veſter.*
Cæleſtis. *S.Aug. Qui in cælis eſt.*
Fratri ſuo. *Arab. Fratribus ſuis. Int. Chryſ. Suo quiſque fratri.*
De cordibus veſtris. *S.Chryſ. De corde veſtro.* Addit, *Peccata ipſorum. Pagn. Delicta illorum. Syr. Errata eius. Ar. M. Lapſus eorum.*

CAPVT XVIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Ambitio omnes inuadit, nulli parcit. 935
Ambitioſi tales videri nolunt, & dici erubeſcunt. 935
Maxima exemplorum vis. 936
In virtute debemus ſemper creſcere. 936
Virtutum omnium centrum humilitas. 937
Virtutes quiſque poſſideat, & ſe poſſidere neſciat. 537
Labor quoque noſter in virtutum acquiſitione requiritur 937.
In Dei obſequio ſemper debemus creſcere. 938
Minima maximi æſtimanda. 938
Vera humilitas ex corde naſcatur. 939
Humiles honorari Chriſtus vult. 939
Mercenaria beneficia, & hoſpitalitas non ſit, ſed gratuita. 940
Chriſtum ſuſcipere omnem mercedis magnitudinem excedit. 940
Qui magnus non facilè ſcandalizatur. 940
Rationis expers videtur, qui malè viuit. 942
Quàm grauem pœnam ſubiturus qui multis ſcandalo eſt. 943
Vix de mundo eſſe videtur cui aliena vitia ſcandalo non ſunt. 944
Angelica cuſtodia ſolicitudo nos ad Dei amorem prouocat. 945

In illâ horâ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno Cælorum?

ETIAM Apoſtolorum animos inuadit ambitio. Quis ab huius vitij infectione immunem ſe futurum putet, cùm Chriſti diſcipuli non fuerint, à quo nihil aliud niſi humilitatis odor ſpirabat, humilitatis verba fluebant, humilitatis exempla manabant? Quid, ſi vel leue ambitionis ſignum in Magiſtro apparuiſſet? Explicari non poteſt, quàm facilè hominum animos, etiam eorum, qui locum aliis vitiis non dederunt, teneat ambitio, faſtus, honoris, ac dignitatis amor. 935

Quis putas maior eſt in regno Cælorum? Cum erubeſcerent loqui de primatu inter ſe, quæſtionem quodammodo palliant, & quodam prudentiæ tegmine veſtiunt. Non dicunt, *quis eſt maximus inter nos?* ſed vniuersè, *quis in regno Cælorum*

futurus

futurus maximus eſt? Generalem quæſtionem proferunt, vt peccatum ſuum obtegerent, tanquam qui non de ſe ſolis, ſed de omnibus quæſiuiſſe viderentur. Nimirum ambitioſi, tales videri nolunt, tales cognoſci erubeſcunt.

Aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi efficiamini, ſicut paruuli.

936. VT diſcipulis humilitatem Chriſtus perſuadeat paruulum in medium aduocat: cur ità factum cùm ſuorum verborum vis præſtare iſtuc plenè potuerit? Non ab re hoc facit Ieſus: vt nempè oſtenderet, maximam exemplorum vim eſſe: faciliùs homines exemplis erudiuntur quàm verbis: ſi verò exemplis verba adiiciantur, tunc facilè, quod ſuadetur, perſuadetur.

Paruulum aduocat; vt diſceremus; Chriſtum in nobis virtutum augmentum quærere: ſicut enim paruulus ſemper adoleſcit, & maior fit; ſic & nos in virtute qualibet creſcere debemus.

937. *Statuit in medio eorum: ἔςησεν αὐτὸ ἐμμέσῳ αὐτῶν, collocauit eum in medio eorum.* Cur in medio? Vt ab omnibus conſpiceretur. In medio ponitur, qui humilitatis exemplum electus eſt: vt vel ſitu diſceremus, virtutum omnium centrum humilitatem eſſe, quod reſpicere, & ad quod tendere omnes debent, velut lineæ.

Non præcipitur Apoſtolis, vt ætatem habeant paruulorum, ſed innocentiam, & ſic, quod pueri per annos poſſident, illi poſſideant per induſtriam. Porrò, ſicut paruuli innocentiam, & humilitatem habent, & ſe habere neſciunt, huiuſmodi iuſti ſint: virtutes plenè poſſideant, & ſe eas poſſidere neſciant.

Signatè verò ait, *niſi efficiamini ſicut paruuli*; vt oſtenderet, quòd labor quoque noſter hîc requiritur, vt ſecundum virtutem operemur.

938. *Niſi efficiamini; ſicut paruuli*; ſemper paruuli creſcunt, ſemper maiores fiunt; *Ecce Chriſtus diligit paruulos, tales eſſe docens debere, qui ſemper maiores eſſe velint*, ait Tertullianus. Abeunt, qui conſiſtunt, & decreſcunt potiùs, quàm creſcant.

Paruulos imitari etiam in hoc debemus; quia paruuli parua magni æſtimant, ita & in acquirendis virtutibus, & in vitiis euitandis, exigua quælibet, tanquam maxima, maximi æſtimemus; nihil ſit adeò exiguum, quod contemnamus; nobis illud alibi effluxit: *In Dei obſequio non minimum negligere minima.*

Paruulos nos eſſe Dominus iubet, vt Cæli nobis aditus pateat; hæ paruulorum virtutes ſunt ex Beato Laurentio Iuſtiniano. *Sicut paruulus non perſeuerat in iracundia, læſus non meminit, videns pulchram mulierem non delectatur, nec aliud cogitat, & aliud loquitur: ſic & nos, niſi talem habuerimus innocentiam, & puritatem non poterimus habere veram iuſtitiam, quæ in regnum conducit cælorum.*

Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte.

939. QVicunque humiliauerit ſe: Græcè, *ὅςις ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, quicunque ſe demiſerit, depreſſerit:* Ad animi modeſtiam hoc pertinere videtur. Signatè addit, *ſe*: non ſatis eſt caput, genuavè demittere, & inclinare, demittendus animus eſt, vt ab intimo corde naſcatur humilitas, non ficte in corporis dumtaxat appareat habitu.

Et, qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.

QVi ſuſceperit vnum paruulum talem: Pende, quanti faciat humilitatem: non ſolùm inquit, oportet vos humiles eſſe; ſed, ſi alios humiles propter me in honore habueritis, idem erit ac ſi me reciperetis, & honore perſequeremini.

Hoſpitium hîc laudat, & ſuadet: ſed cur par- 940.
uuli, & non etiam viri meminit? De paruulo loquutus eſt ob præſentiam eius, adhuc enim erat in medio diſcipulorum; & fors, vt oſtenderetur, hominibus ob gratitudinem, ac mercedem non eſſe benefaciendum, ſed propter Dei gloriam, & amorem: nam paruuli, etſi recipere beneficium poſſunt, hoſpitioque recipi, gratias tamen agere neſciunt, & reddere nequeunt. Non igitur mercenaria beneficentia ſit, ſed tantum à Diuino amore proficiſcatur, nullà recipiendæ mercedis ratione habità.

Grandis eſt illa merces, quæ illis clauditur verbis: *me ſuſcipit*, ſupra cap. 10. *Qui recipit*, inquit, *iuſtum, mercedem iuſti accipiet*. Hîc nulla mercedis expreſſa mentio, ſed tantum, *me ſuſcipit* ait: quod omnem mercedis magnitudinem excedit.

Non hoſpitalitatis tantùm gratiam his verbis 941.
commendauit, ſed & Apoſtolorum noſtrorúmque humilitati conſuluit; ne ſcilicet quis, ſe honoratum putet, cùm recipitur; nouerint, non ſui merito, ſed magiſtri honore ſuſcipiendos; ne igitur iuſtorum humilitas in obſequiis, quæ illis deferuntur periclitetur inter honores, agnoſcant non ſe, ſed magiſtrum honorari.

Qui ſuſceperit paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit; Prudenter, ſe in puero ſuſcipi, Chriſtus affirmat; ne cum delatus hic honor Apoſtolis fuerit, ſe putent honoratos; cùm, non ſui merito, ſed magiſtri honore, ac reuerentià excipiendi ſint; ne igitur ſummorum virorum periclitetur humilitas inter honores nouerint, non ſe, ſed Dominum in ſeipſis honorari.

Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius.

CVr qui ſuo exemplo alios ad peccandum al- 942.
licit, hoc ſupplicio damnatur, vt mola aſinaria eius collo ſuſpendatur, & in maris profundo demergatur? quia talis pœna eo tempore in vſu; præterea iuſtè punitur, vt, qui ſuaue Domini iugum detrectauit, molam portet: cuius onere demergatur; *Cui mola aſinaria ad collum ſuſpenditur*, ait Sanctus Ambroſius, *portat lapidem, qui portare iugum Domini recuſauit*; de quo ipſe dixit; *iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

Mola aſinaria, non hominem, ſed iumentum rationis expers præferre videtur; quia & malè viuit, & alios ſcandalizat; ac proinde aſinariæ molæ ſupplicio iurè punitur.

Qui ſcandalizauerit vnum; qui vnum ſcandali- 943.
zat tam grauem pœnam ſubit, quid ſubibit ille, qui multis ſcandalo eſt? rem premit Sanctus Ambroſius; *Quod ſi is*, inquit, *qui vnum ſcandalizauerit, molà circumligatus iactari debet in mari, quid de te pronuncias, per cuius ſcelus omnis anima ſauciata eſt?*

quod in eos iactari poteſt, qui populo ſcandalo ſunt. *Quòd ſi aliquis.*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *vni alicui homini ſcandalum offerens, ineuitabiles pœnas dabit; nos, qui tam multis ſcandalnm offerimus quas pœnas daturos putas?* quæ ſupplicia ſubituri ſunt, qui totius Ciuitatis ſcandalum ſunt.

Signatè ait, *qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis*; nam, qui magnus eſt, non facilè ſcandalizatur, ſed paruus. Quò quis ſanctior eò minùs ob aliorum ſcelera ſcandalizatur, minùs offenditur.

Væ mundo à ſcandalis.

994. ET non plures ſunt viri fortes, ac prudentes, ſic in vitture firmati, quibus aliena vitia ſcandalo noo ſunt? ſunt, ſed de mundo non videntur eſſe; & ideo ſignatè ait, *va mundo*; nam, vt ait Sanctus Paſchaſius: *Non niſi qui in mundo, & de mundo ſunt ſcandalizantur; & ideo va mundo à ſcandalis; quia qui de mundo ſunt, omnia ſcandala eis afferunt: va*; De mundo eſſe non videntut, qui non ſcandalizantur. Contentionem diſcipulotum, qui primatum ambiebant audierat ſuprà Dominus: contendebant enim *quis eorum videretur eſſe maior*; nunc, poſtquam multa dixerat, de puſillorum ſcandalo tollendo inclamat: *va mundo à ſcandalis*; Quorſùm iſtuc? An ex eo quòd Apoſtoli de primatu contendetant totius mundi ruina timenda erat? Timenda; *Contra Apoſtolos*, ait idem S. Pater, *id dictum intelligi poteſt, qui interrogando; quis maior eſſet in regno Calorum; videbantur de dignitate inter ſe contendere. Et ſi in hoc vitio permanſiſſent, poterant proculdubio eos, quos ad fidem vocabant ſuo ſcandalo perdere, dnm viderent, eos, adhuc in fide infirmi, inter ſe de honore pugnare.* Adcò ooxia ſubditis hæc ambitionis lues in ſuperiotibus.

Bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem vel claudum quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

995. Q*Vam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum*; Itane duplex manus, duplex pes, duplex oculus ad Gehennam vrgent; *his*, inquit Sanctus Bernardus, *verbis eos notat, qui ingrediuntur duabus viis*, nunc bona, nunc mala ſectantes.

Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis.

N*E contemnatis vnum ex his puſillis.* Cur non contemnendi? *quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*: Angelorum cauſâ honorandi & illi, quorum Angeli ſunt cuſtodes; rem ita vrget Beatus Laurentius Iuſtinianus. *Solicitudo Angelica cuſtodia nos prouocat ad amandum proximum. De ipsâ Dominus dixit. Videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis; dico autem vobis, quia Angele eorum in calis ſemper vident faciem patris mei*, &c. *Adeſt enim vnicuique noſtrum, etiam minimo, Angelus bonus, Angelus Domini, qui neget, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus noſtris corrigendis, & miſerationibus expoſcendis, quotidie videat faciem Patris, qui in calis eſt. Non ergo eſt ab homine deſpiciendus homo, qui adeo Angelo carus eſt.*

SECTIO II.

Chriſti ſummi paſtoris amor in ouem quamlibet. 946
De vniuiuſque ſalute quam ſit ſolicitus Chriſtus. 946
Affectus, & cura Chriſti in ſuas oues. 946
Quod Chriſti oues ſimus ſuperbire non debemus. 947
Ex amore fuit quod ad nos ſaluandum venerit Dei filius. 947
Peccatum ſtultitiæ *meretur nomen.* 948
Qui alium corripit medicum agat, culpa grauitatem cognoſcere ſtudeat. 948
Læſum in lædentem non ſauire diuinum quiddam eſt. 949
Iniuria illata obliuiſci debemus, non culpa, qua qui nos læſit tenetur, vt eum abſoluamus. 949
Ἐλέγχειν *quid. Correctio non conuitiis facienda, ſed rationibus, & argumentis.* 950
In correctione aliorum fama conſulendum, & cauendum, ne is qui corrigitur pudorem omnem exuat. 950
Aliena vitia haud euulganda. 951

Si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in montibus?

946. QVòd vnius ouis errantis meminit, non plurium, ſinè pondere non eſt. Hinc oſtenditur magnus Paſtoris amor: ſi plures errauiſſent, &, aliis in montibus relictis, eas quæreret non adeò magnum: ſed vnam quærere, & tot labores pro vnâ ſubire, magni amoris argumentum eſt.

Vnius ouis mentio fit, non plurium, licèt plures pereant; quia noſter Paſtor ita de vnius ſalute ſolicitus eſt, ac ſi vnam tantùm haberet; & pro vnâ agit, quod pro omnibus præſtitum.

Præterea, vna ouis erraſſe perhibetur, vt amoris in eam affectus proderetur; quia, vt habetur Luc. 15. ouis perdita Paſtoris humeris imponitur, & ad gregem reducitur: ſi plures, ægrè deferre omnes poſſet. Luc. 15.

947. Per vnam ouem humanum genus intelligitur; & per hoc Paſtotis opulentia colligitur: diues Paſtor eſt, cuius omnes nos centeſima portio ſumus; ac per hoc non ſuperbiamus, quaſi ſimus totum bonum quod Deus poſſidet.

Ouem quætit paſtor non quæſitus; errantem inſequitur non vocatus, nullis perditæ ouis vocibus nec aliorum ſolicitatus; ſolâ ſuâ miſericordiâ prius paſtor mouetur; ſua eum vrget pietas, vt perditam ouem quærat, & inſequatur.

Tandem, per hoc oſtenditur, quòd Chriſtus ad nos redimendum ex ſolo amore venerit, non propter ſuam vtilitatem: ſi enim maior pars eius poſſeſſionis fuiſſemus, exiſtimari poterat, idcirco veniſſe, ne tàm graue rerum ſuarum damnum, ſi nos periremus, ſubiret; ſed, cùm centeſima ſimus ſui gregis portio, nullum ferè damnum, ac diminutionem grex vniuerſus vnius ruinâ ſentiret: quòd igitur venerit ad nos ſaluandum, ex amore fecit; ſicque fit, vt multùm ei debeamus, quia propter nos ad nos venit.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.

948. S*I peccauerit in te :* Græcè, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ, qui errore, ignorantiâ, vel humana infirmitate peccauerit : id enim propriè tum Græcum verbum fert, tùm Syriacum, *ſecal,* vt aliqui notauere; licèt extendi etiam facilè poſſit ad facinus, quod faſtu, malitiâ, & propoſito concipitur : & *ſecal* apud Syros eſt, *ſtultè agere, errare, delinquere.* Vnde & peccatum ſtultitiæ meretur nomen : quid enim ſtultius, quàm bono infinito, & perennaturo falſum, & caducum præferre?

Si peccauerit in te, corripe eum : Quia peccatum in te admiſſum tibi notius eſt, quàm cuilibet alteri, vt proinde & aptiùs, meliúſque corripere delinquentem poſſis, & medicum in eum agere, cùm morbi grauitas probè tibi nota ſit. Nimirum eorum, quæ nos tangunt, grauitatem diligenter expendimus; eò tamen cautiùs monendus eſt qui peccat, non vt nos vindicemus, ſed quia quò maior eius culpa eſt, eò maiori affectu moueamur ad eius ſalutem, qui in nos deliquerit, procurandam.

949. *Si peccauerit in te, corripe eum ;* Vim maximam, maximam energiam correptio habebit, qua peccatorem quis benignè corripit in ſe peccantem; nam, ſi quis pœnas ab eo petere poſſet, is de ſalute ipſius laborat; maximè omnium poterit eum placare, & ad meliorem mentem reuocare : efficax illius monitio eſt & diuinum quiddam præſefert, quum læſus in lædentem non irruit, nec ſæuit in illum, qui ei nocuit, ſed propriæ iniuriæ oblitus, vulnus fratris curare ſatagit, dum corripit.

Vade, & corripe : Non exſpectes, vt priùs ipſe ad te veniat : te ad illum confer, & correptionis opportunitatem quære. Sed dicat hîc aliquis : & non perfectius eſſet, ſi, iniuriæ alterius oblitus, alterius peccatum ſilentio ſupprimatur? Obliuiſcere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui : non illud, quod nocendo inflixit tibi : ſed, quod nocendo accepit : non ſinas, ſilentio tuo fratrem tuum deperire, ne cum pereunte tu pereas quoque.

950. *Corripe ;* Græcè, ἐλέγξον, *argue,* ſeu, vt nos vertimus, *argumentis, & rationibus conuince :* hoc enim propriè ſignificat verbum Græcum, ἐλέγχειν : vt non inſultu, & conuitiis res agatur, ſed rationibus, & argumentis; vnde appareat, eum, qui corripit, non vindictam ſuam ſpectare, ſed peccantis emendationem.

Prius, remotis arbitris, teſtibuſque corripi fratrē tuum, iubet; vt famæ ipſius conſulatur, conſulatur pudori; ſi quod aliis ignotum eſt, coram aliis corrigeres, non eſſes corrector, ſed proditor. Corripiendus eſt etiam ſeorſum frater, ne, ſi ſemel verecundiam amiſerit, pudorem exuerit, in peccato, amiſsâ emendationis ſpe, permaneat? deſperata ferè plaga eſt, cum, eâ ſemel expoſitâ, ruborem omnem is, qui eâ afficitur, poſuit, ac verecundiam.

951. *Inter te, & ipſum ſolum ;* hanc cautionem minimè obſeruant, qui aliorum euulgant culpas, Audiendus Beatus Laurentius Iuſtinianus. *Non vt detegantur, vt publicentur peccantes, mandauit Dominus, ſed quid ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & illum ſolum. Non præcepit, vt in plateis diuulgetur, non vt vindicta zelo prædicetur in fratribus : ſed, tanquam frater, corripiatur blandè, ac dulciter. Nam mollibus potiùs, quàm duris ſermonibus compungitur animus delinquentis.*

SECTIO III.

Συμφωνεῖν quid. Concordia in oratione fundenda. 952

Cor & lingua conſentire inter ſe debent. 953

Vnitatis vis & concordia. 953

Dei liberalitas, & beneficentia. 955

Subditorum culpa ſupina Superiorum negligentiæ tribuuntur. 956

Vxoris ſuperfluus ornatus quanta damna familiis inferat. 957

Olim debitor qui ſoluendo non erat vendebatur, quin eius vxor, & filij. 958

Mulierum luxus, & ſuperflua ornamenta domorum ruina. 958

Μακρόθυμος *quis dicatur : patiens magnanimus audire poteſt.* 959

Dei pietas, & clementia quàm magna. 959

Omnia in Dei gloriam dirigenda. 959

Σπλαγχνισθεὶς *quid. Intimo cordis affectu aliis miſereri debemus.* 960

Peccantes Deus erigit, & ne nimis pudore confundantur facit. 960

Non gloriæ tantùm ſuæ, ſed vtilitati etiam noſtræ conſulit Deus dum nobis ignoſcit. 961

Orantium vota non exæquat tantùm Deus, ſed ſuperat. 961

Ad humilitatem nos allicit Chriſtus. 962

Grati Deo eſſe debemus, & gratiarum eius magnitudinem expendere. 962

Iterum dico vobis, quia, ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in Cælis eſt.

Q*Via, ſi duo ex vobis conſenſerint :* Græcè, ὅτι 952.
ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν, *quia, ſi duo ex vobis concordes fuerint.* Sanctus Cyprianus epiſt. 8. legit, *ſi duobus ex vobis conuenerit.* Verbo Græco elegans ſubeſt metaphora : συμφωνεῖν, de muſico vocum concentu, harmonicoque ſono dicitur, tanquam ſi diceretur, non minùs gratam eſſe Deo concordem plurium orationem, quàm concentus muſicus hominum auribus ſit gratus. Concordia itaque hîc probatur, non quælibet, ſed, quæ ad modum muſici concentus, & ſymphoniæ ſe habeat; adeo vt nihil abſonum audiatur; concorſque ſit & verborum, &, quod magis eſt, voluntatum modulamen.

Si duo ex vobis conſenſerint ; vim vnitatis pende, 953.
ſi duo conſentiant, facile obtinent, quod poſtulant; *quod ſi duo vnanimes tantum poſſunt*, inquit Sanctus Cyprianus; *quid ſi vnanimitas apud omnes eſſet ?* omnia facilè vnanimitas obtinet, quæ apud omnes, & omnes in vnum quodammodo vertit.

Si duo ex vobis conſenſerint : Non duo tantùm *ex nobis* conſentire debent, ſed & *in nobis*, ſed quænam ſunt iſta duo? *Iſta duo*, inquit Sanctus Vincentius Ferrerius, *ſunt cor, & lingua, quæ debent conſentire, id eſt concordare in oratione ;* vbi mens linguæ contradicit, córque ori contrarium eſt, vt veræ orationis character abeſt, ſic nec exaudiri meretur, qui fingit potiùs ſe orare, quàm oret.

Si duo ex vobis conſenſerint ; quinam hi duo ſint, qui, inter ſe conſentire, debent, egregiè exponit Beatus Laurentius Iuſtinianus, dum ait : *Vbi ratio non peruertitur, & voluntas non repugnat, ibi naturalis decor elucet, & Deus purâ diligitur charitate. Si duo hi conſenſerint in ſpiritus vnitate, quidquid*

petierint, fiet illis à Patre; rem aliter verſat, & luculentiùs alibi, vbi ait: *Languet oratio, ſi non bonis operibus comitetur. Nam opus laudabile orationis vehiculum eſt, quo graditur ad ſuperiora cælorum. Quid prodeſt tota die preces fundere noctéſque tranſire peruigiles, & Dei aduerſum ſe iuſtitiam peccatorum ſordibus prouocare? Ambo conuenire debent, ſimúlque in vno vinculo ſociari cor, & lingua, vita & oratio, virtutis opus, & affectio charitatis. Horum alterum ſi diuidatur ab altero, iacet orantis animus, & oratio inexaudibilis reperitur. Si duo ex vobis (inquit Dominus) conſenſerint ſupra terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à Patre meo. Qui igitur orationi vacare deſiderat, ſuáſque poſtulationes offerre Altiſſimo, ſic ſe componat intus coram oculis Domini, vt non minus ipſe, quàm eius fiat acceptabilis deprecatio. Non placet Deo orationis ſacrificium, niſi placeat prius, ipſe, qui offert.*

Ideo aſſimilatum eſt regnum Cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

955. H*Omini regi*: optimus nexus hominis, & regis: quare ſtatim cogiter rex, ſe ita ſuper homines eſſe vt etiam homo ſit; nec nimis intumeſcat, & faſtu extra ſe rapiatur, &, hominem ſe eſſe, obliuiſcatur: quò dementiæ aliqui ſtolidè rapti. Vel regnum Cælorum homini regi comparatur, id eſt Chriſto, qui rex, & eſt homo, & etiam Deus. Homo tandem regi iungitur, vt rex humanitatis recordaretur.

Voluit rationem ponere: Græcè, *ἠθέλησε συνᾶραι λόγον, voluit rationem conferre, computationem inire.* Cur iſtuc rex per miniſtros non fecit? Cur per ſe ipſum rationem confert, computum init; Dimittere ipſe debitum cogitabat: voluit igitur rationes conferre: nam, ſi id per miniſtros egiſſet, non facile fuiſſet reperire, qui vel debiti partem remittere voluiſſet, ne dum totum debitum. Dominus, vt diuitiis omnes ſuperat, ſic etiam liberalitate, atque beneficentiâ.

Oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.

956. Q*Vi debebat ei decem millia talenta*; quî exereſcere tantum potuit debiti ſumma? Seruus iſte eos refert, qui ſuperiores ſunt, & aliorum curam habent; vnde & filios habere dicitur, & vxorem; quia igitur ſubditorum culpæ ſupinæ ſuperiorum negligentiæ tribuuntur, hinc factum, vt tam graue debitum hic ſeruus contraxerit; qui, ſi ſui ſolius reddenda ratio Domino eſſet, minùs contraxiſſet; Arrigant hîc aures, qui aliis præſunt ſed non proſunt; nocent potiùs torpore, ac damnabili conniuentia. Quid hîc Eccleſiæ Prælati, quibus commiſſa animarum cura eſt? Peruigilent, rationem pro animabus ſuorum reddituri.

957. *Qui debebat ei decem millia talenta*; quî vnus homo tam magnum debitum contrahere potuit? Vxorem habuiſſe ſequentia verba euincunt, fors & iſta ornatu nimio fecerat vt, tam grauiter ære alienô vir grauaretur? ſic enim ferè fit, vt vxorum luxu ingentes opes dilapidentur, & diues alioquin maritus, niſi ſibi ab vxoris vanitate caueat, ad paupertatem redigatur.

Vni ſeruo Dominus tantam pecuniarum copiam credidit; Valde gratus eſſe debebat & talis, cui tot talenta Dominus concederet, quid tum? eò ſeuerior in eum deinde fuit, vt diſceremus ab illis maximè beneficiorum reddendam rationem eſſe, quî maiora, præ aliis, acceperunt.

Domini ſui gratiam ſeruus iſte inierat, vt tam magnam pecuniarum vim ei crediderit; vt ſciremus, nulli de Domini beneficiis ſibi eſſe blandiendiendum, cùm, qui gratus Deo eſt, poſſit, ab eius amicitiâ excidens, in grauiſſimos errores labi.

Iuſſit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi.

958. A Ntiqua hæc erat conſuetudo, vt cum debitor ſoluendo non eſſet, poſſet creditor vendere ipſum debitorem, vxoremque eius, & filios. Hinc illud 4.Reg.4. vbi vxor Prophetæ cuiuſdam demortui ait Eliſæo: *Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi.*

Cur & vxor, vt debitum domino ſoluatur, iubetur vendi? Quia fors contracti debiti præcipua cauſa vxor: ſic enim ferè fit, vt ob vxorum ſuperfluum cultum, veſtimenta, monilia, ære alieno viri premantur, & familiæ.

Procidens autem ſeruus ille.

A Doratio illa, & cultus corporis proſtratione ei exhibitus, etiam adulationem quandam ſubolere poterat; non enim lego, cum iterum vocatus ad Regem eſt, Regem adoraiuſſe; omitit ergo illud, quod quandam ſimulationem ſapit; fecit, quod ſine ſimulatione erat; vt ita innueret; & doceret, non eſſe regij pectoris adulationibus flecti, ac moueri.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

959. P*Atientiam habe in me*: Græcè, *μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, Longanimis eſto erga me*, patientiâ erga me vtere, ne iræ indulgeas. *μακρόθυμος, magnanimus* dicitur, & *patiens, animique impetum cohibens*; magni quippè animi eſt, iracundiam cohibere, patientiam habere, nec illatis iniuriis vinci: vera magnanimitas patientia eſt.

Et omnia reddam tibi. Non habebat ſeruus iſte vnde redderet, aut vnde ſperaret, ſe poſſe reddere, & tamen fidenter pollicebatur, ſe omnia redditurum: & vnde huic tanta fiducia? A domini ſui clementia, ac pietate: cognoſcebat quippè, quàm clemens dominus eſſet, qui placatus modò humilitatis officiis, omnia facilè poſtea eſſet condonaturus: hanc itaque domini ſui clementiam, ac longanimitatem, ingentis theſauri habebat loco, vnde ſoluere domino debitum poſſet, additâ promptâ voluntate, quam ipſe eſſet exhibiturus.

Qui pœniret, & à peccatis reſipiſcit, omnia reddere, quæ debet, Deo proponat, & firmè ſtatuat. Omnia reddit, qui ſingulas operationes in Dei gloriam dirigit, nihilque agit, ſiue magnum illud ſit, ſiue exiguum, quod Deo non offerat, Deo non faciet.

Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

960. M*Iſertus*: Græcè, *σπλαγχνισθεὶς miſericordiâ commotus*, Intimum miſerantis affectum hoc

verbum

verbum claudit, cùm de viſceribus dicatur; vnde & *σπλάγχνα exta & viſcera* dicuntur. Totis igitur, viſceribus commotus dominus, ſerui, qui ſe humiliauerat, & ante eius pedes prociderat, miſertus eſt; vt nos interim doceret, intimo cordis affectu aliis miſereri, non extimè tantùm miſericordiam fingere.

Miſertus eſt dominus ſerui illius: Videns dominus ſerui humilitatem, & eius ſupplicationem audiens, miſericordia commotus, omne debitum illi dimiſit: cur non dimiſit antequàm procideret, antequam rogaret? Vt, cùm videretur, aliquid quoque ipſum feciſſe, non maiori confunderetur rubore: ſed erigeretur potiùs, & ad conſeruo ignoſcendum flecteretur. 961.

Ab initio dominus debitum non dimiſit, ſed poſtquam ſe ſeruus dimiſerat, & humilitatis plenam orationem fuderat; vt donum non modò ignoſcentis Domini; ſed etiam ſe demittentis ſerui quodammodo videretur, quaſique ſeruus procidens, & flagitans id mereretur: non gloriæ ſuæ tantùm dominus ſtudet, ſed etiam noſtræ vtilitati conſulit, compendiis noſtris.

Debitum dimiſit ei. Quantum amor Dei, plus dat quàm petitur. Seruus inducias tantùm petebat, vt debitum ſoluere poſſet: Dominus penitus omne debitum dimiſit. Neſcit Dei pietas vinci: nec orantium tantùm vota exæquat Dei beneficentia, ſed etiam ſuperat.

962. Sed, ſi dimittere ſeruo omne debitum iſte rex diſponebat, cur venundari eum iuſſit, vxoremque eius & filios, & omnia, quæ habebat, vt debitum ſolueretur? Non à ſeueritate, ac duritie fuit, ſed à clementiâ: terrere tantùm ſeruum voluit, & ad humilitatem, ſubmiſſionemque traducere; vt, debiti magnitudine cognitâ, domino genua flecteret, eiuſque humanitatis ſinum poſtularet, in quo reciperetur.

Præterea iuſſit vendi debitorem dominus omnia dimiſſurus; ne, ſi valde facilè omnium remiſſionem percepiſſet ſeruus, gratiæ magnitudinem non cognoſceret, nec gratus benefactori ſuo eſſet. Denique in hanc neceſſitatem redigitur ſeruus, vt abſolutus conſeruo compateretur, propriis eductus calamitatibus.

SECTIO IV.

Facilè labitur qui à Dei præſentia facilè ſe ſubducit. 963
A Dei clementia & benignitate quàm diſtent homines. 963
In malorum profundum merſus eſt, qui diuinæ miſericordiæ memoria aliis non miſeretur. 965
Quàm ſeuerè eos puniat Deus, qui duri in proximos ſuos ſunt. 966
Seueri in Dei iniuriis vlciſcendis ſimus, faciles iis quæ nobis inferuntur ignoſcamus. 966
Miſericordiam nos edocet Deus dum nobis ignoſcit. 967
Hominum in homines crudelitas, & duritia. 967
In die iudicij peccati excuſatio ceſſabit. 967
Iniuriæ illatæ memoria quàm grauis. 968
A faſtu omnes alieni eſſe debemus. 969
Qui miſericordes non ſunt, & aliis non ignoſcunt, Dei filij dici non merentur. 970
Vindictæ cupiditas quàm noxia. 970

Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde, quod debes.

EGreſſus; à facie ſcilicet, è conſpectu regis; ac domini ſui recentem beneficij magnitudinem 963.
ob oculos adhuc habens, conſeruum inuadit, eumque conatur ſuffocare, fors nec regiam adhuc exierat; exuerat tamen omnem pietatis, ac miſericordiæ ſenſum; & tam durus in conſeruum fit, qui tam citò à domini ſui præſentiâ ſe ſubducit; tam citò labitur. Hinc collige, quàm vtilis Dei præſentia ſit, quanta inuehat commoda coram Domino ſtare: è contra, quibus diſcriminibus, ac ſceleribus ſit obnoxius, qui Deum præſentem non cogitat, nec reueretur. Fors tàm facilè lapſus hic ſeruus non eſſet, ſi tam ociùs à domini ſui ſe conſpectu non exemiſſet.

Tenens ſuffocabat eum: Dominus priùs cum eo rationes contulit, ac ſubduxit: ipſe in debitorem irruit, computum non præmiſit, nec reſpondendi tempus conſeruo conceſſit: tantùm à Dei clementiâ, ac bonitate homines diſtant.

Egreſſus; Hoc ſerui huius culpam auget, & ingratitudinem; vix Dominus ei debitum remiſerat, 964.
cùm ſtatim exiens in ſeruum pauca debentem inſurgit; diſtuliſſet aliquot annos, aliquot menſes, aliquot dies; non diſtulit, vix à Domini conſpectu abiit, cùm obuiam illi conſeruo facto repetere debitum cœpit, & ad ſolutionem eum cogere, & vrgere: ſic plerumque accidit, vt eodem die, quin & horâ, quâ Deus alicui grauia peccata dimiſit, ille dimittere leues offenſas alteri renuat; quod ſummi iudicis iram iure ad vltionem prouocat, vt qui oranti ignouerat, ſæuiat in accepti beneficij immemorem.

Hic ſeruus antè Dominum prociderat, & ſe humiliauerat; hic ſuperbè inſurgit in conſeruum; prodidit ſcilicet ſe in conſpectu Domini humilitatem ſimulaſſe, quâ carebat; quàm frequens iſtuc, vt Domini auxilio indigentes humilitatem præſeferamus; voti compotes facti, exutâ humilitatis veſte, quales verè ſimus, oſtendamus.

Suffocabat eum; non ſuffocaret, niſi prius eſſet egreſſus; ſcilicet, *egreſſus ſeruus*, ait Theophylactus, *qui veniam obtinuerat ſtrangulat, ac premit conſeruum; nullus enim qui in Deo manet compaſſionis expers eſt; ſed ille egreſſus erat, & à Deo tunc alienus erat*, vt non mirum ſi humanitatis oblitus in ſeruum inſurgat.

Et procidens conſeruus eius, rogabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

IIſdem, totidemque verbis conſeruum obſecrat; 965.
quot iſte dominum obſecrauerat, vt illi in memoriam reduceret, & præteritum diſcrimen, & domini miſericordiam, & vtriuſque conſideratione ad pietatem flecteretur; ſed, humanitatis omnis expers, flecti ad miſericordiam noluit, nec verba veritus eſt, quibus ſalutem fuerat conſecutus. In malorum iam profundum merſus eſt, qui Diuinæ miſericordiæ memoriâ, in proximos miſericors non eſt.

Serue nequam , omne debitum dimiſi tibi , quoniam rogaſti me:nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus.

966. DOmini miſericordiam hîc pende : facilè debitum dimiſit , quod ipſi debebatur ; vbi alterius iniuria arguenda eſt , ſeuerus , & durus exiſtit. Cum in ſe peccatum eſt, ad nudas tantum preces omnia remittit : cum autem in conſeruum, liberalitatem ſuam reuocat.

Hinc colligitur quàm iniuriæ proximo illatæ Deo diſpliceant;ſcitè Sanctus Chryſoſtomus:*Cùm decem millia talenta ſeruus iſte deberet , non vocauit eum Dominus nequam , neque eſt conuiciatus,ſed miſertus : quando autem contra ſeruum ingratus effectus eſt , tunc dicitur : ſerue nequam ; ac ſi ferret æquius Deus illatas ſibi iniurias , quàm aliis , & magis tangeretur aliorum offenſá , quàm ſui.*

Studeamus & nos , par Domino rependere ; vt quæ in nos committuntur , facilè ignoſcamus, ſeueriores in Dei iniuriis vlciſcendis ſimus. Contrà ferè accidit. In eos , qui nos lædunt Leones ſumus ; in eos , qui Deum , Deique legem contemnunt , agnis manſuetiores.

967. *Nonne ergò te oportuit miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum ?* Vide , quò domini clementia collineauerit. Non dimiſit huic ſeruo debitum , vt liberalis prædicaretur , vt populi laudem venaretur, ſed , vt ad ignoſcendum conſeruo ſeruum alliceret , ac veluti cogeret. Quantas adhibet Deus artes, vt nos miſericordiam doceat !

Nonne ergò & te oportuit miſereri conſerui tui; Non dixit , *nonne ergo & te oportuit miſereri conſerui tui , & debitum ei condonare* ; quod ipſe in eum præſtiterat : ſatis illi fuiſſet , ſi vel ſerui miſertus patientiam in eo habuiſſet , omnia ſuo tempore recepturus. Sed ſerui iſtius ſæuitia atque crudelitas apparet , qui nec miſereri conſeruo debitori voluit. Huc fere hominum crudelitas in homines euadit ? humanitatis omnis expertes, omnis miſericordiæ.

Nullum reſponſum dediſſe hic ſeruus legitur : ſtatim obmutuit, nec excuſare crimen ſuum auſus eſt. Hôc oſtenditur , quòd , cùm Deus in die iudicij peccatores accuſauerit , atque damnauerit, omnis excuſatio peccati ceſſabit ; nec tam audax aliquis futurus eſt, qui effugium vllum, aut excuſationem coram tanto iudice comminiſcatur.

Serue nequam, Quàm grauis ſit iniuriæ illatæ 968.
memoria , hinc colligebat Sanctus Chryſoſtomus, cuius hæc ſunt verba : *Tunc accerſito eo inquit, ſerue male. Verè hic videre licet , quantum malorum ſit iniurias reminiſci. Quoniam , cùm decem millia talenta conſumpſiſſet , non vocauit eum malum ; ſed nunc, quia conſeruo infidelis fuit , male ſerue , inquit, omne debitum illud remiſi tibi , quia rogaſti me.*

Serue nequam ; ſerui huius crudelitas in alium ſeruum benigni Domini mentem exaſperauerat, vt ſeuerè eum arguat,& tortoribus tradat puniendum, donec vniuerſum debitum redderet ; Pende hîc mihi ; ita plectitur , qui debitum à conſeruo extorquere ſtuduit ; quá pœna digni erunt , qui , poſt accepta Dei beneficia , non quidem debita remittunt , & illatas contumelias ignoſcunt poſtulantibus ignoſci;ſed potiùs ipſi contumelias inferunt , & ea in proximos agunt , quibus obnoxij, ac debitores proximis fiant ?

Inuehitur in ſeruum Dominus, & quem priùs non reprehenderat, nunc reprehendit, & tortoribus tradit ; quia , poſt peccatorum veniam , ſtatim in peccata relabi , ſummè ſummo Deo diſplicet: eúmque ad iuſtam vltionem vrget.

Quoniam rogaſti me ; non rogauerat tantùm 969.
iſte debitor , inſuper & adorauerat , ſe ante pedes eius proiecerat ; nam legis ; *procidens adorabat eum* , cur igitur Rex iſte adorationis non meminit ? quia non tumidus , minimè faſtuoſus ; *Vide humilitatem Regis* , inquit Origenes; *quia aliud quidem fecit debitor, aliud autem nominat Rex* ; *debitor enim ille procidens adorauit eum* ; *Dominus autem eius vocans eum non dixit, omne debitum dimiſi tibi , quoniam adoraſti me ; ſed quoniam rogaſti me.* Adeo ab omni faſtu immunis erat iſte Rex , &, vt nos quoque eſſemus , monuit exemplo ſuo.

Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis , ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

SIc & *Pater meus* : Non dixit, *Pater veſter*, ſed, *Pater meus* ; vt innueret, qui miſericordes non ſunt , & aliena peccata aliis non ignoſcunt , indignos penitus eſſe , qui Deum habeant patrem , cum ſeuerum iudicem habituri ſint.

De cordibus veſtris. De cordibus vult remitti, non de ore duntaxat. Hîc verò cogita , quantum malum crudelitas , & ſæuities ſit , ac vindictæ cupiditas , quum donationem Dei reuocet , & quodammodo irritet.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

CAPVT XIX. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa , & venit in finem Iudææ trans Iordanem.

Cum conſummaſſet. *S. Hil. Cùm loquutus eſſet. Syr. Cum abſoluiſſet. Fr. Luc. Cum finiuiſſet.*
Migrauit. *Pagn. Demigrauit. Adam ſc. ex Syr. Leuauit,* C.pedes. *S. Hil. Tranſtulit ſe. Syr. Contulit ſe.*
A Galilæa. *S. Hil. In Galilæam.*

Verſ. 2.

Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ , & curauit eos ibi.

Secutæ ſunt eum. *Syr. Veneruntque poſt eum.*
Turbæ multæ. *Syr. Cœtus multi.*
Curauit. *Auct. Sanauit.*

Verſ. 3.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 3.

Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: ſi licet homini dimittere vxorem ſuam, quacunque ex cauſa?

Et. *S. Hil. Tunc.*
Dimittere. *Vat. Diuertium facere. Fr. Luc. Abſoluere Auct. repudiare.*
Quacunque ex cauſa. *Syr. Ex qualibet occaſione. Ar. M. Iuxta omnem cauſam.*

Verſ. 4.

Qui reſpondens, ait eis: Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos? & dixit.

Qui fecit hominem. *Goth. Qui fecit. Mald. Creator. Auct. Opifex. Ar. M. Faciens hominem. S. Epiph. Quoniam Deus fecit hominem.*

Verſ. 5.

Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Propter hoc. *S. Epiph. Propterea.*
Dimittet. *Vat. Deſeret. S. Epiph. Relinquet.*
Homo. *Syr. Vir.*
Adhærebit. *Syr. Adiunget ſeſe. Pagn. Agglutinabitur. Auct. Conglutinabitur.*
Erunt d. *Orig. Ex duobus fiet.*
In carne vna. *S. Epiph. In carnem vnam. Mald. Ad carnem vnam. Orig. Vna caro.*

Verſ. 6.

Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Vna caro. *Syr. Vnum corpus.*
Quod ergo Deus. *S. Cyp. quos Dominus. S. Amb. Quæ Deus. S. Epiph.* Et quod.
Coniunxit. *Pagn. Copulauit. S. Chrom. Coniunxit in vnum S. Fulg. Iunxit. Fr. Luc. Coniugauit.*
Non ſeparet. *Syr. Ne diſiungat.*

Verſ. 7.

Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere?

Quid ergo M. m. *S. Epiph. Et Moyſes iuſſit.*
Dare. *Goth. Dari.*
Libellum repudij. *Ar. M. libellum diſceſſionis.*
Dimittere. *Syr. Dimittere eam. Int. Theoph. Amittere eam. Ar. M. Abſoluere eam. S. Epiph. Eucere vxorem.*

Verſ. 8.

Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.

Ad duritiam. *Arab. Propter duritiem.*
Permiſit. *S. Chrom. Scripſit. Syr. Conceſſit.*
Cordis v. *Arab. Cordium veſtrorum.*
Dimittere. *Pagn. Repudiare. Ar. M. Abſoluere.*
Non fuit ſic. *Int. Euth: Non ita factum eſt.*

Verſ. 9.

Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

Dimiſerit. *Pagn. Repudiauerit. Ar. M. Abſoluerit.*
Ob fornicationem. *Vat. Ob ſtuprum. Ar. M. Super fornicatione.*
Et dimiſſam. *Al. Repudiatam.*
Mœchatur: *Int. Euth. Adulterium committit.*

Verſ. 10.

Dicunt ei diſcipuli eius: ſi ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.

Si ita eſt cauſa. *S. Hier. Si talis eſt cauſa. Mald. Si ita eſt negotium. Al. Si ad iſtum modum habet cauſa. Clem. Alex. Si ſic ſit cauſa.*
Hominis. *Mald. Viri. Syr. Inter virum. Clem. Alex.* omittit.
Cum vxore. *Syr. Et vxorem ſuam. Clem. Alex. Vxoris.*
Non expedit. *Ar. M. Non confert. Clem. Alex. Non expedit homini.*
Nubere. *Int. Theoph. Contrahere matrimonium. Clem. Alex. Vxorem ducere.*

Verſ. 11.

Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Non omnes cap. *Syr. Non quilibet ſufficienter capit. Fr. Luc. Non omnes accipiunt. S. Epiph. Non omnes capere.*
Verbum iſtud. *S. Epiph. Doctrinam ſuam.*
Sed quibus. *Syr. Sed cui.*

Verſ. 12.

Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti

De matris vtero. *Fr. Luc. Ex matris ventre.*
Qui ſunt. *Fr. Luc. Eunuchizati ſunt. Clem. Alex. Caſtrati ſunt.*
Et ſunt e. *S. Epiph. Alios denique.*

Vulgata Editio.

ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter Regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat.

Verſ. 13.

Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: Diſcipuli autem increpabant eos.

Verſ. 14.

Ieſus verò ait eis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum.

Verſ. 15.

Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde.

Verſ. 16.

Et ecce vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

Verſ. 17.

Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

Verſ. 18.

Dicit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falſum teſtimonium dices.

Verſ. 19.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum ſicut te ipſum.

Verſ. 20.

Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deeſt?

Verſ. 21.

Ait illi Ieſus: ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me.

Verſ. 22.

Cum audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit triſtis, erat enim habens multas poſſeſſiones.

Lectionum Varietas.

Se ipſos caſtrauerunt. *Int. Orig. Se ipſos eunuchos fecerunt. Goth. Eunuchizauerunt ſe ipſos. Syr. Eunuchos fecerunt animas ſuas.*
Capere capiat. *Arab. Portare portet.*

Tunc oblati ſunt ei. *Syr. Tunc obtulerunt ei. Clem. Alex. Et adduxerunt ei.*
Paruuli. *Pagn. Pueri. Vat. Puelli. Clem. Alex. Pueros. Fr. Luc. Pueruli. Mald. Infantes.*
Vt manus e. i. *Syr. Vt manum ſuam eis imponeret. Clem. Alex. Ad impoſitionem manuum.*
Et oraret. *Clem. Alex. Benedictionis.*
Increpabant. *Mald. Prohibebant. Syr. Obiurgabant. S. Epiph. Repellebant.*

Sinite paruulos. *Syr. Sinite puerulos venientes ad me.*
Nolite eos prohibere. *Fr. Luc. Ne impediatis eos.*

Et cum impoſuiſſet. *Syr. & Ar. M. Et imponens.*
Manus. *Syr. Manum ſuam.*

Vnus. *Mald. Quidam.*
Accedens a. *S. Hil. Acceſſit ad eum & ait.*
Magiſter bone. *S. Hil. Magiſter.*
Quid boni faciam. *S. Proſp. Quid faciens.*
Habeam. *S. Proſp. Conſequar.*

Quid me i. de bon. *Pag. Cur me dicis bonum. Mald. Qui me dicis bonum. Orig. Cur me appellas bonum.*
Vnus e. b. D. *Pagn. Nullus eſt bonus, niſi vnus Deus. Orig. Nemo bonus, niſi vnus, nempe ille Deus.*
Ingredi. *S. Amb. & S. Aug. Venire.*
Ad vitam. *S. Aug. In vitam.*
Mandata. *S. Aug. Mandatum.*

Non homicidium facies. *Fr. Luc. Non occides.*
Non adulterabis. *Fr. Luc. Non mœchaberis.*
Non facies furtum. *Fr. Luc. Non furaberis.*

Teipſum. *Syr. Vt animam tuam.*

Cuſtodiui. *Syr. Obſeruaui. Al. Seruaui.*
A Iuuentute. *Syr. A Pueritia.*
Quid adhuc mihi deeſt. *Syr. In quo defectuoſus ſum. Ar. M. Quid adhuc deficio.*

Vade v. *Orig. Vnum tibi deeſt vende.*
Quæ habes. *Syr. Poſſeſſionem tuam. S. Hier. & S. Paul. Omnia tua. Fr. Luc. Ea quæ ſunt tibi. Ar. M. Tuam ſubſtantiam. Orig. Omnia, quæ.*
Et habebis theſaurum in Cælo. *S. Zeno. Et tolle crucem tuam. Orig. Et habebis tibi theſaurum in Cælis.*
Veni ſequere me. *Clem. Alex. Huc me ſequere.*

Cum audiſſet. *Int. Orig. Audiens.*
Adoleſcens. *Pagn. Adoleſcentulus.*
Verbum. *Fr. Luc. Hunc ſermonem.*
Multas poſſ. *Arab. Multa bona. Auct. Multas facultates. Syr. Poſſeſſionem multam.*
Triſtis. *Fr. Luc. Triſtis factus. Auct. Mœrore captus. Int. Euth. Contriſtatus. Syr. Ægrè ferens.*

Verſ. 23.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 23.

Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum.

Quia. *S. Hil.* omittit.
Diues difficilè intrabit. *S. Chryſ. Difficile diuites intrabunt. S. Hil. Difficilè diuitem venturum.*

Verſ. 24.

Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

Et iterum. *Fr. Luc. Luc. Iterum autem.*
Facilius. *Fr. Luc. Leuioris laboris.*
In regno Cælorum. *S. Euth. In regna. Caiet. In regnum Dei.*

Verſ. 25.

Auditis autem his diſcipuli, mirabantur valde, dicentes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe?

Auditis a. h. *S. Hilar. Auditis itaque iſtis.*
Mirabantur. *Pagn. Expauerunt. Fr. Luc. Percellebantur. Auct. Obſtupeſcebant. Int. Euth. Exterriti. S. Hil. Admirantur & metuunt.*
Quis poterit ſaluus eſſe. *Fr. Luc. Quis poteſt ſeruari? Al. Quis poteſt ſaluus fieri? S. Hil. Neminem poſſe ſaluari.*

Verſ. 26.

Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

Aſpiciens. *Fr. Luc. Intuitus. Syr. Intuitus eſt eos.*
Hoc. *S. Hil. Hoc quidem.*
Omnia p. ſ. *S. Hil. Poſſibile.*

Verſ. 27.

Tunc reſpondens Petrus, dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

Reliquimus. *S. Aug. Dimiſimus. S. Greg. Nyſſ. Relictis.*
Omnia. *S. Greg. Nyſſ. Omnibus quacunque habuimus.*
Erit nobis. *Arab. Prope eſt vt ſit nobis.*

Verſ. 28.

Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.

In regeneratione. *S. Gaud. In reſurrectione. Syr. In ſæculo nouo. Orig. In regeneratione omnium.*
In ſede, *Int. S. Chryſ. In Throno. Orig. In Regno,* vel: *ſuper thronum.*
Maieſtatis. *S. Arab. Gloria ſua. Orig. Suâ.*
Et vos. *S. Gaud. Et ipſi.*
Sedes duodecim. *S. Hier. Duodecim ſolia. S. Gaud. Duodecim thronos.*

Verſ. 29.

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

Reliquerit. *S. Proſp. Dimiſerit.*
Domum. *Syr. Domos.*
Aut filios. *Fr. Luc. Aut liberos.*
Aut agros. *S. Proſp. Aut agrum.*
Propter n. m. *S. Proſp. Cauſa nominis mei. Int. S. Chryſ. Gratia nominis mei.*
Centuplum. *S. Proſp. Multiplicia Caiet. Centupla. Fr. Luc. Centuplicia.*
Poſſidebit. *Pagn. Hereditate accipiet. S. Proſp. Conſequetur. Fr. Luc. Iure hæreditario poſſidebit.*

Verſ. 30.

Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

Multi a. erunt primi nouiſ. *Syr. Multi autem primi erunt nouiſſimi.*

CAPVT XIX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Calumniatoribus manſuetè Chriſti exemplo reſpondendum. 971
Contentio, & tumultus in quotidianis colloquiis vitandus. 971
Hominis conditorem ſe eſſe gloriatur Deus. 972
Vxor non facilè repudianda. 972
Prophetarum verba Dei verba ſunt. 973
Adglutinari charitatis glutino vir vxori debet. 973
Fraudolentes homines quod ſibi permiſſum ob imbecillitatem mandatum ſibi iactant. 974
Libellus repudij cur ſcriberetur. 974
Caremonia qua in libello repudij religiosè obſeruabantur moram fouebant. 975
Sacerdotum eſt lites inter alios componere, diſſidia tollere, non fouere. 975
Mulierum inconſtantia, & ira; Virorum prudentia, & ſedatior animus. 976
Ex conuerſatione diuturna oriri inter coniuges diſſidia, & odia ſolent, qua initio coërcebantur. 976
Nihil adeo immane quod luxuria, & intemperantia non ſuadeat. 977
Libidinis vitium frænum vix pati poteſt. 977
Malorum parentum malitia in filios ferè deriuat. 978
Caſtitas alienis laudibus egere non videtur. 978

Et

Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: ſi licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa

970. QVid Phariſæos mouit, vt hanc quæſtionem Chriſto proponerent? Inde occaſionem capraſſe aliqui cenſent; quia Dominus concione illâ in monte habitâ dixerat; *omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam exceptâ fornicationis cauſâ, facit eam mœchari*; intendebant ergo Phariſæi populum contra Chriſtum concitare; cùm enim viderent ardere plebem libidine, ob nullam aliam rem ſibi perſuaſerunt, ita populi inuidiam Chriſtum ſubiturum, quàm ſi effrænatæ libidini fræna adderet ſemper duraturi matrimonij.

Acceſſerunt Phariſæi tentantes eum; Tunc Phariſæi acceſſerunt, vt tentarent, quando turbæ ſequebantur, vt proba vitæ monita diſcerent; ſectantur turbæ Chriſtum, inſectantur Phariſæi. Mali doctores cum bono turbarum exemplo meliores eſſe deberent, peiores fiunt; Primores vrbis ad bonum plebis bonitate, ac pietate, non mouentur, ſed ſtupidiores fiunt.

Non legiſtis, quia, qui fecit hominem, ab initio maſculum, & fœminam fecit eos?

971. NOn diſcendi ſtudio, ſed carpendi Chriſtum Phariſæi interrogauerant; num homini liceret, vxorem dimittere quacunque ex cauſâ. Qui non acriter eos reprehendit, ſed leniter reſpondet; vt, cuncta nos manſuetè ferre, exemplo ſuo doceret.

Non legiſtis: Legis imperitiam eis obiicit, qui peritiam profitebantur, nec ſtatim ait, quauis ex causâ non licere vxorem dimittere, ne ſtatim, tanquam pertinaces, tumultûs, & contentionis occaſionem arriperent; ſed, antequam ſententiam ipſe ſuam diceret, ad eludendam aduerſariorum fraudem, retundendamque malitiam, ex ſacris litteris ſententiam apertiſſimam profert, quam, ſine impietatis notâ, illi impugnare non auderent, & inde poſtea, quid de propoſitâ quæſtione ſentiendum, colligeret. In qua re oſtendit, quàm in quotidianis ſermonibus, qui cum aliis ſeruntur, contentio, & tumultus vitari debeat; quamque à verborum diſſidiis, & veluti digladiatione abeſſe debeamus.

972. *Qui fecit hominem*: Græcè non additur, *hominem*; Sic enim legitur: ποιήσας, *Qui fecit*. Maldonatus vertit, *Creator*. Franciſcus Lucas Brugenſis, *Opifex*. Nos, *Factor*. Vt Summi opificis, & Creatoris ſit periphraſis. Sed cur vulgata editio, *hominem, adiicit?* Et non & omnium aliarum rerum Creator Deus eſt? Eſt: ſed tam nobilis creatura homo apparet, vt huius præcipuè ſe factorem glorietur Deus; quare, *Qui fecit hominem*, Creatoris ſit circumſcriptio, ſummique opificis circumloquutio, ac ſi alia, quæ infra hominem, nihili faceret, & hominis tantùm ſe opificem eſſe, conditoremque gloriaretur.

Maſculum, & fœminam fecit eos: Vnum ſcilicet maſculum, & vnam fœminam. Cur ex vno viro plures fœminas non eduxit? An non plures poterat, qui vnam? Poterat: ſed noluit, vt vnus vir vnam haberet vxorem, nec relinquere hanc poſſet, aliaſque ducere: plures non formauit, ne repudiaret, quam habebat.

Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem; & adhærebit vxori ſuæ.

973. VErba hæc Adam olim protulit: hîc tamen Deo tribuuntur, vt intelligeremus, verba, quæ ſeruis ſuis, ac Prophetis Deus inſpirat, non hominum eſſe, ſed Dei; neque, tanquam humana, recipienda, ſed, tanquam Diuina.

Adhærebit vxori ſuæ: Græcè, προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, *adglutinabitur*, ſeu, *conglutinabitur vxori ſuæ*: verbo à κόλλα, id eſt glutino, deriuato, vt arctiſſima viri & vxoris coniunctio ſignificetur.

Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem; cur non eſt iſtuc dictum de vxore; *relinquet mulier patrem, & matrem ſuam, & adhærebit viro ſuo.* An, quia vir in fœminam maiori fertur amore, quàm fœmina in virum? Quod factum, ait Sanctus Chryſoſtomus, *vt imperium, quod in mulierem habet, cupiditatis illius tyrannide retuſum, imbecilliori ſubiiceretur, alioquin ferre vxores virorum imperia vix poſſent.*

Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij?

974. NOn mandauit Moyſes, ſed permiſit: conceſſit, non imperauit. Hic fraudolenti hominis mos, vt, quod ob eius imbecillitatem ei permittitur, imperatum ſibi eſſe iactet. Sed ſimpliciùs dici poteſt, mandare, hîc nihil aliud eſſe, quàm permittere: vnde Chriſtus ſtatim addit Phariſæorum reſponſionem referens: *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis, dimittere vxores veſtras.* Et apertiùs Sanctus Marcus Marc.10.4. cap.10.v.4. vbi hæc eadem ſententia ponitur: ſic enim habent Phariſæi: *Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.* Ergò, mandare, hîc nihil aliud eſt, quàm permittere.

Cur autem repudij libellus ſcriberetur plures cauſæ fuerunt. In primis, vt vxoris famæ conſuleretur, dabatur illi libellus, quem oſtendere poſſet; alioquin, ſi tranſiret ad alium virum, adultera cenſeri poterat. Deinde, ne facilè mulier repudiaretur: nam, dum liber à ſcribis, ſeu ſacerdotibus ſcriberetur; dum res tantiſper differretur, ceſſare odium poterat, aut mitigari, quo vir ad repudiandam vxorem vrgebatur: interpoſitâ morâ de-poni diſſidium poterat, & animus ad iram præceps, libelli ſcriptione cohiberi.

975. Etiam cæremoniis, quæ in ſcribendo libello repudij religioſè ab Hebræis ſeruabantur, hanc moram, cunctationemque fouebant. Inter alias hæ referuntur: vt ſcriberetur libellus litteris rotundis, diſtinctis, atque perſpicuis ita, vt vna aliam non attingeret, ne quod ſcripturæ vitium irreperet, Præterea, vt, ſi inter ſcribendum aliqua attramenti guttula in chartam decideret, libellus auctoritatem non haberet, aliuſque denuo ſcriberetur. Tertiò ne in ſcriptura vllum raſuræ veſtigium appareret, alioquin libellus vitij ſuſpectus erat. Quartò vt omnes teſtes, qui aderant, ſuum quiſque ſigillum adhiberent. Hæc illi, & alia plura, quæ tempus dum exactè fierent, producebant.

Libellum repudij ſcribæ, ſeu ſacerdotes ſcribebant, non aliis id præſtare licebat: hi autem concordiam, ac pacem inter coniuges debebant ſuadere, & à repudio, quantum poterant, reuocare:

&

& ideo eos adire neceſſe erat, vt frænum huic ſeparationi iniiceretur, & ſcribarum, ac ſacerdotum reuerentiâ à repudio abſtinerent. Nempè, ſacerdotum eſt, lites inter alios componere, diſſidia, atque diſcordias tollere, non ſeminare: quod magis noſtris conuenit, quàm Hebræorum.

976. Obſeruandum autem eſt, quòd apud Hebræos vir dimittere vxorem poterat, non vxor virum. Fors muliebris inconſtantiæ ratio habita eſt: fœmina enim, cum leuior, & ſæuior viro ſit, minúſque iratum animum componere ſoleat; facilior ad diſſidia, faciliùs etiam, & leui quacunque ex causâ libellum repudij marito dediſſet: quod non tàm obuium in viris, quos prudentia, & ſedatior animus coërcere ab his actibus ſolent, quæ inſtabilitatem, & leuitatem quandam redolent, qualis eſt ductæ vxoris dimiſſio.

Porrò hic repudij libellus mulieri dari non conſueuerat, niſi poſt conſummatum matrimonium: quod factum, quia non erat veriſimile ante cognitâ vxorem tàm graue inter coniuges odium intercedere, vt dimittere eam maritus cogeretur: poſt vxoris cognitionem, & poſtquam aliquantiſper cum viro conuerſata fuerat (quia ex conuerſatione oriri odia, & altercationes ſolent, & primi illi amoris, & beneuolentiæ æſtus minui) tunc licebat vxorem repudiare. Plerunque, quò ferueutiùs ſe in nuptiarum initio amant ſponſi, in maiora poſtea incurrunt odia.

977. *Quid ergo Moyſes mandauit?* cùm multa alia etiã Moſes iuſſerit de cibis, aliiſque ritibus, nollibi præterquam hoc loco, auctoritate ipſius ſe ipſos tuentur: cur iſtuc factum? *Quia ſtudebant*, inquit S. Chryſoſtomus, *ingentem virorum multitudinem aduerſum eum incitare*; vt enim in plures libido ſæuiebat, & frænum vix pati hoc vitium poterat, ita in Chriſtum ſe omnes armarent, qui, illud coërcere legitimi matrimonij vinculis, voluit.

Quoniam Moſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras.

NOn ſpontè libellum repudij dari permiſit Moſes, ſed propter Iudæorum duritiam; ne ſcilicet propter intemperantiam, volentes aliis coniungi, primas vxores occiderent; nam, quum eſſent inhumani, vxores occidiſſent, ſi coacti fuiſſent eas ſeruare, nec dimittere vnquam poſſent. Nihil adeò, immane, quod luxuria, & intemperantia ſæuitiæ iuncta non tentet.

Ad duritiam cordis veſtri: Cur non ait, *pa-*
978. *trum veſtrorum?* Vt ſcirent, ſe nihil meliores patribùs ſuis eſſe, ſed prorſus ſimiles; adeo vt, qui filios nominet, patres nominaſſe, cenſendus ſit. Ita plerunque accidit, vt malorum parentum malitia in filios deriuet; & referant filij patrum mores, qui exemplo in ipſos transfunduntur.

Qui poteſt capere, capiat.

DE puritate, ac virginitate diſſeruerat; &, cùm allicere eius laudibus auditores deberet, deterrere potiùs his verbis videtur. Cur ad caſtitatem blandis omnes verbis non vocauit? Cur huius virtutis excellentias non contexuit, vt in eus amorem audientes prouocaret? An, quia per ſe caſtitas blanda eſt, & quemlibet ad ſe allicit, vt alterius laudibus egere non videatur?

SECTIO II.

Verus ille pater, fiduſque nutritius qui Chriſto filios ſiſtit. 979
Caſtitas & munditia valde Chriſto placet, quæ ferè à Iudaico populo exulabat. 979
Fily à viris ſanctis benedicendi. Hebræorum in hac re mos. 980
Cur Chriſti manus filiis ſuis imponi patres peterent. 980
Accedere nullus ad Chriſtum debet qui eius monita excipere non velit, eius virtutem recipere non valeat. 981
Chriſti humilitas nullum contemnendum docet. 982
Munditia quærenda eſt, quæ à virtute eſt. 982
Doctrina monita non diſceptando, ſed obediendo excipienda ſunt. 983
Parentes magnam paruulorum liberorum curam habeant. 983
Sancti effici Euchariſtiæ ſumptione deberemus. 984
Ita deuotio fouenda eſt, vt error auferatur. 984

Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: Diſcipuli autem increpabant eos.

O*Blati ſunt ei paruuli:* ſeu, vt ex Græco colligitur, *paruuli:* παιδία infantes dicuntur. 979.
Oblati ſunt; ſed à quibus? Haud dubium, quin à parentibus, & nutritiis. Verus ille pater, fiduſque nutritius, qui Chriſto ſuos filios ſiſtit, non malorum hominum exponit familiaritati.

Dominus de caſtitate loquutus fuerat, caſtitatem laudauerat; quod quidam audientes, obtulerunt ei infantes caſtitate mundiſſimos, tanquam gratum illi munus, & quo maximè delectaretur. Obtulerunt infantes; nam viros cælibes, caſtoſque reperire haud facilè erat, cum caſtitas virginalis ab illo rudi populo exularet.

Vt manus eis imponeret, & oraret: Benedictionis 980.
deſcriptio hæc eſt: volebant ergo, à Chriſto puerulos benedici. Acceperant hunc morem à patribus, Iudæi; vt viri ſanctitatis, ac virtutis famâ illuſtribus, manuum impoſitione benedicendos offerrent: ſic Ioſeph obtulit Iacobo patri filios ſuos Ephraim, & Manaſſem, vt benedictionem illis impertiret? quod factum eſt Geneſ. 48. Digna res, quæ in exemplum eat, nec raro huiuſmodi benedictionem Dei fauor, ac benedictio ſubſecuta eſt.

Geneſ. 48. 9. & 14.

Præterea, paruulos Chriſto offerentes, quærunt, vt manus illis imponeret; quia viderant, manibûs à Ieſu ægrotis, & dæmoniacis impoſitis, dæmones & morbos pulſos: confidunt itaque parentes, infantes à malis huiuſmodi tutiores futuros, ſi Chriſti manibus ſubiiciantur.

Diſcipuli autem increpabant eos. Obiurgabant, 981.
& prohibebant eos, qui paruulos offerebant. Exiſtimabant diſcipuli Magiſtri ſui auctoritate, ac dignitate indignum cum pueris agere. Si paruuli iſti fuiſſent ægroti, fors eos diſcipuli non repuliſſent: ſed, quia in ſanis nulla illis apparebat occaſio declarandæ virtutis Diuinæ; & infantes nullius erant doctrinæ capaces, non videbant cur Chriſto ſiſti deberent; ac ſi, iuxta Apoſtolorum mentem, accedere nullus ad Chriſtum debeat, qui eius monita non recipiat, eiuſque virtutem non exciperet.

Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium eſt enim regnum Cælorum.

981. PRodit hîc humilitatem ſuam Chriſtus: tàm humilis enim fuit, vt nullum ad ſe venientem reiiceret; ideo & paruulos, qui ob ætatem nullius reuerentiæ eſſe videbantur recipit. Quo facto diſcipulos; noſque inſtruit, vt nullum contemnamus. Diſcipuli prohibebant, paruulos Chriſto offerri ob Chriſti dignitatem, ac reuerentiam; Saluator, qui hoc nouerat, inhibet, erudiens eos, vt humiliter de ſe ſentirent, & tumorem humanum conculcarent; ideo pueros recipit, eiſque prænuntiat regnum Dei. Magnus paruulos recipit tacitè maiores monens; vt minorum vtilitatibus condeſcendant, & ſe in omnibus demittant, quò omnes lucrentur, proficiant omnibus.

Excipit pueros, quia munditiam diligit, quæ in pueris per ætatem eſt; vt nos diſceremus, ad Chriſtum acceſſuri, eam munditiam quærere quæ à virtute eſt. Hinc ſubdit, *talium eſt Regnum Cælorum*: non dixit, *iſtorum* ſed, *talium*; ne aliquis putaret Regnum Cælorum paruulis tantùm dari: datur omnibus, qui tales per innocentiam & induſtriam ſunt, quales pueri per ætatem.

983. Paruuli laudantur, & eorum nos imitatores eſſe iubemur, non ob humilitatem duntaxat; ſed quia paruuli doctrinæ documenta ſuſcipiunt, & obediunt, non diſputant, nec altercantur: ſic & nos fidei doctrinam, non arguendo, ſed obediendo recipere debemus.

Diſcant hinc parentes, magnam paruulorum liberorum ſolicitudinem gerere, quum audiant, tàm gratos eſſe Chriſto.

Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde.

984. IMpoſuit Chriſtus paruulis manus, & occulta quadam virtute eos Patri veluti conſecrauit. Felices infantes illi, quos ſuæ benedictionis gratiâ Chriſtus auxit. Aliqui non alienè putant, hos omnes in viros ſanctos, atque perfectos euaſiſſe. Tam efficax benedictio iſta extitit. Nos ſancti non euadimus, non perfecti, licèt, non ſuper nos manus tantùm extenderit (quod fecit in cruce) ſed cor, pectuſque noſtrum Chriſtus ipſe ſubeat; quod tam frequenter in Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento præſtat.

Cum impoſuiſſet eis manus: Non addit Euangeliſta, *& cum oraſſet*, quod parentes poſtulauerant; quia ab errore natum erat: putabant quippè ipſum Deum non eſſe, ſed Dei amicum: fouere errorem noluit ſed tollere. Nimirum, ita nutrienda aliorum deuotio eſt, vt error auferatur, ſi accidat.

SECTIO III.

Plerique laudibus, & adulatione vtuntur vt obtineant quod cupiunt, ſecus laudes in triſtitiam vertunt. 985
Qui terrenis adhæret fere æternorum obliuiſcitur. 985
Auarus vix æterna quærere poteſt. 986
Vera, ſolidaque bonitas in ſolo Deo eſt: hæc ſola quærenda, & amanda eſt. 986.
Magiſtri bonitas ſine Deo error eſt. Verè bonus non eſt qui doctrina tantum, & non vita bonitatem præfert. 987
Doctores caueant ne laudibus capiantur. 987
Qui veritatem quærit adulationibus non vtatur. 988
Vita quæ verè vita ſola æterna, temporalis vita nomen non meretur. 989
Salutis impedimenta citò molienda. 990
Perfectionis amator delicijs non diffluat, 990
Benè locantur diuitiæ cum pauperibus erogantur. 990
Omnia Chriſti amore relinquenda licet pauca ſint. 990
Eleemoſyna prouidè, ac prudenter iuxta exigentiam eroganda. 991
Diuitiæ contentionum fons. 991
Etiam rerum minimarum affectus perfectioni impedimento eſt. 992
De noſtris, non de alienis facienda eleemoſyna. 992
Mora, & cunctatio omnis tollenda, dum de re ſalutis agitur. 992
ὑπάρχοντα, quæ dicantur: ſubiecta nobis diuitiæ ſint, non nos diuitijs. 993
Diuitiarum amator diuitiarum verarum oblatione alliciendus eſt. 993
Diuitiarum amore illigatus vix Dei lege ligari ſe ſinit. 994

Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?

MAgiſter bone: Bonum magiſtrum vocat, antequam eius doctrinam de omnibus relinquendis audiret: cùm audiuit, non amplius magiſtrum bonum appellat, ſed triſtis diſceſſit. Hic multorum mos, vt alios laudibus euehant, & honorificè de eis loquantur, vt, quæ deſiderant, vel adulatione exculpant: vbi euentus illorum votis non reſpondet, triſtes abeunt, nec laudant amplius. Iuuenis iſte magis laudare Chriſtum debebat poſt auditam doctrinam è Cælo delatam: ſed non præſtitit, quia, quod audiuit, ei non arridebat. 985.

Mirantur interpretes, quî fieri potuerit, vt iuuenis iſte vitam æternam quæſierit, qui rebus terrenis adhærebat, & poſſeſſionum amore tenebatur: quia nempè, qui præſentium amore ligatur, ferè æternorum obliuiſci ſoleat. Sed quæſiuit tantùm, &, cùm de relinquendis omnibus audiſſet, triſtis abiit.

Inſolens eſt, auarum æternam vitam quærere, qui terrena ſolummodo cogitat; ſed iuuenis iſte non alienorum raptor fuit, ſuorum tantùm tenax poſſeſſor. Demum, cùm æternam vitam quæſierit, non putauit, omnia ſibi relinquenda, alioquin minimè petiuiſſet: tàm miſera, terrena quærentium conditio eſt. 986.

Bonum magiſtrum Chriſtum dicit hic iuuenis, & tamen à Chriſto increpatur, quum laudem potiùs mereri videatur, & ſui dicti probationem. Increpat eum Chriſtus, quia volebat totam bonitatem Deo tribui; ille autem putabat Chriſtum eſſe purum hominem, & tamen eum bonum vocabat, vera, ſolidaque bonitas eſt, quæ in Deo, vel, quæ Deus eſt. Tentator iſte Princeps bonum magiſtrum dixit, qui Deum bonum dicere debuiſſet: amat Chriſtus eam bonitatem, quæ firma, ſtabilis, æterna.

* * *

Qui

Qui dixit ei? Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus.

987. NOn bonitatis teſtimonium reiicit Chriſtus; ſed magiſtri abſque Deo excluſit errorem: volebat bonus dici, tanquam Deus non tanquam magiſter: magiſtri bonitas ſine Deo, error, non bonitas eſt. Igitur increpat iuuenem, quia imperfectè bonus dicebatur ab eo; nam non abſolutè bonus dicitur, ſed cum addito, *magiſter bonus*; ac ſi non eſſet bonus ſimpliciter, ſed bonus in doctrinâ, quæ nuda denominatio Chriſto non placebat? neque enim bonus verè eſt, qui doctrinâ tantùm, non vitâ, bonitatem præſefert. Quo eorum error arguitur, quibus nihil curæ eſt, niſi vt boni doctores, & magiſtri dicantur, vitæ bonitatem omninò negligunt. Falluntur, nec boni ſunt, nec boni doctores.

Laudationem reiecit Chriſtus, vt Doctores, magiſtroſque inſtrueret, ne laudibus in tradenda doctrinâ caperentur, vtque adulationem repellerent, quò liberiùs arguere auditores poſſent: qui laudibus delinitur, liberè in vitia inuehi nequit: timet eos offendere, à quibus laudatur.

988. Deinde, iuuenis ſententiam coërcet Chriſtus, addens, *Vnus eſt bonus Deus*; vt eum erudiret, quòd veritatem quærens, adulationibus, vel iis, quæ adulationem ſapiunt, minimè vacaret. Hôc nos quoque docemur, cùm aliquid cùm alio conferimus, non debere adulando conferre; ſed ad veritatis radicem, quæ Deus eſt, reſpicere.

Vnus eſt bonus Deus; laudatur Chriſtus, hanc laudem à ſe reiecit, cùm & ipſe Deus ſit; tantum docuit alios homines, vt, cùm laudantur, laudem omnem in Deum omni laude digniſſimū retorqueāt.

Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

989. IVuenis æternam vitam quæſierat, Chriſtus vitam nude pollicetur: an promiſſio minor poſtulatione eſt? Minimè: nam vita, quæ verè vita eſt, eſt illa æterna, non hæc caduca, & fragilis, quæ vitæ vix nomen meretur: benè ergò ait, ſi vis ad vitam ingredi; quia verà vita æterna eſt, præſens hæc vita, vitæ nomine eſt indigna.

Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in Cælo, & veni ſequere me.

S*I vis perfectus eſſe, vende, quæ habes, & da pauperibus:* Ad hoc, vt quis perfectus ſit, omnibus virtutibus ornari debet; quomodo ergo perfectus eſt, qui vendidit, & pauperibus dedit? *Qui pauperibus tradidit bona ſua, eorum orationibus adiuuatur*; ait Origenes; ſic virtutes pauperum precibus obtinet, cum oratio in animam cæteras virtutes inducat.

990. *Vade*, inquit, *vende*, ac ſi diceret: ne diù differas periculum in morâ eſt, nec diù penſites, vt multi tua vendas; ſic enim multa impedimenta occurrerent, quæ à principali fine auocarent: hinc eſt, quòd non ait *plurimi vende, vt largiores eleemoſynas facias*, ſed, *vende*, ſimpliciter quantum potes, dummodo te citò expedias, vt ſit ſenſus: *Vade, & vende, vt citò poſſis ad me venire.*

Notanda Chriſti verba ſunt: non ait, *vade, & omnia in deliciis abſume*, ſed, *vade & vende*: nec enim ad perfectionem ituris conuenit deliciis diffluere; ſed potiùs aſperis ſe exercere priùs debent, & duris.

Vendere docetur iuuenis ſua, non donare; quia nullibi meliùs locantur diuitiæ, nullibi tutiùs, quàm cùm pauperibus erogantur.

Vende, inquit, *omnia*; non dixit, *multa*; nam, ſi multa iuberet relinquere, pauper id præſtare non poſſet, qui multa non habet: ſatis erit, ſi omnia dimittat, licèt pauca quis poſſideat.

991. Sed quæri hîc poteſt: cur non dixerit Chriſtus, vt iuuenis ſua bona pauperibus largiretur abſque eo, quòd vendere teneretur. Iurè hoc fecit; quia pauperibus iuxta exigentiam prouidendum eſt, quod opportuniùs pecuniâ ſit, quàm rebus aliis. Deinde, vt eleemoſynæ moderatæ fierent, nec vni, aut paucis omnia darentur.

Tandem auferre contentionis occaſionem voluit Chriſtus: ſi enim poſſeſſio vna, ſiue vna domus pluribus pauperibus erogata fuiſſet, diſſidium inter illos ortum eſſet de eâ partienda: tollere autem litigia pacis amator ſtudet.

992. *Vende*, inquit, *omnia*: ergone aliquod reſeruare iuuenis non poterat? Conſulit iuuenis ſaluti Chriſtus: ſciebat quippe, eum ſuis rebus addictum; atque adeò, ſi vel minimas quaſdam res ſibi retinuiſſet, totum in illas affectum implicaſſet, nec toto corde ſequi Chriſtum potuiſſet, cùm amorem, quo erga omnia ligabatur, in pauca illa habuiſſet: neque autem refert; an magnorum deſiderio diſtendatur animus, an verò minimorum; niſi quòd minimis animum occupari, cæleſtibus natum, extremæ dementiæ, ac leuitatis indicium eſt.

Addit, *vende, quæ habes*: An vendi poſſunt, quæ non habentur? Docere voluit, de alienis rebus faciendam non eſſe eleemoſynam. Deinde, moras tollendas: aliqua enim noſtra ſunt, quæ ab aliis poſſidentur, qui illa extorſerunt, & ſine litigiis recuperari non poſſunt: hæc vendi non iubet Chriſtus, ſed, quæ habentur, & pacificè poſſidentur; ne ſcilicet, dum litigamus, diù res differatur, & redeundi ad Chriſtum occaſio prætereat, deſiderium euaneſcat: quod ſæpiſſimè fit.

993. *Quæ habes*: Græcè, τὰ ὑπάρχοντα; *ea, quæ ſunt tibi*, id eſt, *facultates, & bona tua*. ὑπάρχοντα, propriè dicuntur, *res partæ, res ſubiectæ*: vt vel ipſo facultatum nomine admoneamur, nobis ſubiectas eſſe debere, non nobis dominari: quod fit, cùm diuitiis ſeruimus (vt auari præſtant) nec nobis diuitiæ ſeruiunt.

Et habebis theſaurum in Cælo: Quia diuiti loquebatur, theſauri promiſſione eum allicit: diuitiarum amatorem, diuitiarum oblatione inuitat, ſed verarum. Nihil ita diuitis animum permouet; quàm diuitiarum nomen; offeruntur veræ, & perennaturæ, quæ in Cælo ſunt, vt falſas, ac perituras relinquat.

Vade, vende quæ habes. Dixerat hic iuuenis Chriſto; *hæc omnia cuſtodiui à iuuentute meâ*, nunquam ſe à diuinis præceptis diſceſſiſſe ſignificans, vt mendacij eum coargueret Chriſtus, ſubiicit: *Vade & vende omnia quæ habes*; ac ſi apertiùs; diceret: Tu te ipſum mendacem oſtendis, cum diuitiis adhæreas; nec enim fieri poteſt, vt homo rerum terrenarum amore illigatus legem Dei adimpleat. Vade igitur, & vende; *Ecce*, inquit Sanctus Baſilius, *præceptum illud, quòd tibi à Domino propoſitum eſt, palam te conuincit, quod charitate deſtitutus ſis*; Deo nimirum diuitiiſque ſeruire, nemo poteſt.

Veni, & ſequere me; non ſatis erat, illum facultates pauperibus dediſſe? cur addit *veni*. An, quia nolebat Chriſtus hunc huc illuc, captandæ gloriæ cauſâ, curſitare? tunc maximè hominum gloria cauenda eſt, cum eximium aliquod opus præſtiterimus: *Veni*, inquit, *& ſequere me*.

995. *Sequere me*; quare? vt ab humilitatis magiſtro, humilitatem eſſe bonum opus, diſceret, *ſequere*, addit Sanctus Auguſtinus, *Quare te ſequor? iam venditis omnibus diſtributis pauperibus, nónne perfectus ſum? quid opus eſt, vt te ſequar: ſequere me; quoniam mitis ſum, & humilis corde: poteſt enim quiſque dare ſua pauperibus nondum mitis, nondum humilis corde? certè poteſt*; ergo tunc maximè, ſequi Chriſtum, debemus humiles, cum inſigne aliquod opus perfecerimus, ne inanis gloriæ amor nos inuadat.

SECTIO IV.

Qui diuitiarum amore tenetur earum contemptum ſibi perſuaderi non vult. 996
Quam vtile Chriſti monita, & verba non ſpernere, licet non ſtatim illa opere compleantur. 996
Κτήματα *de poſſeſſionibus, & mancipiis. Perſtricti qui facultatum mancipia fiunt.* 997
Cæleſtium diuitiarum amor cum terrenarum diuitiarum amore non cohæret. 998
Vera paupertas non tam in non poſſidendis rebus, quàm in non deſiderandis ſita eſt. 999
Doctores de hominum interitu doleant, & maximè diuitibus compatiantur. 999
Iuſtorum mos, vt audientes aliquem ob peculiarem defectum argui, ſtatim cogitent ſe, ſi non illo, ſaltem alio obſideri. 1000
Rerum temporalium amor abſcandus. 1001
Etiam minima magni fiunt, ſi ex magno amore procedant. 1001
In nulla re, quæ infra Deum quieſcere animus poteſt. 1001
Gloriæ noſtræ quanto deſiderio Chriſtus teneatur. 1002
Mali aliorum felicitate maximè cruciantur. 1002
Qui terrena calcauerit, in iudicio ſuper alios efferetur. 1003
Aliena fama, Chriſti exemplo, conſulendum. 1003
Iudex diuitiarum amori minimè hæreat vt hæreat iuſtia. 1003
Chriſtum ſequatur perfectionis amator. 1004
Qui Chriſtum verè ſequitur, & amat, diuitias amare non poteſt. 1004
Chriſtum verè ſequitur qui ſolo illius amore non alterius rei illum ſequitur. 1004
Nullus contemnendus eſt. 1005
Omnium ſalus quærenda. 1006
In diuitiis relinquendis quàm magna difficultas. 1006

Cùm audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit triſtis; erat enim habens multas poſſeſſiones.

996. VEndenda eſſe bona, & pauperibus eroganda, vt perfectus euaderet, audiens hic adoleſcens ingenti triſtitiâ corripitur; tacitus, ac mœrens relinquit Doctorem ſuum, nihil amplius interrogat, elinguis, & mutus fit. Sed cur ſtatim diſceſſit? Fors verebatur, ne pluribus ad diuitiarum neglectum, ac proiectionem eum Chriſtus alliceret, ac tandem proiiciendas diuitias perſuaderet. Qui diuitiarum amore poſſidetur, nec ſibi eas contemnere perſuaderi vult; tantùm abeſt vt contemnere quærat.

Abiit triſtis: Græcè, ἀπῆλθε λυπούμενος, *receſſit mœrore affectus*. Non obmurmurauit, nec Chriſti ſermonem irriſit, aut calumniatus eſt (quod præſtitiſſent Phariſæi) venerat enim diſcendi, & obtemperandi animo; ſed audiens, ſe moneri, vt diuitias abiiceret, triſtis fit, & abit, rei difficultate territus, & verecundiâ affectus, quòd ei promptitudini non reſponderet, quam accedens ad Chriſtum, ſecum detulerat. Cùm Chriſti verba non ſpreuerit, nec irriſerit, & rubore ſuffuſus ſit, ea opere non complens; inclinant aliqui in hanc ſententiam, vt dicant, fortaſſe hunc adoleſcentem meliorem mentem ebibiſſe, ad Chriſti ſcholam reuerſum, factumque vnum ex eius diſcipulis: quod, licet incertum ſit, non eſt tamen improbabile; præſertim, cùm dixerit, ſe Dei mandata ab adoleſcentiâ ſuâ cuſtodiuiſſe: niſi cum annis creſcens diuitiarum amor ipſum penitus tandem obruerit: & multis ſceleribus ſepelierit: quod fieri ſæpè ſolet.

997. *Erat enim habens multas poſſeſſiones*: A poſſeſſionibus ſuis adoleſcens iſte poſſidebatur; arctiſſimè diuitias diligebat, earumque amore tanquã vinculo tenebatur. *Poſſeſſiones*, Græcè, κτήματα, *facultates, bona*. Significantur quoque hoc nomine *mancipia, & ſerui bello capti*. Plerunque etiam diuitiæ litigiis, ac diſcordiis augentur, & capiuntur. Bonus nexus facultatum, & mancipiorum: ſtatim, qui diuitias, & facultates habet, admonetur, vt illis tanquam mancipiis vtatur, nec tantum deſipiat, vt mancipium ipſe diuitiarum fiat, & miſerè rebus terrenis ſeruiat, & famuletur.

Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum Cælorum.

998. NEmpè cœleſtium diuitiarum amor cum terrenarum diuitiarum amore non cohæret. Sed obiiciat aliquis: iſte iuuenis, qui diues erat, vſque ab adoleſcentiâ ſuâ, Dei præcepta cuſtodierat, vt ipſe de ſe affirmat? ergo etiam diues ſaluari poteſt, & ingredi Cælorum regnum. Non malè aliqui opinantur, non diù fuiſſe, quòd iſte iuuenis diues eſſet factus, & fortè nouiter in bonorum poſſeſſionem ſucceſſerat, defunctis parentibus, quorum hæres erat; & ita diuitiarum mala expertus ante non erat: vbi cœpit diuitias poſſidere, cœpit perfectionis impedimenta ſentire; quia ſcilicet ardentius, quàm par erat, perituras diuitias amabat.

Diſcipuli mirabantur valde, dicentes: quis ergo poterit ſaluus eſſe?

999. QVænam admirationis cauſa, quæ dubitationis ratio? De diuitibus loquebatur Chriſtus: Apoſtoli *quis ergo*, inquiunt, *poterit ſaluus eſſe?* Inferendum videbatur: ergo, cùm pauci diuites, multi pauperes intrabunt, noſque præcipuè: benè nobiſcum erit, nos, & multi alii, ſaluari poſſumus, qui diuitias non habemus. Aliò ſpectant Apoſtoli. Sibi, & aliis pauperibus timent; quia intelligebant, omnes illos, qui diuitias cupiunt, licèt pauperes ſint, in diuitum numero ha-

bendos

bendos eſſe, ac proinde diuitiarum incommoda non aliter, imo ſæpè magis, ac diuites, ſentire.

Prætetea inferunt, *quis poteſt ſaluus fieri?* timentes non pro ſe, qui pauperes erant, ſed pro aliis; nam diuitibus compatiebantur, audientes quòd tàm difficilè ſaluari poterant; cum veriùs pauperes diuitibus compati debeant, quam pauperibus diuites. Cœperant iam Apoſtoli, non pro ſuâ ipſorum tantùm, ſed etiam pro aliorum ſalute eſſe ſoliciti, & doctorom aſſumere viſcera, valdeque de hominum interitu dolere. Diſcipuli quum eſſent inopes, pro aliorum ſalute turbantur, & dolent, Doctorum præcordia aſſumentes, quorum eſt, non alicuiis diuitiis inuidere, ſed diuitibus compati.

1000. *Quis ergo poterit ſaluus eſſe?* non ſui tantùm curâ tangitur, qui diſcipulus Chriſti eſt; tangi & aliorum debet: Peritè ad hæc verba in Apoſtoli Petri laudem, hæc habet Sanctus Chryſoſtomus: *Petrus, tametſi ſe omnibus nudauiſſet, neque iam vel hamum retineret, quippè qui & totum quaſtum piſcatorium, & nauem contempſerat, accedens ad Christum ita locutus eſt. At quis poteſt ſeruari? Vide probitatem, & feruorem diſcipuli: non enim, inquit, impoſſibilia iniungis; graue hoc mandatum: difficilis iſta lex, neque in ſilentio perſtitit: ſed curam ſuam, quam de omnibus habebat oſtendit, & præceptori à diſcipulo debitam reuerentiam impartinit, dicens: At quis poteſt ſeruari? nondum factus paſtor, paſtoris animum habebat; nondum in imperij principatu conſtitutus, principi congruentem curam ſeruabat, de vniuerſo orbe ſolicitus.* Non plenè ſui curam habet, qui ſui tantùm habet, oblitus aliorum.

Tandem admirantur, & ſtupent Apoſtoli: ſibi timent de ſuâ ſalute ſtudioſi, non quia diuites eſſent, aut eſſe cuperent, ſed doctrinam Chriſti de diuitiarum amore ad alia eâdem ratione transferentes; ita enim ſecum cogitabant: ſi qui diuitias poſſidet, & in illis confidit, à Dei regno arcetur; ergo & qui honorum, qui coniugum qui liberorum amore tenetur; qui iram, qui vindictam amat, licèt diuitiarum affectu non poſſideatur, à Cælorum regno pari ratione excludetur. Rectè arguunt, & rectè colligunt. Hic iuſtorum mos eſt, vt audientes, alios ob aliquem peculiarem defectum argui, ſtatim cogitent, ſe aliô premi quamuis illô careant; ac proinde non efferuntur, ſed timent, ſed deprimunt ſeſe.

Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

1001. QVæ omnia? cùm nihil ferè Apoſtoli poſſideent. An omnia reliquerunt, quia cupiditatem rerum omnium abſecarunt? Multa enim apud Deum relinquit, qui, etſi pauca poſſideat, habendi deſiderium dimittit.

Tanquam de magno opere præmium quærunt Apoſtoli eò, quòd ſua reliquerint; quia, licèt exigua illa fuerint, & parua, ex plenitudine tamen dilectionis illa minima reliquere. Magni apud Deum eſt meriti, minimum quodlibet opus, dummodo magno erga eum amore, & charitate compleatur.

Quid ergo erit nobis? Reliquit omnia Petrus: ſed nunquid non ſatis pro iis, quæ reliquit, accepit mercedis, non ſatis retributionis? Primus Apoſtolorum factus eſt, totius Eccleſiæ caput, tot inſignium miraculorum operator, calcator maris: quid præterea ad præmium quærit, ad mercedem? Diſce: in nullâ re, quæ infra Deum, quieſcere animus poteſt; exigua hæc omnia ſunt amanti Deum: irritare animum hæc poſſunt, non implere. Maiora quærit Petrus, & nobis quærenda docet: vt amens, & delirus ſit, qui, terrenis, ac perituris contentus, maiora non quærit.

Amen dico vobis quòd vos, qui ſequuti eſtis, me, in regeneratione, cùm ſederit Filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.

CVm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ; quid eſt *cum ſederit*, nunquid ante iudicij diem Chriſtus non ſedet? ſedet; nam *aſſumptus in Cælum ſedet à dextris Dei*; cur igitur in futuro loquitur, cum ſederit? quia licet in ſe, & quò ad dignitatem capitis iam ſederet, tamen adhuc cum ſuis membris ſtantibus, & laborantibus ſtabat, & laborabat; *necdum ſedes*, inquit Sanctus Bernardus, *conſummata videtur; non quod illi plenitudini quidpiam deſit; ſed quod membra caput expectet*, tanto noſtræ gloriæ tenetur deſiderio, tantum noſtram ſalutem amat. 1002.

Sedebitis ſuper ſedes; cur ita dicuntur ſeſſuri in Iudicio? vt viderent duodecim tribus Iſrael, vtque damnati illos ſuſpicientes magis torquerentur; mali enim aliorum felicitate non minùs crucientur, quàm ſuâ infelicitate.

Sedebitis ſuper ſedes; Paupertati hoc tributum, 1003. vt qui terrena calcauerint, in iudicio ſuper alius efferantur; Beati Laurentij Iuſtiniani hæc ſunt verba: *Paupertas iudicem efficit eum, qui ſe ſectatur; ſicut ipſe Dominus Ieſus viuorum & mortuorum iudex pollicetur dicens. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Hanc enim prærogatiuam Dominus pauperibus dare dignatus eſt, vt, ſicut præ cæteris hominibus cuncta, quæ mundi ſunt, propter Chriſtum reliquerunt, ita & illi omnibus glorioſiores in iudicio videantur.*

Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim; duodecim ſedes nominat; ne ſi vndecim diceret, Iudas excludendus proderetur, vel *ne cæteris deterior haberetur*; ait Euthymius hic tantum alienæ famæ Chriſtus conſulit, & exemplo ſuo conſulendum docet.

Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael; Iudiciariam poteſtatem promittit Dominus iis, qui diuitias contempſerant, nec aliena tantùm rapiebant, ſed reliquerant ſua vt ita nos doceret, eum in iudicem eligendum, qui rerum terrenarum, munerumque amore non teneatur; quin paratus ſit & ſua largiri; iudex audire non debet, qui pecuniis adhæret, iuſtitiam venditurus, vt diuitias lucretur.

Duo dixerat Petrus, & ſe omnia reliquiſſe, & ſecutos fuiſſe Chriſtum; Chriſtus reſpondens, vnius 1004. meminit: *Vos*, inquit, *qui ſequuti eſtis me.* Non dixit, *qui reliquiſtis omnia*; oſtendens, quòd perfectio huius operis in ſequendo Chriſto ſita eſt, & omnia dimittere, hôc ipſo bonum, quia ad Chriſtum res dirigitur: qui omnia dimittit, & Chriſtum non ſequitur ſine præmio erit, ſine mercede.

Non dixit, *vos, qui reliquiſtis omnia*, ſed tantùm, *vos, qui ſequuti eſtis me*: iſtuc ſatis erat; in hoc

quippè vno etiam aliud continebatur: qui verè Chriſtum ſequitur, opes, diuitiaſque amare non poteſt, quæ à Chriſti amore nos auocant.

Vos, inquit, *qui ſecuti eſtis me:* Cur rem ad diſcipulos coërcet? Nonne plerique alij Chriſtum ſequebantur? Sequebantur; nam Ioan. 6. dicitur: *Sequebatur eum multitudo magna.* Soli tamen Apoſtoli verè Chriſtum ſequuntur, qui eius tantùm amore illum ſequebantur, non alterius rei intuitu; quod in illâ magnâ multitudine vix in omnibus poterat reperiri.

1005. Obſerua hîc, quòd Chriſtus omnes diſcipulos alloquitur, cùm Petrus tantùm eum interrogauerit. Fecit iſtuc; quia Petrum pro omnibus interrogauerat: deinde, ne ſi Chriſtus ad ſolum Petrum ſermonem dirigeret, alij qui aderant, viderentur contemni: nullum autem contemni vult Chriſtus; & exemplo ſuo oſtendit, quanti fieri pauperes debeant, quámque cauere debeamus, ne inopes aſpernemur.

Docemur præterea, ita vnius ſalutem quærendam, vt eâdem operâ, ſi fieri poteſt, multos moneamus, multos Deo lucremur.

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poßidebit.

AVt agros; in eorum ſerie, quæ relinquenda Chriſti amore ſunt, agri, hoc eſt, diuitiæ extremô locô collocantur: *omnis*, inquit, *qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios*, & tandem vltimo loco, *aut agros*; ſcilicet diuitias poſtremas nominat; quia in his penitùs relinquendis maior plerumque difficultas eſt, quàm in cæteris rebus; vt enim, præ cæteris, chariores, ita ægrè relinquuntur. Pater, mater, fratréſque: at conſanguinei nec noſcuntur vbi de diuitiis agitur, quæ primum ſibi in affectu locum vſurpant. 1006.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XX. MATTHÆI.

Verſ. 1.

SImile eſt Regnum Cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Simile eſt. *Syr. Simile eſt enim.*
Homini Patrif. *Syr. Viro Domino domus.*
Primo mane. *Pagn. Statim diluculo.*
Conducere. *Fr. Luc. Mercede conducere.*
In vineam ſuam. *Syr. Pro vinea ſua.*

Verſ. 2.

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

Conuentione a. f. *Vat. Pactus. Ar. M. Conueniens.*
Ex den. d. *Pagn. Denario diatim. Vat. Denario in diem.*

Verſ. 3.

Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos.

Et egreſſus. *Syr. Et exiens.*
Stantes in foro otioſos. *Syr. Stantes in platea, & otioſos.*

Verſ. 4.

Et dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis.

In vineam meam. *Syr. In vineam.*
Ite. *Ar. M. Abite.*
Quod iuſtum f. *Arab. Quod vobis conuenit. Syr. Quod oportuerit.*

Verſ. 5.

Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter.

Exiit circa ſex. & n. h. *Syr. Et egreſſus ſexta, & nona hora.*
Similiter. *Fr. Luc. Itidem.*

Verſ. 6.

Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hîc ſtatis tota die otioſi?

Stantes. *Syr. Stantes, & otioſos. Fr. Luc. Stantes otioſos.*
Quid. *Pagn. Cur.*
Statis. *S. Aug. Facitis.*
Tota die. *Pagn. Totum diem.*
Otioſi. *Syr. Et otioſi.*

Verſ. 7.

Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit: Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

Quia nemo. *S. Hil. Nemo.*
Conduxit. *Syr. Conducit. Ar. M. Nos mercede conduxit.*
Ite. *Pagn. Abite.*
In vineam meam. *Pagn. In vineam*; addit verò. *Et quicquid fuerit iuſtum, accipietis. Syr. In vineam, & quodcunque oportuerit accipietis. Ar. M. Et quod fuerit iuſtum ſumetis.*

Verſ. 8.

Cum ſero autem factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca ope-

Cum ſero a. f. c. *Pagn. Cum autem veſpera facta*

rarios,

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

rarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.

vſſet. Vat. Quum autem aduesperauiſſet.
Procuratori ſuo. *Syr. Præfecto domus ſua.*
Redde illis mercedem. *Syr. Da eis mercedem eorum.*
Incipiens. *Vat. Exorſus.*
A nouiſſimis. *Vat. A poſtremis.*

Verſ. 9.

Cum veniſſent ergo, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios.

Cum veniſſent ergò. *Ar. M. Et venientes.*
Acceperunt ſingulos denarios. *Ar. M. Acceperunt ſinguli denarium.*

Verſ. 10.

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

Venientes. *Syr. Et cum veniſſent.*
Arbitrati ſunt. *Syr. Sperabant.*
Plus accepturi. *Syr. Se plus reportaturos.*
Singulos den. *Pagn. Singuli denarium.*

Verſ. 11.

Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias.

Accipientes. *Fr. Luc. Quùm accepiſſent.*

Verſ. 12.

Dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus?

Vna hora fecerunt. *Pagn. Spatio vnius horæ. Vat. Vnam horam fuerunt in opere. Syr. Vnam horam operati.*
Portauimus. *S. Aug. Suſtinuimus. Syr. Pertulimus. Ar. M. Portantibus.*
Pondus diei. *S. Aug. Ardorem diei. Vat. Onus.*
Et æſtus. *Pagn. Et æſtum.*

Verſ. 13.

At ille reſpondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conueniſti mecum?

Amice. *Syr. Mi ſocie. S. Aug. Sodalis.*
Non f. tibi in. *Arab. Non iniquè egi tecum. S. Aug. Non feci tibi iniuriam.*
Ex den. con. mecum. *Vat. Denario pactus es mecum. Orig. Ad denarium conueniſti mecum. S. Greg. Nyſſ. Denario diurno conueni tecum.*

Verſ. 14.

Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.

Tolle. *Syr. Accipe.*
Vade. *Fr. Luc. Abi.*

Verſ. 15.

Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

Aut. *Caiet. An.*
Quod volo f. *Pagn.* addit. *In rebus meis. Fr. Luc. In meis. Int. S. Chryſ. In his quæ mea ſunt.*
Nequam. *Pagn. Malus. Vat. Malignus.*
Quia. *Euth. Sed.*
Bonus ſum. *Vat. Benignus ſum.*
Sum. *Pagn. Sim.*

Verſ. 16.

Sic erunt nouiſſimi primi & primi, nouiſſimi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Multi enim ſunt. *Syr. Multi ſunt.*
Pauci verò. *Syr. Et pauci.*

Verſ. 17.

Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis.

Aſcendens. *Syr. Aſcenſurus.*
Aſſumpſit. *Mald. Aggreſſus eſt eos alloqui.*
Secretò. *Pagn. Seorſim in via. Syr. Inter ſe & ipſos in via. S. Hil.* omittit.

Verſ. 18.

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte.

Scribis. *Orig. Phariſæis & Scribis.*
Condemnabunt eum morte. *Syr. Addicent eum morti. S. Epiph. Occidetur.*

Verſ. 19.

Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum, & tertia die reſurget.

Tradent e. *Orig. Tradetur.*
Ad illudendum. *S. Pet. Chryſ. Ad deludendum. Int. Euth. Vt illudatur. Orig. Conſpuendus.*
Et flagellandum. *Int. Euth. Vt flagelletur.*

Vulgata Editio. — ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 20.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo.

Adorans. *Mald. Inclinans ſe, aut genua flectens.*

Verſ. 21.

Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo.

Dic. *Vat. Iube.*
Ad dexteram. *Vat. Tibi à dextra.*

Verſ. 22.

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus.

Neſcitis quid petatis. *Arab. Quid vultis, quid petitis?*
Bibere. *S. Epiph. Baptizari.*
Calicem. *Pagn. Poculum S. Epiph. Baptiſmate.*
Quem ego bibiturus ſum? *S. Epiph. Quo ego baptizandus ſum? Caiet. Quem ego bibo? S. Chryſ. Quem ipſe bibo? Pagn.* addit. *Et baptiſmate quo ego baptizor baptizari? Arab. Quem ego futurus ſum vt bibam, & tincturâ, quâ tingar, tingemini.*
Dicunt ei. *S. Epiph. Reſpondentibus illis.*

Verſ. 23.

Ait illis: calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

Sedere. *Tert. Adſiſtere.*
Ad dexteram meam, vel ſiniſtram. *Caiet. A dextris mei, & ſiniſtris mei.*
Dare vobis. *Pagn. Dare.*
Sed quibus. *Euth. Sed iis continget, quibus paratum.*

Verſ. 24.

Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.

Et audientes. *Fr. Luc. Cum autem audiſſent.*
Indignati ſunt. *Int. Orig. Contriſtati ſunt. Fr. Luc. Ægrè tulerunt. Auct. Grauiter ſtomachati ſunt, Indoluerunt.*
De duobus fratribus. *Syr. Aduerſus illos duos fratres.*

Verſ. 25.

Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos.

Vocauit. *Fr. Luc. Cum aduocaſſet. Ar. M. Aduocans.*
Dominantur e. *Pagn. Dominentur illis. Vat. Dominari ipſis.*
Eorum. *Mald. In eos.*
Maiores. *Pagn. Magni.*
Auctoritatem exercent. *Fr. Luc. Auctoritate vtuntur. Quidam ap. eund. Licentia vtuntur in eos.*
In eos. *Pagn. In eas. Vat. In ipſas. Ar. M. Eorum.*

Verſ. 26.

Non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter.

Non ita erit inter vos. *Vat. Non ita res habebit. Fr. Luc. Verùm non ita erit. Ar. M. Non ita verò erit in vobis.*
Quicunque v. i. v. *S. Hier. Qui voluerit in vobis.*
Maior fieri. *S. Hier. Magnus eſſe. Caiet. Magnus fieri. Syr. Maximus fieri.*
Sit. *S. Hier. Fiat. Caiet. Erit.*
Veſter. *Syr. Vobis.*

Verſ. 27.

Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.

Voluerit. *S. Greg. Nyſſ. Vult.*
Inter vos. *Ar. M. In vobis.*
Primus. *S. Greg. Nyſſ. Primus & magnus.*
Erit v. ſ. *S. Hier. Sit omnium ſeruus. Syr. Fiat vobis ſeruus. S. Greg. Nyſſ. Omnium ſit poſtremus & omnium ſeruus.*

Verſ. 28.

Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro multis.

Venit. *Clem. Alex. Veni.*
Miniſtrari. *Int. Theoph. Vt ſibi miniſtraretur. Clem. Alex. Vt mihi miniſtraretur.*
Miniſtrare. *Clem. Alex. Vt ipſe miniſtrarem.*
Redemptionem. *Fr. Luc. Redemptionis pretium.*

Verſ. 29.

Et egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa.

Et egredientibus illis. *Syr. Cum exiret Ieſus.*

Verſ. 30.

Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viam,

Secus viam. *S. Hil. Super viam.*
Audierunt. *Pagn. Cum audiſſent. Ar. M. Audientes.*

Vulgata Editio.

audierunt, quia Ieſus tranſiret: & clamauerunt, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid.

Verſ. 31.

Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid.

Verſ. 32.

Et ſtetit Ieſus & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis?

Verſ. 33.

Dicunt illi: Domine vt aperiantur oculi noſtri.

Verſ. 34.

Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos eorum: & confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

Lectionum Varietas.

Tranſiret. *Vat Praterire. Int. Orig. Quòd tranſit.*
Domine. *Syr. Domine noſter.*

Turba autem. *Syr. Turba autem.*
Increpabat. *Syr. Obiurgabant.*
Domine. *Syr. Domino noſter.*

Et ſtetit. *Vat. Et cum reſtitiſſet. Ar. M. Et ſtans.*

Domine. *Syr. Domine noſter.*

Miſertus autem. *Vat. Intimè autem affectus miſeratione. Ar. M. Viſceribus commotus.*
Et confeſtim. *Syr. Et eo momento.*
Viderunt. *Caiet. Viſum receperunt oculi eorum. Syr. Aperti ſunt oculi eorum. Ar. M. Reſpexerunt eorum oculi.*

CAPVT XX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Qui otio torpet in omnia vitiorum genera facile labitur. 1009
Perſtricti qui otio marceſcunt. 1009
Magis laborat qui non laborat & otio torpet. 1009
Vigilandi ſtudium quanti apud Deum fiat. 1009
Notati qui Dei ſeruituti addicti laborem refugiunt. 1010
Magna merces ab otio auocari. 1010
Gentiles Iudæis effectiores euaſere. 1010
Pramij cœleſtis ſpe omnes labores promptè ſubeundi. 1011
In Dei obſequio Deus ſolus laboris ſit merces. 1011
Laboris merces ſit Deo placere, cui laboramus. 1012
Liberum & ſpontaneum noſtrum in Deum obſequium ſit, non coactum. 1012.
Otio torpentes perſtricti. 1013
Qui diuturnum ſibi vitæ ſpatium promittit, ſegnis & torpens eſt. 1015
Sacramentis imbuti maiori feruore in Deum ferri debent. 1015

Simile eſt Regnum Cælorum homini patri familias.

1007. SIMILE *eſt Regnum Calorum*; hanc parabolam ita explicat, & ediſſerit S. Theophylus Patriarcha: *Pater familias eſt, qui operarios conducit & qui credentes colligit, vt mercedem ſuæ ſanctitatis accipiant; vinea verò obedientia legis eſt; denarius autem vita æterna. Prima hora operarij, virgines ſunt, qui ſe laborem corporis, & calorem primæ ætatis toleraſſe dixerunt; per cætera autem ætatis augmenta incontinentes accipiendi ſunt.*

Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: quid hîc ſtatis totâ die otioſi.

MAgna Patrisfamilias elucet hîc ſolicitudo: quæſiuit operarios etiam, cùm vix vna diei hora ſupereſſet, cur vocationem in ſequentem non 1008.
diſtulit diem? Cur eodem die, qui penè abierat eos in vineam mittit? An vt doceret, ſe non temporis, ſed operis, feruoriſque rationem habere? Volebat eos temporis coarctatione ita vrgere, vt vel temporis, quod ſupererat, breuitas operarios ad laborem extimularet. Amat Deus, ſeruos ſuos cum feruore laborare; quod fors non fecerant illi primi.

Præterea, ad ſolicitudinis cumulum etiam vndecima diei hora operarios vocat non tàm vt vineæ culturæ conſuleret, quàm vt operariis ipſis; ne ſcilicet integrum diem in otio tranſigerent, nulloque bono opere eum conſignarent. Nimirum nullus ſine lineâ abire dies debet: nullus non aliquo opere, laboréque cumulari, ne totus pereat. Nihil tàm anxiè quærere Superior debet, quàm ne aliquis otio torpeat, laborandi occaſione deſtitutus.

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Dicunt ei; Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

HI, qui conducuntur à Patrefamilias, extra vineam erant, & peccatores ſignificant, qui car- 1009.
nis voluptatibus vacant. Otioſos tantùm vocat; aliud crimen non obiicit: quia, qui otio torpet, cùm operari debeat, iam intelligitur in omnia vitiorum genera fœdè, faciléque labi.

Otioſos vocat, &c, quos horâ nonâ conducit, arguit otioſitatis: *quid hîc*, inquit, *ſtatis totâ die otioſi?* & tamen huc venerant, vt operam ſuam locarent, & laborarent. Quàm ſeuerè illi arguendi, qui ita otio marceſcunt, vt laborare detrectent, operamque ſuam minimè offerant?

Quid

Matt.11.28 *Quid hîc ſtatis totâ die otioſi?* Matth.11. omnes inuitat Chriſtus & ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* Cùm omnes laboremus, cur nunc ait, *quid hîc ſtatis totâ die otioſi?* An magis laborant, qui non laborant, & otio torpent? Onus erat otioſitas ipſa, & labor non laborare.

Non vocat otioſos eos, quos horâ primâ conduxit; quia nempe nulla pars temporis tranſierat, in qua operari deberent: licèt nihil agerent, otioſi tamen dici non poterant, quia primo mane vigilauerant; vt conducerentur & laborarent. Ex quo vides, quanti apud Deum ſit vigilandi ſtudium.

1010. Obſeruandum verò eſt; quòd arguit, quos tamen nondum conduxerat, nec in vineâ ſua adhuc erant. Quid nobis dicetur? Quàm ſeueriùs, iuſtiúſque reprehendi nos poſſumus, ſi iam conducti, & in vinea Dei, in eiuſque Eccleſiâ ſtantes otioſi inueniamur? Nullus excuſare ſe poterit dicens, nemo me conduxit; nam conduxit nos Chriſtus, & nos operam noſtram, laboremque ſumus polliciti, dum eius ſeruituti addicti ſumus.

Quare his, quos vndecimâ horâ vocauerat, non dixit Paterfamilias; *Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis:* quod, alios inuitans, præſtiterat. Nun allicit poſtremos, mercedis promiſſione, nudè in vineam mittit. An magna merces, quod ab otio, malorum omnium cauſâ, quis auocetur? An, quia, cum primi, qui vocati fuerant eſſent Iudæi, poſtremi Gentiles, Iudaicus populus, tanquam terrenus, & durus, ſpe mercedis alliciendus ad laborem erat? Gentilis ad laborem venit; ſed, perfectiori modo obſequium ſuum Deo exhibiturus, allici terrenæ mercedis pollicitatione non indiget.

1011. Adhuc aliam cauſam huius diſcriminis adiicio. Iudaico populo, qui in præcedentibus horis vocatus fuerat, nunquam Cælum, nunquam cæleſtis gloria apertè promiſſa fuit; & ideo ad laborandum inducitur promiſſione mercedis. Populo Gentili, qui vndecimâ horâ vocatus eſt, cœleſte præmium repromiſſum eſt; & idcirco non opus fuit aliquâ aliâ mercede inuitari. Vt ita diſceremus, præmij cæleſtis ſpe, omnes labores promptè, libenterque ſubeundos, licèt aliam hîc mercedem non obtineremus. Fruſtra aliis rebus allicíatur ad laborem, qui cœleſtis gloriæ oblatione non allicitur.

Qui, ſine vllâ mercedis conditione, ac pacto, ad laborem pergunt, hi ſunt, qui, ſolo Dei amore tacti, Diuino ſe cultui mancipant, imo ſacrant. Si à Deo aliam mercedem non poſtulant, niſi Deum, meruerunt primis, qui diù laborauerant pariari. Vt diſceremus, affectum, amorémque in ſeruis ſuis Deum potiùs ſpectare, quàm operis, laboriſque diuturnitatem, quam mercedis ſpes foueat, & animet.

1012. Tandem tanta eſt excellentia, atque ſublimitas Chriſtianæ perfectionis, vt, etiamſi nulla eſſet merces propoſita, nullum præmium? nec æternum quidem, adhuc tamen Chriſtiani Deum colerent, Dei mandata ſeruarent. Proh quàm felix illa mens, quàm Deo plena, quæ in Dei obſequio retributionem nullam ſpectat, nullum præmium; ſeruit tantùm, vt placeat.

Ite & vos in vineam meam. Non ducit conductos operarios in vineam, ſed mittit, vt liberiùs irent, & cogi non viderentur; ſemper quippè noſtræ libertati Deus conſulit, qui ſpontaneum obſequium quærit non coactum.

Otioſos increpat, *quid hîc*, inquit, *ſtatis totâ* 1013.
die otioſi? quæ verba ſic exponit Vgo Victorinus; *Totâ die*, inquit, *otioſi ſtant, qui omni tempore vitæ ſuæ ceſſantes à bono opere, in foro vanæ gloriæ torpentes perſeuerant.*

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? de otio arguuntur, non de luxu; *Euigila ad curam*, inquit Sanctus Bernardus, *& non otio torpeas, ne & tibi dicatur; quid hîc ſtas tota die otioſus? multò minus inueniri oportet aut delicijs reſolutum, aut reſupinum pompis*, cùm & otiô torpentes arguantur.

Quid hîc ſtatis tota die otioſi? iſtos increpat 1014.
& otij inſimulat, cur non priores? *quia*, inquit Sanctus Thomas, *primi adhuc infirmi ſunt; & dominantur paſſiones in eis, ideo excuſandi ſunt; ſed ſenes abundant ſenſibus, ideo ipſos increpat*; mereantur excuſationem aliquam, quod Deo toto corde non vacent iuuenes, quos feruens ætas, & affectibus magis noxia ferè obcæcat; ſenes nullam merentur, & digni maximè ſunt, qui arguantur, ſi in Dei ſeruitio torpeant & de futura ſibi pœnitentiâ blandiantur. Arguuntur præterea ſenes, quia malo ſuo exemplo iunioribus nocent.

Quia nemo nos conduxit; ſui otij hanc cauſam adducunt quia nullus eos aduocauerit, nullus conduxerit, nullus eis ſalutis viam prædicauerit; ac ſi dicerent, inquit Sanctus Gregorius Magnus, *ad laborem nos nemo conduxit; quia vitæ nobis vias nullus prædicauit. Quid ergo nos à bono opere ceſſantes in excuſatione noſtra dicturi ſumus, qui penè à matris vtero ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipſis incunabulis audiuimus?* nullum noſtri temporis prætextum habebimus, nullum deſidiæ noſtræ velamen.

Incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.

INcipiens à nouiſſimis; cur non à primis, qui diutiùs laborauerant? Incipit à nouiſſimis, ideſt, 1015.
inquit Sanctus Thomas, *ab his, qui Sacramentis imbuti ſunt, vnde maior gratia eis data eſt, quàm primis*; & conſequenter maiori feruore ſe in Dei cultu exercuerant, vt tam citus, ad ſoluendam eis mercedem, Deus ſit; nimirum obſequij ſollicitudo Deum, ad præmij ſolutionem; vrget.

Hi nouiſſimi vnâ horâ fecerunt; & pares illos nobis feciſti; qui portauimus pondus diei, & æſtus.

ITa conqueruntur, qui diù in vineâ laborauerant; videntes ſibi eos pariari, qui exiguo, præ illis, tempore operi ſe dederant. Sed quæri hîc poteſt: cur pares fecerit? An, quia primi negligentes erant, & ſocordes adeò, vt longa expectatio torpentes eos in laborandu reddiderit; Ferè, qui diuturnum ſibi vitæ promittit ſpatium, in bonis operibus ſegnis euadit, & negligentiâ, atque deſidiâ torpet.

Pari donantur mercede operarij, qui vltima diei horâ in vineâ laborauerant, ac illi, qui primâ diei horâ conducti: ne, qui maturè virtutis inierunt viam, eos contemnant, qui in ſenectute virtutum operibus ſe dant; quia breuiſſimo tempore omnia poſſunt recuperare; *Alij iuniores*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *alij ſeniores virtutem amplectuntur; vt illi diſcant non ſuperbire, neque opprobrio dare, quia vndecima hora rectè viuere aliqui cœperunt*; non enim temporis habetur ratio, ſed ſedulitatis, ardoriſque.

SECTIO II.

SECTIO II.

Magis arguendi, qui ſtrepitu, ac clamore ſuperbiam ſuam produnt. 1016
Seuerè increpandus, qui aliis ad malum exemplo eſt. 1016
Amicus qui corripit, hoſtis qui adulatur. 1017
Inuidus, quod aliis conceditur ſubtractum ſibi putat. 1017
Cautè aliena peccata obtegenda, ne aliorum lædatur fama. 1019
Duris, & aduerſis Chriſti exemplo occurrendum. 1020
Iuſtis calumnia, & perſecutiones pacis materia. 1020
Pretioſus paſſionis Chriſti theſaurus pretioſis mentium vaſis includitur. 1021
Mulieres rebus vulgandis idoneæ, ſupprimendis non item. 1021.
Fœminarum conſortium viris fugiendum. 1022
Maria Virgo pro nobis confidenter petit, & facilè exauditur. 1022
Muliere vtitur Dæmon vt iuſtos vincat. 1023
Matronarum honor, & reuerentia. 1024
Mater diſſidij ſegetem in filiis ſuccidat. 1024
Quàm noxius nimius parentum in liberos affectus. 1025
Quo quis altiùs euehitur maiori, maioris culminis flamma corripitur. 1026
Obiectus honor ad honoris amorem allicit ambitioſos. 1026
Ambitionis vis, naturæ leges non cognoſcit, 1027
Etiam quæ ſibi noxia poſtulat ambitioſus. 1027

Amice, non facio tibi iniuriam.

1016. OMnes illi primi murmurabant, quòd pares eis nouiſſimos faceret; & tamen paterfamilias vni tantùm reſpondet, vnum increpat. Cur ita? An, quia, licèt omnes murmurent, vnus tamen altiùs inclamabat, & contra iſtum loquitur paterfamilias? magis quippè arguendi, qui verborum ſtrepitu, ac tumore ſuperbiam ſuam produnt.

An iſte vnus, quem increpat paterfamilias, cæteris murmurandi auctor extiterat, & alios exemplo ſuo inhortatus fuerat? Solus ergò increpatur; quia, qui aliis mali occaſio eſt, ſolus peccaſſe videtur, aut certè vnus omnes infecit.

1017. Amicum vocat, vt benignitatem; & clementiam ſuam prodat; correctio enim veri amici nota eſt. Amicum eum dicit, & tamen durè increpat cùm vera amicitia correctionis munus non reſpuat. Verè amat, qui ſeuerè corrigit, dum opus correctione eſt: inimicus & hoſtis cenſendus, qui adulatur, atque blanditur.

Non facio, inquit, *tibi iniuriam.* Inuidus, quod aliis exhibetur, ſubtractum ſibi putat; & non minùs dolet, ſi ipſe ſuâ mercede fraudetur, quàm ſi alij ampliùs, quàm mereantur, accipiant: aliorum quippè lucra, inuidi damna ſunt.

An non licet mihi quod volo facere:

1018. POterat conquerenti de mercede os obſtruere dicens; ſe nouiſſimis tantum dediſſe, quantum primis, non ſolùm, quia pro libito res ſuas dare poterat; ſed quia nouiſſimi vnâ horâ non minùs laborarunt, quàm primi totâ die laborauiſſent; cur igitur hoc dicere noluit; ne conquerentis operarij mentem grauiùs torqueret; negligentiam diſſimulat, ne nimis eum exaſperaret, & inuidiâ tabeſceret, audiens aliorum laborem tam plenâ mercede donatum: Hæc ſuperioris prudentia eſt, vt aliqua diſſimulet, vt omnes lucretur.

Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis.

CVr ſecretò aſſumpſit? An ab itinere declinauit, vt nomini, ac famæ diſcipulorum conſuleret? Sciebat quippè, quòd ventura Mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis eſſet, vt ea peterent quæ petierunt, & ea audirent; quæ audierunt. Ambitionem ſuam oſtenderunt, vt grauiter arguendi à Chriſto fuerint: ſecretò ergò eos aſſumpſit, ne diſcipulorum infirmitas aliis proderetur, vtque eorum defectus ab aliorum notitiâ ſubduceret, & ſic poſtea non contemnerentur. Diſcimus, quàm cautè aliena peccata tegenda ſint, vt aliorum nomini conſulatur, alienæ famæ. 1019:

Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis; & condemnabunt eum morte.

OFfert ſe Chriſtus perſecutionibus; non eas fugit; nos ſuo exemplo edocens, vt grandi animo duris, & aduerſis occurramus. 1020.

In Ieruſalem Chriſtus perſecutiones, calumnias, & opprobria patitur; indicans vel loci nomine hæc omnia pacis ſibi materiam exhibuiſſe. Ieruſalem, *viſio pacis*, interpretatur, & hîc traditur Chriſtus, hîc illuditur; oſtendens, quòd iuſto, calumniæ; & perſecutiones, pacis loco, ſunt; in illis enim pacem ſuam habet, quam auferre aduerſa nulla poſſunt, cùm augeant potiùs.

Duodecim Apoſtolis ſuam Chriſtus paſſionem prædicit, quod ſæpè fecit Sed cur ſolum illis, non etiam aliis diſcipulis? An, quia pretioſior theſaurus pretioſioribus vaſis includitur? Sanctior cæteris eſſe debet; cui paſſionis myſterium reuelatur. Aliis futuram ſuam paſſionem Chriſtus non manifeſtat, ne nimis ob fidei imbecillitatem turbarentur. 1021.

Mulieribus, non legimus, paſſionem ſuam Chriſtum reuelaſſe, licèt primæ eius reſurrectionem intellexerint. Nil mirum. Silentio ſupprimenda futura Chriſti paſſio erat, & in omnes annuntianda reſurrectio: iurè igitur ad hoc electæ mulieres quæ rebus vulgandis idoneæ; ab illo excluſæ, quia vix ſecreta ſupprimere nouerunt. Deinde, mulieres, tanquam molliores, auditâ Chriſti paſſione totæ in lachrymas ſolutæ eſſent; &, quamuis linguâ tacuiſſent, oculis tamen myſterium propalaſſent,

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis; adorans, & petens aliquid ab eo.

ILlud, *acceſſit*, vtile nobis monitum exhibet: mulierum ſcilicet conſortium viris fugiendum. 1022]
Acceſſit ad Chriſtum mulier, quæ longo interuallo ab eo aberat; neque enim credibile eſt, mixtas cum ipſo ambulaſſe mulieres. Puritatis, ac caſtitatis Magiſter, mulierum fugâ, docet caſtitatem,

ac

Google

ac puritatem ſeruandam : igni proximus aut vritur flammâ, aut fumo denigratur.

Confidenter hæc mater accedit, confidenter petit : timorem expulit, fiduciam auxit propinquitas, quam cum Dei Matre habebat; ac ſi, ob iſtum titulum, repulſam pati non poſſet. Iuſtiùs, veriúſque id de Virgine ipsâ exiſtimandum : confidenter enim virgo pro nobis poſtulat, nec repulſam timet; quin exauditur ipſa quoque pro ſua reuerentiâ.

1023. Per mulierem res agebatur : contulit ſe diabolus ad arma conſueta; vt, ſicut Adam per mulierem ſpoliauerat, ſic & iſtos per matrem, eos à Chriſti ſeruitute, regni petitione, eximere tentans.

Mater filiorum Zebedai; cur non dixit? *mater Iacobi, & Ioannis*; an, quia, quæ ambitionem filiorum fouebat, quæ terrena bona filiis ſuis exoptabat, non tam mater, quàm nouerca cenſeri debet,

Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.

1024. PRimas regni ſedes hi duo diſcipuli ambiebant: ſed cur non petunt ipſi, abſque eo, quòd matris officio ad hoc vterentur? Per matrem petunt, quia ipſa faciliùs exaudiretur; ſolent enim viri matronas honorare, maximè ſi honeſtæ ſint, & piæ, qualis iſta mater erat. Deinde matres ſolent efficaciùs poſtulare.

Dic, inquit, *vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Cur non alicui ſignatè dexteram aſſignat, ſiniſtram alteri, in hunc modum : *dic, vt Ioannes ad dexteram ſedeat, Iacobus ad ſiniſtram*, vel è contra? Poterat, ſed abſtinuit, ne litem, atque diſſidium inter filios ſeminaret, vterque enim dexteram ambiebat. Prouidæ matris eſt diſcordiæ ſegetem in filiis ſuccidere, & concordes eos ſeruare. Hinc habes, culmina quærentis animum nunquam ſatiati, & facilè in diſſidia ruere, vt, cùm de honore agitur, nec frater fratri parcat.

1025. Audacem mulierem hanc fecerit maternus affectus. Erant ei hi duo filij Ioannes, & Iacobus, & fors alios non habebat : ideò nimio erga eos affectu tenebatur, & propterea, quicquid ad eorum honorem, ac dignitatem pertinet, non dubitat mater petere, Vide, quò nimius affectus parentum in filios parentes trahat, vt ea quærant, quæ reprehenſioni ſubiicienda ſunt.

Dic, vt ſedeant hi duo filij mei; plerique, nec alienè cenſent, hanc matrem de cæleſti regno loquutam; cur ergo reiicitur eius pro filiis petitio? an, quia ambitionem, & ſuperbiam quamdam, petendo, præſeferebat? Ambitioſi, etiamſi cælum petant, , merentur excludi; Pulchrè Sanctus Eucherius : *Nimirum, cum ambitione loquitur mater, & carnali affecta ambitioſis filiis primas in calo cathedras poſtulat, vnde & meritò ei à Domino dicitur : Neſcitis quid petatis; neque ita petere, neque ita dare conuenit primas ſedes.* Id ſi humiliùs poſtulaſſent, non adeò acriter illos retudiſſet manſuetudinis & humilitatis exemplar.

1026. *Dic vt ſedeant hi duo filij mei*; Antea, cùm pauperem agerent vitam, humili etiam loco contenti erant; altiùs euecti, & in Chriſti conſortium aſciti, maioris culminis deſiderium eos inuaſit, vt omnibus preferri quæſierint? ſcilicet ita fit, vt quò quis altiùs euehitur, maiori maioris culminis flammâ corripiatur; ſiſtere ambitio nequit; ad modum fumi ſe habet; qui quò magis aſcendit, eò magis dilatatur.

Unus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram; ex filiorum mente mater poſtulat; ſed vnde huius petitionis origo petenda eſt? quid hanc mentem hiſce diſcipulis ingeſſit? An, quia, cum Chriſtus apparuit in gloriâ, viderunt Moyſem, & Eliam, vnum à dextris, & alium à ſiniſtris? ſcilicet *vel obiectus honor ad honeris amorem allicit ambitioſos*; qui ſapit; honoris viſu, quô ſuos Chriſtus effert, ad operum bonorum amorem citiùs fetatur, quàm ad honorem,

Unus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram tuam; 1027.
cur non poſtulat, vt ambo ad dexteram ſedeant; quia nolunt alter ſub altero ſedere; tanta ambitionis eſt vis, vt eâ coërcitus nec frater ſub fratre eſſe dignetur, naturæque leges nullas cognoſcat ambitio.

Et vnus ad ſiniſtram; huc ambitioſorum æſtus euadit, vt ea quoque poſtulent, quæ ſibi maximè noxia; ad ſiniſtram, quam iſti petunt, damnandi ſtatuendi ſunt; quod expendens Beatus Laurentius Iuſtinianus, ait : *Collocandi erant ad Chriſti dexteram miſeratione diuinâ, ſed ipſi perniciosâ petitione, ſe cum damnandis conſtitui, flagitabant, ad ſiniſtram.*

SECTIO III.

In honoribus diſtribuendis non ſanguinis, ſed meritorum ratio habenda. 1028
Quanto honore Dei mater habenda. 1028
Magis reprehendi debent qui accepta Chriſti doctrina peccant. 1028
Neſcit quid petat, qui honores, & res temporales poſtulat. 1029
Ambitioſi plerunque damnationem ſuam quærunt. 1029
Nullus ferè minus Crucifixo compatitur, quàm ambitioſus. 1029
Parentes à filiis vt honerandi. 1030
Ingentis amoris ſignum, cum tribulationis calicem nobis Deus bibendum porrigit. 1030
Quàm magno patiendi deſiderio Chriſtus teneretur. 1030
Mites & manſueti ſint qui ad dignitates euehuntur. 1031
Regni Cæleſtis hereditas cum Cruce cohæret. 1031
Bonus humilitatis calix. 1032
Non ſuperbis, ſed humilibus Cæli regnum datur. 1033
Virtus non propinquitas in cæleſti regno obtinendo reſpicitur. 1033
Humilitate ad humilitatem alij vocandi. 1033
Quàm facilis ad poſtulata concedenda Chriſtus ſit. 1034
Ambitio deteſtanda, non æmulandi ambitioſi ſunt. 1035
Ambitioſus non dolet ob ambientium errorem ſed quia alius inuadit: quod ipſe quærit. 1035
Deſæuire ambitionis vitium vix poteſt 1036
Principes ſuorum commodum ſtudeant. 1037
Iuſtitia potiùs quàm poteſtas in ſubditos à ſuperioribus exercenda. 1037

Neſcitis,

Neſcitis, quid petatis.

1028. MAter poſtulat, filij redarguuntur; quia ſcilicet matris petitio ex filiorum voluntate deſcenderat. Tam durè Chriſtus reſpondit, vt eorum ambitionem coërceat;& oſtenderet in honoribus diſtribuendis,non ſanguinis rationem habendam, ſed meritorum. Hi duo filij, quia Chriſto propinquiores aliis erant, nam eorum mater cognata erat Mariæ; putabant, ſe cognationis titulo hunc honorem conſecuturos. Alia Chriſti mens: eos increpat, vt oſtenderet, non cognationis habendam eſſe rationem ſed virtutis, vnde ſubiicit: *poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?*

Sed quæri hîc poteſt: cur mater, quæ pro filiis poſtulauerat, immunis à reprehenſione ſit. An, vt honorem huic mulieri deferret, quia nempè ſuæ matris propinqua erat? Qua re oſtendit, quanto honore Dei mater habenda ſit. An, quia hæc mulier Chriſti doctrinâ imbuta non erat, ſicut diſcipuli? qui ſæpè Chriſti exceperant verba, Chriſti exemplum viderant, quo ad humilitatem alliciebantur.

1029. *Neſcitis quid petatis*: Neſciunt quid petant, quia nihil ſpiritale quærebant, ſed regni temporalis loca potiora. Ferè neſcit, quid petat, qui ſpiritualium bonorum oblitus, poſtulat temporalia, honores, ac dignitates.

Ad dexteram, & ſiniſtram ſedere hi diſcipuli quærebant, quidni illis obiiciatur, *neſcitis, quid petatis?* Nam ad Chriſti ſiniſtram erunt, damnandi. Huc ſcilicet euadit ambitionis inſania, vt eâ infecti plerunque culmina quærant, quæ damnationis cauſa futura.

Inſtabat tempus paſſionis, &, cùm morituro Chriſto compati deberent, honores quærunt. Ita fit; nullus minùs crucifixo compatitur, quàm qui ambitionis vitio tenetur.

Neſcitis, inquit, *quid petatis*; Cur filiis reſpondit non matri? ne ægram adhuc mentem pudoris conuicio deprimeret, & quaſi immoderatæ petitionis damnata mœreret, negato ſibi, quod petebat: *qui, honorandam, ſciret, eſſe pietatem, non mulieri, ſed filiis reſpondit*, ait Sanctus Ambroſius; vt vel hinc diſcerent filij, matrem ſuam honorare, quam Chriſtus confundere dura reprehenſione noluit.

Poteſtis bibere, calicem, quem ego bibiturus ſum?

1030. CAlicem, paſſionem vocat, quem ſe bibiturum dixit; volens hac communione auidiores eos reddere. Nathan Propheta, vt exprimeret, quàm eſſet in deliciis mulier viro, in parabolâ illâ ouis ait: *& de calice eius bibens*. 2.Reg. 12.v.3. in ſignum ſcilicet ſingularis affectus. Idem hîc fit: dum Chriſti calix nobis porrigitur, dum aliquid pro eo pati poſſumus, ingentis id amoris indicium eſt, quo nos tanquam oues complectitur. Calix, paſſio dicitur, quia ingenti ad eam ſiti currere debemus, &, non ſecus ſitientes vini calicem, amplecti & ori admouere.

2.Reg.12.3.

Mar. 10.38. Sanctus Marcus cap.10. verſ.38. Hanc ſententiam ſic effert: *Poteſtis bibere calicẽ, quem ego bibo?* Imo Caietanus hunc Matthæi locum ita extulit: *poteſtis bibere calicem, quem ego bibo?* & Sanctus Ioannes Chryſoſtomus hîc Hom.66. *quem ego ipſe bibo!* Aliud eſt, *bibo*, aliud, *bibiturus ſum*: ſed in Chriſto vtrumque verum; nam ita bibiturus erat, vt etiam biberet: tanto patiendi deſiderio tenebatur, ac tam altè paſſionis memoria eius menti inſidebat, vt ſemper pati videretur. Quid? eius vita perpetua quædam paſſio extitit.

1031. *Poteſtis bibere calicem*; Mire hîc ingenium eorum commendat, qui adituri ſupremas dignitates ſunt, vt iniurias omnes, mortémque ipſam ita accipiant, tanquam calicem, quo olim amicitia ſtabiliri conſueuerat, ac ſi diceret: omnes perſecutores patienter ferte, & ex inimicis amicos facite, vt ipſa vobis perſecutio ſit calix, quo firmanda amicitia ſit; tantum abeſt, vt iniurias iniuriis vendicetis; *non ergo oremus, vt moriantur inimici*, inquit S. Auguſtinus, *ſed, vt corrigantur; iam correpti non erunt inimici. Talem calicem non reſpuamus; poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Ignoſcendæ ergo iniuriæ ſunt, vt quos videmur habere inimicos, reddamus manſuetudine, ac patientiâ amicos.

Poteſtis bibere calicem; Calix paſſionem ſignificat, & etiam hæreditatem Pſal.15.5. pro eodem accipiuntur: *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei; tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi*; vt tacitè ſignificaretur, ei, qui cæleſtem hæreditatem expectat, ſiccandum priùs paſſionis calicem, cùm regni cæleſtis hæreditas, cum cruce, & morte ita coniuncta ſit, vt adiri, ſine paſſionis calice, non poſſit: menti ambitionis morbo correptæ opportuno remedio occurrit, mortis memoriam ingerit; *poteſtis*, inquit, *bibere calicem*; nihil magis ſalubre contra faſtum, & ambitionem quàm mortis cogitatio.

1032. *Poteſtis bibere calicem?* cur interrogat, quod probè ſciebat? vt eorum reſponſione nos quoque doceremur, regnum laboribus, & paſſionibus acquiri; *non ignorabat quidem Dominus*; ait Sanctus Anſelmus, *quia per paſſionem eum poterant imitari; ſed ideo dixit hoc illis, vt Domino interrogante, & eis reſpondentibus, omnes nos audiamus; quia nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſſionem eius fuerit imitatus.*

Poteſtis bibere calicem? bonus calix humilitas: noxius, & veneno refertus ambitio eſt; Sanctus Auguſtinus hæc verba expendens: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Qui quæritis apicem ſublimitatis, poteſtis bibere calicem humilitatis?*

Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis.

1033. SIgnatè ait, *vobis*, in hunc ſenſum: non eſt meum, primas ſedes concedere vobis, qui ſuperbiam, & ambitionem oſtenditis; eſt meum dare humilibus.

Vel non eſt meum dare vobis, tanquam cognatis: non pertinet ad me hôc pacto dare vobis primas regni mei ſedes, virtutis, non propinquitatis in eo habetur ratio.

Non eſt meum dare vobis, ſecundùm humanitatem. Secundùm formam ſerui hîc diſcipulis loquitur, vt vel ſic eorum ſuperbiam reprimeret, & ſuo exemplo ad humilitatem alliceret. Qui ad humilitatem alios inhortatur, ſimilis ipſe ſit, & humilitatis exempla det.

1034. *Non eſt meum dare vobis*. Dixerat ſuperiùs; *neſcitis quid petatis*; credo, quòd nec ipſe Chriſtus neſciat denegare, quod ab illo poſtularet; *confundebatur*, inquit Sanctus Ambroſius, *matri pro filiis poſtulanti etiam ſuæ ſedis conſortium denegare*. Tam

pronus ad poſtulata concedenda Chriſtus eſt.

Sed quibus paratum eſt à patre meo; rem ad patrem refert; ſignatè autem dixit, *quibus paratum eſt*; vt oſtenderet, *patrem quoque non petitionibus deferre ſolere, ſed meritis*, ait Sanctus Ambroſius.

Non eſt meum dare vobis; non dixit, *non eſt meum dare*; ſed *non eſt meum dare vobis*; hoc eſt, ait, idem Sanctus Pater, *non ſibi poteſtatem deeſſe aſſerens, ſed meritum creaturis*; vel *vobis*, addidit, vt ſuperbos excluderet; ſcitè Sanctus Auguſtinus; *Quid eſt non eſt meum dare vobis? non eſt meum dare ſuperbis; hoc enim adhuc erant; ſed, ſi vultis illud accipere, nolite eſſe, quod eſtis; alijs paratum eſt, & vos alij eſtote.*

Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.

1035. MAlum malum gignit. Cum audiſſent cæteri Apoſtoli, quid duo per matrem poſtulaſſent, moleſtè tulerunt, nec indignati ſunt eò, quòd illorum ambitionem deteſtarentur, ſed quòd ipſi quoque, ambitione tacti, eminere in Chriſti regno vellent, non minùs quàm duo fratres. Miſereri duobus oportebat, &, tanquam malo correptis, compati, non in eos indignari. Miſera ambitioſi conditio eſt, ambitione ambitioſos deteſtatur.

Indignati ſunt: Græcè, ἠγανάκτησαν, *Moleſtè tulerunt, grauiter offenſi ſunt*, quòd illi duo voluerint omnibus præponi. Non inſurgunt in mulierem, quæ primatum filiis poſtulauit, ſed in filios primas, ſedes ambientes, quia, non ægrè ferunt peccatum aut ignorantiam, ſed grauiter tulerunt, primas ſedes occupari, & ſe poſtponi. Ambitioſus non dolet ob ambientium errorem; ſed, quia ſibi auferri timet, quod alius quærit.

1036. Indignantur diſcipuli, nec placati ſunt eâ repulsâ, quam duo fratres tulerant: quantò magis commoti eſſent, ſi duo, qui primas ſedes poſtulauerant, voti compotes facti fuiſſent? Deſinere ambitionis vitium vix poteſt, tantas in mente, quam poſſidet, vires ambitio exerit.

Indignati ſunt de duobus fratribus; poſtquam reprehenderat Chriſtus duos fratres, qui primis regni ſedibus inhiabant, tunc cæteri diſcipuli indignati referuntur; ſed cur non ante? quod Magiſtrum reuerebantur, ab indignationis ſignis ſe ſtatim cohibuerunt; at vbi reprehendentem audierunt Magiſtrum, tunc & ipſi tantam ſuperbiam ſibi diſplicere ſignificarunt, ſed ſuperbi in ſuperbos ſtomachantur, & ipſi reprehenſione digni; in hoc tamen laude, quòd Magiſtrum priùs reueriti ſunt.

Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos.

1037. PRincipes gentium dominantur eorum; & non hæc omnium principum nota eſt, vt in eos dominentur, quorum ſunt Principes? non eſt; principes veri vere audire non debent, qui tantùm in ſuos dominantur, poteſtatem in ſuos exercent, nec ſuorum commodo ſtudent, ſed ſuæ gloriæ, ſuo honori; verè non dominatur, qui tantùm dominatur; ſeruire debet, qui ad Chriſti normam Princeps eſt futurus.

Qui maiores ſunt poteſtatem exercent inter eos; Dixiſſet, *iuſtitiam exercent*, hoc enim proprium veri Principis eſt, & potentis; *poteſtatem exercent*, ait Sanctus Thomas, *non vtuntur ad beneficium; ſed poteſtatem exercent in eos; ſcilicet ad opprimendum, non ad iuſtitiam*; Poteſtas, quæ iuſtitiam non reſpicit, tyrannis eſt.

Filius hominis non venit miniſtrari.

FIlius hominis non venit miniſtrari; hîc aliquis 1038.
reponet, nunquid non Angeli ei miniſtrant? ſuperiùs legimus conſummatâ omni tentatione, fugatoque dæmone, Angelos acceſſiſſe, & miniſtraſſe illi; cur ergo hîc dicit, ſe non veniſſe miniſtrari? nunquid non & Martha miniſtrabat ei? Miniſtrabat Martha, miniſtrabant Angeli; ſed tamen verum adhuc eſt, quod ille ait, ſe non veniſſe miniſtrari; quia non venit in hunc finem, vt illi miniſtraretur, venit vt miniſtraret.

SECTIO IV.

In omnibus, & vbique iuuare alios ſtudeamus. 1040
Quò propiores morti ſumus, eò maiora in Dei obſequium nobis præſtanda. 1040
Maiora beneuolentiæ ſigna exhibenda, vbi grauiora tormenta nobis parantur, maioribus contumeliis, & conuitiis impetimur. 1040
Aliorum fides, & ardor in aliorum exemplum vt innoteſcat ſtudet Chriſtus. 1041
Quò plures obices Mundus, & dæmon nobis opponit, eò ardentiùs proficere debemus. 1041
Et vilibus hominibus ſe magnus quilibet Chriſti exemplo demittat. 1042
Pauperum, & miſerorum neceſſitatibus conſulendum. 1042
Placet oratio Chriſto, ad quam homines excitat. 1043
Orationis efficaciam innoteſcere curat Chriſtus. 1043
Mora, & cunctatio in Dei obſequio auferenda. 1044
Chriſtum ſequi, & imitari quàm gratum Chriſto ſit. 1044
Iuſti beneficiorum, & benefactoris memores amant etiam alios per beneficia quæ accipiunt proficere, & Deum laudare. 1044

Egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa, & ecce duo cæci ſecus viam.

AB Iericho diſcedit cum ſuis Chriſtus iturus in Ieruſalem; turba multa eum comitatur, & deuotionis affectu, & præſidij; à latronibus enim illa via obſidebatur, qui tranſeuntes ſpoliare, & interficere conſueuerant, aut vulnerare; vt ex illa parabolâ conſtat, cuius meminit Sanctus Lucas; ſed, qui venerat, noſtra vulnera curare, non timebat latronum vulnera.

Nihil mali à latronibus paſſus legitur Chriſtus, 1039.
nullam Chriſto intulerunt iniuriam viatorum aggreſſores, intulerunt Iudæi, omnibus latronibus ſæuiores.

Ecce duo cæci; ad mortem iturus non ceſſat miracula Chriſtus facere, vt virtutis ſuæ conſtantiam oſtenderet, qui imperterritus ibat ad Paſſionem, vt interim diſceremus, bonorum operum ſeriem nullâ calamitate, perſecutione nullâ intermittendam eſſe, cùm potiùs mala, quæ parimur, ad bona præſtanda vrgere nos, debeant.

Nec

1040. Nec inceſſus Domini inutilis erat; in viâ cæcos ſanat, documentum nobis exhibens; vt in omnibus ſimus proficui, & nihil ſit in nobis otioſum, nullibi à bonis operibus vacemus, vbique iuuare alios ſtudeamus.

Obſeruatum eſt aliquibus; quòd Chriſtus plura ac maiora præſtitit miracula, quò magis ad mortem, & ad vrbem Ieroſolymam accedebat: indicans nobis, vt, quò propiores morti ſumus, eò magis in Dei obſequium, & gloriam laborare debeamus.

Quò propiùs Chriſtus ad vrbem Ieroſolymam accedebat, eò maiora beneficia per maiora miracula hominibus conferebat; vt innueret, maiora beneuolentiæ ibi edenda eſſe ſigna, vbi maiora tormenta ſuſtinere debemus, & magis indignis iniuriis, & calumniis petimur.

Turba autem increpabat eos, vt tacerent; at illi magis clamabant.

1041. CÆcorum voces turbæ interturbant; eoſque obiurgant. Videntes Ieſum ad eorum clamorem non ſtatim reſpondere, ſuſpicantur, hunc illi eſſe moleſtum; quum contra eſſent? tacebat enim Chriſtus, vt magis cæcorum fides, & ardor innoteſceret, & in aliorum exemplum perſpicua eorum fiducia fieret, & deuotio. Non cæcorum clamor moleſtus Chriſto erat, ſed potiùs turbarum increpatio.

At illi magis clamabant: Obiurgati cæci à turbis, non ſolùm nihil clamorem remittebant; ſed altius clamabant, vt oſtenderent, ſe his increpationibus minimè cedere, vt ſupra turbæ ſtrepitum à Chriſto exaudiri poſſent. Egregium conſtantiæ, ac fortitudinis, animique infracti in his cæcis habemus exemplum. Conſtans, ac fortis animus tentationibus non ſuccumbit: hominum à bono auocantium dictis non frangitur: quò magis vetatur, eò altiùs prouehitur, & quò plures obices Mundus, dæmon, ac caro opponit, tantò conſtantiùs in bono incepto ſiſtendum nobis eſt; adeo vt à difficultate ſumamus vires, animoſque.

Stetit Ieſus, & vocauit eos.

1042. POterat iter ſuum proſequi; ſed noluit: ſtetit, & exſpectauit, vt cæci accederent: ex quo eius bonitas: & benignitas colligitur, qui non eſt dedignatus, homines pauperes, & mendicos expectare; ſuperbos homines arguens qui ſe abiectis hominibus demittere nolunt, & notam ſuæ dignitati inuri putant, ſi pauperibus vel minimum obſequium præſtent.

Stetit: Quia via illa lapidibus plena erat, foueis, rupibus: ne ergo cæci, Chriſtum ſequentes, aliquid incommodi paterentur, expectat eos; innuens, quàm ſolicitè pauperum neceſſitatibus, & diſcriminibus conſulendum, vbi aliquod periculum imminet, vrget neceſſitas aliqua.

Quid vultis, vt faciam vobis.

1043. VT quid interrogat, cùm probè ſciret? Nunquid, qui lumen reddere poterat, quid cæci vellent, ac petituri eſſent ignorabat? Minime. Ad hoc ergò requirit; vt petatur, & cor ad orationem excitet. Placet oratio Chriſto, quam vel iſtâ arte elicit.

Deinde interrogat, non quia neſciret, ſed quia neſciebant turbæ: nam aliquis exiſtimare poterat, quòd cæci non lumen, ſed pecuniam quærerent; ſicut & ille, qui ad ſpecioſam portam templi ſtabat, à Petro & Ioanne non ſanitatem, ſed eleemoſynam expectabat; (Act. 3.) atque ideo orationis efficacia ita non pateret.

Confeſtim viderunt, & ſecuti ſunt eum.

1044. TErigit eorum oculos Dominus, & ſtatim viſum receperunt. Non diſtulit curationem Dominus, nec moras nexuit; vt nos quoque ab eo diſceremus, cunctationem omnem in eius obſequio tollere.

Non legimus, munus aliquod cæcos, ſanitati reſtitutos, Chriſto obtuliſſe: ſed ingentis muneris loco fuit, quòd ſtatim eum ſecuti ſunt. Nihil gratius accidere Chriſto poterat. Nempè gratum ob accepta beneficia munus offert, ac ſacrificium, qui Chriſti veſtigia ſequitur, vitamque, moreſque eius vitâ exprimit, ac moribus.

Secuti ſunt eum: Quod antea facere ob cæcitatem non poterant. Euidens ſignum recepti viſus, non corporalis tantùm, ſed etiam ſpiritualis, ſi Chriſti ſequamur veſtigia. Non ad ſua redeunt cæci viſu donati; ſed gratum animum exhibentes, ſe Chriſto comites præbuerunt, & quia diſcedere vix poſſent à ſuo benefactore, & vt alij præſentes, eos videntes, in quibus recens Chriſti virtus enituerat, in maiorem Chriſti amorem raperentur. Iuſti & beneficiorum, benefactoriſque ſunt memores; & amant, alios per beneficia, quæ ipſi accipiunt, in virtute proficere, inque Dei laudibus occupari.

CAPVT XXI. MATTHÆI.

Vulgata Editio.

Verſ. 1.

ET eum appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad Montem Oliueti: tunc Ieſus miſit duos diſcipulos.

Verſ. 2.

Dicens eis. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſoluite, & adducite mihi.

Lectionum Varietas.

Appropinquaſſent. *Syr. Appropinquaſſet.*
Ad montem. *Syr. Iuxta verticem montis.*
Oliueti. *Vat. Oliuarum.*
Diſcipulos. *S. Hil. Ex diſcipulis ſuis.*

Dicens eis. *Syr. Et dixit eis.*
In Caſtellum q. *Pagn. In oppidum quod. Vat. In vicum qui.*
Contra vos. *Adam C. Ex aduerſo. Mald. E regione. Fr. Luc. Ex oppoſito veſtri. Orig. E regione veſtri.*
Alligatam. *Fr. Luc. Ligatam,*
Soluite & adducite. *Ar. M. Soluentes adducite,*

Vulgata Editio. — ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 3.

Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos.

Dicite. *Vat. Dicetis.*
Dominus. *Syr. Domino noſtro.*
His opus habet. *S. Hier. Eos neceſſarios habet. Syr. requiruntur. Ar. M. Eorum vſum habet.*
Dimittet. *Theoph. Emittit.*

Verſ. 4.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem.

Quod dictum. *Ar. M. Effatum.*

Verſ. 5.

Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis.

Dicite filiæ Sion. *S. Aug. Noli timere filia Sion.*
Manſuetus. *S. Aug. Mitis. Clem. Alex. Iuſtus & manſuetus, & ſeruans & ipſe mitis, facilis. Syr. Humilis. Auct. Placidus.*
Sedens ſuper aſinam. *S. Aug. Et ſedet ſuper iugalem. Ar. M. Inſidens. Pagn. Cum aſcendiſſet. Clem. Alex. Qui aſcendit.*
Et pullum f. ſ. *Clem. Alex. Subiugalem, & pullum nouum. Orig. Et pullum filium ſubiugis.*

Verſ. 6.

Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus.

Euntes. *Orig. Profecti.*
Fecerunt. *Ar. M. Et facientes.*
Sicut præcepit. *Fr. Luc. Sicut præceperat. Auct. Sicut iniunxit, imperauit. Ar. M. Sicut præordinauit.*

Verſ. 7.

Et adduxerunt aſinam, & pullum: & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.

Impoſuerunt. *Int. Theoph. Collocarunt.*
Super eos. *Syr. Pullo.*
Et eum. *Orig. Et.*
Deſuper ſedere fecerunt. *Pagn. Super illa collocauerunt. Quadam exempl. Super eum inſedit. Syr. Equitauit ſuper eum. Ar. M. Inſedit ſuper eos. Orig. Inſedit illis.*

Verſ. 8.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

Plurima autem turba. *Syr. Plurima autem turba.*
Veſtimenta. *Pagn. Pallia.*
Alij autem c. *Clem. Alex. Cùm carpſiſſent pueri.*
De arboribus. *Clem. Alex. Oleæ vel palmarum.*

Verſ. 9.

Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis.

Turbæ. *S. Hil. Turba.*
Quæ præcedebant. *S. Hil. Et præcedens. Syr. Quæ præcedebant eos. Ar. M. Præcedentes. Clem. Alex. Exierunt obuiam Domino.*
Et quæ ſ. c. d. *S. Hil. Et conſequens clamabat. Clem. Alex. Et clamarunt dicentes.*
Filio. *S. Hil. Fili.*
Benedictus qui venit. *Syr. Benedictus ille qui venit. Ar. M. Benedictus veniens.*
Hoſanna in a. *Clem. Alex. Lux & gloria & laus cum ſupplicatione Domino.*

Verſ. 10.

Et eum intraſſet Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic?

Et cum intraſſet. *Ar. M. Et intrante eo.*
Dicens. *Syr. Dicebantque.*

Verſ. 11.

Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ.

Populi autem. *Syr. Turba verò.*
Propheta. *Orig. Ille Propheta.*

Verſ. 12.

Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Ementes. *Ar. M. Mercantes.*
Numulariorum. *Syr. Trapezitarum. Vat. Menſariorum. Int. Theoph. Collybiſtarum.*
Euertit. *Vat. Subuertit. Fr. Luc. Diſiecit.*

Verſ. 13.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 13. Et dixit eis: ſcriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.	Domus orationis. *Int. Theoph. Domus deprecationis.*
Verſ. 14. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo: & ſanauit eos.	Et acceſſerunt ad eum. *Syr. Et adiecerunt eum.*
Verſ. 15. Videntes autem principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt.	Videntes. *Fr Luc. Quum vidiſſent.* Et Scribæ. *Syr. Et Phariſæi.* Et pueros. *Syr. Et puerulos.*
Verſ. 16. Et dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis: vtique: nunquam legiſtis: quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem?	Et dixerunt ei. *Syr. Et dicunt.* Vtique. *Int. Theoph. Quidni?* Infantium. *Fr. Luc. Paruulorum.* Perfeciſti laudem. *Syr. Direxiſti laudem. Arab. Paraſti laudem. Mald. Perfectam laudem conſequutus es. Adam C. Aptaſti, concinnaſti laudem.*
Verſ. 17. Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique manſit.	Relictis i. *S. Hil. His dictis reliquit eos.* Abiit f. e. c. *Pagn. Exiit è Ciuitate. S. Hil. Ciuitatem egreſſus.* In Bethaniam. *S. Hil. Atque in Bethaniâ.* Ibique manſit. *Pagn. Et pernoctauit illic. Fr. Luc. Diuerſatus eſt ibi. Int. Euth. Demoratus eſt. S. Hil. Manſit.*
Verſ. 18. Mane autem reuertens in ciuitatem, eſuriit.	Reuertens. *Syr. Cum reuerſus fuiſſet. S. Hil. Tranſiens.*
Verſ. 19. Et videns fici arborem vnam ſecus viam venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: & arefacta eſt continuò ficulnea.	Fici arborem. *Pagn. Ficum.* Secus viam. *Fr. Luc. In via.* Nunquam. *Pagn. Ne poſthac. Caiet. Non vltra.* Ex te fructus naſcatur. *Syr. Non erunt in te amplius fructus. Ar. M. Fructus fiat.*
Verſ. 20. Et videntes Diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuò aruit.	Et videntes. *Syr. Quod cum vidiſſent.* Continuô. *Syr. In momento.* Aruit. *Syr. Exaruit ficus.*
Verſ. 21. Reſpondens autem Ieſus, ait eis: Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare, fiet.	Et non hæſitaueritis. *Mald. Et non diſceptaueritis. Fr. Luc. Non diiudicaueritis. S. Chryſ. Si in oratione confidere volueritis.* Non ſolum de ficulnea. *Mald. Non ſolum quod in ficu factum eſt.* Tolle. *Vat. Tollitor. Fr. Luc. Tollere.* Et iacta te. *Pagn. Et proiice. Vat. Mittitor. Fr. Luc. Iactare. Syr. Et cade.*
Verſ. 22. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.	Et omnia quæcunque. *Syr. Quicquid.* In oratione. *Syr. Oratione.* Credentes. *Syr. Et credideritis.*
Verſ. 23. Et cum veniſſet in templum acceſſerunt ad eum docentem, principes ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes: In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc poteſtatem?	Et cum veniſſet. *Ar. M. Et veniente.* In qua poteſtate. *Int. Theoph. Qua auctoritate.* Hanc poteſtatem. *Pagn. Auctoritatem iſtam.*
Verſ. 24. Reſpondens Ieſus dixit eis: Interroga-	Vnum ſermonem. *Vat. Quiddam.*

Vulgata Editio.

bo vos & ego vnum ſermonem : quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam , in qua poteſtate hæc facio.

Verſ. 25.

Baptiſmus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe, dicentes.

Verſ. 26.

Si dixerimus, è cælo, dicet nobis: quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem ſicut prophetam.

Verſ. 27.

Et reſpondentes Ieſu, dixerunt: Neſcimus. Ait illis & ipſe: Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

Verſ. 28.

Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.

Verſ. 29.

Ille autem reſpondens, ait: Nolo. Poſtea autem pœnitentia motus, abiit.

Verſ. 30.

Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait: Eo, domine, & non iuit.

Verſ. 31.

Quis ex duobus fecit voluntatem Patris. Dicunt ei: Primus. Dicit illis Ieſus: Amen dico vobis, quia Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

Verſ. 32.

Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei, publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.

Verſ. 33.

Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.

Verſ. 34.

Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.

Verſ. 35.

Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt.

Lectionum Varietas.

Hæc facio. *Pagn. Hæc faciam.*

Cogitabant. *Fr. Luc. Reputabant, diſceptabant. Auct. Ratiocinabantur.*

Inter ſe. *Syr. In animabus ſuis. Ar. M. Apud ſe ipſos.*

Habebant. *Fr. Luc. Habent.*

Et reſpondentes Ieſu. *Syr. Et reſponderunt ei.*

In qua poteſtate. *Ar. M. In qua auctoritate.*

Homo quidam. *Syr. Vir quidam.*

Duos filios. *Ar. M. Natos duos.*

Ad primum. *Pag. Ad priorem.*

Fili. *Syr. Fili mi.*

Operare in vinea mea. *Syr. Cole vineam.*

Pœnitentia motus. *Syr. Reſipuit. Ar. M. Pœnitentia affectus.*

Eo. *Vat. Faciam Domine. Fr. Luc. Ego Domine.*

Domine. *Syr. Domine mi.*

Et non iuit: *Ar. M. Et non abiit.*

Quis. *Pagn. Vter.*

Ex duobus. *Fr. Luc. Ex his duobus.*

Patris. *Syr. Patris ſui.*

Præcedent. *Quid. Codd. Et Euth. Præcedunt. Ar. M. Præeunt.*

In via iuſtitiæ. *Syr. In die rectitudinis. Pagn. Per viam iuſtitiæ.*

Nec pœnitentiam habuiſtis. *Fr. Luc. Non reſipuiſtis.*

Vt crederetis ei. *Ar. M. Ad credendum ei.*

Homo. *Ar. M. Homo quidam.*

Circumdedit. *Int. S. Chryſ. Circumpoſuit. Syr. Obuallauit.*

Sepem. *S. Hier. Maceriam.*

Miſit. *Ar. M. Legauit.*

Acciperent. *Vat. Caperent.*

Alium cæciderunt. *Syr. Alium percuſſerunt.*

Occiderunt. *Syr. Trucidarunt.*

Lapidauerunt. *Syr. Lapidibus obruerunt.*

Verſ. 36.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 36.

Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter.

Miſit. *Vat. Emiſit. Ar.M. Legauit.*
Fecerunt ipſis ſimiliter. *Vat. Tractarunt illos ſimiliter.*

Verſ. 37.

Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum dicens: verebuntur filium meum.

Filium meum. *Syr. Propter filium meum.*
Verebuntur. *Goth. Forſitan verebuntur. S. Hier. Forſitan reuerebuntur. Syr. Iam erubeſcent.*

Verſ. 38.

Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.

Videntes. *Fr. Luc. Quum vidiſſent.*
Et hab. hær. eius. *S. Proſp. Et noſtra erit hæreditas. Pagn. Et occupemus hæreditatem eius. Fr. Luc. Obtineamus hæreditatem eius.*

Verſ. 39.

Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

Et apprehenſum. *Ar. M. Et ſumentes.*
Extra vineam. *Pagn. Ex vinea.*

Verſ. 40.

Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Quid faciet. *Syr. Quid facturus eſt.*
Illis. *Syr. Iſtis.*

Verſ. 41.

Aiunt illi: Malos malè perdet: & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.

Malos. *Orig. Colonis malis. Syr. Eos.*
Malè p. *Syr. Malè malè perdet. Orig. Tollet vineam.*
Locabit. *S. Hier. Dabit. Syr. Elocabit.*
Agricolis. *Orig. Colonis.*
Fructum. *Syr. Fructus.*
Temporibus ſuis. *Syr. In tempore ſuo. Ar. M. In temporibus ſuis. Orig. In tempore.*

Verſ. 42.

Dicit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

Ædificantes. *Mald. Ædificatores.*
Factum eſt iſtud. *Mald. Facta eſt hæc. Euth. Factus eſt hic.*
Mirabile. *Euth. Mirabilis.*

Verſ. 43.

Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur Genti facienti fructus eius.

Auferetur. *Ar. M. Tolletur.*
Facienti. *Syr. Edituræ. S. Greg. Nyſſ. Ferenti.*

Verſ. 44.

Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.

Et qui ceciderit. *S. Aug. Quicunque offenderit in lapidem illum. Ar. M. Et cadens.*
Conſtringetur. *S. Aug. Conquaſſabitur.*
Super q. v. ceciderit. *S. Aug. Super quem verò venerit.*
Conteret. *Syr. Diſſipabit. Adam C. Comminuet. Fr. Luc. Ventilabit.*

Verſ. 45.

Et cum audiſſent principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipſis diceret.

De ipſis. *Syr. De ſeipſis.*
Dicere. *Syr. Loqui.*

Verſ. 46.

Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

Et quærentes. *Syr. Et quærebant.*
Eum tenere. *Vat. Illi manus inicere. Int. Euth. Eum apprehenderunt.*
Turbas. *Vat. Multitudinem.*

CAPVT XXI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Corporis commodis Chriſti exemplo nemo facilè ſeruiat. 1045
Religioſi ſine comite non eant. 1045
Sine cunctatione in omnibus Deo obſequi debemus. 1046
Vilia quæque officia nobis præſtanda vt Deo pareamus. 1046
Subditi ſuperiorum exemplo facilè prouocantur. 1047
Turba religioſa, & pia, niſi primorum vitiis vocibuſque inficiatur. 1047
Pretioſa veſtes plerumque obſequium in Chriſtum impediunt. 1048
Chriſtus nobiſcum humilitate contendere videtur. 1048
Pretioſis veſtibus Chriſtus non inſidet, inſidet Diabolus. 1049
Miſericors victoriam ſperet. 1050
Chriſtus mortem ſubiuit vt nos triumphum ageremus. 1050
Summum decus ſummo dedecori vicinum. 1051
Vita, & verbis Deus laudandus. 1051

Tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam.

1045. PROXIMVS Ieruſalem aſinam, qua veheretur, quæri iubet: cur non ante, cùm magis diſtaret? Vt intelligeremus; Chriſtum,non ſuo commodo ſeruire, ſed myſterio. Non corporis laſſitudini conſulit, ſed adimplendæ prophetiæ ſtudet. Spiritualis Magiſter ſpiritualia ſectatur: corporis, poſtrema cura, aut nulla: quare nos edocuit, quid in re ſimili agere debeamus.

Duos diſcipulos mittit honeſtatis & diſciplinæ causâ, vt vnus alteri teſtimonium perhiberet: ne, qui iumentum ſoluturi ierant, ipſi aliquo crimine ligarentur: quod plerunque, ſi ſoli religioſi viri incedant, contingere ſolet.

Euntes autem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Ieſus.

1046. VIdes, quàm obſequentes diſcipuli ſint: ſinè cunctatione implent, quod illis à magiſtro iuſſum; nec tam vile, humiléque detrectant miniſterium. Arguunt teporem noſtrum, arguunt noſtram in parendo tarditatem,arguunt ſuperbiam qui in officiis ſublimibus obſequi Deo volumus, in vilibus detrectamus.

Euntes diſcipuli: Græcè, πορευθέντες μαθηταὶ, *profecti diſcipuli.* Qui fuerint hi duo diſcipuli ſubticetur: inter præcipuos autem fuiſſe, Auctorum cenſio eſt: &,licet vile hoc miniſterium videatur, nec primoribus imponendum; tamen, quum obſequium Chriſto præſtandum eſt, vile quodlibet miniſterium, honorificum fit, vnde ingentis honoris loco habuere hi diſcipuli, ad aſinam ducendam miſſos eſſe. Quo nos inſtruimur,infima quæque,& vilia opera præſtare,hoc cogitantes; quòd, quicquid Dei intuitu fit, paruum non eſt, quamuis eſſe hominum oculis videatur.

Impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua.

I*Mpoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua*; quid tum? *& eum deſuper ſedere fecerunt*: non nudi animantis tergori inſedit Chriſtus, ſed diſcipulorum veſtibus ornato, non caſu id factum: indicat hæc res,animæ ipſum non inſidere, quam Apoſtolicæ veſtes, virtuteſque non exornent; *Domino ſeſſuro ſuper aſellum*, ait Sanctus Bernardus, *veſtes ſuas diſcipuli ſubſtrauerunt, ſignificantes Saluatorem nequaquam inſidere nuda anima, quam non videlicet veſtitam inuenerit doctrinâ, & moribus Apoſtolorum*,non quælibet veſtes parandæ ſunt; ſed quæ Apoſtolicam perfectionem redoleant.

Impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua,& cum deſuper ſedere fecerunt: hunc locum ita verſat Sanctus Theophylus Patriarcha Antiochenus; *Veſtis apoſtolica, ſcripturarum eſt expoſitio diuinarum;&, niſi caleſti doctrinâ inſtructa fuerit anima, ſeſſorem habere Deum non meretur.*

Plurima autem turba ſternebat veſtimenta ſua in viâ.

DIſcipuli illi duo ſuper aſinam, ac pullum 1047.
ſtrauerunt veſtimenta, ideſt pallia, exterioreſque veſtes: plurimi è turbâ, diſcipulorum exemplum, quo fuerant prouocati, non ſolùm imitantur, ſed ſuperant. In viâ veſtes ſuas conſternunt, qua pergere debebat Chriſtus: quod erat ſummi honoris, ac reuerentiæ maximum argumentum, Regibus ferè ſolitum exhiberi. Explicari non poteſt, quàm facilè ad bonum, bonorum ſuperiorum exemplo, plebs prouocetur, & alliciatur.

Hoc turbarum obſequium gratiſſimum Chriſto fuit; voluntatem quippè earum ſpectabat magis re, quam in eius obſequium præſtabant. Veſtes, ſed eas viles, atque detritas Chriſto offerebant, & ſternebant in viâ. Nimirum fidelium largitas non de muneris penſatur pondere: ſed de beneuolentiæ quantitate.

Honorat Chriſtum multitudo, donec corrupta non fuit: vbi à Scribis, & Phariſæis ſeducta, alias edidit voces,alia præſtitit; vt hinc colligatur, quàm facilè primorum impietatem ſimplex populorum turba ebibat,cùm impietatis calix,religionis prætextu,ei offertur.Ima plebs religioſa,& pia eſſe ſolet,niſi primorum vitiis,ac vocibus inficiatur.

Vilia, minimeque pretioſa hæc turbarum veſti- 1048.
menta, erant, quæ in viâ ſternuntur, ſicut nec illa, quæ pullo ſtrauerunt Apoſtoli: pretioſarum veſtium amator fòrs hoc obſequium Chriſto non præſtitiſſet,

Non ſinit, ſe à nobis in humilitate vinci humilitatis magiſter. Humilis turba veſtimenta in Chriſti obſequium ſtrauit: huic vt reſponderet Chriſtus ſua quoque veſtimenta poſuit, cùm ſcilicet ſuorum diſcipulorum pedes lauit. Nempè maiora nobis exhibet Chriſtus, quàm ei exhibeamus. Vera hæc magnitudinis nota in humilitatis obſequiis contendere.

Sternuntur in Chriſti triumpho pauperum ve- 1049.
ſtes, quæ viles: minimíque pretij. Diuitum veſtibus, quas pretioſas ad luxum, ad iactantiam deferunt, non Chriſtus inſidet, ſed diabolus,quod non

non ſemel etiam viſum: Caudæ veſtis cuiuſdam mulieris luxui deditæ Satan tanquam triumphans inſidere viſus eſt. Itaque pretioſæ veſtes, & exquiſito cultu paratæ in diaboli triumphum ſunt: paupetes, ac viles Chriſti triumpho deſeruiunt.

In Chriſti obſequium, & cultum plurima turba veſtimenta ſua ſtrauit, ſponte id, & iniuſſa præſtat, & tacitè exemplo ſuo inclamat in Dei cultu poſſe multa fieri, quibus cultoris pietas prodatur: obſequia obſequiis adiicere debet, qui, probare ſe verè Chriſti diſcipulum, quærit, & imitatorem.

Sternunt veſtimenta, etiam extimè Deus colendus; externus cultus internam pietatem referat; fallitur, qui neglecto exteriori homine, in internis tantùm exercitiis ſiſtit; vtroque homine Deo obſequatur; qui, totum ſe Dei eſſe, totum ſe debere Deo, fatetur; integrè Deo non ſeruit, qui ſe toto in Dei ſeruitio non laborat.

Alij autem cædebant ramos de arboribus.

1050. OLiuarum, & palmarum rami adhibiti in Chriſti triumpho fuerunt. Rectus nexus: oliua miſericordiam ſignet, palma victoriam: quia, qui miſericors eſt, victoriam ſperare poteſt.

Palma victoriam, ac triumphum notat, ſed palmas turbæ deferunt, non Chriſtus: vt innueret, hæc omnia Chriſtum præſtare, & ad mortem ire, vt nos triumphare poſſemus.

Turba, quæ præcedebant; & quæ ſequebantur clamabant dicentes: Hoſanna filio Dauid.

1051. BReui ignominioſiſſimam mortem Dominus paſſurus, patitur nunc glorioſiſſimâ pompâ excipi; vt intelligant, qui pompas, & triumphos ambiunt, quàm ſit ſummum decus ſummo dedecori vicinum.

Probus honorem Chriſto deferendi modus: priùs opere honorant Chriſtum, veſtes in viâ ſternendo, & ramos de arboribus præcidendo; deinde vocis teſtimonium exhibent: Nempè, qui Chriſtum plenè laudare vult, laudet operibus, laudet vitâ, poſtea vocibus, & verbis. Imperfecta laus eſt, quæ ab ore tantùm naſcitur, à labiis tantùm profluit.

SECTIO II.

Omnia ad Dei gloriam referenda. 1052
Chriſtus Regis honorem admiſit vt homines ad Deum patrem adduceret. 1052
Diuina prius curanda, quàm temporalia. 1052
Deſinere in Dei cultum terrena omnis pompa debet, omnis honor. 1053
Diuina ope maximè indigemus cum humanis laudibus extollimur. 1053
Templi contemptus, & rerum diuinarum neglectus omnium malorum fons, & origo. 1053
Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum exemplum quantum cæteris noceat ſi mali, quantum proficiant ſi probi. 1054
Quò magis ab hominibus laudibus quis extollitur, eò magis Dei gloriam quærere debet. 1054
Seuerius argui debet qui poſt ſuam, vel aliorum correctionem in peccatum labitur. 1055
Omnia diſcrimina negligit auarus, omnique verecundia viduus ferè eſt. 1055
Templum orationis domus, non inutilium colloquiorum. 1056
Quæ in Dei cultum fiunt orationis naturam induunt. 1057
Apud Deum vocari & eſſe idem eſt. Mundus nudis nominibus ſuis imponit. 1057
Negotiatio ſæpè cum auaritia, & latrocinio. 1057
Nihil magis inimicum orationi, quàm lucris inhiare. 1057
Perſtricti qui templum Dei violant. 1058
Animæ puritas Deo placet, diſplicent qui eam polluunt. 1058

Et intrauit Ieſus in templum.

NOn arcem Sion aut regiam petit Ieſus, ne terrenum agere regem videretur: ſed ad Dei 1052.
templum ſe contulit, domum ſcilicet ſui patris; quò gloriam ſibi attributam in patrem referret, monſtraretque eò tendere (quem admiſerat) Regis titulum, vt homines ad Deum, Deique cultum adduceret. Finit in templo Chriſti triumphus, ac ſi Dei patris cultus, qui in templo fit, eſſet illius conſummatio.

Vt in vrbem introiuit ſtatim in templum ſe recipit, antequam ad alia diuerteret; vt nobis oſtenderet, quòd ſemper Diuina magis curanda, quàm temporalia. Non declinat Chriſtus in hoſpitium, ſed in templum it: Diuini honoris maior illi cura, quàm ſui commodi.

In triumpho ad templum pergit; quia ſacrotum locorum deuota frequentatio triumphi, ac 1053.
victoriæ perfectio eſt; & deſinere in Dei cultum terrena omnis pompa debet.

Dum ab hominibus laudatur Chriſtus, in templum, quod locus orationis eſt, ſe recipit; vt tacitè nobis innuat, Diuinâ ope tunc præcipuè nos indigere cùm humanis laudibus extollimur.

Venerat Chriſtus in Ieruſalem, tamquam Medicus animarum: ad templum ſtatim it, vt morbi originem, ſicut periti medici ſolent, ſtatim tangeret: origo autem mali, quo tota penè vrbs obſidebatur, erat templi, & rerum Diuinarum neglectus: medicina igitur huic morbo adhibenda, vt morbus omnis in aliis tolleretur. Nempè, vbi Dei cultus in Dei templo negligitur, ægrè curari reliqui morbi poſſint, cùm ab hoc ferè originem ducant. Figant iſtæc menti, qui templis reuerentiam non exhibent, ſed ſuis ſceleribus maculant.

Præterea ad templum it, vt totam vrbem curaturus 1054.
à ſacerdotibus, & Phariſæis, qui in templo erant, curationem inciperet: Sicut enim à ſacerdotibus, & viris Diuino cultui deditis morbus ferè omnis in alios ſerpit, ita, ſi hi ſanitati reſtituantur, cæterorum inualetudo facilè auferetur. Ex quo vides, quanti momenti ſacerdotum probitas ad probitatem ſit; & quanti iniquitas ad iniquitatem. Si ſacerdotes integrè viuant, tota floret Eccleſia: ſi impiam vitam traducant, ſequuntur alij prauum ſacerdotum exemplum.

Pergit ad Templum, vt templi violatores argueret: non enim plauſus, magnificaque adgratulatio diſſimulandi cauſam Chriſto præbuit, nec triumphus effecit, vt ad infames in templo negotiationes oculos clauderet. Vix acclamantium ceſſauerat vox, cùm Diuinæ gloriæ zelo tactus eiicit de templo vendentes, & ementes. Nempè, quò magis ab hominibus laudibus quis extollitur, eò ſtudioſiùs Dei gloriam quærere debet. Digna res,

in

CAPVT XXI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Corporis commodis Chriſti exemplo nemo facilè ſeruiat. 1045
Religioſi ſine comite non eant. 1045
Sine cunctatione in omnibus Deo obſequi debemus. 1046
Vilia quæque officia nobis præſtanda vt Deo pareamus. 1046
Subditi ſuperiorum exemplo facilè prouocantur. 1047
Turba religioſa, & pia, niſi primorum vitiis vocibuſque inficiatur. 1047
Pretioſæ veſtes plerumque obſequium in Chriſtum impediunt. 1048
Chriſtus nobiſcum humilitate contendere videtur. 1048
Pretioſis veſtibus Chriſtus non inſidet, inſidet Diabolus. 1049
Miſericors victoriam ſperet. 1050
Chriſtus mortem ſubiuit vt nos triumphum ageremus. 1050
Summum decus ſummo dedecori vicinum. 1051
Vita, & verbis Deus laudandus. 1051

Tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam.

1045. PROXIMVS Ieruſalem aſinam, qua veheretur, quæri iubet: cur non ante, cùm magis diſtaret? Vt intelligeremus; Chriſtum, non ſuo commodo ſeruire, ſed myſterio. Non corporis laſſitudini conſulit, ſed adimplendæ prophetiæ ſtudet. Spiritualis Magiſter ſpiritualia ſectatur: corporis, poſtrema cura, aut nulla: quare nos edocuit, quid in re ſimili agere debeamus.

Duos diſcipulos mittit honeſtatis & diſciplinæ causâ, vt vnus alteri teſtimonium perhiberet: ne, qui iumentum ſoluturi ierant, ipſi aliquo crimine ligarentur: quod plerunque, ſi ſoli religioſi viri incedant, contingere ſolet.

Euntes autem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Ieſus.

1046. VIdes, quàm obſequentes diſcipuli ſint: ſinè cunctatione implent, quod illis à magiſtro iuſſum; nec tam vile, humiléque detrectant miniſterium. Arguunt teporem noſtrum, arguunt noſtram in parendo tarditatem, arguunt ſuperbiam qui in officiis ſublimibus obſequi Deo volumus, in vilibus detrectamus.

Euntes diſcipuli: Græcè, πορευθέντες μαθηταὶ, *profecti diſcipuli*. Qui fuerint hi duo diſcipuli ſubricetur: inter præcipuos autem fuiſſe, Auctorum cenſio eſt: &, licet vile hoc miniſterium videatur, nec primoribus imponendum; tamen, quum obſequium Chriſto præſtandum eſt, vile quodlibet miniſterium, honorificum fit, vnde ingentis honoris loco habuere hi diſcipuli, ad aſinam ducendam miſſos eſſe. Quo nos inſtruimur, infima quæque, & vilia opera præſtare, hoc cogitantes; quòd, quicquid Dei intuitu fit, paruum non eſt, quamuis eſſe hominum oculis videatur.

Impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua.

IMpoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua; *quid tum? & eum deſuper ſedere fecerunt*: non nudi animantis tergori inſedit Chriſtus, ſed diſcipulorum veſtibus ornato, non caſu id factum: indicat hæc res, animæ ipſum non inſidere, quam Apoſtolicæ veſtes, virtuteſque non exornent; *Domino ſeſſuro ſuper aſellum*, ait Sanctus Bernardus, *veſtes ſuas diſcipuli ſubſtrauerunt, ſignificantes Saluatorem nequaquam inſidere nudæ animæ, quam non videlicet veſtitam inuenerit doctrinâ, & moribus Apoſtolorum*, non quælibet veſtes parandæ ſunt; ſed quæ Apoſtolicam perfectionem redoleant.

Impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt: hunc locum ita verſat Sanctus Theophylus Patriarcha Antiochenus; *Veſtis apoſtolica, ſcripturarum eſt expoſitio diuinarum; &, niſi cæleſti doctrinâ inſtructa fuerit anima, ſeſſorem habere Deum non meretur.*

Plurima autem turba ſternebat veſtimenta ſua in viâ.

DIſcipuli illi duo ſuper aſinam, ac pullum ſtrauerunt veſtimenta, id eſt pallia, extimaſque veſtes: plurimi è turbâ, diſcipulorum exemplum, quo fuerant prouocati, non ſolùm imitantur, ſed ſuperant. In viâ veſtes ſuas conſternunt, qua pergere debebat Chriſtus: quod erat ſummi honoris, ac reuerentiæ maximum argumentum, Regibus ferè ſolitum exhiberi. Explicari non poteſt, quàm facilè ad bonum, bonorum ſuperiorum exemplo, plebs prouocetur, & alliciatur. 1047.

Hoc turbarum obſequium gratiſſimum Chriſto fuit; voluntatem quippè earum ſpectabat magis re, quam in eius obſequium præſtabant. Veſtes, ſed eas viles, atque detritas Chriſto offerebant, & ſternebant in viâ. Nimirum fidelium largitas non de muneris penſatur pondere: ſed de beneuolentiæ quantitate.

Honorat Chriſtum multitudo, donec corrupta non fuit: vbi à Scribis, & Phariſæis ſeducta, alias edidit voces, alia preſtitit; vt hinc colligatur, quàm facilè primorum impietatem ſimplex populorum turba ebibat, cùm impietatis calix, religionis prætextu, ei offertur. Ima plebs religioſa, & pia eſſe ſolet, niſi primorum vitiis, ac vocibus inficiatur.

Vilia, miniméque pretioſa hæc turbarum veſtimenta, erant, quæ in viâ ſternuntur, ſicut nec illa, quæ pullo ſtrauerunt Apoſtoli: pretioſarum veſtium amator fors hoc obſequium Chriſto non præſtitiſſet, 1048.

Non ſinit, ſe à nobis in humilitate vinci humilitatis magiſter. Humilis turba veſtimenta in Chriſti obſequium ſtrauit: huic vt reſponderet Chriſtus ſua quoque veſtimenta poſuit, cùm ſcilicet ſuorum diſcipulorum pedes lauit. Nempè maiora nobis exhibet Chriſtus, quàm ei exhibeamus. Vera hæc magnitudinis nota in humilitatis obſequiis contendere.

Sternuntur in Chriſti triumpho pauperum veſtes, quæ viles: minimíque pretij. Diuitum veſtibus, quas pretioſas ad luxum, ad iactantiam deferunt, non Chriſtus inſidet, ſed diabolus, quod 1049.

non

non ſemel etiam viſum: Caodæ veſtis cuiuſdam mulieris luxui deditæ Satan tanquam triumphans inſidere viſus eſt. Itaque precioſæ veſtes, & exquiſito cultu paratæ in diaboli triumphum ſunt: pauperes, ac viles Chriſti triumpho deſeruiunt.

In Chriſti obſequium, & cultum plurima turba veſtimenta ſua ſtrauit, ſponte id, & iniuſſa præſtat, & tacitè exemplo ſuo inclamat in Dei cultu poſſe multa fieri, quibus cultoris pietas prodatur: obſequia obſequiis adiicere debet, qui, probare ſe verè Chriſti diſcipulum, quærit, & imitatorem.

Sternunt veſtimenta, etiam extimè Deus colendus; externus cultus internam pietatem referat; fallitur, qui neglecto exteriori homine, in internis tantùm exercitiis ſiſtit; vtroque homine Deo obſequatur; qui, totum ſe Dei eſſe, totum ſe debere Deo, fatetur; integrè Deo non ſeruit, qui ſe toto in Dei ſeruitio non laborat.

Alij autem cadebant ramos de arboribus.

1050. OLiuarum, & palmarum rami adhibiti in Chriſti triumpho fuerunt. Rectus nexus: oliua miſericordiam ſignet, palma victoriam: quia, qui miſericors eſt, victoriam ſperare poteſt.

Palma victoriam, ac triumphum notat, ſed palmas turbæ deferunt, non Chriſtus: vt innueret, hæc omnia Chriſtum præſtare, & ad mortem ire, vt nos triumphare poſſemus.

Turbæ, quæ præcedebant; & quæ ſequebantur clamabant dicentes: Hoſanna filio Dauid.

1051. BReui ignominioſiſſimam mortem Dominus paſſurus, patitur nunc glorioſiſſimâ pompâ excipi; vt intelligant, qui pompas, & triumphos ambiont, quàm ſit ſummum decus ſummo dedecori vicinum.

Probus honorem Chriſto deferendi modus: priùs opere honorant Chriſtum, veſtes in viâ ſternendo, & ramos de arboribus præcidendo; deinde vocis teſtimonium exhibent: Nempè, qui Chriſtum plenè laudare vult, laudet operibus, laudet vitâ, poſtea vocibus, & verbis. Imperfecta laus eſt, quæ ab ore tantùm naſcitur, à labiis tantùm profluit.

SECTIO II.

Omnia ad Dei gloriam referenda. 1052
Chriſtus Regis honorem admiſit vt homines ad Deum patrem adduceret. 1052
Diuina prius curanda, quàm temporalia. 1052
Deſinere in Dei cultum terrena omnis pompa debet, omnis honor. 1053
Diuina ope maximè indigemus cum humanis laudibus extollimur. 1053
Templi contemptus, & rerum diuinarum neglectus omnium malorum fons, & origo. 1053
Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum exemplum quantum cæteris noceat ſi mali, quantum proficiant ſi probi. 1054
Quò magis ab hominibus laudibus quis extollitur, eò magis Dei gloriam quærere debet. 1054
Seuerius argui debet qui poſt ſuam, vel aliorum correctionem in peccatum labitur. 1055
Omnia diſcrimina negligit auarus, omnique verecundia viduus ferè eſt. 1055
Templum orationis domus, non inutilium colloquiorum. 1056
Quæ in Dei cultum fiunt orationis naturam induunt. 1057
Apud Deum vocari & eſſe idem eſt. Mundus nudis nominibus ſuis imponit. 1057
Negotiatio ſæpè cum auaritia, & latrocinio. 1057
Nihil magis inimicum orationi, quàm lucris inhiare. 1057
Perſtricti qui templum Dei violant. 1058
Animæ puritas Deo placet, diſplicent qui eam polluunt. 1058

Et intrauit Ieſus in templum.

NOn arcem Sion aut regiam petit Ieſus, ne terrenum agere regem videretur: ſed ad Dei templum ſe contulit, domum ſcilicet ſui patris; quò gloriam ſibi attributam in patrem referret, monſtraretque eò tendere (quem admiſerat) Regis titulum, vt homines ad Deum, Deique cultum adduceret. Finit in templo Chriſti triumphus, ac ſi Dei patris cultus, qui in templo fit, eſſet illius conſummatio. 1052.

Vt in vrbem introiuit ſtatim in templum ſe recipit, antequam ad alia diuerteret; vt nobis oſtenderet, quòd ſemper Diuina magis curanda, quàm temporalia. Non declinat Chriſtus in hoſpitium, ſed in templum it: Diuini honoris maior illi cura, quàm ſui commodi.

In triumpho ad templum pergit; quia ſacrorum locorum deuota frequentatio triumphi, ac victoriæ perfectio eſt; & deſinere in Dei cultum terrena omnis pompa debet. 1053.

Dum ab hominibus laudatur Chriſtus, in templum, quod locus orationis eſt, ſe recipit; vt tacitè nobis innuat, Diuinâ ope tunc præcipuè nos indigere cùm humanis laudibus extollimur.

Venerat Chriſtus in Ieruſalem, tamquam Medicus animarum: ad templum ſtatim it, vt morbi originem, ſicut periti medici ſolent, ſtatim tangeret: origo autem mali, quo tota pene vrbs obſidebatur, erat templi, & rerum Diuinarum neglectus: medicina igitur huic morbo adhibenda, vt morbus omnis in aliis tolleretur. Nempè, vbi Dei cultus in Dei templo negligitur, ægrè curari reliqui morbi poſſunt, cùm ab hoc ferè originem ducant. Figant iſtuc menti, qui templis reuerentiam non exhibent, ſed ſuis ſceleribus maculant.

Præterea ad templum it, vt totam vrbem curaturus à ſacerdotibus, & Phariſæis, qui in templo erant, curationem inciperet: Sicut enim à ſacerdotibus, & viris Diuino cultui deditis morbus ferè omnis in alios ſerpit, ita, ſi hi ſanitati reſtituantur, cæterorum inualetudo facile auferetur. Ex quo vides, quanti momenti ſacerdotum probitas ad probitatem ſit; & quanti iniquitas ad iniquitatem. Si ſacerdotes integrè viuant, tota floret Eccleſia: ſi impiam vitam traducant, ſequuntur alij prauum ſacerdotum exemplum. 1054.

Pergit ad Templum, vt templi violatores argueret: non enim plauſus, magnificaque adgratulatio diſſimulandi cauſam Chriſto præbuit, nec triumphus effecit, vt ad infames in templo negotiationes oculos clauderet. Vix acclamantium ceſſauerat vox, cùm Diuinæ gloriæ zelo tactus eiicit de templo vendentes, & ementes. Nempè, quò magis ab hominibus laudibus quis extollitur, eò ſtudioſiùs Dei gloriam quærere debet. Digna res,

in

in quam mentis oculos Principes, Reges, Præſuleſque coniiciant; ſic enim fiet, ne, adulantium aſſentarionibus aures vacuas exhibentes, iuſtitiæ aciem ſinant hebeſcere: quin, laudibus prouocati, vitiis caſtigandis,& extirpandis incumbent.

Eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo.

1055. Ioan. 2.15. ETiam in principio ſuæ prædicationis vendentes eiecit è templo, vt Ioannes habet cap.2. Sed nunc ſeueriùs cum illis agit: quia maiori increpatione dignus eſt, qui, poſt ſuam, vel aliorum correctionem, correptionemque, labitur in peccatum.

Sed vendentes, & ementes audientes Chriſtum aduenifſe, cur à templo non abeunt lucra relinquentes? ne ſcilicet eandem confuſionem parerentur, quam paſſi illi primi, quos è templo priùs eiecit Chriſtus; nam tantæ rei fama ad omnes tranſmiſſa erat. Auaritiæ æſtus hoc fecit; vt verecundiam potiùs vellent ſuſtinere, & turpiter à templo reiici, quàm turpem illam negotiationem, quæ lucra magna pariebat, relinquere. Nihil magis auaritia timet, quàm lucro carere: lucri ſpes aliqua ſit; incommoda omnia deuorat, omnia diſcrimina negligit auarus.

Eiiciebat omnes vendentes; cur id muneris ab eius maieſtate alieni non committit? An quia negotiatores illi ſacerdotes erant, non autem diſcipuli? vt hinc ſæculares homines diſcerent ius in homines Deo dicatos ſibi timerè non vſurpare.

Et dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

1056. QVod fecerat ex Diuinis litteris probat Chriſtus; ne ſine causâ in vendentes, & ementes in templo ſæuire videretur. *Scriptum*, inquit, *eſt*,
Iſa. 56.7. ſcilicet Iſaiæ 56.verſ.7. *Quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.* Templum domum orationis vocat; hoc eſt, domum ad orationem conſecratam, ac deputatam; adeo vt, licèt vbique Deo oratio ſterni poſſit, proprius tamen orationis locus templum ſit: alioquin, ſi infructuoſæ ſermocinationes, inutilia colloquia miſceantur, orationis domus dici templum haud poterit.

Domus orationis: Et non alia etiam fieri in templo ritè poſſunt? Poſſunt, ſed, quæ in Dei cultum, & obſequium fiunt, orationis ferè naturam induunt. Præterea, ſub oratione comprehenditur gratiarum actio, laus, ſacrificium, omniſque legitimus Dei cultus.

1057. Luc 19.46. *Vocabitur*: id eſt erit. Parum proderit, ſi vocetur, niſi ſit. S.Lucas rem eandem ita extulit cap.19. verſ.46. *Domus mea, domus orationis eſt.* Apud Deum non vocatur aliquid tale, niſi tale ſit. Mundus inanibus nominum titulis vtitur, & nuda nomina vſurpat, rebus vidua. Apud Deum, *vocari*, ſignificat, *eſſe*; vt ſtatim, qui honorabile, ſanctumque aliquod nomen ſuſtinet, illi reipsâ reſpondere moneatur.

Vos autem (quantum ſcilicet in vobis eſt) *feciſtis eam ſpeluncam latronum*: Quia negotiationem in templo exercebant, quæ ſæpè cum auaritiâ, ſæpè etiam cum latrocinio, fraude, ac oppreſſione coniuncta eſt? quod, maximè hic factum fuiſſe, veriſimile eſt.

Negotiationem, quæ cum auaritiâ exercebatur, orationi opponit; quia nihil magis inimicum orationi eſt, quàm lucris inhiare, & rerum terrenarum amore mentem occupare, quæ, vt aptè orationem Deo ſternat, ab omni rerum periturarum amore libera eſſe debet, ab omni auaritiæ ſorde prorſus immunis.

Tumultuoſam, & auaritiâ infectam negotiationem à templo reiicit Chriſtus, ac tàm ſeuerè in ementes, vendenteſque inſurgit; & cum templum illud citò ruiturum eſſet, & cum ſuis ritibus interiturum, vindicat tamen, quod in eo peccatum: quam graues à Chriſtianis exiget pœnas, ſi ſimilibus, maioribuſque peccatis templum, in quo ſanctiùs Deus colitur, & in quo magis ſingulari modo ſuam præſentiam Deus exhibet, violauerint? 1058.

Tumultum, & negotiationem à materiali, ac citò ruituro templo ablegat Chriſtus; quantò maiorem templi animarum, cuius ipſe artifex eſt, puritatem nobis commendat? Quàm acriter in ſpiritualis templi violatores ſæuiet!

SECTIO II.

Templi iniuriam vindicat Chriſtus, & iuſtam vindictam miraculis confirmat. 1059

Prius grauioribus malis occurrendum, quàm aliis. 1059

Quanta orationis vtilitas. 1060

Templi honorem, ac reuerentiam augeri ſtudet Chriſtus. 1060

Notati qui animæ cæcitatem in templo templi contemptu contrahunt. 1060

Hominum laudibus rebus, & operibus reſpondendum. 1060

Auaros ab auaritia auocare, quàm magnum, quàm difficile ſit. 1061

Humanis laudibus non intumeſcere debemus, ſed ad magna vrgeri. 1061

Inuidi aliis vt detrahant quibus artibus ſtudeant. 1062

Facilè parentum, & maiorum exemplo filij, ac pueri prouocantur. 1063

Pueri, & infantes ad Dei laudes celebrandas informandi. 1063

Inuidi alios nec laudare volunt, nec laudari ferunt. 1063

Opinio vanæ gloriæ Chriſti exemplo vt declinanda. 1064

Chriſti lenitas, & modeſtia in calumniatoribus arguendis imitanda. 1064

Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo; & ſanauit eos.

VIſum cæcis, greſſum claudis integrè reſtituit Chriſtus, poſtquam ementes, vendenteſque eiecerat è templo. Nimirum, ne auctoritas illa, quam ſibi, præter vſitatum morem, vſurpauerat, calumniæ pateret, & temeritatis ſuſpecta foret, miraculis adſtruitur; probatur ſignis. Tantum Chriſtus ſtudet, vt eam actionem, qua in templi violatores deſæuierat, à calumniis omnibus vendicaret, ne ita deinceps templum violare auderet nullus, cùm templi vindicta, vel miraculorum editione, confirmata fuerit. 1059.

Aliquis hic quærat: cur non prius cæcos, claudoſque ſanauit, quàm menſas numulariorum euerteret, ementes ac vendentes eiiceret è templo? An, quia tunc ſolùm acceſſerunt ad Chriſtum, & non antea? viſo quippè, & audito miraculo eiectionis

tunc

tunc acceſſerunt, vt ſanarentur. Prſeterea, priùs vendentes, & ementes eiecit, deinde cæcos, claudoſque curauit; quia priùs grauioribus malis, morbiſque occurrendum, & maximè iis, quæ ad Dei cultum & honorem ſpectant, quàm aliis.

1060. Fòrs ad orationem veniebant iſti cæci, & claudi; nec negotiationem aliquam exercebant: vt ergò negotiatores expulſi, ita, qui oraturi aduenerant, ſanantur; quo videas, quanta orationis vtilitas ſit.

Sed, cur in templo ſanantur à Chriſto, cùm poſſent etiam extra? Ideo tunc ſanauit; quia, ſi differret in alium locum, vel tempus, putaretur, quòd non ſemper haberet eandem poteſtatem, ſed ad tempus duntaxat. Deinde hoc præſtitit, vt templi honorem, ac reuerentiam augeret: in templo enim fecit miracula, vt templum reuererentur.

Quòd ſi in templo cæcos, claudoſque ſanat Chriſtus, vt templo maior reuerentia haberetur: Quid hîc illi, qui animæ cæcitatem in templo, templi contemptu, & aliis peccatis contrahunt, tantum abeſt, vt viſum recipiant?

Poſt turbarum plauſus, acclamationes, & laudes, tàm magna Chriſtus efficit miracula, vt, quod turbæ verbis clamauerant, Dominus factis oſtenderet, & ſuo exemplo doceret, hominum laudibus rebûs reſpondendum eſſe. Fatuus eſt, qui nudâ ſibi laude blanditur, operibus viduus laude dignis.

1061. Præterea, poſt hominum acclamationes tàm mira Chriſtus præſtitit, ementium, ac vendentium eiectione, & cæcorum claudorumque curatione; quo oſtenderet, hanc vtilitatem ab humanis laudibus percipiendam, vt ad magna præſtanda vrgeamur, & quantò magis laudibus euchimur, eò ardentiùs ob Dei gloriam laboremus. Indignus omni laude eſt, qui, laudibus auditis, torpet, & inani gloriâ inflatus, ſolâ encomiorum aurâ paſcitur.

Acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo; cur accedunt, qui lege arcebantur? Audierant à templo negotiatores expulſos, *reputantes id operis*, ait Sanctus Anaſtaſius Synaita, *humanâ eſſe fragilitate ſuperius, auſi ſunt ingredi*; Auaritiæ lue homines correptos à lucris auocare tam magnum eſt vt ab eo, qui id præſtiterit; & ſibi ſanitatem ſint polliciti, ac ſi non minus poſſint claudi, & cæci ſanitati reſtitui, quàm auari negotiatores à lucris ſubduci.

Videntes Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna filio Dauid, indignati ſunt, & dixerunt. Audis, quid iſti dicunt.

1062. PRincipes Sacerdotum, ac ſcribæ longè amplius indignati fuerant quùm viderant admiranda illa, quæ priùs geſſerat Chriſtus, quàm cùm audirent pueros clamantes, Hoſanna; ſed tunc Diuino metu perculſi, & à multitudine concordis populi, & à rerum maieſtate incuſſo, ne hiſcere quidem auſi fuerant: tunc verò vbi feruor populi videbatur remiſſus in inuidiæ plena verba erumpunt & dicunt: *Audis, quid iſti dicunt?* tacitè cenodoxiæ notam Chriſto inurentes, quòd à pueris, quos facilè verbo poterat compeſcere, permitteret, ſe laudari, extollique. Vides, quas artes inuidi comminiſcantur in eum, qui inuidiâ ſuperior erat. Hic nimirum inuidia tabeſcentis mos eſt: vt, cùm carpere aliqua non poteſt, alia arguat, vnde priora eleuet, & condemnet.

1063. *Et pueros adhuc clamantes*: Quòd audierant pueri à maioribus acclamatum, Chriſto acclamare non ceſſant etiam, cùm maiores in templo tacerent. Facilè parentum, maiorumque exemplo prouocari pueri ſolent. Quæ à patrum ore fluunt, ebibunt filij; & quæ prodire à patribus audiunt, loquuntur & filij: vt hinc diſcant parētes, puerorumque nutritores eà loqui, quæ loqui filios volunt, & ab iis abſtinere, à quibus abſtinere filios amant.

Pueros clamantes Hoſanna: Diſcimus hinc, teneram ætatem mox, vt loqui incipit, formandam ad Dei laudes celebrandas, etiamſi, quæ loquitur, non intelligat.

Audis, quid iſti dicunt? Inſignis horum malitia! Non ſolum à Chriſti laudibus ipſi inuidiâ correpti abſtinent, ſed nec ferunt, vt ab aliis laudetur: de ſignis, quæ viderant, nihil dicunt; calumniam autem ſtruunt ex puerorum acclamatione. Quæ ad aliorum laudes faciunt, nec leuiter verbis tangere inuidi volunt; ne eorum commemoratione laus accreſcat auctori.

Ieſus autem dixit eis. Vtique. Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem?

1064. INuidorum calumniam, ſacræ Scripturæ producens verba, diluit Chriſtus. Volebant ipſi, tanquam vanam, ac puerilem, puerorum laudem à Chriſto reiici: Chriſtus, ad maiorem Sacerdotum, & Scribarum confuſionem, puerorum acclamationem, ſacræ Scripturæ auctoritate, confirmat, vt oſtenderet, ſimpliciſſimos illos pueros ab omni prauo affectu alienos, impulſos à Deo eſſe, vt Chriſto acclamarent. Sic igitur reſponſum ſuum temperat, vt & declinet à ſe opinionem vanæ gloriæ, & aduerſarios grauiter, tanquam Dei inimicos, arguat, & perſtringat.

Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem? Sumpta ſunt hæc verba ex Pſalmo 8. verſ. 3. iuxta LXX. verſionem. Sed obſeruandum eſt; quòd, poſt adducta verba, ſtatim hæc ibi ſubiiciuntur, *Propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum, & vltorem*; quæ hîc opportunè recitare Chriſtus poterat in inuidorum confuſionem: Cur ergo ea ſuppreſſit? Ob modeſtiam, & innatam ſuam lenitatem, ne exacerbare eos vehementer videretur: tacuit poſtremum iſtuc, relinquens aliis recolendum, ne ità Principes, & Scribæ efferarentur. Imitemur Chriſti exemplum, dum calumniis ab inuidis impetimur.

SECTIO IV.

Mali cùm reſipiſcere nolunt relinquendi. 1065
Multa in inuidorum mentibus mala inuidia fontt 1065
Ferè reiicitur qui adulari non nouit. 1065
Humana laus in nuda verba deſinit. 1066
Mundi plauſibus nullus fidat, qui decipi non vult. 1066
Iniuriarum quæ nobis inferuntur obliuiſci debemus. 1067
Cæleſtium rerum meditatione animus paſcendus. 1067

Feruenter

Feruenter aliorum ſalus quærenda. 1067
Peccata excuſationis velamine minimè obtegenda. 1068
Quàm immenſa eos maneat pœna, qui ex Chriſti laboribus, & paſſionibus non profecerunt. 1068
Quàm clemens, & benignus in homines Chriſtus fuerit. 1069
Inter bonos malum quempiam degere inſignis improbitatis indicium. 1070

Et, relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam.

1065, RElinquit Chriſtus ſcribas, & Phariſæos, quia incorrigibiles; & eius verbis, ac miraculis nihil profecerant. Mali, cùm reſipiſcere nolunt, relinquendi ſunt.

Quùm adueniſſet veſpera à ciuitate diſceſſit, ne ſui calumniatores ſuſpicarentur, eum noctu velle aliquid moliri, & de occupandâ vrbe agere, ac terreno regno ineundo; hucque plauſum, quo exceptus fuerat, collineare: talia quippè malignis hominibus in mentem veniebant. Timoris, & ſuſpicionis occaſionem aufert Chriſtus, dum extra vrbem fit; alioquin, his ſuſpicionibus mori, nocte illâ quieſcere vix ciues potuiſſent: tanta inuidorum mentibus mala inuidia fouet.

Diſcedit, & extra vrbem ſe confert, vt apud aliquem hoſpitaretur, & cibum ſumeret. Mirum in tàm ampla vrbe, vbi tàm ingentes ei laudes exhibitæ, nullus Chriſtum inuitat, nullus hoſpitio recipit. Nempè, nulli adulatus fuerat, nullum hoſpitem reperit.

1066. Huc ſemè hominum laus euadit; vt nudam laudem exhibeant, nihil præterea: quod in Chriſto factum; vt eius exemplo inſtrueremur, hominum plauſibus, & acclamationibus non fidere, quæ præter verba, rei nihil amplius habent.

Habes hic quoque mundanarum viciſſitudinum exemplar. Nunquam Chriſto tantus honor delatus fuerat, ſicut in hoc triumpho; & tamen adeò abiectus, viliſque apparuit, vt nemo illi cibum vellet porrigere, nemo ad hoſpitium inuitaret, & oportuerit eum extra vrbem ire. Quod cautioni, antequam patiamur ſimilia, & conſolationi, cum parimur, eſſe poteſt.

Manè autem reuertens in ciuitatem, eſuriit.

1067. HEſternæ oblitus iniuriæ, vrbem ſummo manè Chriſtus ingreditur, vt populum doceret, &, licet ingratum, & refractarium, alliceret ad Deum ac veluti attraheret. Nimirum, dum de animarum lucris agitur, iniuriarum omnium obliuiſci debemus: anguſti animi eſt, illatis iniuriis, ab illorum qui illas intulerunt, profectu auocari.

Eſuriit: Fors incœnatus noctem illam inſumpſit, rerum cæleſtium meditatione animum paſcens, & animarum ſalutem Patri commendans. Vel, hac corporis fame, animi famem teſtari voluit, qua ardentiſſimè illius populi ſalutem expetebat.

Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in eâ niſi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum.

1068. NOn mirum, ſi ficulneam maledicat, quæ folia tantùm habebat. Recole ficum folia primo parenti exhibuiſſe, quâ ſe tegeret. Nempè odit Chriſtus ficulneum iniquitatis velamen; & in arboris maledictione excuſationum velamenta damnat.

Sed quid neceſſe erat, vt ad arborem veniret, cùm etiam abſens probè ſciret, eam omni fructu carere? An, vt eſſet aliquis maledicendi color? Volebat maledicere ad aliquid ſignificandum: accedit, & fructum non inuenit, & pro labore, quem fruſtra ſuſceperat eundo ad illam, iuſtam maledicendi cauſam nactus eſt. Pende hîc mihi. Exiguus ille labor, quo paululum à viâ diuertit, iuſta cauſa habitus eſt tam ſæueræ maledictionis infligendæ; quid erit, cùm totius vitæ laborem, totque fatigationes, tot itinera producet Chriſtus, quæ fruſtra pro noſtrâ ſalute ſuſcepit? Quam ſeueram maledictionem timere debemus? Illam ſcilicet: *Ite maledicti in ignem æternum.* Vnde non mirum, ſi, tempore iudicij areſcere homines, ac arbores eſſent præ timore dicantur.

Apparet in hac maledictione Chriſti pietas; & 1069.
clementia. Volebat enim diſcipulis ſuæ poteſtatis aliquod ſignum exhibere, & cùm poſſet infructuoſos homines maledicere, & perpetuæ ariditati damnare, noluit; ſed in ficu exercuit, quod poterat in hominibus, vt vel ſic, eum timere, diſceremus. In homines, vt charitatis ſuæ exempla edat, beneficia contulit, homines curauit; ſed, vt nocendo poteſtatem ſuam oſtenderet, arborem maledicit: in quo Diuinæ bonitatis argumentum reperimus.

Ficum, quæ nuda folia babet, fructibus vidua, doctores illi referunt, qui, verbis diuites, factis carent; Sancti Auguſtini hæc eſt mens; *ſic ergo,* inquit, *erant Iudæi, Phariſæi, arbor illa erant, verba habebant, facta non habebant* Quod ſi adeò ſeuerè puniuntur, qui folia habent, non habent fructus, quid in illis fiet, qui nec bona quidem folia habent, corrupta verba euomunt, & aerem ipſum, vt ita dicam, inficientia?

Areſacta eſt continuò ficulnea; quæ ſterilis 1070,
erat areſcit; nimirum bonorum operum ſterilitas ad vltimum exitium trahit; *maledicta areſcit ficus,* ait Galfridus, *in quâ Deus fructum non inuenit; ſic illis euenit, qui non præmittentes fructus dignos pœnitentiæ, ſterilem ante tempus feſtinant deuotionem nec immeritò etiam ſiccitas ſequitur, vbi ſterilitas inuenitur*; tanquam ſolis flammis fouendis ſit idoneus, qui deſiuit bonorum operum fructus edere.

Inter bonos malum quempiam degere, inſignis improbitatis indicium eſt condemnant inquiret bonorum benefacta malorum ſcelera, quibus proximi ſunt, & ſuperum iudicem ad condemnationem quodammodo ſtimulant; ſic ſterilem ficulneam in Euangelio areſecit, quam fœcundæ viciuæ damnabant. Huc nos vocat Gilbertus Abbas. *Forſitan,* inquit, *& ficulneam illam ſterilem, quam Dominus iuſſit ſuccendi, fertiles de vicino vineæ condemnabant. Periniquum eſt in Sanctâ conuerſatione plantatum nil ſanctum moliri, & excuſationem prætendentem, cognatis exemplis conuinci.*

SECTIO IV.

Dei amor in homines. 1071
Ad pœnitentiam vel honorificis titulis homines Deus flectit. 1071
Ad labores filios ſuos hortentur parentes, nec ſinant otio torpeſcere. 1074

Maiores

Maiores natu fratres ceteris in bono præire debent. 1072.
Peccata ad laborem, bonaque opera vrgere nos debent. 1072
Patres ita vnius filij curam habeant, vt alios non negligant. 1073
Obſequio maximè non nudis titulis parentes à filiis honorandi. 173
Qui tanquam Dei filius laborum nullam ab ipſo mercedem poſcit niſi ipſum. 1074
A nimio pecuniarum amore homines abſtrahere, quàm arduum. 1075
Inuidi & mali frequenter contra ſe ſententiam ferunt. 1079
In contrarium vertit Deus malorum conſilium. 1079
Mala conſcientia & cruciat, & prodit. 1081
Impij eos timent, quibus timori eſſe poterant. 1081

Homo habebat duos filios.

1071. PER hunc hominem Deus intelligitur. Non ab re Deus, homo dicitur; quia tanta eſt eius erga hominem pietas, tantus affectus & amor, vt vel hominis nomen ſortiatur, ac ſi in ipſum hominem immigrarit. Deus, homo vocatur, quia verus hominum amator.

Habebat duos filios: Adeò mitis, ac manſuetus Chriſtus eſt, vt Iudæos tam peruicaces, inobedientes, & refractarios, Dei filios vocet; quò tàm honorifico titulo eos flecteret, & ad pœnitentiam alliceret.

Et accedens ad primum dixit: Fili vade, hodie operare in vineâ meâ. Ille autem reſpondens ait, Nolo: Poſtea autem pœnitentiâ motus, abiit.

1072. OPtimum ſe patrem probat, qui, ad maiorem filium accedens, eum ad laborem inuitat, in vineam mittit, non ad theatra, ad ſpectacula ducit: quod plures, indigni patris nomine, præſtant, hoſtili, non paterno in filios affectu. Qui verus pater eſt, non ſinat filios otio torpeſcere, rebus ludicris occupari? laboris, & cum fructu temporis abſumendi, det filiis occaſionem.

Ad filium natu maiorem ſe priùs pater contulit, vt eum ad vineam mitteret. Rectè id factum, vt maioris exemplo minor, & natu ſecundus erudiretur, ac ad laborem prouocaretur; quod renuens præſtare, excuſatione careret.

Poſtea autem pœnitentiâ motus, abiit. In vineam filius iſte iuit, vt eam coleret, ac reſponſionis ſuæ contumaciam labore corrigeret: pœnitentia tactus ad operandum pergit: error, quem, proteruè patri reſpondens, commiſerat, feruentiorem eum in laborando reddidit. Hoc in nos agere commiſſa peccata debent, vt magis ad laborem, bonaque opera vrgeant.

Et accedens ad alterum, dixit ſimiliter; at ille reſpondens ait: Eo, Domine, & non iuit.

1073. PAter poſt primum natu minorem adit, qui, cùm pœnitentis fratris exemplum præ oculis haberet, promptus ad parendum eſſe debebat; non tamen fuit. Vtrumque filium in vineam mittit pater vtrumque ad laborem vocat, eos patres arguens, qui non parem filiorum curam habent, & hos ſtrictis diſciplinæ vinculis coercent, alios otio, ac delicijs ſinunt diffluere, ac liberè, quo volunt, ſe conferre: in primos parentis munere funguntur; in ſecundos, hoſtis potiùs, quàm genitoris: nullius filij cura negligenda eſt.

At ille reſpondens ait: Eo, Domine. Si verba ſpectes, patrem magis honorare hic ſecundus filius videtur, quàm ille primus; patrem quippè, maioris honoris causâ, *Dominum*, appellat; quod primus ille non legitur præſtitiſſe, ſed re ipsâ minus honorauit, quia patri obedire noluit. Diſce non honorificâ tantùm nominis appellatione honorandi parentes ſunt, ſed obſequio, & promptæ parentiæ cultu.

In vineam vtrunque filium mittit pater, ſed 1074.
neutri præmium ſpondet, neutri mercedem. Ille paterfamilias vocans operarios condixit ſe eis mercedem daturum. Matth. 20. Hîc nulla præmij mentio fit. Nil mirum: hic filij mittuntur in vineas, ibi operarij. In vineâ patris, tanquam in re ſuâ, laborare filij debebant: ceſſura illis vindemia erat: alia merces illis non promittenda. Præterea, ita factum, vt ſignificaretur, eos, qui, tanquam Dei filij, laborant in Dei vineâ, tales eſſe debere, vt, licèt nulla eſſet præmij ſpes, adhuc tamen ob patris cæleſtis amorem labori incumberent.

Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

PVblicani, & meretrices præcedent vos; Duo 1075.
hominum genera, maximè perditorum in medium adducit, publicanos, & meretrices, quorum vix aliqua ſalutis ſit ſpes; quàm difficile mulierem, quæ pudore poſito, pudicitiam proſtituerit ad ſalutis viam reuocare; ſed cur meretricibus publicanos iungit? quia non minùs difficile, homines ſacculis incubantes, inhiantes pecuniis, à nimio pecuniarum amore abſtrahere.

Præcedent vos, non quia ipſi ſequerentur, ſed quia poſſent, & deberent: exemplum peccatorum ponit; nihil enim vrgere ad bonum illos poterat, quàm æmulatio; vt deſperata ferè illorum ſalus ſit, quos bonorum exempla non mouent.

Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in eâ torcular.

QVi plantauit vineam, & vineam ornat, *homo*: & Pater dicitur ob humanitatem; poſtea, 1076.
cum de ratione ab homine exigendâ agitur, *Dominus*, dicitur: *cùm venerit Dominus vineæ*, vt colligeremus, eum, qui Dei humanitatem, & benignitatem ſpreuerit, iram Dei indignationemque prouocare.

Sepem circundedit ei; ſepis nomine lex intelligitur, quæ integrè ſeruanda eſt, ſicut & ſepes; ſi vel tantillum diſſipetur, vineæ ruina eſt.

Alium ceciderunt.

ALium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt; cur ſciens Dominus, omnes ſeruos ab agricolis occidendos, adhuc pergit ſeruos mittere, vt fructus requirerent? Cur eorum vitæ non parcit? An fructus ex Dei ſeruorum morte

maior erat colligendus? bonus ille Euangelij miniſter eſt,qui effundere vitam non timet; túncque plenior expectandus eſt fructus: eum vel ſanguinis fuſu humum irrigauerit.

Nouiſsimè autem miſit ad eos filium ſuum dicens verebuntur filium meum.

1077. POſt ſeruos filium mittit, vt impiorum agricolarum ſaluti cōſuleret; *verebuntur*, inquit, *filium meum*. Sanctus Hieronymus, *forſitan reuerebuntur*; ac ſi non pro certâ tantùm hominum ſalute, ſed etiam pro dubiâ, & incertâ filium mittit. Tanti hominis animam Deus facit, vt vel pro dubio eius remedio filium tradat.

Agricolæ videntes filium dixerunt intra ſe, hic eſt hæres; venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.

IMprobi maioribus affecti beneficiis, peiores fiunt; ſeruos alios non priùs percuſſerant, quàm fructus ab ipſis exigere conarentur; filium ſtatim, vt viderunt, occidere cogitarunt; hæc inuidorum natura, vt, exhibitis donis, nequiores fiant.

Hic eſt hæres venite, & occidamus eum, & habebimus eius hæreditatem; quàm fatua, quàm cæca inuidia eſt; numquid, etiam ſi filius occideretur, non relinquitur pater, qui retineret hæreditatem? Remaneret, ſed id, inuidiâ obcæcati, & hæreditatis adeundæ deſiderio capti, non cogitabant.

Et habebimus hæreditatem eius; voluerunt occidere, vt poſſiderent filij hæreditatem; *in contrarium eis vertit malum conſilium* inquit S. Auguſtinus, *vt poſſiderent occiderunt; & quia occiderunt perdiderunt*; ita de ſuâ paratutâ mali repercutiuotur; ita malorum conſilia Deus eludit.

Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

1078. CVr non potiùs in vineâ occiderunt, vt eorum ſcelus occultiùs eſſet? Perit ab inuidis omnis prudentia. Eiiciunt filium extra vineam, vt patrem, ad eos eiiciendos, manu ducerent. Extra vineam fit, ne certis limitibus eius beneficentia contineretur.

Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

PEnde, cùm de beneficiis conferendis ageret, ſecum deliberat, *verebuntur*, inquit, *filium meum*; cùm de ſuppliciis inferendis cogitat cum hominibus conſultationem inſtituit; *quid*, inquit, *faciet agricolis illis*; quia ſcilicet, vbi de beneficiis agitur, ipſe ſui prouocator, & excitator eſt; in pœnis infligendis excitatur ab homine.

Quid faciet? homines conſulit, qui acriores hoſtes in homines ſunt; nec vllum, ad nocendum homini, pernicioſius, quàm hominis ingenium eſt.

Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.

HVc peccatoris, huc inuidi cæcitas euadit; vt contra ſe ſententiam ferat, ipſe ſibi vulnera infligat ipſe ſe confodiat, ipſe ſe condemnet. 1079.

Malos malè perdet: Malos colonos perdet, non vineam; quin aliis fidelioribus agricolis locabit. In contrarium vertit Deus malorum conſilium. Impij cultores, vt poſſiderent hæreditatem, hæredem occiderunt; ſed Dei iudicio, quia occiderunt hæredem, perdiderunt hæreditatem.

Malos malè perdet; Verè hîc Iudæi, licèt alioquin mendaciorum fabricatores; quid eos huc adegit? Veritatis vis? Bellè Auctor operis imperfecti ad hunc locum: *Non eſt illorum, quòd iuſtè iudicauerunt, ſed ipſius cauſa, eſt enim causâ veritatis, quæ quaſi violentiam illis fecit, vt non poſſent, eam celare.*

Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.

SAnctus Auguſtinus huoc locum ita legit in Pſal. 45. *Qui offenderit in lapidem illum, conquaſſabit eum, ſuper quem verò venerit conteret eum*; Aliud eſt in lapidem impingere aliud lapide è ſublimi cadente opprimi; cadet ſuper peccatores Chriſtus, cùm Iudex è Cælo venerit; *Chriſtus verus lapis*, verba ſunt Sancti Auguſtini, *in hoc ſeculo quaſi terra infixus iacet; in iudicio verò futuro quaſi ex ſummo veniet, impios conteret, hoc dictum eſt de lapide illo; qui offenderit in lapidem illum, conquaſſabit eum; ſuper quem venerit, conteret eum: aliud eſt conquaſſari, aliud conteri; conquaſſari minus eſt, quàm conteri.* Omnia quæ hîc infert ſupplicia leuia ſunt, ſi illis comparentur, quæ in iudicio peccatoribus ſeruat. 1080.

Et, quum audiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas eius, cognouerunt, quòd de ipſis diceret.

MAla illorum conſcientia parabolas interpretabatur, ſe parabolarum inuolucris depictos cognouerunt. Diſcipuli dicebant, *ediſſere nobis parabolam*: hi non quærunt ſibi exponi aut explicari; mala quippè conſcientia, vt eos ſæuiſſimè cruciabat, ſic tàm apertè prodebat, ne ſub parabolarum integumentis latere potuerint. 1081.

Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam, ſicut Prophetam, eum habebant.

NEc ſacris ſcripturis cedunt, nec tàm iuſtâ increpatione emendantur; imò deteriores, efferatioreſque facti, tenere monitorem ſuum ſtudent, ſtudent perdere. *Timuerunt turbas*: Impia conſcientia ſua ipſos adegit, vt eos timeant, quibus timori eſſe debebant. Turbas timent, non Deum, nec Diuinum, quod illis imminebat, iudicium.

CAPVT

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis eis, dicens.

In parabolis. *Iat. Theoph. Per parabolas.*

Verſ. 2.

Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

Simile factum eſt. *S. Hil Simile eſt. Fr. Luc. Aſſimilatum eſt.*
Nuptias. *Syr. Conuiuium.*

Verſ. 3.

Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Miſit. *Pagn. Emiſit.*
Inuitatos. *Fr. Luc. Vocatos.*
Nolebant. *Fr. Luc. Noluerant.*

Verſ. 4.

Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.

Tauri mei. *Arab. Vituli mei ſaginati.*
Altilia. *S. Hil. Saginata.*
Occiſa ſunt. *Pagn. Mactata ſunt.*
Et omnia parata. *Ar. M. Et omnia expedita.*

Verſ. 5.

Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam.

Neglexerunt. *Vat. Neglecta re. Fr. Luc. Quum neglexiſſent. Auct. Nihil curarunt.*
In villam. *Vat. In agrum. Auct. In proprium agrum.*
Ad negotiationem ſuam. *Auct. Ad mercaturam ſuam.*

Verſ. 6.

Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.

Tenuerunt. *Fr. Luc. Poſtquam apprehendiſſent. Ar. M. Prehendentes.*
Contumeliis affectos occiderunt. *Fr. Luc. Contumeliis affecerunt, & occiderunt. Auct. Indignè tractarunt, & occiderunt. Syr. Opprobrio affecerunt, & trucidarunt.*

Verſ. 7.

Rex autem cum audiſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.

Iratus eſt. *Syr. Excanduit. Goth. Iratus eſt nimis.*
Succendit. *Syr. Concremauit. Ar. M. Incendit. Goth. Subuertit.*

Verſ. 8.

Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

Nuptiæ paratæ ſunt. *Syr. Conuiuium paratum eſt. Ar. M. Nuptiæ expedita ſunt.*
Qui inuitati erant. *Auct. Sed vocati.*
Non fuerunt digni. *Fr. Luc. Non erant digni.*

Verſ. 9.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias.

Ite ergo. *Orig. Exite.*
Ad exitus v. *Fr. Luc. In perexitus viarum* vel: *Permeationes. Orig. Ad vias & angiportus.*
Quoſcunque. *Caiet. Quotquot. Syr. Quemcumque.*
Vocate a. n. *Orig. Cogite intrare.*

Verſ. 10.

Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt malos, & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

Serui eius. *Fr. Luc. Serui illi.*
Quos. *Auct. Quotquot.*
Impletæ ſunt nuptiæ. *Syr. Impleta eſt domus conuiuij.*
Diſcumbentium. *Pagn. Diſcumbentibus.*

Verſ. 11.

Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.

Intrauit. *Fr. Luc. Ingreſſus.*
Vt videret. *Auct. Vt ſpectaret.*
Et vidit. *Pagn. Vbi vidit.*
Non veſtitum veſte nup. *Syr. Non indutum veſtimentis conuiualibus. Ar. M. Non veſtitum indumentum nuptiarum.*

Verſ. 12.

Et ait illi: Amice, quomodo huc intra-

Amice. *Paul. de Pal. Socie.*
Quomodo huc intraſti. *Orig. Quid huc veniſti.*
Veſtem nup. *Syr. Veſtimenta conuiualia. Arab.*

Nouarin. in Euang. Tom. I.

Vulgata Editio.

ſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.

Verſ. 13.

Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Verſ. 14.

Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Verſ. 15.

Tunc abeuntes Phariſæi, concilium inierunt vt caperent eum in ſermone.

Verſ. 16.

Et mittunt ei Diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum.

Verſ. 17.

Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non?

Verſ. 18.

Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

Verſ. 19.

Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium.

Verſ. 20.

Et ait illis Ieſus: cuius eſt imago hæc, & ſuper ſcriptio?

Verſ. 21.

Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

Verſ. 22.

Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.

Verſ. 23.

In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogauerunt eum.

Verſ. 24.

Dicentes: Magiſter, Moyſes dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

Lectionum Varietas.

Non eſt tibi veſtis nuptiarum. Int. Orig. Nuptialia indumenta.

Obmutuit. *Fr. Luc. Capiſtratus eſt. Auct. Freno coërcitus eſt. Int. Theoph. Obticuit. Ar. M. Ore occluſus eſt.*

Ligatis. *S. Aug. Ligate illi manus. Vat. Vinctum pedibus, &c.*

Mittite. *S. Aug. Proiicite. Vat. Eiicite. Caiet. Tollite eum, & iacite.*

Vbi erit. *S. Aug. Vbi eſt.*

Et ſtridor dentium. *Ar. M. Et fremitus dentium.*

Multi enim. *Quid. Codd. Multi autem.*

Abeuntes. *S. Hil. Abierunt.*

Inierunt. *Fr. Luc. Ceperunt. S. Hil. Et fecerunt.*

Vt. *Vatab. Quopacto.*

Caperent. *Syr. Aucuparentur. Pagn. Illaquearent. Auct. Irretirent.*

In ſermone. *Pagn. Sermone. S. Hil. In verbo.*

Et mittunt. *Int. Theoph. Et emittunt.*

Cum Herodianis. *Syr. Cum iis qui de domo Herodis.*

Verax es. *S. Hier. Ex Deo es. Pagn. Verax ſis.*

Doces. *Int. Euth. Doceas.*

Et non eſt t. c. *S. Hier. Et quod ad te non pertinet de hominibus. Vat. Neque curare quemquam. Int. Euth. Et non curas quemquam.*

Reſpicis. *S. Hier. Vides. S. Proſp. Accipis.*

Perſonam hom. *S. Hier. In faciem hominum.*

Licet cenſum dare. *Syr. Licet dare pecuniam capitum.*

Dare. *Al. Dari.*

Nequitia. *Vat. Malitia.*

Oſtendite mihi. *S. Proſp. Adferte mihi.*

Numiſma cenſus. *Syr. Denarium argenti capitis.*

Superſcriptio. *Pagn. Inſcriptio.*

Dicunt ei. *Syr. Dicunt.*

Reddite. *Syr. Date.*

Mirati ſunt. *S. Chryſ. Obticuerunt inniti.*

Relicto eo. *Pagn. Omiſſo eo. Int. S. Chryſ. Dimittentes eum.*

Non eſſe reſur. mort. *Syr. Nulla eſt viuificatio mortuorum.*

Non habens filium. *Syr. Quum non habeat liberos. Ar. M. Non habens genitos.*

Et ſuſcitet. *Ar. M. Et ſuſcitabit.*

Verſ. 25

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 25.

Erant autem apud eos ſeptem fratres, & primus, vxore ducta, defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxotem ſuam fratri ſuo.

Erant autem. *Syr. Fuerunt autem.*
Peimus vxore ducta. *Syr. Primus duxit vxorem.*
Et nou habens ſemen. *Syr. Et quùm non habuiſſet liberos.*

Verſ. 26.

Similiter ſecundus, & tettius vſque ad ſeptimum.

Ad ſeptimum. *Fr.Luc. Ad illos ſeptem.*

Verſ. 27.

Nouiſſimè autem omnium & mulier defuncta eſt.

Nouiſ. aut. om. *Fr.Luc. Poſt omnes autem.*
Defuncta eſt. *Fr.Luc. Mortua eſt.*

Verſ. 28.

In reſurrectione ergo cuius etit de ſeptem vxor, omnes enim habuerunt eam.

Habuerunt eam. *Syr. Duxerunt eam.*

Verſ. 29.

Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes Scripturas, neque vittutem Dei.

Neque virtutem. *Vat. Neque potentiam. Ar. M. Neque efficaciam.*

Verſ. 30.

In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentut: ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo.

In Reſurrectione. *S. Hier. In reſurrectione Mortuorum. Mald. Poſt reſurrectionem S. Epiph. Qui in Regnum Calorum admiſſi ſunt. Clem. Alex. Fily illius ſeculi.*
Neque nubent. *Syr. Neque ducunt vxores. S.Greg. Nyſſ. Neque nuptias contrahent.*
Neque nubentur. *S.Amb. Neque nuptui tradentur. Ar.M. Neque nuptui dantur. S.Aug. Neque vxores ducent. Vat. Neque elocantur. Int. Orig. Neque vxores accipiunt. S.Greg.Nyſſ. Nuptum tradentur.*
Erunt. *Pagn. Sunt.*
Sicut Angeli. *S.Hier. Similes Angelis. S.Aug. Æquales Angelis.*

Verſ. 31.

De teſurrectione autem mottuotum non legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis.

Quod dictum eſt. *S. Hil. Dictum eſt vobis. Ar.M. Effatum vobis.*
Dicente vobis. *S.Hil. Dicente.*

Verſ. 32.

Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.

Non eſt Deus mort. *Caiet. Non eſt Deus Deus mortuorum.*

Verſ. 33.

Et audientes tutbæ mitabantut in doctrina eius.

Mirabantur. *Vat. Stupuerunt. Fr. Luc. Obſtupeſiebant. Auct. Percellebantur.*
In doctrina eius. *Syr. Ob doctrinam eius. Vat. Super doctrina eius. Al. De doctrina eius.*

Verſ. 34.

Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum.

Silentium imp. *Pagn. Obturaſſet os. Int. S. Chryſ. Ora obſtruxerit.*
Conuenerunt i. v. *S. Hil. Congregati ſunt aduerſus eum.*

Verſ. 35.

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum.

Legis doctor. *Fr. Luc. Legalis. Syr. Peritus legis.*
Tentans eum. *Syr. Cum tentaret eum.*

Verſ. 36.

Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?

Magnum. *Fr. Luc. Maximum.*

Verſ. 37.

Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum

Dominum Deum. *Clem. Alex. Deum.*
Ex toto corde. *S.Greg.Nyſſ. Toto corde. Clem. Alex. In toto corde.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.	In totâ animâ tuâ. *S. Zeno. Ex totâ animâ tuâ. S. Greg. Nyſſ. Animo.* In totâ mente tuâ. *Ar. M. In totâ cogitatione tuâ. Orig. Ex totis viribus tuis. S. Greg. Nyſſ. Facultate virium. Clem. Alex. In totâ virtute tuâ.*
Verſ. 38. Hoc eſt maximum & primum mandatum.	Maximum. *Caiet. Magnum.*
Verſ. 39. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.	Sicut te ipſum. *S. Aug. Tanquam te ipſum. Syr. Sicut animam tuam.*
Verſ. 40. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ.	In his d. m. *Clem. Alex. Ex hoc.* Vniuerſa lex. *S. Zeno. Omnis lex. Clem. Alex. Tota lex.* Pendet. *Clem. Alex. Dependet.*
Verſ. 41. Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus.	Congregati. *Ar. M. Coactis.*
Verſ. 42. Dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid.	Quid vobis videtur. *Syr. Quid dicitis.*
Verſ. 43. Ait illi: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens.	In ſpiritu. *Syr. Per ſpiritum.* Vocat. *S. Aug. Dicit.*
Verſ. 44. Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?	Ad dextris meis. *Syr. A dextera mea.* Donec ponam. *Int. Euth. Donec poſuero.* Scabellum pedum tuorum. *S. Aug. Sub pedibus tuis. Vat. Subſellia pedum tuorum. Syr. Subter pedes tuos.*
Verſ. 45. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?	
Verſ. 46. Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum ampliùs interrogare.	Neque pot. reſp. ei verbum. *Syr. Nemo poterat ei reddere rationem.* Verbum. *Vat. Quicquam.*

CAPVT XXII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Clemens, & pius Rex ſit. 1082
Qui ſuper homines eſt hominem ſe cogitet. 1082
Dilationes, & mora in bono auferenda. 1083
Euangelici ſpiritus eſt ſuauiter non aſperè ad fidem alios vocare. 1083
Θοίνη de ſacrificiis propriè dicitur: Ad conuiuium transfertur quia ad illud velut ad ſacrificium accedendum, adeo vt gula mactetur appetitus. 1084
Solemnia conuiuia à ſacrificiis olim auſpicabantur. 1084
Ἀμελεῖν *quid. Extremum malorum quàm Dei dona, & beneficia quis negligit, & ſecurum ſe putat.* 1084
Res noſtræ peſſimè ſe habent, cum res ſpirituales non negligimus tantùm, ſed faſtidimus. 1084
Malorum mos, tunc maximè terrenis occupantur, cum ſalutis offertur occaſio. 1085
Nullus magis Dei donis indignus, quàm qui ea contemnit. 1085

Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

BONVS nexus hominis & regis: quo oſten- 1082
ditur clementem, ac pium regem eſſe oportere, ac ſuis ſubditis humanum: ſæuus, atque crudelis, vt rex nudè ſit, homo rex eſſe non videtur.

Hominem regi nectit; vt, licèt ſuper homines reges ſint, homines tamen ſe eſſe ſciant, nec deos ſe eſſe putent: quo dementiæ reges aliqui peruenerunt, vt ſe deos, Iouiſque filios, aut Solis fratres ſe tumidè nuncuparent. Abiiciat rex quilibet faſtum, cùm homo ſit. Ad cælorum Regnum rex non

non pertinet, niſi tumorem ponat, & hominem ſe eſſe fateatur.

Ecce prandium meum paraui : tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata.

1083. CVr nudè ad nuptias non inuitat, abſque eo, quòd conuiuij iam parati mentionem faceret? Non caret hæc res myſterio: actum prudenter iſtuc eſt, vt eorum, qui inuitandi erant excuſationibus occurreretur, & moræ, ac dilationes tollerentur; nam inuitari fors dixiſſent, nunc venire non poſſumus, in aliam diem conuiuium differatur, & veniemus: hæc diuerticula abſtulit, cùm dixit omnia iam parata, nec differri aduentum poſſe. Scit Deus, quanti referat, ſtatim eius inuitationi reſpondere. Amat Rex cæleſtis, dilationes omnes, omneſque moras tolli. Statim eundum ad nuptias eſt, cùm inuitamur, rerum temporalium negotiis omnino neglectis.

His verbis ad nuptias alliciunt ſerui, qui ſecundo loco miſſi referuntur; quæ verba primos dixiſſe non dicitur, ſed tantùm ſimpliciter inuitaſſe. Hi ſecundi ſerui Apoſtolos, apoſtolicoſque viros referunt, qui dulciùs ac ſuauiùs ad Chriſtum homines vocant, quàm legis veteris tempore factum ſit. Hinc Euangelici miniſtri diſcant, omnibus clementiæ generibus vti, omnibus ſuauitatis modis, vt homines ad Chriſti fidem tandem ducant.

1084. *Altilia occiſa ſunt*. Græcè, σιτιστὰ τεθυμένα, *altilia mactata*. θύειν de ſacrificiis propriè dicitur, ſed ad conuiuia etiam transfertur, ac ſi ad epulas, tanquam ad ſacrificium, accedere debeamus. Certè mactare Deo gulæ appetitum in conuiuio per mortificationem poſſumus.

Præterea, in epulis, & conuiuiis, ſacrificiorum verbum adhibetur, vt reſpiciatur ad antiquum morem, quo veteres ſolemnia conuiuia ſacrificiis auſpicabantur.

Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in vineam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam.

VOcati venire contempſerunt, & regias nuptias floeci fecerunt: illis non pariarunt tantùm propria negotia, quæ intermitti, tantiſper potuerunt, ſed præpoſuerunt etiam. *Neglexerunt*, Græcè, ἀμελήσαντες, *quùm neglexiſſent, non curaſſent*. Verbum ἀμελέω non ſignificat ſolùm negligere, ac contemnere, ſed etiam ſecurum eſſe. Extremum hoc malorum eſt, cùm ſuperi Regis inuitationem, beneficia, dona impij negligunt, & terrenis negotiis vacant, tanquam ſecuri eſſent, & in tuto rem ſalutis locaſſent.

Præterea, ἀμελεῖν, ſignificat contemptum cum quodam faſtidio. Conclamata iam res eſt, quùm res ſpirituales, quæque ad ſalutem noſtram pertinent, non nudè negligimus, ſed cum quâdam nauſeâ faſtidimus.

1085. *Et abierunt alius in vineam ſuam, & alius ad negotiationem*. Proh hominum ſtultitiam! Ruris delicias, & mercaturæ lucra regiis prætulerunt nuptiis, regiis, Diuiniſque deliciis. Augetur horum culpa, quòd quùm inuitantur, qui villam poſſidebat, in agri culturâ actu occupatus non erat; nec, qui mercaturam exercebat, actu tractabat negotia, ſed poſtea quàm inuitati fuerunt, tunc abierunt. Hoc malorum ferè mos: tunc maximè terrenis rebus occupantur, & quærunt, quæ mundi ſunt, quum inuitantur ad ſuperas delicias, ad vera bona; cùm ſalutis offertur occaſio.

Nuptiæ quidem paratæ erant; ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

HIs nuptiis, hôc conuiuio contemnendo ſe indignos præbuerunt, qui inuitati venire noluerunt: nec illi, qui poſtea vocati referuntur, digni fuerunt; gentiles enim ignorantiæ tenebris inuoluti per illos ſignificantur: ſed tamen ingratos maximè indignos iudicat iſte rex: nullus quippè magis Dei deliciis, doniſque indignus, quàm, qui adeò ingratus eſt, vt ea oblata contemnat: poſteriores, licèt indigni, non dicuntur indigni; quia nuptias non neglexerunt, & vocati ſtatim ſe ad conuiuium contulerunt.

SECTIO II.

A terrenis commodis, ac deliciis ægrè ad Chriſtum vocari homines poſſunt. 1086
Faciliùs ad Deum conuertuntur, qui premuntur aduerſis. 1086
Mortis memoria ſaluti maximè prodeſt. 1086
Qui à Deo vocantur ſtatim reſpondeant, vt boni audiant, qui mali fuerant. 1087
Aliorum mores non ſunt temerè iudicandi. 1087
Bonorum exemplo conuerti mali debent. 1087
Quanto gaudio mens in Euchariſtia menſa perfundatur. 1088
Dei deliciæ ſunt cum nos eius deliciis fruimur. 1088
Reges regiam dignitatem vbique ſeruent. 1088
Peccatores arguentes in vitia non in homines ſæuiant. 1091
Quanta reprehenſione anima digna quæ cum ſponſa Dei ſit, nuptiali virtutum veſte caret. 1091
Fides ſine charitate nil prodeſt. 1091
Chriſti gloria non noſtra quærenda à nobis eſt. 1091
Ad pœnitentiam, & confeſſionem peccatorum delinquentes Deus omnibus modis allicit. 1092
Ἐφιμώθη quid. Rationis expers qui ad Dei ſacramenta indignè accedit. 1092
In extremo iudicio nullus Sanctorum partes peccatorum tuebitur. 1093
Indigni Euchariſtiæ conuiuæ vt puniendi. 1095
Simulata ſanctitas duplex iniquitas. 1096
De alienâ ſanctitate nemo ſibi blandiatur ſi malus. 1097
Purus quiſque ad Euchariſtiam accedat. 1097

Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis vocate ad nuptias.

CVr ad domos non mittit, vt eos, qui domi de- 1086.
gebant inuitarent? Conuiuij iam hora erat; ſi qui in domibus reperiebantur, menſæ ferè inſidebant: fruſtra ad nuptias vocarentur. Sic enim fieri ſolet, vt, qui commodè domi degunt, ire ad Chriſtum nolint; qui in viis ſunt, & adhuc non comederunt faciliùs aduocati veniant. A menſâ homines ad Chriſtum ducere difficillimum: à deliciis terrenis ad ſpirituales, auocari vix poſſunt.

Per viarum exitus, infortunia etiam intelligitur, & defectus in actionibus: vt meritò vocari iubeantur, qui ad exitus viarum ſunt; quia ad Deum faciliùs conuertuntur, quos fortunæ aduerſitas perſequitur. Viæ, actiones ſunt; exitus viarum actionum

defectus; etenim illi plerunque facilè ad Deum veniunt quos in terrenis actionibus proſpera nulla comitantur.

Prætetea ad exitus viarum eſſe dicuntur, qui mortem ſuam iugiter proſpiciunt, exitumque ab hac vitâ aſſiduè cogitant; quique ſe credunt quotidiè morituros. Tales idonei habentur, qui ad Chriſti nuptias inuitentur; nam, qui mortis recordantur, hi patientes continentes ſunt, & obedientes, omniumque virtutum ornamento decorantur.

Et egreſſi ſerui eius in vias congregauerunt omnes, quos inuenerunt, bonos, & malos; & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium,

1087. EGreſſi ſunt ſerui iuxta Domini ſui mandatum: vias omnes perluſtrant: adducunt, quot reperiunt ad nuptias: *bonos & malos.* Sed quinam boni fuerunt antequam vocarentur? cùm gentiles in ignorantiæ tenebris, & idololatriæ erroribus ad vnum omnes ferè viuerent. Bonos hîc non dicit Saluator, quòd tales eſſent, quando vocabantur; ſed quod ſtatim, ac vocati ſunt, boni euaſerint, ſeque ad Deum conuerterint, nouam vitam ineuntes, relictâ veteri. Verè nuptiis regiis digni ſunt, qui, à Deo vocati, ſtatim reſpondent, &, malis moribus repudiatis, probos induunt.

Bonos & malos: Cur & malos adducunt ſerui ad Regis conuiuium, ad Sacroſanctas haſce nuptias? Noluit dominus ſeruis committere, vt iudicarent, quinam boni eſſent, & qui mali: iudicium iſtuc domino ipſi reſeruatur: quia ſcilicet, malos cognoſcere, non eſt omnium; & humana ſimplicitas falli in alijs iudicandis poteſt. Mittuntur ergo ſerui, nec iubentur penitiùs perſcrutari quos inuitant; vt diſceremus, alios ſeuerè non diſcutere, ſed iudicium cordium Scrutatori committere ne aberremus.

Bonos, & malos. Non qui apertè mali erant: ſed qui conuerſionem ſimularunt; & inconſtantes, qui relapſi, in malo perſeuerarunt: nam, qui ne ſignum quidem conuerſionis dederunt, adducti à fidelibus ſeruis minimè fuerunt. Fors & mali adducuntur, ſed cum bonis, vt bonorum exemplo, quod non ſemel accidit, conuerterentur.

Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes.

1088. INtrauit rex, vt nuptias honoraret præſentiâ ſuâ, & lætitiâ epulantes perfunderet; ne, ſi ab inuitatis ſe ſubduceret, eos contemnere videretur. Solius regis aſpectus exhilarare inuitatos potuit. Quid poterit Chriſtus in Euchariſticâ menſâ, in qua ſe fidei oculis & ſpectandum exhibet, & comedendum? Quis dignè gaudium explicat, quo, ad conuiuium hoc ſpiritale inuitati, perfunduntur?

Se epulantium oculis rex ingerit, nec tamen epulatur cum eis. Nempè noſtri Regis deliciæ, epulæque ſunt, ſi ſuos lætos videat, & epulantes in menſâ ſuâ.

Rex inter conuiuas non epulabatur; vt regiam ſcilicet dignitatem ſeruaret: non enim decebat, eum inter ſubditos ſuos epulari. Quo exemplo monentur reges, ne regiam maieſtatem vnquam exuant.

Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.

1089. V*Idit hominem ibi non veſtitum veſte nuptiali;* quid mirum? In viâ vocatus quî nuptiali ſe veſte ornare poterat? *egreſſi ſerui in vias congregauerunt omnes malos, & bonos;* ſi domi ſuæ fuiſſet inuitatus, forſitan nuptialem ſumpſiſſet veſtem; inuitatur in viâ, à domo aberat, cur igitur tam acriter in eum ſæuit Rex, vt exterioribus tenebris adiiciat? An quia inuitatus ſtatim debebat domum accurrere idoneâ ſumpturus veſtem? An docet hæc res, nos vbique, & omni tempore paratos eſſe debere, vt ſtatim Deo vocanti reſpondeamus? ſiue in via, ſiue in campo, ſiue alibi quiſque ſit, congrua virtutum ornamenta habeat, vt diuinæ voci, cùm vocat, ſtatim pareat, omni ablata cunctatione.

Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali; Circumſpiciebat ſingulos Rex, qui intrauerat, curabat enim, non quomodo comederent, ſed quomodo eſſent ornati; non ſatis illi, quòd in eius Eccleſiâ viuamus, ſed diligentiſſimè inquirit, quo habitu accumbamus, quibus moribus, quibus virtutibus accumbamus diuinæ menſæ

1090. In illo conuiuio plures aderant congregati, multi erant miniſtri; nullus tamen contra illum, qui veſte nuptiali carebat obloquitur, nullus ſordentem carpit, nemo reiicit: Rex intrauit, vidit, notauit, excluſit; nimirum, qui cæleſti accumbit conuiuio ſibi, rebúſque ſuis conſulit, in aliena temerarius non inuadit, non alios ſcindit Chriſti conuiua, nec conuitiis peccantes onerat; ſatis eſt ſi ſui curam habeat.

Prætereà, nuptiali veſte eum carere, quilibet videre poterat; nullus tamen eum reprehendit; quia fors excuſari aliquo pacto poterat, quod nuptialem veſtem non ſumpſiſſet; culpam, quæ intus latebat, ſolus Rex iudicauit, quia ille ſolus videt, quæ hominum oculis eximuntur; nimirum non ex iis, quæ externa ſunt, alij iudicandi, cum plerunque mala non ſint; quæ talia extimè viſu videntur; illi igitur ſoli iudicium reſeruetur, qui hominum corda nouit. *Quia malos*, inquit Sanctus Paſchaſius, *in conſcientiâ intus intelligere non omnium eſt, ideo hunc malum ſolus Deus terribilis, & Rex magnus inuenit.* Alij ſeu miniſtri, ſeu conuiuæ de eo iudicium ferre noluerunt, ne iudicando fallerentur.

Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?

1091. A*Mice, quomodo huc intraſti:* Non contumelioſè eum increpat, nec acriter in eum inuehitur; ſed blandè interrogat, vt factum ipſe damnaret, & veniam deprecaretur. Docuit quoque nos, vt, peccatores arguendo, in vitia, non in homines ſæuiamus, nec contumelioſè eos, qui lapſi ſunt, reprehendamus.

Hic ex inuitatis erat; &, quia nuptiali veſte caruit, graues pœnas luit. Quid, ſi ſponſa ipſa nuptiali veſte caruiſſet? Hoc fit, quando Dei ſponſa, animáque Deo dicata eius nuptias cupit, & nuptiali virtutum veſte deſtituitur. Quas pœnas ob temeritatem datura ſit, ipſa videbit.

Nuptialis hæc veſtis charitatem ſignificat, qua quia inuitatus caruit, à nuptiis expellitur, tanquam indignus: per fidem introierat, ſed veſtem charitatis non habens reiicitur; fides enim ſine charitate Deo non placet.

Veſtem

Veſtem nuptialem ille non habet, qoi gloriam ſponſi non quærit, ſed ſuam; vt meritò, qui huiuſmodi eſt, in tenebras exteriores mitti mereatur.

At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.

1092. ARguitur iſte, ſed obmuteſcit. Rectè, quia ſe non excuſauit: ſed improbè, quia veniam non poſtulauit, nec ob peccatum ſuum doluit. Iuſſit ſtatim rex, vt ligatis manibus, & pedibus in tenebtas exteriotes mitteretur? fors vt, dum ligaretur errorem ſuum fateretur, & veniam humiliter poſtularet: ad pœnitentiam quippè, & peccati confeſſionem delinquentes omnibus modis Deus allicit.

Obmutuit: Græcè, ἐφιμώθη, *capiſtratus eſt*, ſic vertit etiam Franciſcus Lucas Brugenſis. Nos, *fræno coercitus eſt*. Occluſum eſt illi os, quaſi capiſtro ac fræno, ac ſi brutum animal fuiſſet, ratione prorſus viduum. Impius, qui impudenter Dei nuptias ſordidis audet moribus temerare, iumentis pariari debet, & iumentis inſipientior eſt, qui ad Dei myſteria, & Sacramenta indignus accedit.

1093. *Obmutuit*, nec in excuſationem ſuam quicquam protulit. Hîc pende: quòd non ſolum ipſe, qui deliquerat, obmutuit, ſed & alij qui ſinè culpa erant, tacuerunt, nec indulgentiam pro illo poſtularunt. Cur nullus in tantâ multitudine, eius, qui à rege arguitur, cauſam defendit? cur nullus intercedit? Vt diſceremus, quòd in extremo iudicio nullus Sanctorum, peccatorum partes tuebitur, nullus impiis patrocinabitur.

Sed cur iſte ſe non excuſat dicens, ſe accumbendi morem ignorare, quo nuptialis veſtis requiratur? Vt ignorauerit morem, aliorum exemplum habebat, *cum videret omnes ſplendidè veſtitos*, ait Sanctus Cyrillus Ieroſolymitanus, *oportebat ipſum quoque eiuſcemodi capere amictum. Verum ille cibum vnà cum aliis ſumebat æqualem, inæqualem autem ornatum, & propoſitum habebat.* Ex his, quæ in aliis videbat diſcere poterat quid & ipſi præſtandum; nam aliorum exemplum regula noſtra eſt, & boni docent malos, dum bonum operantur.

1094. *Ligatis manibus, & pedibus*: Cur nuptiali veſte deſtituto ligantur pedes? An, quia illis vſus fuerat, vt confidenter inornatus intraret? ſed cur manus? quia *ſplendido illum neſciunt ornare veſtitu*, ait Sanctus Cyrillus Ieroſolymitanus; plectuntur manus, quæ otioſæ neglexerunt, veſtem induere hunc conuiuam.

Ligatis manibus, & pedibus; ligantur homini pedes temerè, & impudenter irruere in conuiuium illud auſi, ligantur manus, quibus ſe ſplendido illo ornare veſtitu noluit. *Ligate dicit Dominus pedes illius confidenter intrantis*, ait Sanctus Cyrillus Ieroſolymitanus; verecundiam aliquam, atque modeſtiam ingrediens prætuliſſet, tam ſæuum expertus non eſſet Regem, qui inuitauerat; qui fors in hunc ſignatè ſæuiit; quia cæteris impudentiorem vidit, licèt alij quoque nuptiali veſte caruerint; iſte humilitatis etiam tegmine caruit ſuperbus, tumidus, faſtuoſus.

1095. *Mittite eum in tenebras exteriores*; Malus hic erat, etiam antequam ad nuptiale conuiuium admitteretur; ſed cur ante non eum Rex damnauit tenebris, & carceri? Docere voluit Deus, ſe homines ob crimina ferre; vbi autem ad ſacram Euchariſtiam, quæ in hoc conuiuio ſignificatur, imparati accedunt, ſine vllo rubore, ac verecundiâ, adeo ſe hac temeritate offendi; vt velut ad inferendas pœnas trahatur.

A conuiuio ad tenebras it, qui conuiuium temerare auſus erat; vix poterat aliud tempus eligi, quo maiori cruciatu corriperetur, quàm iſtuc; non adeo graue fuiſſet, ſi alio tempore, alio loco damnatus iſte fuiſſet ſcilicet hinc colligere potes ingentis ſupplicij fontem impiis futurum, vbi cogitauerint, ſe ad ſacram menſam admiſſos, & ab eâ ſuâ culpâ in flammas detruſos.

Qui ſe nuptiis immiſcuit non habens veſtem 1096.
nuptialem tenebris adiicitur; cur non eſt antea damnatus; nam & antea iniuſtus erat, impurus erat? an, quia ſe ſanctis nuptiis obtrudens, iuſtorum conſortium quærens, ſanctitatis ſimulatione magis impius euaſerat, maiori pœnâ dignus, minúſque ferendus. *Ligatus in tenebris expellitur*: ait Sanctus Ambroſius, *non ſolum, quòd peccator erat; ſed quia, quum peccator eſſet, ſanctitatis ſibi meritum vendicauit.* Simulata ſanctitas non eſt ſanctitas, ſed duplex iniquitas.

Prætereà, licet peccator eſſet, antequam veniret iſte ad nuptias, non eſt priùs damnatus, quàm ingreſſus cum aliis habentibus veſtem nuptialem, ipſe ſine eâ inuentus eſt; quia malus cum malis eſſe non eſt adeò malum, ſed malus eſſe cum bonis, & bonorum exemplo in malo perſeuerare, nec aliorum ſanctitate moueri proiectæ impudentiæ eſt, & non ferendæ malitiæ argumentum; & idcircò iuſtè damnatur ingreſſus ad nuptias, qui antea miſericorditer ferebatur.

Qui veſte nuptiali carebat tantum Regi diſpli- 1097.
cuit, vt eum carceri, tenebriſque adiiceret; nihil illi aliorum conſortium profuit, quin obfuit potiùs; *quantò enim plùs ſimul diſcumbentium candebat ſanctitas*, inquit Sanctus Maximus, *tantò magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus diſplicuiſſe forſitan, ſi in conſortium iſtorum minimè ſe dediſſet.* Nemo ſibi de aliorum, cum quibus viuit, perfectione, ac ſanctitate blandiatur damnabit eum aliena ſanctitas, quam neglexit, dum imitari noluit; inter bonos malum eſſe, peſſimi eſt.

Qui nuptiali veſte caruit in tenebras exteriores miſſus eſt. Quid timere illi debent, qui ad Euchariſticam mēſam admiſſi luxuriæ ſqualore ſordent? rem grauiter vrget Sanctus Petrus Damianus in hæc verba. *Si is, qui nuptialibus non ornabatur indumentis manuum, pedúmque loris addictus in tenebras proiicitur vltionis? quid illi ſperandum eſt, qui cæleſtibus tricliniis intromiſſus, non modò non eſt ſpiritalis indumenti decore conſpicuus, ſed atro etiam fœtet ſordentis luxuriæ ſqualore confuſus?*

Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

CVm multi vocati fuerint, vnus tantùm exclu- 1098.
ſus; dicendum videbatur, *multi ſunt electi, pauci verò, aut vnus repulſi*; nihil tale dixit, ſed *pauci electi*; cur itaque ſub vno illo omnes reprobos comprehendit? An tanti à Deo vnius anima ſit, vt de vnius interitu, & vno pereunte ita doleat, ac, ſi vnà omnes periiſſe videantur.

SECTIO

SECTIO III.

Παγιδεύειν quid. Impiorum ſermones velut laquei vitandi. 1099
In ſermone aliquem capere facilè eſt. 1099
Malorum magiſtrorum ferè mali diſcipuli. 1100
Cur coram Herodianis Chriſtum Phariſæi tentarint. 1100
Impij dum probos laudant fraudes nectunt. 1101
Adulatio & adulatores maximè cauendi. 1101
Impiorum conuerſio ſollicitè Chriſti exemplo quærenda. 1102
Auri & argenti contemptor Chriſtus. 1103
Chriſti hoſtis auri ferè amicus, & diuitiarum. 1103
Qui cœleſtia tractat ita tractet terrena vt ignorare videatur. 1104
Qui ſacrare ſe Domino vult, mundo plenè renuntiet. 1105
Deo vt quis ſeruiat, mundo renuntiet. 1107
Probarum virginum eſt non ire ad nuptias ſed ad nuptias vrgeri. 1110
In nuptialibus gaudiis mors cogitanda. 1110

Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone.

1099. TVnc, ideſt, auditis patabolis, quibus eos compungi, ac conuerti oportuerat, ad fraudes ſe conferunt; conſilium ineunt,, *vt caperent eum in ſermone.* Græcè, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ, *Quomodo illaquearent, ſeu, irretirent eum in ſermone.* Sic proprie vertendum eſt; nam, *παγιδεύειν*, ſignificat *illaqueare*, *irretire*, ſicut &, *πάγη*, *rete, laqueus*, ſeu *naſſa & caſſis* dicitur. Nimirum, impij ſermonibus, tanquam laqueis, retibuſque, capere innocentes ſtudent, ex quibus non ſic facilè ſe explicare poſſint. Hæreticorum hic mos eſt, quorum ſermones, tanquam dæmonis laquei, vitandi ſunt.

In ſermone: non enim poterant, eum capere in malo opere. Facilius eſt in ſermone aliquem capere quàm in opere; difficile quippè reperire eſt qui aliquando in verbis non delinquat. Sed Verbum in verbis capi non potuit.

Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis.

1100. MAlorum magiſtrorum mali Diſcipuli ſunt. Diſcipulos ad Chriſtum mittunt, tanquam Chriſto incognitos, vt liberiùs, & incautiùs coram ipſis loqueretur, nec vllam fraudem ſuſpicarent.

Cum Herodianis: Syrus, *cum iis, qui de domo Herodis.* Qui cum domino ſuo Herode Romanorum fautores erant, & venatores gratiæ Cæſaris, vt, ſi quid Chriſtus, aduerſus iura Romanorum diceret, & aduerſus Cæſarem, & teſtes fierent, & mox vlciſcerentur, Romaniſque traderent.

Qui à veritate abierant, indigni erant, qui ad magiſtrum veritatis accederent; non accedunt, ne tanquam inimici repellerentur, vt minus erubeſcerent, ſi Chriſti reſponſione confunderentur.

Præterea ità ſecum cogitabant; ſi nos ſoli euntes interrogauerimus Chriſtum, quamuis diceret, quod non licet dare cenſum Cæſari, tamen nobis alij non crederent? iam enim omnes ſciunt, quia inimici eius ſumus; Inimicorum autem teſtimonium in iudicio, etſi verum ſit, quaſi ſuſpectum, reprobatur.

Cum Herodianis, Apparet hic ſumma Phariſæorum aſtutia qui ſuos diſcipulos Herodis militibus, iungunt, vt ſi Chriſtus negaret, cenſum Cæſari tribuendum, Herodiani eſſent teſtes, & illum Herodi accuſarent; ſi pro Herodianis reſponderet dandum, Phariſæorum diſcipuli illum incuſarent, vt vtrinque præcipitium lateret; ſed eluſit eorum inſidias Chriſtus, dum & tributum dari Cæſari cenſuit, & Deo, quod Dei eſt.

Magiſter ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo.

SVbdolè Chriſtum laudant; vt nempè laudatus mentem, animumque ſuum illis aperiat: ad hoc enim improbi probos commendant, vt, dum ſe illis ſimplex credit, facilius decipiatur. 1101.

Adulatione putant eum ita inflare, & audacem reddere, vt contra inſtitutas leges, & præſentem rerum ſtatum quidquam dicat, quo ipſe ſibi principis iram mortemque accerſeret. Laudem ita texunt, vt oſtendant, Chriſtum magis Deum timere, quàm homines, quo ſcilicet huc eum adigerent, vt, non reddendum tributum Cæſari, decerneret, & occaſionem haberent eum accuſandi.

Cognitâ autem Ieſus nequitiâ eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ?

OBbſeruatione dignum eſt; quòd, antequam directè ad quæſtionem fraudolenter propoſitam Chriſtus reſpondeat; eorum conſilia retegit: quod alibi etiam à Chriſto in re ſimili factum: Igitur, priuſquam reſponſum daret, Diuinitatis ſuæ ſignum edidit, cordium ſe ſcrutatorem probans quo ſtatim eum, vt Deum agnoſcerent, reſipiſcerent, ac mentem mutarent. Nimirum, magis ſtudet malorum conuerſioni, quàm vt illorum interrogationi ſatisfaciat: iſtuc tamen hîc non neglexit, ne eos negligere videretur, & vt in reſponſione haberent, quid ad ſui informationem diſcerent. 1102.

Quid me tentatis hypocritæ? Magnam illorum malitiam, magnâ verborum acrimoniâ redarguit. *Hoc faciebat*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *vt eorum, repreſſâ nequitiâ, nunquam ſimiliter delinquerent.* vtque durâ hac reſponſione doceret ſuauia adulationis verba aſperè excipienda eſſe.

Phariſæi blandiebantur; vt perderent; Ieſus confundebat, vt ſaluaret; nimirum *melius eſt homini Deus iratus, quàm homo propitius*; ait idem Sanctus Pater; melius Deus reprehendens, quàm homo laudibus efferens

Oſtendite mihi numiſma cenſus: at illi obtulerunt ei denarium.

VIde, quàm paupertatis amator Dominus ſit: numiſma ſibi oſtendi petit, nec ex proprio marſupio protulit, quod non habuit; vnde ita nos doceret, aurum, & argentum contemnere, vt cæleſtes diuitias poſſideamus. Præterea numiſma ab illis, qui eum tentabant, petiit, quo apertiùs & efficaciùs illos conuinceret, ex pecuniâ ſcilicet quam deferebant. 1103.

Numiſma ſtatim proferunt; vt enim pecunias exemplo

exemplo Chriſti non contemnebant, ita apud ſe deferebant. Nimirum Chriſti hoſtis, áuri ac diuitiarum amicus eſſe ſolet.

Et ait illis Ieſus, cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio?

1104. QVid interrogat, quod cuilibet erat manifeſtum? An, vt ſignificet, terrena iſta non eſſe ſibi curæ, qui cœleſtia tractabat? An, vt ipſimet, qui eum capere in ſermone volebant, ſuo ſermone caperentur, & vt ex ipſorum verbis reſponſionem extorqueret; nec haberent quid amplius obiicerent?

Imago principis, & Regis in nummo cuſa ſubiectionis ſignum in ſubdito eſt: qui ergo nummos geſtat, cogitet ſe ſuæ ſeruitutis deferre notã, adeo, vt quò maiori pecuniarum copiâ obruitur, & plura ſuæ ſeruitutis argumenta habeat; hinc diuites magis tenentur ſuo Principi; ſuo Regi ſubiici, ne nummorum imperio ſe ſubdant, aurique tyrannidi; Dominij notam nummi referre ſolent; qui Deo, Regique, iuxta Dei legem, non ſeruit, auro ſe obedire prodit.

Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, &, quæ ſunt Dei, Deo.

1105. TAm Cæſari, quàm Deo reddenda quæ ſua ſunt: ſed cur ait Chriſtus priùs, reddendum Cæſari, quod Cæſaris eſt, quàm Deo, quæ Dei? An, quia de Cæſaris tributo quæſtio erat, hæc prius ſoluitur? quoniam verò aliquid dandum Deo Phariſæi non quærebant, Chriſtus adiicit. Cæſar mundi figuram gerit: benè igitur, quæ Cæſaris ſunt, reddenda Cæſari Chriſtus decernit; neque enim poteſt quis eſſe Domini, niſi priùs renutiauerit mundo. Priùs reddendum quod eſt Cæſaris, vt, cùm ſoluendum eſt Deo, quod Dei, nulla nos Cæſaris, nulla mundi cura tangat, & penitùs à rebus aliis ſimus ſoluti.

Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, Viris principibus parendum eſt, ſed in iis tantùm, quæ pietati non nocent; alioquin ſi quis in iis, quæ ſunt contra Dei legem Regi obtemperat, *iam non Cæſaris, ſed Diaboli vectigal eſt*, ait Sanctus Chryſoſtomus: ex his, quæ Deo ſoli debemus, tributum Cæſari non eſt ſoluendum.

1106. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*; Eorum impietatem in obliquo taxat; prius reddendo tributo Cæſari mentionem fecit, poſtea verò de reddendo Deo debito, alioquin neutrum ipſi præſtitiſſent, ſi prius Deo inſeruiendum eſſet, & Deo, quod Dei eſt, reddendum; *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; *oſtendens*, inquit Sanctus Ambroſius, *illos ita eſſe imperfectos, qui ſibi perfecti videbantur, vt prius Cæſari, quàm Deo ſoluerent*, & Cæſarem Deo non pariarent tantùm, ſed præferrent. *Vos reddite, quæ ſunt Cæſaris, apud quos imago, & figura inuenitur Cæſaris*; nam Dei imago peccatis ita deturpata eſt, vt vix appareat.

1107. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*: hæc verba hâc expoſitione donat Sanctus Theophilus Patriarcha Alexandrinus: *Tempore perſecutionis reddendum Cæſari præcipit corpus, in quod ſolummodo poteſtatem habet. Deo autem dicit debere reddi conſtantiam ſpiritus, & animæ.*

Nec verborum ordo ſuâ vtilitate eſt viduus; priùs reddẽdum eſt Cæſari, quod Cæſaris eſt, deinde verò Deo, quod Dei; vt, qui Dei cultui ſe debet adiicere, mundo; mundaniſque rebus perfectè renuntiet; Pulchrè rem tetigit Sanctus Ambroſius: *ſi vis*, inquit, *nihil Regi debere terreno, relinque omnia, & ſequere Chriſtum. Et bene prius, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari reddenda decernit, neque enim poteſt eſſe quis Domini, niſi prius renuntiauerit mundo; ſed omnes renuntiamus verbô, non omnes renuntiamus affectu.*

In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt, non eſſe reſurrectionem.

VIx Phariſæi victi receſſerant, cum accedunt Sadducæi, qui, primorum exemplo moniti, 1108.
tardiores eſſe debuerant; mali malorum confuſione à malo non auocantur, ſed vrgentur; putántque ſemper ſibi felicius caſurum, quicquid in alterius deceptionem moliuntur.

In illo die; vnus eſt dies, & multa certamina; quem vincere ratione non poterant, vincere ſe poſſe tædio, ac moleſtia arbitrabantur: *In illo die*; ſed erat tentatoribus nox; perfidiæ tenebris erant inuoluti.

Sadducæi, iuſti interpretantur, ipſi quippè vin- 1109.
dicabant ſibi eam iuſtitiam, quâ carebant; nihil imprudentius eo, qui, cum de iuſtitiâ ſibi blandiatur, iudicis munus exercet in alios; facilè aliorum facta, & dicta carpit, qui, cùm iuſtus ſibi videatur, iniuſtus eſt.

Qui dicunt non eſſe reſurrectionem; quàm aberant à nomine, quod præferebant? qui reſurrectionem non credit, aut ſperat, iuſtus eſſe non poteſt: *nam, cum ita difficile ſit*, ait hîc Sanctus Chryſoſtomus, *in hoc mundo ſeruare iuſtitiæ ſanctitatem, quis contentus eſſet aduerſus ſe ipſum luctamina exercere quotidie, niſi ad ſpem reſurrectionis aſpiceret? Tolle ergo ſpem reſurrectionis, & ſoluta eſt obſeruantia pietatis.* Iuſtorum nomen habebant; *Sadducæi* dicebantur; nihil præter nomen habebant de iuſtitiâ.

In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt, ſicut Angeli Dei in Cælo.

N*Eque nubent, neque nubentur*: Græcè, οὔτε 1110.
γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, quod vertimus, *Neque vxores ducunt, neque dantur ad nuptias.* Dicuntur, ἐκγαμίζεσθαι, quas parentes nuptui tradunt. Vt probarum virginum ſit ad nuptias vrgeri, & nuptiis tradi; non propria ſponte nubere, aut viros eligere.

Sanctus Lucas cap. 20. v. 35. hanc eandem ita Luc. 20. 35.
extulit: *Neque nubent, neque ducent vxores*: ad- & 36.
dit: *neque enim vltra mori poterunt.* Oſtendens, quòd nuptiæ propter mortem factæ ſunt, vt, mortuorum loco, alij generentur. Si ſponſi rectè ſaperent, in nuptialibus gaúdiis mortem cogitarent: mortis enim cogitatione pompas coërcent, terminum luxui ponerent.

SECTIO IV.

Quantum in eos quos poſſidet inuidia ſæuiat. 1111
Phariſæorum in tentando Chriſto dolus, & fraus. 1111
Plerique ſublimia perfectionis documenta ſcire volunt, qui ne obuia quidem, & minima obſeruant. 1112
Omnia Dei præcepta obſeruanda, nulla tanquam minima negligenda. 1112

Occaſionem

Occaſionem calumniandi impij vbique accipiunt. 1113

Verbi ἀγαπᾶν vis: ingenti affectu Deus diligendus. 1113.

In ſolius Dei amore quies vera, & plena. 1113

Amoris erga Deum perſeuerantia. 1114

Amari Deus debet, & redamari. 1114

Vehementia amoris in Deum. 1114

Nexus amoris Dei, & proximi. 1115.

Cur poſt amorem Dei amoris proximi Chriſtus meminerit. 1115

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum, & dicens.

1111. PHariſæi videntes, quòd Sadducæos Chriſtus vicerat, & ſilentium illis impoſuetat, aliorum exemplo cautiores minimè facti, ſed inuidiâ perciti ob gloriam, quam conſequutus Chriſtus fuerat, Chriſtum adoriuntur; & quamuis odiſſent Sadducæorum hæreſim, qua mortuorum reſurrectionem negabant; non ferebant tamen æquo animo eam laudem, quam Chriſtus ex huius hæreſis damnatione reportauerat. Pungebat acriùs eorum animos inuidia, quàm vt gaudere ob falſitatis, odio habitæ, abolitionem poſſent. Tantum in eos, quos poſſidet, inuidia ſæuit.

Interrogauit eum vnus ex eis: Ab ipſis ſcilicet Phariſæis miſſus, ab ipſis ſubornatus. Vnum mittunt, qui tentet Chriſtum; vt ſi ille vincat, omnes victores habeantur; ſi vincatur, ſolus erubeſcat.

Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?

1112. DE maximo mandato hic legis peritus interrogat, qui fors ne minimum quidem obſeruabat. Pleroſque repetire eſt, qui ſublimia, & perfectæ Sanctitatis documenta intelligere ſatagunt; & obuia, minimaque incurioſè negligunt.

Quod eſt mandatum magnum: Ideſt maximum, nam Hebræi ſuperlatiuis careot: poſtea v.38. vbi interpres vertit, *hoc eſt maximum, & primum mandatum,* Græcè legitur, *μέγαλη magnum.* Controuerſum apud illos erat, quodnam præcipuum eſſet in lege mandatum. Sed iſtuc in lege ipsâ cur non eſt declaratum? Vt omnia Dei præcepta Iudæi ſeruarent, nulla negligerent, & etiam minima (quia Deus ea tradiderat) diligeoter cuſtodirent. Fòrs, ſi Hebræis conſtitiſſet, quæ maxima, quæ minora in lege mandata extitiſſent; maiorum, minorumque tranſgreſſores faciliùs fuiſſent, quàm reipsâ eſſent. Nihil negligi debet, quod Deus mandet: nihil contemni, quod iubeat. Nimitum, in Dei lege non eſt minimum, negligere minima.

1113. Præterea, quodnam eſſet maximum mandatum interrogat; vt dicturus, *Diliges Dominum Deum tuum,* aliquid de ſe ipſo adderet eò, quòd ſe quoque Deum diceret, & ita occaſionem eum calumniaodi, taoquam blaſphemum, impij arriperent.

Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ.

DIliges: Græcè, ἀγαπήσεις. Verbum, ἀγαπᾶν, plus ſignificat, quàm, φιλεῖν, vt, ingeoti affectu Deum amandum, ſignificetur.

Interdum verbum, ἀγαπᾶν, ſumitur pro, *contentus ſum, acquieſco.* Probè hæ duæ notiones hîc cohærent: qui enim Deum ex toto corde diligit, contentus eſt, & pœnitùs acquieſcit; alioquin, licèt vniuerſum poſſideret, nec contentus eſſe poſſet, oec acquieſcere. Solus Dei amor mentem ſatiat, vtpote qui aniıoam Deo vniat, qui ſolus explere eius capacitatem poteſt.

Diliges: Hebræorum more, pro, *dilige.* Niſi 1114.
dicere velimus, hîc, futuram, amoris perſeuerantiam ſignificare, vt oon ſatis ſit ſemel Deum diligere, dum aſſiduè non diligamus.

Dominum Deum tuum: Amoris cauſæ hîc ſuggeruntur. Cùm, *Dominus,* dicitur, ſignificatur, amore dignum eſſe ex propriâ naturâ. Cùm, *Deus tuus,* ex collatis donis, ac beoeficiis; ita vt, oon tam amari à nobis, quàm redamari, poſtulet.

Ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ. Ad amoris vehementiam declarandam idem hîc, ſed diuersâ ratione, repetitum eſt. Hoc autem præſtitit, quò, hominem tanto Dei amore flagrare debere demonſtret, vt nihil protſus in vllam animæ facultatem irrepere ſinat, quod aliquo pacto Dei dilectionem excludat, inficiat, aut impediat.

Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.

QVodnam maximum eſſet in Dei lege manda- 1115.
tum, legis doctor ille à Phariſæis miſſus ioterrogauerat: quæſito reſpondet Chriſtus, & addit: *hoc eſt maximum, & primum.* Cur, *primum* adiecit eùm id ille noo quæſierit; An, quia primum, dignitatis, & perfectionis ſerie, eſt etiam maximum? *Primum* dixit, quò ſecundum quoque, quod à primo diuelli nequeat, commodiùs inferat; & tacitè vel ipſo ordine oſtendat, quàm magnus inter Dei, proximique amorem nexus ſit: vt enim ſecundum ſioè primo eſſe non poteſt, ſic oec proximi dilectio ſinè Dei dilectione. Dei amorem non nudè maximum mandatum dicere voluit, ne amorem ptoximi, tanquam aliquid minimum, negligeremus, & contemneremus. *Primum,* adiecit, vt, *ſecundum,* neceſſariò requiri colligeremus; primum enim quà primum eſt, ſecundum neceſſariò infert, & requirit.

Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Primum maximumque mandatum ſcire legis doctor ille volebat: cur igitur, & quodnam ſecundum ſit, Chriſtus explicauit? Ao, vt illos tacitè argueret, qui contra hoc præceptum agebant? Chriſtum quippè adeo non diligebant, vt inuidiâ correpti, calumniis, & inſidiis impeterent.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXIII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos.

Locutus eſt ad turbas. *Syr. Colloquutus eſt turbis.*

Verſ. 2.

Dicens ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi.

Dicens. *Syr. Et dixit eis.*
Super cathedram. *S. Aug. Cathedram Moyſi. Pagn. In cathedra.*
Sederunt. *S. Aug. Sedent.*

Verſ. 3.

Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere dicunt enim, & non faciunt.

Dixerint. *Vat. Iuſſerint. S. Hil. Dicunt.*
Vobis. *Syr. ex Græc.* additur, *ſeruare.*
Seruate. *S. Hil. Facite. Orig. Audite. Fr. Luc. Obſeruate. Auct. Cuſtodite.*
Facite. *S. Hil. Obſeruate.*
Secundùm opera. *S. Hil. Secundùm facta. Orig. Iuxta opera.*
Nolite facere. *Int. Orig. Ne faciatis. Fr. Luc. Ne facite.*

Verſ. 4.

Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Alligant. *Vat. Colligant. Fr. Luc. Ligant.*
Importabilia. *S. Chrom. Quæ portari non poſſunt. Pagn. Difficilia latu. Adam C. Portatu difficilia.*
Imponunt. *Auct. Superimponunt.*
Mouere. *Syr. & S. Chrom. Tangere.*
In humeros. *S. Aug. Super ceruices.*
Digito ſuo. *S. Aug Vno digito. S. Pet. Chryſ. Minimo digito.*

Verſ. 5.

Omnia verò opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.

Vt videantur. *Fr. Luc. Ad hoc vt ſpectentur.*
Dilatant enim. *Mald. Dilatant autem.*
Magnificant. *Syr Producunt,*
Fimbrias. *Pagn.* addit *palliorum ſuorum. Int. Orig. Veſtimentorum ſuorum.*

Verſ. 6.

Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis.

Amant. *S. Cyp. Diligunt autem. Goth. Amant enim.*
Primos recubitus. *Adam C. Ex Syr. Caput accubitus. S. Cyp. Primum recumbendi locum.*
Primas cat. *S. Cyp. Primam ſeſſionem. Vat. Primas ſedes. Adam C. Ex Syr. Caput ſedendi, ſeu caput ſeſſionum. Fr. Luc. Præſidentias. Int. Euth. Prima ſedilia.*

Verſ. 7.

Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

Salutationes. *Syr. Salutationem.*
In foro. *Fr. Luc. In foris.*
Rabbi. *Ar. M. Rabbi Rabbi.*

Verſ. 8.

Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.

Nolite vocari Rabbi. *S. Aug. Nolite vobis dicere magiſtrum in terra. Caiet. Ne vocemini Rabbi.*
Vnus eſt, e. v. m. *Ar. M. Vnus enim eſt veſter doctor Chriſtus.*

Verſ. 9.

Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt.

Et patrem nol. v. v. *Clem. Alex. Nec vocaueritis ergo vobis Patrem. S. Aug. Ne vobis dicatis patrem.*
Super terram. *S. Aug. In terra.*
Vnus e. e. p. v. *S. Epiph. Nonne vnus Pater eſt omnium veſtrum.*

Verſ. 10.

Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.

Magiſtri. *Syr. Rectores. Ar. M. Doctores.*
Magiſter. *Syr. Rector. Ar. M. Doctor.*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 11.

Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

Maior. *Pagn. Maximus.*
Veſtrum. *Syr. Inter vos.*
Erit. *Syr. Fiat.*

Verſ. 12.

Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Qui. *Fr. Luc. Quicunque.*
Se. *Fr. Luc. Seipſum.*
Exaltauerit. *Syr. Efferet.*
Humiliabitur. *Syr. Deprimetur.*
Humiliauerit. *Syr. Depreſſerit.*
Exaltabitur. *Syr. Efferetur.*

Verſ. 13.

Væ autem vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

Væ autem. *S. Hil. Va.*
Quia c. *S. Hil. Qui clauditis,*
Nec introëuntes. *Pagn. Nec aduenientes. Vat. Neque ingreſſuros.*

Verſ. 14.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium.

Quia. *Goth. Qui.*
Orationes longas orantes. *Goth. Oratione longâ orantes. Pagn. Huius prætextu prolixè orantes. Vat. Idque prætextu vt qui prolixè precemini. Caiet. Prætextu longum orantes.*
Amplius acc. iud. *Pagn. Accipietis abundantiorem damnationem. Vat. Grauius iudicium ſubibitis. Ar. M. Accipietis abundantius iudicium. Al. Grauius puniemini. Syr. Subituri eſtis iudicium ſupremum.*

Verſ. 15.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

Quia. *Goth. Qui.*
Circuitis. *Orig. Obitis. Syr. Perluſtretis.*
Aridam. *Orig. Terram.*
Duplo quàm vos. *Mald. Duplicius quam vos. Syr. Duplo ſuper vos Ar. M. Dupliciorem vobis.*
Quàm vos. *Orig. Magis, quàm vos eſtis.*

Verſ. 16.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

Quicunque iurauerit. *Syr. Quicunque iurat.*
Per templum. *S. Hil. In templo.*
In auro. *Int. Orig. Per aurum.*
Debet. *Vat. In noxia eſt. Int. Euth. Reus eſt.*

Verſ. 17.

Stulti, & cæci: quid enim maius eſt, aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

Sanctificat. *Syr. Conſecrat.*

Verſ. 18.

Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt: quicunque autem iurauerit in dono, quod eſt ſuper illud, debet.

In dono. *Syr. Per oblationem. Al. Per donum.*

Verſ. 19.

Cæci, quid enim maius eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum?

Cæci. *Syr. Stolidi, & cæci. Ar. M. Stulti & cæci.*
Donum. *Syr. Oblatio.*

Verſ. 20.

Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt.

Qui iurat. *Al. Qui iurauerit.*
In altari. *Syr. Per altare.*

Verſ. 21.

Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo.

In templo. *Pagn. Per templum.*

Verſ. 22.

Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

Qui iurat. *Al. Qui iurauerit.*
In Cælo. *Syr. Per cælos. Al. Per cælum.*

Verſ. 23.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora

Qui. *S. Profp. Quia.*
Et Cyminum. *S. Profp.* Addit. *Et omne olus.*
Et reliquiſtis. *Quidam, Relinquitis. Fr. Luc. Omiſiſtis.*
Grauiora. *S. Gaud. Fortiora.*

ſunt

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſunt legis, iudicium, & miſericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Hæc opor. f. & il. n. om. *Vat. Hæc oportebat feciſſe, & illa non omiſiſſe.*

Verſ. 24.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Excolantes. *Arab. Qui relinquitis. Fr. Luc. Defecantes. Int. S. Chryſ. Tranſcolantes.*
Culicem. *Syr. Culices.*
Camelum. *Syr. Camelos.*

Verſ. 25.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia.

Quia mundatis q. d. e. c. e. p. *Pagn. Quia purgatis exteriorem poculi, patinaque partem. Syr. Quippè qui emundetis exteriorem partem calicis, & quæ ſunt anſæ. Clem. Alex. Quoniam mundatis quod eſt extrinſecùs poculi & patinæ.*
Intùs autem. *S. Epiph. Quod intùs eſt.*
Pleni eſtis. *Pagn. Plena ſunt. S. Epiph. Plenum eſt.*
Rapinâ. *S. Epiph. Immunditiâ.*
Immunditiâ. *Syr. Iniquitate. Pagn. Iniuſtitia. Vat. Intemperantia. S. Epiph. Fœditate.*

Verſ. 26.

Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis, & paropſidis: vt fiat id, quod deforis eſt, mundum.

Phariſæe cæce. *Syr. Phariſæi obcæcati.*
Munda. *Syr. Emundate. Auct. Purga.*
Vt fiat id q. d. e. m. *Int. Theoph. Vt & exteriora horum partes pura reddantur.*

Verſ. 27.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

Væ. *Clem. Alex. Væ enim.*
Dealbatis. *Fr. Luc. Gypſo ſeu calce illitis.*
Parent. *Fr. Luc. Apparent.*
Spurcitia. *Syr. Immunditia.*

Verſ. 28.

Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.

A foris. *Goth. Foris.*
Iuſti. *Syr. Tanquam iuſti.*
Hypocriſi. *Pagn. Fictione.*

Verſ. 29.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum.

Ædificatis. *S. Epiph. Ornatis.*
Et ornatis. *Syr. An præparaεtis. S. Epiph. Ædificatis.*
Iuſtorum. *Aliqui codd. Ipſorum.*

Verſ. 30.

Et dicitis: ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum.

Non eſſemus. *Fr. Luc. Non fuiſſemus.*
Socij. *Ar. M. Communicatores.*

Verſ. 31.

Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt.

Teſtimonio eſtis. *Fr. Luc. Teſtamini. Syr. Teſtimonium perhibetis.*
Vobiſmetipſis. *Syr. Aduerſus vos ipſos.*
Quia filij e. e. q. p. o. *S. Epiph. Et patres veſtri occiderunt illos.*

Verſ. 32.

Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

Et vos. *Syr. Vos quoque.*

Verſ. 33.

Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

Genimina. *Int. Orig. Generatio. Caiet. Germina. Fr. Luc. Fœtus. Auct. Progenies.*
Fugietis a. i. g. *Pagn. Effugietis iudicium gehinnon.*

Verſ. 34.

Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapiẽtes & ſcribas, & ex illis occidetis, &

Mitto. *Orig. Miſſurus ſum.*
Prophetas e. ſ. e. ſ. *Orig. Scribas & ſapientes. Pagn. Aliquot ex illis occidetis crucifigetiſque.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.

Ex illis o. e. c. *Orig. Ex quorum numero multos crucifigetis & necabitis.*
Ex eis f. *Pagn. Ex illis nonnullos flagellabitis.*
De Ciu. in ciu. *Vat. De ciuitate alia in aliam.*

Verſ. 35.

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

Vt veniat. *Vat. Vt redundet. S. Epiph. Requiretur.*
Super vos. *S. Epiph. Ab hac generatione.*
Sanguis iuſtus. *Syr. Sanguis iuſtorum.*
Qui effuſus eſt. *Fr. Luc. Qui effunditur.*
Quem occidiſtis. *Syr. Quem trucidaſtis. S. Epiph. Qui effuſus eſt. Orig. Quem occiderunt.*
Templum. *Orig. Ædem.*

Verſ. 36.

Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Venient. *Vat. Redundabunt.*
Super g. i. *Vat. In nationem iſtam.*

Verſ. 37.

Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?

Quæ occidis. *S. Hil. Quæ interficis. Syr. Trucidans.*
Et lapidas. *Syr. Et lapidibus obruens.*
Ad te. *Fr. Luc. Ad ſeipſam. Syr. Ad eam. Clem. Alex. Ad ipſam. S. Epiph.* omittit.
Miſſi ſunt. *S. Gaud. Mittuntur. S. Zeno. Miſſos. A. M. Legatos.*
Congregare. *S. Proſp. Colligere.*
Filios. *S. Greg. Nyſſ. Liberos.*
Quemadmodum g. c. *S. Proſp. Sicut gallina colligit. Orig. Quaſi gallina congregans.*
Sub alas. *S. Hil. Sub alis ſuis.*
Et noluiſti. *Pagn. Et noluiſtis.*

Verſ. 38.

Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

Ecce. *Clem. Alex. Propterea.*
Relinquetur. *Syr. Relinquitur. S. Hier. Dimittetur. S. Zeno. Remittetur.*
Vobis. *Clem. Alex.* omittit.
Deſerta. *Arab. Deſtructa.*

Verſ. 39.

Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Non me v. *Vat. Haud quaquam me videbitis.*
Amodo. *Pagn. Poſthac. Ar. M. A nunc. Clem. Alex. Deinceps.*
Dicatis. *Clem. Alex. Dixeritis.*
Benedictus qui venit. *Syr. Benedictus ille qui venit.*

CAPVT XXIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Sacerdotes & præſules revereri debemus non proſcindere. 1116
Diuinæ legis præcepta cum quadam animaduerſione, non tanquam aliud agentes obſeruanda. 1117
Perſtricti ſuperiores qui ſubditos non vt homines, ſed vt iumenta tractant. 1118
Maiorum exemplum leuius onus quodlibet ſubditis reddit. 1118
Phariſæorum ſuperbia in oneribus aliorum humeris imponendis. 1118
Mali doctores nimium indulgent ſibi, indulgere aliis neſciunt. 1119
Indignus doctoris nomine eſt qui quæ alios edocet opere non complet. 1119
Perſtricti ſuperiores, & ſubditi qui manum illis admouere nolunt, quæ ſuper alios imponunt. 1119
Perit omne, quod inani gloriæ deſtinatur. 1120
Inanis gloria vitium ad alia allicit. 1120
Conclamata ferè impietatis eſt mortis memoria non reſipiſcere. 1120
Diuina lex corona *&* diadema. 1120
Phylacteria *quæ; noxia diuinarum rerum obliuio.* 1120
Sanctitatis oſtentatio fugienda. 1120
Tribulationum ſpinæ ad legis cuſtodiam vrgere nos debent. 1121
Qui in minimis iactantiam prodit prodet magis in maximis. 1121

Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi.

SCRIBÆ ferè ſacerdotes erant, & leuitæ; 1116.
& ſcribarum nomine ſacerdotes reprehendit, ob ſacerdotij nempè reuerentiam: vnde non ait, *Sederunt ſacerdotes, aut Pontifices*; ſed *ſcribæ, & Phariſæi*, ne ſacerdotalem ordinem contemnere videretur. Totum Euangelium volue, vix, aut ne

vix

vix quidem reperies , Chriſtum ſacerdotes , aut pontifices arguendo,& reprehendendo nominaſſe, ſed ſcribas, & Phariſæos : omnes exemplo ſuo inſtruens ne contra Sacerdotes , ac Eccleſiæ præſules eum ordinis dedecore quidpiam loquantur.

Omnia ergo quacunque dixerint vobis ſeruate , & facite.

1117. NOn vult Chriſtus , contemni doctrinam ſanam propter corruptos doctorum mores,nec, ob magiſtrorum vitia , muneris , auctoritati , aut dignitati quidpiam detrahi : vnde ait, *omnia ſeruate* , modò præcepta cathedræ Moſis Diuinæ legi contraria minimè ſint : *Seruate :* Græcè , *τηρεῖτε*, *cuſtodite* , *obſeruate.* Verbum , *τηρεῖν* , non ſignificat tantùm , *ſeruare* , ſed etiam , *animaduertere*, *conſiderare.* Nectere has duas notiones ad hunc modum poſſumus ; vt Diuinæ legis præcepta non inconſideratè , & tanquam aliud agentes , obſeruemus, ſed accuratè, & cum quâdam animaduerſione , & conſideratione.

Quacunque dixerint vobis ſeruate , & facite; ſcribarum , & Phariſæorum vitia multis erat Chriſtus arguiturus ; ſed antequam in eos , in ea inueheretur, ab obedientiâ eis præſtanda initium ſumit , vt totius Reipublicæ bono conſuleret ; ne quiſquam , ſibi licere , arbitraretur Prælatos, Doctoreſque proſcindere , ac mordere , eoſque idcirco ſperneret , quia eorum peccata cognoſceret.

Obedientiam illis præſtandam initio ſtatuit; ne quis eorum principatus cupiditate laborare putaretur quod alieniſſimum quorumcunque eſſe debet ; neue quis crederet odio moueri ad eos coarguendos.

Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum ; digito autem ſuo nolunt ea mouere.

1118. A*Lligant :* Græcè , *δεσμεύουσι* , *ligant* , vt ſolent onera iumentis ligari , ne decidant. Huc multorum ſuperiorum ſuperbia euadit , vt inferiores non homines , ſed iumenta cenſeant , eoſque iumentorum more præceptis onerent , ac grauent.

Importabilia : Græcè , *δυσβάστακτα* , hoc eſt, *portatu difficilia.* Vix portari poterant , quæ iubebant ; quia ſcilicet ſuo exemplo leuiora , grauia onera , promptioreſque ad ea ferenda homines non reddebant : maiorum quippè exemplum , leuius onus quodlibet ſubditis reddere conſueuit.

Et imponunt in humeros hominum : phariſæorum iactantia, ac ſuperbia , *imponendi,* verbo ſignificatur ; imperioſè quippè aliis leges imponebant , in hôcque ſe iactabant,quòd imperium in alios exercerent. Nos ex Græco vertimus , *ſuperimponunt,* quod maiorem emphaſim habere videtur , ac ſi onera oneribus adiicerent , & aliorum humeros grauarent.

1119. *Digito autem ſuo :* Sanctus Auguſtinus , legit, *vno digito.* Sanctus Petrus Chryſologus rem magis exprimit , & exaggerat, dum ad minimum digitum rem coërcet : legit enim , *minimo digito.* Adeò molles , ac delicati erant , vt ne minimum quidem conamen obſeruandis præceptis , quibus alios onerabant , adhiberent. Hic malorum doctorum mos eſt , vt nimium ſibi indulgeant , in alios acres , ac vehementer ſeueri. Probi ſuperioris nota eſt , aliis indulgere , nullâ in ſe vti veniâ, indulgentiâ nullâ.

Nolunt ea mouere : Non dixit *præ imbecillitate*, aut *infirmitate non poſſunt*; ſed *nolunt.* Voluntaris, non virium defectus eſt : nolunt ea onera mouere, quæ aliis ferenda imponunt ; vnde nec tentant quidem,an poſſint. Indignus eſt qui alios doceat, alios regat , qui , quæ docet , agere non ſtudet cùm poſſit.

Nolunt ea mouere : Non dixit , *portare* , *deferre* , ſed , *digito mouere* , vt extremam illorum negligentiam , ac deſidiam exprimeret , qui præceptis , quæ aliis implenda imponebant , nec admouere quidem manum volebant ; tantum abeſt , vt portare vellent , ac ſuſtinere.

Omnia enim opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.

DIxerat , *dicunt, & non faciunt* ; cur ergo adii- 1120.
cit, *omnia opera ſua faciunt ?* vtrumque verum ; opera faciebant,& nihil faciebant;quia opera ſua non in Dei gloriam, ſed in ſuam dirigebant; perit omne , quod ſoli inani gloriæ deſtinatur , & labor omnis in nihilum abit , qui Deum non reſpicit.

Præterea hîc eorum culpa exaggeratur : nam deſides, & remiſſi ad operandum erant,vt iure dixerit Chriſtus : *Dicunt , & non faciunt* , torpentes otio ; ſed , qui adeò deſides,ſi venandæ humanæ laudis occaſio illis porrigebatur , deſidiam excutiebant,pleraque operabantur, quæ ab illis humanæ laudis amor extorſerat , quod Dei ſui gloria non potuerat.

Incipit Chriſtus Phariſæorum vitia carpere , ac damnare ; ſed pende quod ab inani gloria , humanæque laudis ambitione , qua corripiebantur initium ſumit , poſtea ſeptem illorum vitia recenſet, ſingulis amarum illud, væ, adiiciens ; ſed quid ordo iſte indicat ? An,quòd vbi inanis gloria aditum in aliquem repererit, aliorum vitiorum genera ſecum deferat,ac mala omnia ſecum ducat, quorum ſeptem væ ſigna, & indicia ſunt ; nimirum omnia ferè ſcelera obſidere mentem ſolent ; quam inanis gloriæ lues corripuerit.

Dilatant philacteria ſua , & magnificant fimbrias.

P*Hylacteria* membranæ erant , quibus decalogus , vt eius obſeruatores viderentur , ſcribebant. Has membranas fronti in modum coronæ circumferebant : eſt quippè Diuina lex corona , ac veluti diadema ; quo in honoris ſignum , ac dignitatis homines redimuntur.

Dicebantur autem illæ ſcriptæ membranæ *phylacteria* , id eſt *conſeruatoria* ; & quia illis Diuina lex continebatur , & ſeruabatur ; & quia ea geſtabant in ſui cuſtodiam , & munimentum. Vel phylacteria dicebantur , quòd ab obliuione ſeruarent ac protegerent : magnum autem ab Diuinarum rerum obliuione diſcrimen imminet.

Non arguit Phariſæos Chriſtus , quòd phylacteria geſtarent ; hoc enim ferri poterat , & culpâ carebat : ſed quia dilatarent , & ad oſtentationem , vt ſanctiores viderentur , maiores chartulas geſtarent , grandioribuſque litteris ſcriptas.

In fimbriis & ſpinas acutiſſimas ligabāt,vt vide- 1121.
licet ambulantes, & ſedentes iis pungerentur , & hac commonitione ad legis cuſtodiam,Deique ſer-

uirtutem vrgerentur. Ex quo docemur, quòd tribulationum ſpinæ à malo nos auocare poſſunt, ad bonum allicere debent. Igitur, qui ſpinis ſe pungi ſentit, ſtatim Dei legiſque Diuinæ recordetur, vt Phariſæorum cæremoniam ſanctiùs ſeruet & opportuniùs.

Dilatant philacteria, & magnificant fimbrias: Ante auditorum oculos ponere Phariſæorum, & ſcribarum iactantiam, ac gloriæ amorem Chriſtus voluit, duobus minimarum rerum exemplis, phylacteriorum, & fimbriarum, vt quales eſſent in rebus maximis ex his minimis intelligeremus: nam, qui in fimbriis, & phylacteriis gloriam captabant, quid in rebus maioribus facturi erant?

SECTIO II.

Non honores, & prima loca habere in culpa eſt, ſed affectare, cupere. 1122

Notati qui ſe totos luxibus, & corporis deliciis dant. 1122

Gulæ ſeruire, & ventri dedignatur qui ſuper alios eſt. 1123

Pleriſque doctoribus potior cura de ferculis, quàm de doctrina eſt. 1123

Perſtricti qui dignitates per fas, nefaſque inuadunt. 1123

Malorum omnium fons honoris ambitio, 1124

Superiores ab illis maximè vitiis ſubditos auocent, quibus vident eos eſſe propenſos. 1124

Malorum Doctorum malum exemplum quantum auditoribus noceat. 1125

Mulieres & maximè viduæ beneficentiæ operibus addictæ. 1126

Qui animas lucratur temporalia lucra non quærat, nec iactantia ſeruiat. 1127

In diſcipulorum mentes Doctorum exemplum magnas exerit vires. 1127

Auri amor quid in homine poſſit. 1128

Auaritia quò dementia homines ducat. 1128

Mali Sacerdotes lucris ſtudent, animarum cura neglecta. 1128

Amatores ſuos bona temperalia excæcant, & à Dei cultu auocant. 1129

Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis.

1122. SIgnatè ait, *amant*, non, *habent*, nam affectus, & cupiditas, quæ ex inani gloriâ naſcitur in culpa eſt: vt maiores aliis haberentur, primum conuiuij affectabant locum.

In Cœnis: Rectè, *in cœnis*, dictum, & non, *in prandiis.* Antiquis in cœnis ſolemnia eſſe conuiuia conſueuerant, quia tunc, poſitis negotiorum curis, longiùs in nocte cœnæ trahi poterant, abſque alicuius negotij curæue moleſtiâ. In cœnis igitur totos ſe ferculis vinoque dabant: totos gulæ totos ebrietati: vnde & illud Apoſtoli 1. Theſ. 5. 7. *Qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.* Tacitè igitur etiam horum luxus notatur: qui mentem totam, cùm menſæ accumberent, in patinis habebant.

1123. *Amant primos recubitus in cœnis:* Non ſuperbiæ tantùm præcipui loci ambitu ſeruiebant, ſed etiam gulæ: nam, cùm in primo conuiuij loco, vbi ſedent honoratiores, lautiora, & delicatiora fercula poni ſolent: hi primos recubitus amabant, vt ventri famularentur.

Priùs dicuntur primos recubitus in cœnis amare, quàm primas cathedras in ſynagogis; quia potior illis de ferculis, & cibis cura, quàm de doctrinâ, in qua tamen tradenda ſuperbiam ſuam oſtendebant primas cathedras quærentes.

Et primas cathedras in ſynagogis. Scilicet, in humilitatis ſcholâ, ſuperbiæ litant; &, vbi docere alios humilitatem debebant, ibi ipſi maiori faſtu corrumpebantur. Quòd ſi ſolùm amans primos accubitus, primaſque cathedras, condemnatur; quâ condemnatione erunt digni, qui non amant duntaxat, ſed prima ſubſellia, honores præcipuos per fas, nefaſque inuadere ſtudent, & omnia moliuntur, lapidem omnem mouent, nihil non tentant, vt voti compotes fiant? Ipſi viderint.

Vos autem nolite vocari Rabbi.

MVlta erant Phariſæorum ſcelera, à quibus cauere diſcipuli debebant: de inani gloriâ, ac 1124.
ſuperbiâ monentur duntaxat; ac ſi ab hac immunes reliqua vitare facilè poſſint: malorum enim omnium fons, & origo, honoris ambitio eſt.

Ab honoris appetitu eos reuocat; ad hoc quippè vitium faciles erant diſcipuli, vt patet ex eorum æmulatione, quis inter illos maior videretur, exque petitione Iacobi & Ioannis, qui dexteram & ſiniſtram in Chriſti regno poſtulauerunt: oportuit ergò cautos ab hoc vitio diſcipulos reddere, cui obnoxij erant; nam à carnalibus vitiis, rerumque terrenarum concupiſcentiâ alieni repetiebantur. Quæ res optimum exhibet ſuperioribus monitum, vt ſuos de illis moneant, & cautos reddant, quibus vident eos eſſe propenſos.

Nolite vocari Rabbi; cur? ſi non tàm munus, quàm magiſtri nomen prohiberet. Non enim ait, *nolite eſſe*, ſed *nolite vocari, prohibuit eis non vt non eſſent, ſed ne vocarentur.* Vnde & in originibus eſt; *nolite vocari magiſter magiſter*, ac ſi diceret; nolite de inani appellatione gaudere, tanquam ſi ſapor in nominibus eſſet,

Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi, qui clauditis regnum Cælorum.

SCribæ, & Phariſæi regnum Cælorum claude- 1125.
bant eius introitum impedientes. Sed qui, cùm Dei legem populo interpretarentur? Claudebant malo exemplo, quod maiorem vim habet, quàm habeant verba. Omnes, qui malâ conuerſatione aliis peccandi occaſionem præbent, hi cælorum regnum claudunt, & intrare alios non ſinunt, nec intrant ipſi: tantum in plebis animos doctorum exemplum poteſt.

Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes.

NOn ſolùm viduarum, ſed aliorum etiam fa- 1126.
cultates exhauriebant ſcribæ, & Phariſæi, quorum hæc mens, vt ſubiectam plebem deprædarentur. Viduarum meminit, quia mulieres proniores ad largiendas eleemoſynas ſunt, quàm viri. Deinde viduarum meminit, quia, cùm hæ à virorum poteſtate exemptæ ſint, largiores facere eleemoſynas poſſunt. Viduæ recenſentur, quia hæ deuotiores, religioſioreſque eſſe ſolent, quàm aliæ mulieres, quod innuitur Luc. 21. vbi Chriſtus reſpiciens eos, qui mittebant munera in gazophylacium munus viduæ pauperis laudauit. Vt diſcant

Chriſtianæ

Chriſtianæ viduæ nubere largitati, ac pietati quæ viris ampliùs nubere laudabiliter nolunt.

Væ vobis, ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum; &, cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos.

1127. C*Ircuitis mare, & aridam:* id eſt magnâ diligentiâ, ac labore quæritis, omnem mouetis lapidem, *vt faciatis vnum proſelytum*, vt vnum à Gentilitate ad Iudaïſmum traducatis. Rectè, & laudabiliter id factum, nec in hoc à Chriſto reprehenduntur: ſummâ laude dignum animas lucrari, ſi quidem bono zelo hic labor ſuſcipiatur: quod hîc minimè factum euentus docebat; non enim ad Iudaiſmum conuerſos cælo aſſerebant, ſed duplo faciebant filios gehennæ. Cur igitur tantos labores ſubibant? Et inanis gloriæ, &, etiam auaritiæ causâ; conuerſionem quippè Gentium ſuperbè iactabant, & victimas, decimaſque templo inferebant, animarum ſalutem minimè quærebant. Nimirum, tàm laudabilis induſtria, qualis eſt in animarum ſalute laborare, iactantiæ, & auaritiæ veneno inficitur. Vtrumque fugiat, qui hoc munus exercet.

Facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos. Filius gehennæ, dicitur dignus gehennæ igne; ſicut, &, *filius pacis*, pace dignus. Sed quomodo Phariſæi ſceleſtiorem, ac proinde magis gehennæ ignibus addictum, proſelytum faciebant? Exemplo malo, malis moribus. Improbos doctores plerumque diſcipuli ſuperant, & iis peiores fiunt, à quibus probæ doctrinæ monitis imbuuntur, ſed vitæ malæ veneno inficiuntur: tantum in diſcipulorum mentibus doctorum exemplum poteſt.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt; qui autem iurauerit in auro templi, debet.

1128. V*Ide*, quid auri amor in homines poſſit. Phariſæi, aurum, Dei templo præferunt. Putabant iuramentum, exhibitum per templum, nihil eſſe, quia Templum Deus non eſt; per aurum autem, tenere cenſebant: quia nempè cupidi, & auari, tamquam Deum, aurum venerantur.

Mens auri, argentiuè vinculis adſtricta, ſemper aurum videt, ſemper argentum: ſanctius ei aurum, quod ferè ſanctitatis hoſtis, quàm templum, quod omnia ſanctificat. Tantum auaritia poteſt, hucque dementiæ homines ducit.

Iudæi aurum, quo ipſi delectabantur, & dona, quæ offerebantur, ſanctiora eſſe dicebant, quàm ipſum templum, & altare; vt homines promptiores facerent ad dona exhibenda, quàm ad fundendas preces in templo. Hæc malorum ſacerdotum nota eſt, qui nihil, niſi lucra, curant; animarum ſalutem poſt tergum iaciunt. Templum, & altare ad Dei gloriam, hominumque ſalutem inſtituta ſunt, aurum, & dona magis ad vtilitatem ſacerdotum: ideo hi aurum, & dona templo, & altari præferunt, quia ſua quærunt, non quæ Dei.

Stulti, & cæci. Quid enim maius eſt donum, aut altare, quod ſanctificat donum.

IVre dicuntur cæci, quia eò eorum cæcitas deuenerat, vt plus auro, ac donis tribuerent, quàm templo, & altari: quis non videret ſanctius eſſe templum & altare, quàm aurum? ſed Phariſæi, ad aurum, donaque inhiantes, templi ſanctitatem minimè vident; ita amatores ſuos bona temporalia excæcant. Vix dixerat Dominus Matth. 6. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terrâ*, cum addit, *ſi oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit*; ſed cur, poſt doctrinam de non theſaurizando, immediatè agit de oculorum ſiuè luce, ſiuè tenebris? An, quia ex theſaurorum affectu tenebræ oriuntur, vt lux ex neglectu? Denique hinc habes ægrè auri amorem templi venerationem, cultumque admittere: nihil ferè ſanctum auri amatori, quod ſanctitatis venenum ſolet eſſe. 1129.

Debemus acumen iſtuc Sancto Gregorio Magno qui ait: *Neque negligenter audiendum eſt, quod cum decimari minima diceret, extrema quidem de oleribus maluit, ſed tamen bene olentia memorari: vt profectò oſtenderet, quia ſimulatores cum paruâ cuſtodiunt, odorem de ſe oſtendere ſanctæ opinionis quærunt, & quamuis implere maxima prætermittunt, & tamen minima obſeruant, quæ humano iudicio longè latéque redoleant.*

SECTIO III.

In omnibus iactantia, & inani gloriæ Phariſæi litant & imitatores multos habent. 1130
Minima in Dei obſequio; & cultu negligenda non ſunt. 1131
Mali doctores ſepulchris dealbatis cur ſimiles. 1131
Mortis meditatio quàm vtilis contra animæ malos medicina. 1132
Inanis gloria laborum mercedem inſepelit, & veluti decinerat. 1132
Mali increpari à nobis non ferunt. 1132
Suorum vitia tegenda ſine cauſa non ſunt. 1133.
Facilè alienos defectus homines cognoſcunt, ægrè ſuos 1133
Chriſtus in iuſtis maximè patitur. 1134
Malorum omnium extremum ex conſuetudine peccare. 1135
Priuati odij cauſa religionis prætextu plerumque velatur. 1135
Occiſores Prophetarum quinam dicantur. 1136
Regnorum robur, ac fortitudo templa, Deique cultus. 1138
Vrbium & regnorum nobilitas templum. 1138
Vbi maior Dei notitia ibi culpa maiorem pœnam meretur. 1139

Væ vobis, ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum.

RErum minimarum decimas ſoluunt: quæ maiora erant, negligebant. Sed cur potiùs menthæ, anethi, & cymini meminit, quàm aliarum rerum? Vt illorum inanem gloriam etiam in rebus minimis detegeret. Hæc omnia, quæ recenſet, quendam ſpirant odorem: vt ergò ſtatim proderetur, Phariſæos decimas ſoluere, in iis ſoluunt, quæ 1130.

odorem emittunt, & ſic vel ipſis tacentibus quid in Dei obſequium præſtitiſſent panderetur. Scilicet vbique huiuſcemodi homines inani gloriæ litant, atque iactantiæ: vtinam nullos ex Chriſtianis imitatores haberent.

Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

1131. CVr minima hæc non eſſe omittenda dixit? Ne quis putaret, Chriſtum minimorum obſeruationem reprehendiſſe. Non reprehendit, ſed probauit; magni quippè in Dei cultu referri minima non contemnere: non igitur vituperat minima ſeruantes, ſed minimorum obſeruatores ſe fingentes.

Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis.

PEruerſi magiſtri, qui aliud edocent, aliud agunt ſepulchris dealbatis ſimiles ſunt: verborum humilitatem foris demonſtrant, candorem in extimâ ſuperficie præſeferunt, intùs omni auaritiâ, atque libidine pleni ſunt. Sepulchri vtitur ſimilitudine propter mortuorum corpora, quæ continent; nam corpus mortuum, formam quidem humanam habet, & homo non eſt; ita & hypocritæ videntur quidem iuſti, ſed cadaueroſa eorum iuſtitia eſt.

1132. Sepulchris dealbatis eos comparat, non vt argueret tantùm, ſed vt à ſuis ſceleribus, mortis, ſepulchrique meditatione, auocaret: cineris, mortiſque memoria vtilis morborum, quibus corripiebantur, medicina eſſe poterat. Nempè dealbata ſepulchra, ſi mentis oculis obuerſentur, dealbare mentem poſſunt, & omnem criminum nigrorem auferre.

Væ vobis, ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra Prophetarum.

BOnitatis opinione, & æſtimationis in populo, ſepulchra ædificabant prophetarum; in hoc quoque inani gloriæ ſeruieutes. Cohæret cum inani gloriâ ſepulchrum; quia hoc vitium, meritum omne omnemque laborum mercedem inſepelit, & bonum opus decinerat.

Hic Iudæorum mos erat; vt prophetas mortuos honorarent, viuentes perſequerentur ad mortem: hoc autem faciebant; quia prophetæ, dum viuerent, eorum increpabant ſcelera; mortui nihil illis moleſtiæ inferebant. Tantùm malis bonorum increpatio diſplicet.

Et dicitis: ſi fuiſſemus in diebus Patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum.

1133. VIde iſtorum malitiam. Vt ſe pios oſtendant, ſuorum ſcelera produnt, & deuelant. Iurè eos arguit Chriſtus, quia ſuorum parentum vitia detegunt, cùm tegere debuiſſent; & damnare videntur, grauiora tamen commiſerunt.

Aliena vitia produnt: nempè alterius delicta quilibet facilè cognoſcit, cæcus ad ſua eſt: alterius culpam facilè arguunt, ſed ægrè ſuam.

A ſanguine Abel iuſti.

1134. A *Sanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ*; cur non magis pœnas luet Iudaicus populus, quia Chriſti ſanguinem fuderit? An, quia Chriſti ſanguis non vindictam, ſed veniam poſtulat? An vt oſtenderet Chriſtus, ſe in iuſtis præcipuè pati? *Idcirco*, ait Sanctus Hilarius, *ſanguis Abelis, & Zachariæ ſuper Iudæos veniet; quia iam in illis habitans Chriſtus, & prædicans paſſus fuerat;* Ac ſi magis in ſuis ſeruis patiatur Chriſtus, quàm in ſe ipſo; certè Saulo dixit: *Saule Saule quid me perſequeris?* quia in ſuis eum perſequebatur: hæc autem ſimilia verba Chriſtum dixiſſe non legimus cum ipſemet ad mortem quæreretur, affigeretur Cruci.

Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.

NOminis geminatio miſerantis eſt, & valde diligentis. Homines hîc, non ſaxa plangit; at 1135.
lapidibus duriores Iudæi extiterunt, & ſcindi ad pœnitentiam noluerunt. *Quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt:* Non dixit, *occidiſti*, aut, *lapidaſti*, ſed, *occidis, & lapidas*; quia occidendi, & lapidandi conſuetudinem habebat: hoc extremum malorum omnium eſt, ex conſuetudine peccare.

Occidis, & lapidas: videlicet, lapidando occidis; communiter enim Prophetæ lapidabantur, tanquam blaſphemi, Quum populus, aut aliquis princeps occidere Prophetam vellet, à quo arguebatur, aut quemlibet alium virum iuſtum, blaſphemiæ notam ei inurebant, aut, quod aliquid contra legem egiſſet, calumniabantur, & tunc ei blaſphemantis pœnam infligebant, ſcilicet lapidationem. Sic plerunque accidit, vt priuati odij cauſa, religionis pretexto pallietur.

Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas; 1136.
Vide ingentem Chriſti in ſuos amorem, & affectum; ipſe iniuriis laceſſitus, & flagellis affectus ſilet; ſed ob ſuorum damna grauiter conqueritur. Amantis eſt ſuarum iniuriarum obliuiſci, amati ſentire. Habes veri paſtoris, & patris notam, qui ad ſuorum damna altè inclamat, ad ſua ſilet.

Quæ occidis prophetas & lapidas; Imitatur Ieruſalem, qui prophetarum, & doctorum oracula non audit, qui eorum verba ſpernit; *& ego hodie*, Origenis verba ſunt, *ſi Prophetæ verba non audio, ſi monita eius ſperno, inquantum in me eſt, occido, cuius ſcilicet verba non audio, tanquam mortui*; Quot occiſores prophetarum ſunt, qui ſine ſanguinis effuſione, morti doctores adiiciunt, dum eorum non audiunt verba, tanquam occiſorum.

Quoties volui congregare filios tuos.

HVc Chriſtus ſpectat, vt homines vniat, & 1137.
inter ſe veluti compaginet; vt vniti, atque concordes diuinam iram effugiant; atque idcircò congregandi verbo eſt vſus.

Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina; nos renaſci, & alas nos emittere Chriſtus quærit, pennatos nos vult, dum velut gallina, nos ſub ſuis alis congregare ſe velle, affirmat; nimirum in ſublime euolare, ima hæc deſerere debemus, vt ſub eius alis nos eſſe probemus: *Huius familiaris, ac terrena auis more*, ait ſanctus Hilarius, *congregare eos intra ſe voluit, vt, qui conditione naſcendi editi iam fuiſſent, nunc alterius generationis*

nerationis ortu, & calore conſouente renati, in cæleſte regnum, tanquam pennatis corporibus; euolarent; nemo humi repat; cælo natus, in cæleſtia animo euolet, in peteunatura.

Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.

1138. IVdæorum domus erat Ieruſalem, quæ in pœnam ſolo æquanda erat. Sed, quum peccatum fuerit totius gentis, cur ſola Ieruſalem deletur? An, quia deletâ Ieruſalem, quæ metropolis erat, totum regnum videbatur eſſe deletum? In Hieruſalem Dei templum erat, quo deleto, totum regnum corruere erat neceſſe. Nam regnorum robur, ac fortitudo, templum, Deique cultus eſt.

Ablato templo, videbatur ablata tota illius gentis nobilitas, & excellentia; atque adeò ad deſtruendum gentis illius ſtatum, Ieruſalem debuit deleri. Regnorum nobilitas, Dei templa ſunt, templorum cultus, ac reuerentia.

In Ieruſalem templum erat, erant ſacerdotes, ſcribæ; hîc totius regni Principes: præcipuè ergo vltio de Ieruſalem ſumenda erat; quia maius eius peccatum, vbi maior Dei notitia, vbi Dei cultus magis vigebat, vbi templum & ſacrificiorum frequentia. Nempè maiorem pœnam peccatum meretur, quod cum Dei notitiâ, & cultu eſt. Quid hîc illi; qui, non vbi templum eſt, delinquunt, ſed in ipſo Dei templo? 1139.

Ecce relinquetur vobis; cur non dixit relinquam vt illis verbis reſponderet, quæ ſuperiùs dixerat; quoties volui congregare? An quia congregate eius, eſt vt ille non tam nos relinquit, quàm relinquatur à nobis, nos eius iram attrahimus.

Domus veſtra, non dixit *mea*; prius erat ſua; cùm ritè in illâ coleretur; *domum ſuam* ille non appellat, niſi vbi miſeretur, & beneficia confert.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXIV. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET egreſſus Ieſus de templo, ibat, & acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi.

Et egreſſus. *Syr. Et exiit.*
De templo. *Pagn. A templo.*
Ibat. *Pagn. Diſcedebat.*
Ædificationes. *Pagn. Structuras. Goth. Ædificationem. S. Hil. Structuram. Adam C. Subſtructiones. Fr. Luc. Ædificia. Syr. Ædificium.*

Verſ. 2.

Ipſe autem reſpondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Ipſe autem. *Caiet. Ieſus autem.*
Videtis hæc omnia. *Mald. Nonne videtis hac omnia.*
Relinquetur. *S. Hier. Permanebit.*
Qui non deſtruatur. *Pagn. Qui non deſtruetur. Vat. Qui non deſtruendus ſit. S. Zeno. Ar. M. Qui non diſſoluetur. Int. Euth. Qui non diruatur.*

Verſ. 3.

Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt? & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſæculi?

Super montem Oliueti. *Fr. Luc. In monte Oliuarum.*
Secreto. *Fr. Luc. Seorſum. Syr. Inter ſe & eum.*
Aduentus tui. *Ar. M. Tua preſentia.*
Seculi? *Arab. Temporis? Syr. Mundi.*

Verſ. 4.

Et reſpondens Ieſus, dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat.

Videte. *S. Cyp. Cauete.*
Seducat. *S. Cyp. Fallat. Syr. Inducat in errorem.*

Verſ. 5.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.

Seducent. *S. Cyp. Fallent.*

Verſ. 6.

Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorum: Videte ne turbemini; oportet enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis.

Enim. *Mald. Autem.*
Prælia. *S. Cyp. Bella.*
Opin. præ. *S. Cyp. Auditus belli. Int. Euth. Rumores bellorum. Mald. Auditiones bellorum.*
Videte ne turbemini. *S. Cyp. Nolite tumultuari. Int. Orig. Videte ne terreamini.*
Hæc. *Pagn. Omnia.*

Verſ. 7.

Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilentiæ,

Conſurget. *S. Cyp. Exſurget. Syr. Inſurget. Ar. M. Excitabitur.*
In gentem. *S. Cyp. Super gentes.*
Regnum in regnum. *Tert. Regna regnis compulſabunt.*

&

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
& fames, & terræmotus per loca.	Peſtilentiæ. *Arab. Timor. Tert. Lues.* Terræmotus. *Arab. Perturbationes.* Per loca. *Syr. In ſingulis locis. S. Cyp. Per ſingula loca. Vat. Certis locis.*
Verſ. 8. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum.	Initia. *Fr. Luc. Principium.* Sunt. *Euth. Erunt.* Dolorum. *S. Cyp. Parturitionum.*
Verſ. 9. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.	In tribulationem. *Syr. Oppreſſioni. Arab. In anguſtiam. Orig. In tribulationes. S. Cyp. In preſſuram. Pagn. In afflictionem.* Occident. *S. Cyp. Interficient.* Eritis odio. *S. Cyp. Eritis odibiles. Pagn. Eritis inuiſi. Syr. Eritis exoſi. Ar. M. Odio habiti.*
Verſ. 10. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.	Scandalizabuntur. *Pagn. Offendentur. Syr. Impingent.* Inuicem. *Euth. Se inuicem.*
Verſ. 11. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos.	Surgent. *Vat. Exorientur. Int. Orig. Inſurgent. Ar. M. Excitabuntur.*
Verſ. 12. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.	Quoniam abundauit iniquitas. *S. Cyp. Eo quod facinus abundet. Syr. Propter multitudinem iniquitatis. Orig. Vbi multiplicatur iniquitas,* vel: *Cùm multiplicata fuerint iniquitates.* Refrigeſcet. *Syr. Elangueſcet.* Charitas. *Int. Euth. Dilectio.*
Verſ. 13. Qui autem perſeuerauerit, vſque in finem, hic ſaluus erit.	Perſeuerauerit. *Clem. Alex. Suſtinuerit. S. Cyp. Tolerauerit. Int. Orig. Permanſerit.* Vſque in finem. *Clem. Alex. In finem.* Saluus erit. *Ar. M. Seruabitur.*
Verſ. 14. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.	In vniuerſo orbe. *Ar. M. In vniuerſa habitata.* Conſummatio. *Vat. Ille finis.*
Verſ. 15. Cum ergò videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.	Abominationem. *Syr. Portentum.* Deſolationis. *S. Cyp. Vaſtationis.* A Daniele. *Fr. Luc. Per Danielem.*
Verſ. 16. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.	Ad montes. *Syr. In montem.*
Verſ. 17. Et qui in tecto non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.	In tecto. *Fr. Luc. Super tectum.* Aliquid de domo ſua. *Fr. Luc. Ea quæ ſunt ex domo ſua.*
Verſ. 18. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam,	Non reuertatur. *Vat. Non reuertatur retro.* Tollere. *S. Cyp. Auferre.* Tunicam ſuam. *S. Cyp. Veſtimentum ſuum. Pagn. Veſtes ſuas.*
Verſ. 19. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.	Prægnantibus. *Pagn. In vtero habentibus.* Nutrientibus. *Tert. Nutricantibus. S. Aug. Mammantibus. Ar. M. Et lactantibus.*
Verſ. 20. Orate autem vt non fiat fuga veſtra hieme, vel Sabbato.	Vel Sabbato. *Pagn. Neque Sabbato. Ar. M. Neque in Sabbato.*

Verſ. 21.

Vulgata Editio. — ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 21.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſque modò neque fiet.

Tunc. *Orig. In illis diebus.*
Tribulatio. *S. Cyp. Preſſura. Int. Euth. Afflictio. Syr. Oppreſſio.*
Magna. *Orig.* omittit.
Ab initio. *Fr. Luc. A principio. Orig. A conſtitutione.*
Vſque modò. *Fr. Luc. Vſque nunc.*
Neque fiet. *Caiet. Nec futuro tempore. Fr. Luc. Neque omnino erit aliquando.*

Verſ. 22.

Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.

Breuiati. *Syr. Decurtati. Fr. Luc. Diminuti. Auct. Contracti.*
Non fieret ſalua. *S. Hier. Nequaquam ſalua eſſet. Syr. Non viueret. Ar. M. Non fuiſſet ſeruata.*
Omnis. *Orig. Vlla.*
Breuiabuntur. *Int. Orig. Abbreuiabuntur. Al. Decurtabuntur. Auct. Contrahentur.*

Verſ. 23.

Tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere.

Nolite credere. *Vat. Ne credatis. Fr. Luc. Ne credideritis.*

Verſ. 24.

Surgent enim pſeudochriſti: & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.

Dabunt ſigna. *Tert. Signa edent fallacia. S. Aug. Facient.*
Ita vt in er. ind. *S. Proſp. In quibus ſeducantur. S. Aug. Vt fallant.*
Si fieri poteſt. *S. Proſp. Si dici poteſt.*

Verſ. 25.

Ecce prædixi vobis.

Prædixi vobis. *S. Cyp.* addit *omnia.*

Verſ. 26.

Si ergo dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

In deſerto. *S. Cyp. In ſolitudine.*
Nolite exire. *Fr. Luc. Ne exieritis.*
In penetralibus. *S. Cyp. In cubiculis. Int. Orig. In domibus. Ar. M. In conclauibus.*

Verſ. 27.

Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.

Fulgur. *S. Cyp. Corruſcatio. Caiet. Fulger.*
Ab Oriente. *Ar. M. Ab Orientibus.*
Paret. *S. Cyp. Apparet. Vat. Relucet.*
Et aduentus. *Ar. M. Et præſentia.*

Verſ. 28.

Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

Vbicunque fuerit. *S. Epiph. Vbi erit.*
Corpus. *S. Amb. Ruina. S. Epiph. Cadauer.*
Congregabuntur. *S. Cyp. Colligentur.*

Verſ. 29.

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & Stellæ cadent de Cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.

Statim. *S. Cyp. Continuò.*
Tribul. *S. Cyp. Preſſuram. Syr. Oppreſſionem. Al. Afflictionem.*
Obſcurabitur. *S. Cyp. Tenebreſcet. Int. S. Chryſ. Obtenebrabitur.*
Virtutes. *Vat. Vires. Adam C. Poteſtates. Fr. Luc. Facultates. Ar. M. Efficacia.*
Commouebuntur. *S. Cyp. Mouebuntur. Adam C. Concutientur. Auct. Fluctuabunt.*

Verſ. 30.

Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate.

Parebit. *S. Cyp. Apparebit.*
Plangent. *S. Cyp. Lamentabuntur.*
Omnes tribus. *Syr. Omnes generationes.*
Virtute. *S. Cyr. Ier. Cum poteſtate. Pagn. Cum potentia. Ar. M. Cum efficacia.*
Multa. *S. Cyp. Magna.*
Maieſtate. *Syr. Gloria multa. S. Cyp. Claritate. S. Cyril. Ier. Gloria magna.*

Verſ. 31.

Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos

Et mittet. *Int. Theop. Et emittet.*
Cum tuba. *S. Cyp. Cum tuba magna. Pagn. Cum tuba voce magna. Syr. Cum clangore magno.*
Et congregabunt. *S. Cyp. Et colligent.*

eius

Vulgata Editio.

eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorum.

Verſ. 32.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas.

Verſ. 33.

Ita & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt in ianuis.

Verſ. 34.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.

Verſ. 35.

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

Verſ. 36.

De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, niſi ſolus Pater.

Verſ. 37.

Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis.

Verſ. 38.

Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam.

Verſ. 39.

Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis.

Verſ. 40.

Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur.

Verſ. 41.

Duæ molentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinquetur.

Verſ. 42.

Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.

Verſ. 43.

Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtique: & non fineret perfodi domum ſuam.

Verſ. 44.

Ideo & vos eſtote parati, quia qua neſcitis hora Filius hominis venturus eſt.

Lectionum Varietas.

A ſummis. *Syr. Ab extremo.*
Vſque ad terminos. *S. Cyp. Vſque ad ſummitates.*

Ab arbore a. f. d. *Orig. A ficu dignoſcite.*
Parabolam. *Vat. Similitudinem.*
Ramus. *Syr. Rami. Orig. Fructus.*
Fuerit. *Fr. Luc. Factus fuerit.*
Nata. *Pagn. Enata. Ar. M. Germinauerint. Orig. Miſerit.*
Scitis quia p. *Orig. Scitote quia iuxta.*

In ianuis. *Pagn. In foribus. Int. Orig. In limine.*

Præteribit. *Vat. Præterierit.*
Generatio. *Pagn. Ætas.*
Omnia. *Theoph. Omnia illa.*
Fiant. *Vat. Facta ſint.*

Tranſibunt. *S. Hier. Pertranſibunt. Pagn. Præteribunt.*
Non præteribunt. *Fr. Luc. Non tranſibunt.*

Ang. Cœl. *S. Aug. Angeli Cælorum, neque Filius. S. Hilar. Angeli in Cælis neque Filius.*
Niſi ſ. P. *Pagn. Niſi Pater meus ſolus.*

Nubentes. *Al. Contrahentes matrimonium.*

Sicut in diebus Noë. *Mald. Sicut dies Noë.*
In Arcam. *Arab. In Nauim.*

Donec venit. *Vat. Donec veniſſet.*
Et tulit omnes. *Vat. Et ſuſtuliſſet vniuerſos.*
Ita erit. *Vat. Ita erat.*
Aduentus. *Ar. M. Præſentia.*

In agro. *Syr. In villa.*
Aſſumetur. *Pagn. Aſſumitur.*
Relinquetur. *Caiet. Relinquitur.*

Duæ molentes. *Goth. Duo.*
In molâ. *Syr. In piſtrino. Goth. In lecto.*
Vna aſſumetur. *Goth. Vnus aſſumetur. Al. Vna aſſumitur.*
Vna relinquetur. *Goth. Vnus relinquetur. Al. Vna relinquitur.*

Venturus ſit. *Ar. M. Venit.*

Si ſciret. *Fr. Luc. Si ſciuiſſet.*
Qua hora. *Syr. Quanam vigilia. Int. Orig. Qua cuſtodia.*
Venturus eſſet. *Mald. Venit.*
Vigilaret. *Fr. Luc. Vigilaſſet.*
Non fineret. *Auct. Non ſiuiſſet. Int. Theoph. Non permiſiſſet.*

Qua hora neſcitis. *Pagn. Qua hora non putatis. Int. Orig. Qua cuſtodia non ſperatis. Arab. Qua hora non cogitatis. Int. S. Chryſ. Qua hora non exiſtimabis.*
Filius h. v. e. *Pagn. Filius hominis venit.*

Verſ. 45.

Vulgata Editio.

Verſ. 45.

Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore?

Verſ. 46.

Beatus ille ſeruus quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem.

Verſ. 47.

Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Verſ. 48.

Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: moram facit Dominus meus venire.

Verſ. 49.

Et cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem, & bibat cum ebrioſis.

Verſ. 50.

Veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, hora, qua ignorat.

Verſ. 51.

Et diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis: Illic erit fletus, & ſtridor dentium.

Lectionum Varietas.

Quis putas. *S. Hil. Quiſnam.*
Prudens. *Syr. Sapiens.*
Conſtituit. *Vat. Præfecit. Auct. Collocauit. S. Chryſ. Conſtituet.*
Super familiam ſuam. *Pagn. Famulitio ſuo. Fr. Luc. Super famulitium ſuum. Syr. Super filios domus ſuæ.*
Cibum. *Vat. Alimentum.*
In tempore. *Arab. In tempore ſuo.*

Beatus. *Syr. Felix.*
Cùm venerit. *S. Hilar. Venient.*
Inuenerit. *Pagn. Repererit.*

Super omnia bona ſua. *Fr. Luc. Super omnia quæ ſunt ipſius. Ar. M. Super omnibus ſubſtantiis ſuis.*

Malus. *Syr. Nequam.*
Moram facit. *Pagn. Cunctatur. Goth. Moram faciet. Fr. Luc. Tardat.*

Cum ebrioſis. *Fr. Luc. Cum ebriis. Syr: Cum temulentis.*

Dominus ſerui illius. *S. Epiph. Eius Dominus. Orig. Dominus ſerui illius nequam in die quâ. Orig. Ad diem quam.*
Non ſperat. *Arab. Non cogitat. Orig. Ignorat. Fr. Luc. Non expectat.*
Hora quâ i. *Orig. Ad horam, qua non expectat.*

Diuidet eum. *Pagn. Diſſecabit eum. Syr. Separabit eum. S. Epiph. Seruum ipſum in duas partes ſecabit.*
Ponet. *Orig. Reponet.*
Cum hypocritis. *S. Epiph. Cum infidelibus. Orig. Cum incredulis.*
Fletus. *Al. Ploratus.*

CAPVT XXIV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Etiam extra templum Chriſto adhærere debemus. 1140.
A templo diſcedentes ad ſecularia, & inutilia tractanda non redeamus. 1140
Externa ſanctitatis ſpecies parum prodeſt. 1141
Extima pulchritudo æſtimanda non eſt, ſed intima. 1141
Quanti Deus templi ſui reuerentiam faciat. 1142
Malorum occaſio auferenda. 1142
Perſtricti qui in templo aliorum ruinam, & ſuam quæruut. 1142
Doctoris, & ſuperioris eſt iis primò occurrere, à quibus maius imminet ſuis periculum. 1143
Noxius indiſcretus filiorum amor. 1144
Peccatores ſua ſcelera tegere non valebunt. 1144
Impedimenta quæ tollere nos poſſumus, vt diuinitùs auferantur ne quæramus. 1145
Perſtrictus, qui peccatis obruitur, & ſecurus agit. 1147
Qui Chriſti paſſionem conſiderat vt aquila volare debet. 1149
Regiam induat mentem, regium animum, qui Chriſti paſſionem cogitat. 1149
Vt aquila renouetur qui Chriſti paſſionem meditatur. 1150
Qui ad crucifixum accedit tardus eſſe non debet. 1150
Qui Chriſti mortem conſiderat fortis euadit. 1150
Chriſti paſſio regium animum affricare cogitanti debet. 1151
Mortis memoria quàm vtilis. 1151
Crucis ſplendor in die Iudicij Solem referet. 1152

Et egreſſus Ieſus de templo ibat: & acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi.

VERA hæc Religionis nota, vetus pietatis 1142.
character, etiam extra templum ad Ieſum accedere, & Sanctitatem vbique ſeruare. Plerique fidelium contra agunt: in templo Chriſto adhærere per externam ſanctimoniam videntur; vbi exierint, ſanctitatem, ac pietatem exuunt, ad ſeculares mores redeunt, à Chriſto ſuo recedunt, cui in templo appropinquauerant. Apoſtolorum

veſtigia preme, Chriſto tuo adhære etiam, cùm egreſſus templum fueris.

E templo egreſſi, ſtatim cogitant de illis, quæ in templo audierant; vt nos quoque diſceremus non ſtatim ad ſecularia, ad leuia, & inutilia redire, dum à ſacris concionibus, quæ fiunt in templo, diſcedimus. Oſtendunt diſcipuli Chriſto templi ædificationem, quod diruendum prædixerat, vt ad miſericordiam eum flecterent.

1141. Tam pulchrum, ac tantâ arte ædificatum templum erat, vt putarint eius intuitu flecti Chriſtum poſſe, ne illud deſtrueret. Sed contrà factum: non externo templi decore mouetur Chriſtus, vt à deſtructione abſtineat? quare ſtatim diſceremus, quòd minùs nobis parcet, ſi externam tantùm ſanctitatem præferamus.

Non mouetur templi pulchritudine Chriſtus, ſed potiùs addit: *Non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Vt innueret, externa, & corporalia non eſſe magnifacienda, ſed cœleſtia, ac ſpiritualia: extima pulchritudo æſtimanda non eſt, ſed intima, & animæ decor.

Non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

1142. CVr etiam templum ipſum perire vult? An quia ſuperuacuum iam templum, cùm ibi non ampliùs futuri Iudæi, qui Deo ſacrificia, & hoſtias Deo offerrent; Voluit potiùs funditùs deſtrui, quàm Romanorum impietati relinqui, qui illud falſorum deorum cultu violarent. Tanti Deus ſuæ domus reuerentiam facit.

Deſtruit præterea, ne, templo, peccandi occaſio alicui tribueretur; nam, ſi integrum poſtea remanſiſſet in luce gratiæ, & quiſpiam illud vidiſſet, fortè cogitans, quæ à Deo fuerant inſtituta, & à Prophetis ſanctificata, paulatim à fidei veritate tranſiſſet ad Iudaiſmum. Diſce, quantâ ſolicitudine aliorum ſcandalo occurrendum ſit. Chriſtus, ne per templum aliqui perirent, templum diruit: plerique templo ipſo vtuntur, vt pereant ipſi, & aliorum exitium quærant: quod vtinam noſtro æuo fieri non videremus.

Videte, ne quis vos ſeducat.

1143. REſpondendi ordo myſterio non caret. Tria quæſierant Apoſtoli, & hoc ordine: de tempore euerſionis Ieruſalem, de Chriſti aduêtu, denique de conſummatione ſeculi. Chriſtus verò primo loco ſecundæ quæſtioni ſatisfacit: cur non primùm primæ? Quia voluit priùs ad illud reſpondere, quod ad diſcipulorum vtilitatem, atque profectum magis ſpectabat; & hoc erat de falſo Chriſti aduentu: plerique enim putabant, Chriſtum venturum eſſe, vt temporaliter regnaret. Hoc ſtatim reiicit, diſcipuloſque monet, ne decipiantur. De vrbis excidio poſtea loquitur, quia iſtuc ſcire, illiuſque tempus, diſcipulorum ſalutem non ita tangebat, ſicut non decipi de Chriſti aduentu. Vides doctoris, & Superioris eſſe, iis primò occurrere, à quibus magis ſuorum diſcrimen imminet; de illis primò loqui, quæ magis ad aliorum profectum ſpectant.

Tunc qui in Iudæa eſt fugiat ad montes.

T*Vnc qui in Iudæâ eſt fugiat ad montes*; cur hi ſignatè monentur, qui Iudæam inhabitant? nunquid non perſecutio illa vniuerſum orbem inuadet? ergo illorum tantùm curam habet, qui in Iudæa ſunt? Habet omnium, ſed illorum præcipuè, qui in maiori periculo ſunt; *Iudæam deſeri monet*, ait Sanctus Hilarius, *& transfugere in montes, ne admixtione plebis illius Antichriſto creditura viſa, vt contagio efferatur*; nullus tutus erit Iudæis permixtus, qui maximè perfidiæ venenum in alios ſpargent.

Væ prægnantibus, & nutrientibus.

PRægnantes onere prægrauatæ fugere ne- 1144.
queunt: ſed quod impedimentum in nutrientibus? Quia nutrientes detinet filiorum compaſſio, & affectus: hinc plerunque fit, vt extrema diſcrimina non vitentur indiſcretâ filiorum pietate. Cogitent hoc parentes, & videant, ne nimio filiorum amore ipſi cum filiis pereant; quia fugere cum filiis neglexerunt.

Prægnantibus peccatores comparantur; quia, vt prægnantes partum abſcondere nequeunt, cùm parturiendi tempus aduenerit; ſic nec peccatores ſua ſcelera ab aliorum oculis eximere nequibunt.

Orate, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato.

IN altero prohibet duritiâ frigoris ad montes, 1145.
ac ſolitudines pergere, in altero legis tranſgreſſio; arbitrabantur enim Iudæi non licere Sabbato, niſi per vnum milliare, ambulare. Sed obſerua, quòd non dixit, *orate, vt non fiat fuga veſtra, exiſtentibus vobis in agro, aut in tecto*; ne redirent domum, aut tollerent, quæ domi erant, quia in eorum poteſtate erat hæc auferre impedimenta, non autem illa, quæ ab hyeme, & Sabbati obſeruantiâ pendebant. Nimirum in his, quæ fieri à nobis facilè poſſunt, non debemus ita cunctari, tanquam id in nobis ſitum non eſſet; & impedimenta, quæ auferre non poſſumus, vt Diuinitùs auferantur poſtulare, non decet.

Vt non fiat fuga veſtra hyeme; ſolet de cuiuſque 1146.
morte hic locus accipi, ſed cur monemur hyeme non decedere? an ne manus auaritiæ gelu cõtractæ ſint, cum miſericordiæ refrigerio extendi ad pauperes debeant, præſertim cum abeundum eſt. Acutè Sanctus Paulinus: *Orate ne fiat fuga veſtra hyeme. Non rigore pedes, non contractus auaritia gelu manibus, ſed ſpiritu feruentes, & apertis refrigerio miſericordia manibus, furtiuus ille nos hora nouiſſima ſuperueniens inueniat.* Hyeme fugiunt, qui miſericordiæ opera negligunt, & porrigere auxiliares manus auaritiæ frigore congelati pauperibus nolunt.

In hyeme ſterilitatem quamdam arbores præferunt, præfert humus; in hyeme igitur obeundum non eſt, ne bonorum operum meſſe careamus, *fuge, non quaſi feriatus in ſabbato*, inquit Sanctus Ambroſius, *Sed tanquam operarius in negotio; nec tanquam ſterilis in frigore, ſed tanquam opimus in meſſe; idem enim dictum eſt, orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato.*

Vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbato, 1147.
cur non in ſabbato, cur non in hyeme? *Hyemem* ait Sanctus Athanaſius *peccata vocat, & ſabbatum ſecuritatem; dicit ergo væ animæ in peccati ſecuritate, vel ſocordiâ conſtitutæ*; qui peccatis obruitur, & ſecurus agit, feſtumque diem in lætitia degit cum extrema illi calamitas immineat; maximè infelix eſt, & futuræ damnationi propinquus.

Hyeme,

Hyeme, vel ſabbato; non ſegniùs rem agendam vult, aut oſcitanter, ſed ſumma diligentiâ, ſummo feruore; *ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato*, ait Sanctus Ambroſius, *hoc eſt non in otio, ſed in negotio*; omni tempore vitari otium debet, ac torpor; ſed maximè eum exeundum ab hac vitâ eſt.

Erit tunc tribulatio magna.

1148. Erit tunc tribulatio magna; eo tempore in deliciis, & voluptatibus acturos homines vitam indicant ſequentia verba; *ſicut in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis, erant tunc homines comedentes, & bibentes, & nuptiis tradentes*, voluptatibus obruti, deliciis ſepulti; ſic & in Chriſti aduentu: cur igitur in tot voluptatibus tribulatio innatabit? ipſæmet voluptates ingentem tribulationum ſegetem præbebunt: nullæ deliciæ, nullæ illecebræ eximere à tribulatione poſſunt, quam in impiorum pœnas Deus immittit; quin maiorem tribulationem in aduerſitatibus illi patiuntur, qui in voluptatibus vitam agunt.

Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquila.

1149. Per corpus, & cadauer, paſſionem Chriſti ſignificat, quam Sancti reſpiciunt, qui Aquilæ ſunt, & in veri Solis ſplendorem ſuos poſſunt figere obtutus. Aquilæ hùc volant; quia nempè, qui Chriſti paſſionem conſiderat, volare, tanquàm aquila, debet.

Non dixit, *Vbicunque fuerit corpus, illuc congrebuntur vulturos, corui*; ſed *aquila*: vt oſtenderet, eos, qui crucifixum conſiderant, regiam induere mentem debere, regium animum.

1150. Præterea, aquilæ proprium eſt, vt renouetur, ſenectamque quodammodo exuat: hinc ſcriptum

Pſal. 103. 5. eſt; *Renouabitur, vt Aquila iuuentus tua.* Quidni aquilæ comparentur, qui ad paſſionem Chriſti meditandam accedunt? vt ſtatim diſcant, omnem vitæ vetuſtatem exuere, & nouum hominem induere, ac prorſus renouari.

Vulturum non meminit, quia ſunt tardi volatus; aquila velociſſimi eſt. Nempè, qui ad Crucifixum it, tardus eſſe non debet, ſed citus, ac velox, tanquam aquila, quæ celeriter volat.

De iuſtis ſcriptum eſt Iſaiæ 40. *Qi autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem: aſſument*

Iſa. 40. 31. *pennas, ſicut aquilæ: current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.* Ergò fortitudinem acquirit, qui Chriſti ſui mortem conſiderat: fortis fit, qui ob oculos Chriſtum Crucifixum habet.

1151. *Vbicunque fuerit corpus*, Plerique habent, *cadauer*, vt mortui Chriſti memoria refricaretur; ſed cur circa illud Aquilæ eſſe dicuntur, non corui, aliæque volucres? *Vide*, inquit Origenes, *quia non dixit vbicunque fuerit cadauer illic congregabuntur volucres, aut corui; ſed volens oſtendere, magnificos eſſe omnes, qui in Domini Paſſione credunt, propriè dixit, vbicunque fuerit cadauer, illic congregabuntur, & aquila.* Regium induunt animum, qui Dominicæ Paſſionis meditatione mẽtem paſcunt.

Vbicunque fuerit corpus; Græci ferè, *vbicunque fuerit cadauer*; Sed cur de ſuo aduentu glorioſo loquens Chriſtus cadaueri ſe comparat? mortis mentionem refricat? An, vt vbique nos mortis memores eſſemus? An vt eius paſſionem ſæpè mente verſaremus? Denique inter reſurgentium glorias horror introducitur mortis; quia, qui reſurrectionem cogitant, nihil horroris in morte reperiunt, quæ veræ vitæ ianua eſt.

Tunc parebit ſignum Filij hominis.

Tunc parebit ſignum filij hominis; extremo illo 1152.
iudicij die ſol obſcurabitur, non & luna ſplendeſcet, iure igitur crux parebit, quippè quæ ſolis, & lunæ vices ſubitura ſit; *conſidera*, Beati Laurentij Iuſtiniani verba ſunt, *quanta ſit virtus crucis; in die namque iudicij ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, vt diſcas, quantum crux luna lucidior, & ſole ſplendidior ſit, apparebit tunc crux.*

Cælum, & terra tranſibunt verba autem mea non præteribunt.

Poterat nudè dicere, verba mea non præteribunt? cur addit *cælum, & terra tranſibunt?* Vt ita diuinorum verborum firmitatem diſceremus, vt etiam ſimul rerum temporalium mutabilitatem mente verſaremus, & negligeremus, quæ abitura.

SECTIO II.

Qui ſua ſalutis cura tenetur iudicium ſemper cogitet diuinum. 1153
Genio indulgere, & deliciis obrui quam noxium, quam indecens. 1153
Gula, & ebrietas ingentium malorum fons. 1154
Τρώγειν de quibus dicatur, brutis ſimiles guloſi. 1154
Ab omnibus deliciis abhorret, qui diuinæ iuſtitia timore corripitur. Laudatur Noe continentia. 1155
Nemo malus bonorum conſortio ſe ſecurum putet. 1156
Semper vigilandum eſt, vt parati iudici occurramus.
Imparatos iudicij dies inueniet, quem imparatos offendet dies mortis. 1157
Semper parati eſſe debemus, mortis diem exſpectantes. 1158
Vita hæc noſtra perpetua pœnitentia ſit. 1158
Extremus vitæ dies longius abeſſe non putetur. 1159
Vita iſta quam breuis. 1159

Sicut erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam.

Vniuerſalem cladem exemplo confirmat; vt, 1153.
quia apud multos futura non creduntur, præteritorum recenſione credantur, & altè animo inſideant. Nouiſſimus dies inexpectatus incredulis hominibus erit, & negligentibus ſuæ ſalutis, taleſque imparatos opprimet, ſicut in diluuio accidit. Qui ſuæ ſalutis curâ tenetur, iudicium ſemper cogitet, perpetuas excubias agat, & bonis operibus ſe paret.

Comedentes, & bibentes: Non ſimpliciter ediſſe, & bibiſſe intelligendum eſt; nam hoc vitio, criminique haud dandum, cùm neceſſè ſit, ad ſuſtentandam naturam, id præſtare; ſed genio induſiſſe, ac conuiuiis vacaſſe, ac demum carnis deliciis, ac voluptatibus obrutos fuiſſe. Ita edebant & bibebant, vt nihil aliud agere viderentur, nec alium finem ſpectare, quàm cuticulæ curam.

Comedentes, & bibentes: Cur alia illius æui non 1154.

tecenſuit vitia, quæ plura & grauiſſima fuere? omnium quippè libidinum generibus ſe fœdauerant, quæ elueret magnum illud diluuium. An libidinis fontem, malorumque cauſam denotauit, cùm dixit, *Comedentes, & bibentes?* Vbi enim quis gulæ, & ebrietati ſe mancipartit, in luxuriæ vitium miſer labitur, in libidinis cœno, non facilè euaſurus, volutatur.

Comedentes: Græcè, τρώγοντες. Apud Græcos, τρώγειν, propriè de brutis dicitur: ſicut, ἐσθίειν, de hominibus: cur igitur hîc, cùm de hominibus agitur, verbum, quod brutis conuenit, adhibetur? An, quia, ſe cibis ingurgitare, & genio nimis indulgere, ita à ratione alienum eſt, vt brutalis hæc vita ſit, & brutum referat, qui ita viuit Attigant hîc lurcones aures: arrigant, qui toti in patinis ſunt, cogitentque ſe in hoc brutis pariari.

1155. *Nubentes, & nuptui tradentes*: γαμοῦντες, καὶ ἐκγαμίζοντες, *vxores ducentes, & ad nuptias dantes.* Syrus, *Accipientes vxores, & dantes viris.* Voluptatibus vitæ huius rebuſque lætis vacabant, tanquam nullo malo venturo, laſciuientes, perindeque occupati in deliciis, ac ſi nihil timeodum eſſet. Aliter Noe, eiuſque filij, qui, ob oculos mundi excidium habentes, nec in conuiuiis verſati ſunt, nec nuptiis voluptuosè vſi. Quòd diluuium exſpectans, Noë cum ſuis à nuptiarum vſu abſtinuerit, colligitur ex Gen. 5. v. 31. & 7. v. 7. & 13. vbi, cùm dicatur Noë quingenteſimo vitæ ſuæ anno tres filios genuiſſe, eiſque vxores dediſſe, non legitur tamen, aut ipſe alios, aut filij ipſius vllos liberos generaſſe ante diluuium, quod accidit ſexcenteſimo anno vitæ ipſius; vnde centum annorum ſpatio, quo diluuio occurrerent, ſe etiam à licito nuptiarum vſu abſtinuerunt: vt nos exemplo ſuo docerent, ab omnibus deliciis abhorrendum eſſe, quare à Diuinæ iuſtitiæ impetu nos eximere poſſimus.

Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur.

1156. NVlla conſortij habebitur ratio, nulla ſocietatis: nihil malo proderit inter bonos fuiſſe, nihil iuſto officiet vixiſſe cum malis: ille perdetur, ſaluabitur iſte, Nemo igitur ſocium expectet, vt Deo ſeruiat, ad Deum currat, ſed quiſque ſui ſolicitus, liber, & expeditus ad Deum euolet, nec, quid alij agant intueatur; Dei quippe iudicium omnes diſcriminabit, ac mutuò, etiam coniunctiſſimi, ſeparabuntur, modò diſcrepent meritis.

Vigilate ergò, quia neſcitis quâ horâ Dominus veſter venturus ſit.

QVia nouiſſimus dies, ac hora, ignota omnibus, conſultum erit, omni die, & horâ vigilare, ne nos ex improuiſo, nihil mali cogitantes, opprimat. Non loquitur Chriſtus de corporis, ſed de animi, mentiſque vigiliâ. Vigilat, qui vitiorum fugâ, virtutum exercitio ſe aſſiduè præparat. *Vigilate*: γρηγορεῖτε, *vigilantes eſtote, expergiſcimini*; torpori, atque deſidiæ nullus indormiat. Non vno, aut altero duntaxat die vigilare iubemur, ſed indefinitè, dicens, *vigilate*, nullâ determinati temporis factâ mentione, indicat, aſſiduè vigilandum eſſe, & ſemper bonis operibus vacandum, vt parati ſimus, cùm Domini dies aduenerit.

1157. Sed quæri hîc poteſt: cur tantam vigilantiam in omnibus Chriſtus requirat, cur paratos omnes eſſe velit? cùm nouiſſimum illum diem pauci homines, ſi eos, qui præceſſerint, reſpiciamus, viſuri ſint, & nullus ex iis, quos Chriſtus alloquebatur, cum iam obierint. An, quod de extremo iudicij die dicitur, ad omnes quocunque ſeculo viuentes pertinet; quia ſub nouiſſimo mundi die & ille intelligitur, qui vitæ vniuſcuiuſque nouiſſimus futurus eſt? Dies mortis, & dies illi Iudicij pro vno eodemque habentur: mutuo quodam nexu neceſſariò ſe conſequuntur, & omnino ſibi inuicem reſpondent; nam (vt ait Sanctus Auguſtinus epiſt. 80.) *In quo quemque ſtatu inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc comprehendet mundi nouiſſimus dies; quoniam, qualis in die iſto quiſque moritur, talis in die illo iudicabitur.* Igitur vigilare debet omnis Chriſtianus, ne Domini aduentus imparatum eum inueniat: imparatum autem extremi iudicij dies inueniet, quem imparatum vltimus huius vitæ dies inuenerit.

Ideo & vos eſtote parati, quia, qua horâ non putatis, filius hominis venturus eſt.

1158. E*Stote parati*: Græcè, γίνεσθε ἕτοιμοι, *eſtote prompti, alacres, paratique.* Non dixit, *Vigilate*, vt verborum contextus exigere videbatur, ſed, *parati eſtote*; ſic interpretans, quod ſub quadam metaphorâ ſuperiùs dixerat, *vigilate*: nam hîc, *vigilare*, nihil aliud eſt, quàm, *paratum eſſe.* Dixit autem, *parati eſtote*, ne, ſi dixiſſet, *vigilate*, tempus præparationis intermitti poſſe quis putaret: ſemper quippè vigilare nemo poteſt; ſemper verò eſſe paratum minimè impoſſibile eſt: & idcirco dixit, *parati eſtote*, ne vllam temporis partem ſocordiæ, atque ſegnitiæ tribueremus.

Quia qua horâ non putatis filius hominis veniet. Si ſcirent homines, qua horâ ſunt morituri, eâ pœnitere ſtuderent, & diligentiam omnem in tempus illud reiicerent: ne igitur illo duntaxat tempore, ſed per totam vitam pœnitentiæ vacemus operibus, & magno ſtudio nos paremus, & communem totius mundi finem, & eum, qui cuique proprius eſt; fecit Deus, vt illum ignoraremus, furiſque inſtar ſe venturum dixit, quo vita hæc noſtra perpetua eſſet pœnitentia.

1159. *Venturus ſit*: Græcè, ἔρχεται, *venit*, ſic etiam vertit Pagninus. Cur in præſenti tempore venire dicitur qui in futuro venturus eſt? An, vt extremus vitæ dies, quo Chriſtus ad nos venit, longiùs abeſſe non putetur? Ita venturus dies mortis cogitetur, vt iam aduenire credamus.

Interpres Latinus dixit, *venturus eſt*, quod in Græco eſt, *venit*, quia tàm breuis hæc vita eſt, quam degimus, tamque mors vicina, vt, quod futurum eſt, iam adeſſe videatur.

SECTIO III.

Rari ſunt qui benè Eccleſiæ Dei præſint. 1160
Seruum ſe non Dominum eſſe cogitet Præſul. 1160.
Nec decipi nec decipere Præſul debet. 1160
Præſulis eſt, ſeruire potiùs, quàm imperare. 1161
Beatus, & felix Præſul, quem paratum Dominus inuenerit: 1162
Perſeuerantia in bono. 1162
Non ſatis eſt bona cogitare niſi faciamus. 1162
Et præmiis Chriſtus allicit, & pœnis terret. 1163

Multos

Multos ſibi huius vitæ dies promittere quàm noxium, præſertim iis qui præſunt. 1163
Miſericordiæ viſcera non exuat Præſul. 1164
Præſul ſuorum conſeruum ſe eſſe ſciat. 1164
Superior qui ſubditos ob iuſtam cauſam percutit, percutere non videtur. 1164
In ſubditos plerunque ſæuit qui non ſæuit. 1164
Iudicij dies omnibus occultus, vt ad illum omnes ſe preparent. 1165
Iudicij diem, & horam cur Angelos quoque latere Chriſtus dixerit. 1165

Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam vt det illis cibum in tempore?

1160. NOn ignorans dicit, *quis putas*: ſed, vt, quod rarum eſt, ac multo honore dignum, demonſtraret. Rari quippè ſunt, qui bene Eccleſiæ præſint, qui populum Chriſtianum fideliter, prudenterque tegant: ſed illi beati, qui tales ſunt futuri.

Fidelis ſeruus & prudens: Seruus, Præſul eſt, non dominus: ſe igitur ſeruum agnoſcat, & pro domini voluntate, non pro ſuo libito populos ſuæ curæ commiſſos tegat.

Fidelis, & prudens: Vtrumque neceſſarium: *Fidelis* ſit, vt neminem decipiat, *prudens*, vt à nullo decipiatur.

1161. Rarus fidelium Dei ſeruorum numerus eſt; difficile reperire eſt, qui tale munus iure ſuſtineant & nomen. *Quærens*, inquit Sanctus Bernardus, *cui ſe credere debeat, cui tutò ſua committat diſpenſanda myſteria, & quaſi difficile inueniens ſub admiratione interrogat; Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?* Quærit fideles ſeruos Dominus, ſed paucos inuenit.

Vt det illis cibum in tempore; Hoc Præſulis munus eſt, vt paſcat potius, quàm paſcatur, vt ſeruiat, non vt imperet; *Præſis, vt proſis*, inquit Sanctus Bernardus; *præſis, vt fidelis ſeruus*, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam; ad quid? vt des illis eſcam in tempore, hoc eſt, vt diſpenſes, *non imperes*; Præſulis eſt miniſtrate, & obſequi, non imperare.

Beatus ille ſeruus, quem, cùm venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem.

1162. VEtè ille felix, ac beatus, quem ipſe Dominus paratum inueniet. Non eſt ille beatus, qui, quòd in culmine ſuper alios ſit, talis iudicatur ab hominibus; ſed, qui talis pronontiatur à Domino, qui falli non poteſt.

Beatus ille ſeruus; ſuper omnia bona ſua conſtituet eum; quid in hoc ſeruo tam eximium exſtitit vt tot laudibus cumularetur, tot bonis? quia ſua ſuis non inuidebat, neque nimio rerum temporalium amore flagrabat diuitias non in ſua commoda conſeruabat, ſed vt alienis indigentiis ſubueniret diſpenſabat; audis: *vt det illis cibum in tempore*; ſingulare in principibus, in præſulibus iſtuc eſt, & ſingulari laude dignum.

Sic facientem: Non ſufficit, aliquando benè feciſſe, niſi vſque ad finem in bono quis perſeueret, vt, cùm in vitæ fine Dominus aduenerit, bonis operibus vacantes inueniat. *Sic facientem:* Non, *ſic cogitantem*. Non ſatis eſt, bona cogitare, ſed cogitata in opus exire debent.

Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: moram facit Dominus venire.

VIde Domini prudentiam, ſedulamque in ſuos curam. Non præmiis tantum allicit, ſed pœnis etiam terret, & audientes corrigit. Mercedem iis, qui fideliter præſunt promiſerat: nunc è contra, exitium præfectis malis minatur. 1163.

Moram facit: Græcè, χρονίζει, *tardat, cunctatur.* Ingentium hoc malorum fons, & origo; quùm multos ſibi quis vitæ annos pollicetur, diemque illum, quo omnium reddenda ratio Deo eſt, longè abeſſe putat. Præſules vix ſuo funguntur munere, quum diuturnam ſibi vitam promittunt. Longè alia illorum præſulum mens, qui aſſiduè mortem, ac ſepulchrum cogitabant: quod inter alios ſingulariter faciebat Sanctus Ioannes Eleemoſynarius, vt in eius vitâ apud Surium videre eſt.

Moram facit; non omnem hîc Domini venturi memoriam aboleuerat, non iudicij excuſſerat metum, aduentum tantùm putabat diſtuliſſe moraſque longiores tradere; & tamen in tot crimina cecidit, tot ſupplicia ſubiuit; qui omnino Dominum non exſpectant, qui iudicium non cogitant in quot ſcelera labentur, quàm grauia patientur ſupplicia? explicet, qui poteſt.

Et cœperit percutere conſeruos ſuos: manducet autem, & bibat cum ebrioſis.

QVùm cibare debeat, ac paſcere conſeruos, percutit, & iniuriâ afficit. Vbi miſericordiæ viſcera Præſul exuerit; non paſtoris, ſed lupi naturâ induit, ſæuit in ſubditos, eos opprimit, eos vexat. 1164.

Et cœperit percutere conſeruos: Rectè conſeruos, vt ſe quoque ſeruum cogitet, & eâdem, qua ſubditi, conditione; præter hoc ſolum, quòd ſuperiorem obtineat locum.

Cœperit percutere: verberibus afficere, pulſare. Sed cur iſtuc vniuersè damnatur; cùm ſuperior iuſtè ſuos poſſit percutere, ac cum merito verberare? Damnat Chriſtus eum, qui iniuſte percutit, qui autem propter iuſtam cauſam percutit, percutere non videtur. Iuſta percuſſio non eſt percuſſio, ſed correctio. Non ſemel in ſubditos ſæuit, qui non ſæuit, ſed illorum conniuet peccatis.

De die autem illâ, & horâ nemo ſcit, neque Angeli Cælorum, niſi ſolus Pater.

IVdicij diem occultum omnibus eſſe voluit, vt, cùm neſciamus, quando ſit futurus, ſemper nos ad eum paremus. *De die autem illâ & horâ*: Diem, & horam dicere maluit, quàm menſem, annum, aut luſtrum; ne ſcilicet procul abeſſe crederetur. Deinde, quia annum, ac menſem poterunt fortaſſe aliqui ſcire; ij nimirum, qui ſigna iudicio præitura videbunt; non tamen diem, & horam iudicij extremi. 1165.

Neque Angeli Cælorum: Etiam Angelis occultus dies iudicij eſt. Sed cur iſtuc addidit Chriſtus? An, ne diſcere homines vellent, quod Angeli neſcirent, ſicque ab inquiſitione abſtinerent? An, ne illis eſſet moleſtum iudicij diem neſcire? Conqueri nullus poteſt, cùm Angelis ſe videt in hac re pariari: nimiæ temeritatis ſignum eſſet, homunculos moleſtè ferre, ea non intelligere, quæ nec cæleſtes ſpiritus intelligunt.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXV. MATTHÆI.

Verſ. 1.

TVNC ſimile erit regnnm cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

Tunc ſimile erit. *S. Hil. Tunc ſimilabitur. Fr. Luc. Tunc aſſimilabitur.*
Quæ accipientes. *Fr. Luc. Quæ quùm accepiſſent. Int. Theoph. Quæ ſumptis.*
Exierunt. *Auct. op. Imp. Venerunt.*
Obuiam. *Int. Theoph. In occurſum.*
Sponſo & ſponſæ. *Goth. Sponſo.*

Verſ. 2.

Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

Prudentes. *Syr. Sapientes.*
Sed quinque fatuæ. *Fr. Luc. Quæ fatuæ. Arab. Quinque inſipientes. S. Amb. & S. Aug. Stultæ. Auct. Stolidæ. S. Epiph. Quarum quinque fatuæ.*

Verſ. 3.

Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum.

Non ſumpſerunt. *Int. Theoph. Non acceperant. Syr. Non aſſumpſerant.*

Verſ. 4.

Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

Acceperunt. *Int. Theoph. Sumpſerant.*
Cum lampadibus. *Fr. Luc. Cum lampadibus ſuis.*

Verſ. 5.

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

Moram a. f. *Pagn. Tardante. Vat. Cunctante.*
Dormierunt. *Int. Orig. Dormiebant. Int. S. Chryſ. Conniuerunt. Auct. Obdormierunt. Fr. Luc. Nictarunt. Syr. Somno ſe dedere.*

Verſ. 6.

Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit exite obuiam ei.

Obuiam ei. *Ar. M. In occurſum eius.*

Verſ. 7.

Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.

Ornauerunt. *Int. Orig. Compoſuerunt. Int. Theoph. Apparauerunt. Auct. Ordinarunt. Syr. Præparauerunt.*

Verſ. 8.

Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extingnnntur.

Fatuæ. *Syr. Illæ fatuæ.*
Quia. *Syr. Ecce.*
Extinguuntur. *Syr. Extinctæ ſunt.*

Verſ. 9.

Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.

Prudentes. *Syr. Sapientes.*
Ne fortè. *Caiet. Ne quando.*
Ite potius. *Vat. Quin ite potius. Fr. Luc. Ite autem potius.*
Emite vobis. *Fr. Luc. Emite vobis ipſis.*

Verſ. 10.

Dnm autem irent emere, venit ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.

Dum autem irent. *Auct. op. Imp. Abeuntibus autem eis.*
Ad nuptias. *Syr. In domum chori.*

Verſ. 11.

Nouiſſimè vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis.

Nouiſſimè. *Pagn. Poſtea. Caiet. Deinde. Ar. M. Poſterius.*
Domine Domine. *Syr. Domine noſter, Domine noſter.*

Verſ. 12.

At ille reſpondens, ait: Amen dico vobis neſcio vos.

Amen. *S. Chryſ. Amen amen.*
Neſcio vos. *Vat. Non noui vos. Auct. op. Imp. Neſcio vos qui eſtis.*

Verſ. 13.

Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam.

Diem. *Syr. Diem illum.*
Neque horam. *Græcè* additur, *quâ filius hominis veniet.*

Verſ. 14.

Sicut enim homo peregrè proficiſcens,

Homo. *Orig. Homo quidam.*

vocauit

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

Proficiſcens. *Orig. Profectus.*
Seruos ſuos. *Ar. M. Proprios ſeruos.*
Bona ſua. *S. Ambr. & S. Hil. Subſtantiam ſuam. Fr. Luc. Facultates ſuas. Syr. Poſſeſſionem ſuam.*

Verſ. 15.

Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique ſecundum propriam virtutem & profectus eſt ſtatim.

Secundum p. virt. *Arab. Iuxta poſſe virtutis ſuæ: Vat. Secundum ſuam facultatem. Adam C. Secundum propriam facultatem, ſeu dexteritatem. Fr. Luc. Secundum ipſius poteſtatem.*
Et profectus eſt. *Vat. Et peregrè profectus eſt.*

Verſ. 16.

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque.

Et operatus e. in e. *Pagn. Et negotiatus eſt eis. Vat. Negotiatus eſt per ea. Int. Theoph. Confecit altera quinque.*
Lucratus eſt. *Vat. Confecit. Ar. M. Fecit.*

Verſ. 17.

Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

Qui duo acceperat lucratus eſt. *Syr. Qui negotiando lucratus eſt.*

Verſ. 18.

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam Domini ſui.

Abſcondit. *Arab. Sepeliuit.*
Pecuniam. *Arab. Argentum.*

Verſ. 19.

Poſt multum verò temporis venit Dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

Poſt m. v. t. *Orig. Et poſt multum tempus.*
Venit. *Orig. Reuerſus eſt.*
Et poſuit. *Pagn. Et ponit. Vat. Subducit. Ar. Confert.*

Verſ. 20.

Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

Acceperat. *Ar. M. Accipiens.*
Obtulit. *Pagn. Attulit.*
Tradidiſti. *S. Amb. Dediſti.*
Superlucratus ſum. *Int. Theoph. Lucratus ſum per ea. Ar. M. Lucratus ſum ſuper illis.*

Verſ. 21.

Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Euge. *Syr. Benè eſt.*
Super pauca. *S. Aug. In paucis. S. Proſp. In modico.*
Intra. *Ar. M. Ingredere.*
In gaudium. *S. Hier. In requiem.*

Verſ. 22.

Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum.

Acceſſit. *Ar. M. Accedens.*
Lucratus ſum. *Syr. Lucratus ſum ſupra ea?*

Verſ. 23.

Ait illi Dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Euge. *Ar. M. Bene.*
Intra. *Ar. M. Ingredere.*

Verſ. 24.

Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine ſcio quia homo durus es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti.

Et accedens. *Arab. Venit autem ſeruus inutilis:*
Scio. *S. Aug. Sciebam.*
Quia homo durus es. *S. Aug. Te hominem moleſtum. Auct. Quia homo rigidus, & auſterus es.*
Seminaſti. *Arab. Seminas.*
Congregas. *S. Hil. Colligis.*

Verſ. 25.

Et timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum eſt.

Timens. *Pagn. Territus.*
Talentum tuum. *Arab. Bona tua.*
Ecce habes q. t. e. *S. Aug. Tolle quod tuum eſt. Fr. Luc. Habes tuum.*

Verſ. 26.

Reſpondens autem Dominus eius, dixit ei: ſerue male, & piger, ſciebas quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi.

Serue male. *S. Aug. Serue nequam.*
Meto vbi non ſeminaui. *Pagn. Metam vbi non ſeminaui.*
Vbi. *Ar. M. Vnde.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 27.

Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura.

Oportuit ergo. *Orig. Oportebat.*
Te committere. *Ar. M. Te iacere. Orig. Dare.*
Pecuniam meam. *Auct. Argentum meum.*
Numulariis. *Syr. Menſa. S. Hieronym. Ad menſam. Pagn. Menſariis. Fr. Luc. Trapezitis.*
Recepiſſem. *S. Aug. Exigerem. Fr. Luc. Recuperaſſem. Orig. Exegiſſem.*
Quod meum e. c. v. *Orig. Clam cum vſuris.*

Verſ. 28.

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

Ab eo. *Arab. Ab hoc.*
Date. *Arab. Date illud.*

Verſ. 29.

Omni enim habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

Abundabit. *Int. S. Chryſ. Superabundauit. Syr. Adiicietur ei. Ar. M. Augebitur.*
Et quod videtur habere. *Syr. Id etiam quod habet.*

Verſ. 30.

Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & ſtridor dentium.

Inutilem ſeruum. *Syr. Seruum otioſum.*
Erit. *S. Aug. Eſt.*

Verſ. 31.

Cum autem venerit Filius hominis in maieſtate ſua & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.

In maieſtate. *S. Cyp. In claritate. Vat. In gloria.*
Angeli. *Orig. Angeli eius. Caiet. Sancti Angeli.*
Super ſed. maieſtatis ſuæ. *S. Cyp. In throno claritatis ſuæ. Pagn. & Mald. Super ſedem gloriæ.*

Verſ. 32.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.

Congregabuntur. *S. Cyp. Colligentur. Ar. M. Cogentur.*
Separabit eos. *S. Cyp. Segregabit illos.*
Segregat. *Fr. Luc. Separat.*

Verſ. 33.

Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris.

Et ſtatuet o. q. *Clem. Alex. Agnelli ſtent.*
A dextris ſuis. *S. Cyp. Ad dexteram ſuam. Clem. Alex. A dextris.*

Verſ. 34.

Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite, benedicti Patris mei; poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione Mundi.

A dextris eius. *Vat. A dextera ſibi.*
Venite benedicti. *S. Val. Venite filij. S. Epiph. Venite ad dexteram meam, benedicti. Clem. Alex. Venite, omnes benedicti.*
Patris mei. *S. Epiph. Quibus Pater meus Caleſtis. Clem. Alex. Ad me.*
Poſſidete. *S. Cyp. Percipite. S. Aug. Accipite. Pagn. Hereditate accipite. S. Val. Poſſidete mecum. Mald. Hereditatem capite. Int. S. Chryſ. Hereditate. S. Epiph.* omittit. *Clem. Alex. Eſſe heredes.*
Paratum. *S. Val. Promiſſum. S. Epiph. Parauit. Clem. Alex. Parati.*
Regnum. *Clem. Alex. Regni.*
A conſtitutione. *S. Cyp. Ab origine. Vat. A primordio. Int. Euth. Ab exordio. Ar. M. A fundamento.*

Verſ. 35.

Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me.

Manducare. *Vat. Cibum. Clem. Alex. Manducandum.*
Dediſtis mihi. b. *S. Cyp. Potaſtis me. S. Pet. Chryſ. Dediſtis mihi potum.*
Hoſpes eram. *S. Gaud. Peregrinus eram. S. Aug. Hoſpes fui.*
Eram. *S. Cyp. Fui.*
Collegiſtis. *S. Cyp. Adduxiſtis. S. Aug. Suſcepiſtis. Syr. Excepiſtis.*

Verſ. 36.

Nudus & cooperuiſtis me: infirmus, &

Coopetuiſtis. *S. Cyp. Texiſtis. Ar. M. Amiciſtis.*
Infirmus. *Ar. M. Ægrotaui.*
In carcere. *Syr. In domo vinctorum,*

viſitaſtis

Vulgata Editio.

viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

Verſ. 37.

Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum?

Verſ. 38.

Quando autem te vidimus hoſpitem & collegimus te: aut nudum & cooperuimus te?

Verſ. 39.

Aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere, & venimus ad te?

Verſ. 40.

Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Verſ. 41.

Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.

Verſ. 42.

Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum.

Verſ. 43.

Hoſpes eram & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.

Verſ. 44.

Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?

Verſ. 45.

Tunc reſpondebit illis dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

Verſ. 46.

Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.

Lectionum Varietas.

Eram. *S. Hilar. Fui.*
Veniſtis ad me. *S. Hilar. Liberaſtis me.*

Tunc reſpondebunt. *Syr. Tunc dicent.*
Iuſti. *Syr. Iuſti illi.*
Pauimus. *Fr. Luc. Aluimus. Auct. Nutriuimus.*
Sitientem. *Fr. Luc. Aut ſitientem.*

Collegimus. *S. Cyp. Adduximus.*
Cooperuimus. *S. Cyp. Veſtiuimus. Ar. M. Amiciuimus.*

Aut quando. *S. Cyp. Quando autem.*
Aut. *S. Cyp. Et.*

Amen. *S. Leo. Amen. Amen.*
Quamdiù. *S. Aug. Cùm &, Quando. S. Greg. Nyſſ. Quatenus. S. Val. Quacunque. Int. Orig. Ex eo. Fr. Luc. In quantum. S. Hilar. Quia qua. Clem. Alex. Quodcunque.*
Feciſtis. *S. Aug. Dediſtis.*
Ex his f. m. m. *S. Hilar. Ex minimis iſtis. S. Greg. Nyſſ. De his minimis. Clem. Alex. His paruis,* vel: *Horum minimorum. Orig. Ex meis minimis.*

Diſcedite. *S. Hilar. Abite.*
Qui par. eſt. *S. Cyp. Quem parauit. Pater meus. S. Hier. Quem præparauit Deus. S. Aug. Præparatus. Fr. Luc. Qui paratus fuerat. S. Hilar. Quem præparauit Pater meus.*
Diabolo. *Syr. Criminatori.*
Angelis eius. *Arab. Exercitibus eius.*

Manducare. *Syr. Quod manducarem.*
Non dediſtis mihi potum. *Ar. M. Et non potaſtis me. Syr. Non propinaſtis mihi.*

Non collegiſtis. *Syr. Nec excepiſtis.*
Non cooperuiſtis. *Pagn. Operuiſtis. Ar. M. Non amiciuiſtis.*

Domine. *Syr. Domine noſter.*
In carcere. *Syr. In domo cunctorum.*

Tunc. *S. Cyp. Et.*
Vni de minoribus. *S. Cyp. Vni ex minimis. Auct. op. Imp. Vni horum fratrum meorum minimorum.*

Ibunt hi. *S. Cyp. Abibunt iſti. S. Epiph. Reſurgent iſti.*
Supplicium æter. *S. Cyp. & S. Aug. In ambuſtionem æternam. Syr. In cruciatum æternum.*

CAPVT

CAPVT XXV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Virginitatis, & lampadis uexus 1166.
Coniuges caſtitatis non obliuiſcantur. 1166
Ju bonis operibus humana laudis ventus cauendus. 1167
Mulieres, & maximè ſponſæ cunctationis, & mora amica, 1168
Prudentum eſt imprudentes inſtruere, & ad bonum excitare. 1168
Jnuidia ſummæ imprudentia nota eſt. 1169
Dormire profundè neſcit, quæ ſponſum amat. 1169
Laboris noſtri mercedem augeri Chriſtus ſtudet. 1171
Cum vocamur ſtatim Deo reſpondere debemus, nec cunctari. 1171
Perſtricti, qui torpent dum à Deo vocamur. 1172
Sera pœnitentia, ſera boni inquiſitio, fatuitatis notam vix eluere poteſt. 1173
Mortis tempore peccata, quæ vix nunc apparent, prodibunt in lucem. 1173.
Humanæ laudis aura nihil faciendum. 1174
Solicitudo & vigilantia in rerum ſpiritualium acquiſitione. 1174

Tunc ſimile erit regnum Cælorum decem virginibus, quæ, accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.

1166. SPONSO, & ſponſæ virgines eum lampadibus occurrunt: prælucet ſuis facibus virginitas, & lampades non tantùm defert, ſed lampas eſt, vt optimè virgines cum lampadibus cohæreant.

Probè ſponſis occurrunt virgines; ne coniuges puritatis obliuiſcantur; quin eam præ oculis habere debent, eam, quantum ius maritale permittit, obſeruare.

Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis.

1167. A*Cceperunt oleum in vaſis ſuis*; non ſatis eſt in lampadibus oleum deſſerre, deſſerendum & in vaſis: in hoc prudentiam ſuam hæ virgines produnt, quod & in *vaſis oleum reponunt*; *quia nimirum*, ait Sanctus Bernardus, *ſanctæ animæ, dum ſponſi ſui præſtolantur aduentum, præter illa opera, quæ proximis lucent ad Dei gloriam, & videntur, aliqua in occulto, vbi ſolus Pater videt, opera faciunt; vt ſi fortè illa, quæ conſpicua; & clara ſunt, flatus laudis humanæ extinxerit, oleum occultæ conſcientiæ ſuffragetur*; & diſcrimini ſuccurratur, quod ab humanæ laudis vento timeri poteſt; fatuus, & imprudens, qui lampadis oleo contentus eſt.

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

1168. ETiam ſponſa aberat, & expectabatur; nec tamen de illâ dicitur, *moram faciente ſponſâ*. At hoc ſatis intelligebatur; ſcimus quippè mulierum, maximè ſponſarum, proprium eſſe moras nectere vnde cùm hoc de ſponſo dixerit, de ſponſâ non explicat.

Omnes aut dormiunt, aut dormitant, etiam prudentes; nec enim contra prudentiam, ſomnum, vbi neceſſitas vrget, & tempus permittit, capere. Porrò rectè prudentes dormire perhibentur; alioquin fatuas excitaſſent, vt ad parandum oleum ſurgerent, ne imparatæ eſſent, cùm ſponſus veniret: vt diſcas, prudentium eſſe, imprudentes, fatuoſque inſtruere, & verbis, & exemplis ad bonum vocare.

Dormitare etiam prudentes referuntur, ne in- 1169.
uidiâ laborare viderentur: quod factum, ſi vigilantes virgines, fatuas non excitaſſent vt ſolæ ſponſo occurrerent, ſolæ ſponſum exciperent cum lampadibus ſuis. A prudentibus inuidia exulat, quæ ſummæ imprudentiæ nota eſt.

Dormiunt fatuæ, dormitant prudentes: nec hæ graui torpore corripiuntur ſponſum expectantes: dormire profundè neſcit, quæ ſponſum amat. Sponſi cura prudentes excitabat: leuiter ſopore corripiebantur, ſtatim euigilabant. Fatuarum eſt dormire, & in ſponſi expectatione profundo ſomno opprimi.

Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt 1170
omnes: fatuæ ſcilicet; *nam prudentes, niſi perſeueraſſent in vigiliis vſque in finem, non introiſſent Regiam ſponſi*, ait Sanctus Theophilus Patriarcha Antiochenus, qui pergit parabolam explicare; *Ecce mediâ nocte clamor factus eſt: noctem pro ignorantiâ poſuit, ac ſi diceret, cum neſcirent. Dum eunt emere: id eſt, dum quærunt aliorum fauorem, & adulationum ſuffragia, & non operari optant: cœperunt aptare lampades ſuas; id eſt in Reſurrectione à mortuis cœperunt operum ſuorum Deo reddere rationem, quia tunc nemo venalis eſt, nec quiſquam alteri pluſquam ſibi conſulit. Ite ad vendentes, & emite vobis: hoc reſponſum dedere, irridentes, non conſulentes, vt irent ad adulatores, & emerent ſibi oleum, id eſt, laudem, famamque probitatis.*

Mediâ nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.

CVr adeo intempeſtiuè ſponſus aduenit? Ve- 1171.
niſſet primâ nocte, aut in Solis ortum aduentum diſtuliſſet. Mediâ nocte venit, quando grauiſſimus ſopor homines opprimit. Non caſu id factum, nec ſinè myſterio. Mediâ nocte venit, vt ſurgentes, magis mererentur, & maior eſſet maioris laboris merces, præmiumque: quod non fuiſſet, ſi primâ nocte aduenisſet, aut ſub ſolis ortum.

Non dixit, *praparate vos, vt exeatis, & ſponſo occurratis*; ſed ait, *exite obuiam ei*: quia nempe paratæ eſſe virgines exituræ, nec longas trahere moras debebant; quod à prudentibus factum. Diſce, cùm vocatis, ſtatim Deo reſpondere, nec cunctari.

Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.

ETiam fatuæ ſurgunt, vt ſponſo occurrerent, 1172.
torporem omnem ſtatim excutiunt, Fatuæ tamen audiunt, quia oleo carebant. Quàm iuſtiùs fatuus audiet, ac demens, qui, à Deo vocatus,
nec

nec ſurgit quidem, ſed torpet, ac dormit, atque ſegnitiei ſomno ſopitur?

Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ; etiam fatuæ; ſed vnde illis tanta celeritas? Moras omnes amoliuntur, vt ſponſo venienti occurrerent, quia virgines; nam, ſi vxores, non ita expeditè accurriſſent Hoc virginis priuilegium eſt, vt omnibus vinculis ſoluta ſtatim obuiam ire ſponſo cæleſti poſſit, nuptæ multis impedimentis detinentur; nec, niſi poſt longas moras, ſe in Domini conſpectum dare, poſſunt.

Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.

1173. NEfas erat, inanibus, extinctiſque lampadibus, ſponſo occurrere: & ideo oleum virgines fatuæ quærunt à prudentibus; vt & ipſæ fatuæ prudentes videantur, quòd oleum quærunt: ſed, cùm nimis ſerò iſtuc factum ab ipſis ſit, eluere in eis fatuitatis, ac ſtultitiæ notam minimè inquiſitio iſta potuit.

Hinc docemur, extremo vitæ noſtræ tempore, cùm ad Dei iudicium, tribunalque vocabimur, vitæ anteactæ rationem perſpicuè nos cognituros;
1 Cor.4.5. illa quippè dies *illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Tunc peccata, quæ vix nunc apparent, prodibunt in lucem, & manifeſta fient.

1174. *Quia lampades noſtræ extinguuntur.* Quum ſponſus abeſſet, fatuarum lucebant lampades; cùm aduenit extinguuntur. Ante ardebant, quum laudes hominum non deerant: præſente ſponſo extinguuntur, quia tunc non ab hominibus, ſed *laus*
1.Cor.4.5. *erit vnicuique à Deo.* Plerumque homines aliqua digna laude faciunt, quia humanæ laudis aura eis afflat; quæ ſi deficit, à bonis operibus deſiſtunt, otio, & deſidiâ torpent.

Fatuas virgines fiducia fatua decepit; putabant, ſe habere oleum, alioquin quæſituræ illud prius, ſi eo ſe deſtitui cognouiſſent; ſed hoc illarum fatuitatem non abſtulit; cum ſolicitudo, ac vigilantia in rerum ſpiritalium acquiſitione ſit neceſſaria, non ſopori ſuo indormiens damnandaque fiducia; Audiendus hîc Saluianus; *Tu, quæcumque es, habere te oleum abundè putas; & illæ profectò, de quibus dixi, ſtultæ virgines ſic putabant: niſi enim habere ſe crediidiſſent, prouidiſſent, vt haberent: nam, cùm poſtea, vt ait Dominus, mutuari vellent, & omni ſtudio, atque ambitione perquirerent, abſque dubio etiam ante quæſiſſent, niſi eas habendi fiducia decepiſſet.*

SECTIO II.

Vbi auaritia prudentia exulat. 1175
Alienis peccatis prudens ignoſcit. 1175
In extremo iudicio ab electis nullum reprobis auxilium feretur. 1175
In Iudicis aduentu quæuis abundantia, inopia videbitur. 1176
Iudicij tremor & timor quantus futurus. 1176
Quàm graue Chriſti vocem audire, & à Chriſto eiici. 1177
Chriſti in ſuos amor. 1180
Superiores tempus inutiliter ne inſumant, ſi tempus conterere ſubditos nolunt. 1180
Statim ac Dei dona accepimus operi manum admouere debemus. 1180
Perſtricti qui terrenis negotiis addicti ſpiritualia lucra non quærunt. 1181
Patiens, & longanimis Deus eſt. 1181
Mercedem noſtri laboris augeri ſtudet Chriſtus. 1181
Superior quandoque ſubditos laborantes laudet, vt alacriores laudibus reddat. 1183
De ſuorum profectu ſuperior gaudeat. 1183
Dei liberalitas, & beneficentia. 1184
Ingens æternæ gloriæ magnitudo. 1184
Magna laboris merces nouus labor. 1184
Superæ gloriæ reſpectu magna quælibet minima ſunt. 1185
Cæleſtis gloriæ magnitudo inexplicabilis. 1187
Dura & aſpera peccatorum via. 1188

Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis: ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.

HOc non ex auaritiâ prudentes, ſed ex timore 1175.
reſpondent, non apertè negantes, ſed prudenter declinantes petitionem fatuarum. Non dicunt apertè, *nolumus*; nec illarum ſocordiam, ac negligentiam ſeuerè arguunt: alioquin nec prudentes dicerentur, nec eſſent. Vbi auaritia, ibi nulla prudentia eſt; vbi alienis peccatis non ignoſcitur, prudentiæ veſtigium eſſe non poteſt.

Significatur hîc, nullam in extremo iudicij die opem ab electis ferendam reprobis: tunc quippè ſeriùs erit, quàm vt electi auxilium dare poſſint, & reprobi poſtulate.

Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis; cur tam 1176.
duræ in fatuas virgines ſunt prudentes? Tantillum eſt ab ipſis oleum procuratum, vt nec paruum imprudentibus valeant porrigere? Et non plenam, ac ſupereffluentem olei menſuram ſibi prudentes prouiderunt? At in ſtricti iudicis aduentu quæuis abundantia videtur inopia, & pleniſſima vaſa ſibi à vacuitate timent? nemo tot meritorum cumulos repoſitos habebit, quin dum ad tribunal Chriſti accedet, non dubitet an ſatis ſibi prouiderit?

Præterea oleum miſericordiæ opera ſignificat; iuſti autem licèt miſericordiæ operibus abundè vacauerint, ſub ſupremi tamen iudicis examine parum feciſſe ſibi videbuntur; tantus erit iudicij tremor, tantus à iudice timor. Audio Sanctum Cæſarium. *Tantus terror, & tanta exinanitio erit in die iudicij, vt etiam illi, qui, oleum miſericordiæ ſe, intelligunt, abundantiùs præparaſſe, metuant ne eis poſſit ad omnia redimenda peccata ſufficere.* Quid tuoc illi, qui parci, qui auari?

Amen dico vobis: neſcio vos.

NOn per Angelum, non per miniſtrum re- 1177.
ſponſum dat; ſed per ſe ipſum luctuoſum illud, *neſcio vos*, inclamauit: vt nempè, cùm ſuauem eius vocem virgines fatuæ audirent, nec ingredi ad Chriſtum poſſent, multò magis torquerentur.

Notæ erát virgines virginibus, familiares erant, nihil tamen fatuas prudentium familiaritas iuuit, nihil profuit; nimirum inſtante Dei iudicio nulla propinquitas, familiaritas nulla improbos iuuabit; ſed, cunctis amicis Dei ſententiam acclamantibus, æternas luent pœnas, æternùm cruciabuntur.

Damnantur virgines fatuæ, & à nuptiis exclu- 1178.
duntur;

duntur; ſed cur prudentes pro ipſis preces non funduut?cur apud ſponſum pro ſororibus non intercedunt? Nullum commiſerationis exhibent ſignum, nullum iuuandarum fatuarum cauſâ verbum emittunt. Nimirum hæc ſumma in extremo iudicij die damnatorum miſeria, eorum ſupplicium cunctis amicis patebit, nullus aduocatus aderit, nullus interceſſor.

Neſcio vos; ierant fatuæ, oleum emere, vt lampades ornarent, ſcriptum quippè eſt: *dum autem irent emere venit ſponſus*; ierunt, ſed nuſquàm lego, oleum emiſſe, lampades ornaſſe; hoc enim ſi feciſſent, fors nec repellerentur, cùm ſerò rediſſent ad ſponſum, nec calamitoſum illud *neſcio vos*, audirent: lego clamaſſe *Domine, Domine aperi nobis*, oleum attuliſſe non lego; Chriſto nuda verba non placent operibus viduata. Hinc Sanctus Paſchaſius; *nec ſcribitur, quòd cum lampadibus ornatis venerint, quia neſcio, ſi fieri poſſet, vt vnquam diceret, neſcio vos.* Vix, aut ne vix quidem repudiari potuiſſent à ſponſo, ſi ornatas lampades detuliſſent.

1179. *Neſcio vos*; per ſe ipſum reſpondit ſponſus, vt acriùs Virgines fatuæ torquerentur, dum audirent, non faciem eius viderent; rem ſic expendebat Sanctus Chryſoſtomus; *Amen, amen dico vobis, neſcio vos. O ſupremam ſententiam, licèt non per Angelum, ſed per ſe ipſe luctuoſum reſponſum dederit, vt cum vocem audirent, faciem autem videre non poſſent, multò ampliùs torquerentur.*

Neſcio vos; Sanctus Chryſoſtomus addit, *diſcedite*; reiiciuntur à ſponſo, audiuntque *neſcio vos*: quâ voce, quo terrore perculſæ explicat; *Sunt à thalamo repulſæ, vocémque illam terribilem audierunt: diſcedite, non noui vos: quæ vel gehennâ fuit grauior; propter hoc etiam ſtultæ ſunt appellatæ: & meritò: quoniam, cum potentiores cupiditates viciſſent, à minus validâ ſunt victæ.* Quæ neſciri à ſponſo nolunt, vitia neſciant.

Excluduntur Virgines; quia virgines tantum, operibus fuere viduæ: quid de illis erit, qui & virginitate carent, & operibus ſunt deſtituti? rem vrger Sanctus Auguſtinus; *ſi & virgo eſt, & compedes fert, & tamen non admittitur, vbi ſe videt, qui nec virginitatem ab illicitis ſeruat, nec opera bona volens habere, in tenebris ambulat?*

Sicut enim homo, peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos.

1180. AD regna Cælorum aſcenſurus, imruſque Chriſtus ad Patrem, vnde deſcenderat, peregrè ſe iturum dicit propter charitatem ſanctorum, quos relinquebat in terrâ. Tanto erga Eccleſiam, ſeruoſque ſuos amore Chriſtus ardet.

Vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum; vnicuique ſecundum propriam virtutem; & profectus eſt ſtatim.

SVo pondere non caret, quòd, diſtributis talentis, ſtatim dominus diſcedit: hoc fecit, quia nihil aliud illi cum ſeruis agendum ſupererat. Volebat, ſeruos operari: non terit ipſe cum his inutiliter tempus, ne aliud ab illis verbis exigat, aliud exemplo ſuadeat. Diſcant domini tempus inutiliter non inſumere.

Statim dominus abit, vt ſtatim circa accepta talenta negotiari inciperent ſerui: quod non feciſſent, ſi fuiſſet cum illis dominus. Quare nobis oſtenditur, quòd ſtatim ac Dei dona accipimus, ſuperaque talenta, debemus iis iuxta Dei voluntatem vti, nec tempus differre, longas moras nectere. Statim operi manum admoueat, qui Deum amat.

Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

DVplex malum, & quòd abſcondit, & quòd in terram defodit talentum. Inuidiæ fuit, talentum, quod ad aliorum quoque ſalutem, animarumque lucra Dominus dedit, abſcondere. In terram verò defodit, qui terrenis actibus ſe implicat, rerum cœleſtium oblitus. Talentum in terram fodit, qui terrenis negotiis ſe applicat, nec ſpiritualia lucra quærit. 1181.

Poſt multum verò temporis venit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

NOn ſtatim rationem expetit; eſt enim Dominus patiens, & longanimis. Si ſubitò rediiſſet, piger ille ſeruus, qui talentum defoderat, temporis conceſſi breuitatem cauſatus fuiſſet.

Poſt multum temporis reuertitur; vt ſerui boni, ſedulique multum lucrarentur, maiorique laude digni haberentur.

Et accedens qui quinque talenta acceperat.

ET *accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque*; non expectauit, quod Dominus eum vocaret; promptè ſe obtulit, vbi intellexit Dominum aduenìſſe: fiduciam præſtabat fides, ſedulitas, & bonorum operum cumulus, quibus quinque talenta lucratus fuerat; quàm lætus, quàm fidens, iudici ſe ſiſtit iuſtus, qui in eius obſequium labori non pepercerit, in morte domino lætus occurrit, qui viuens Deo vixerat, non ſibi. 1182.

Obtulit alia quinque; nimirum de bonis Domini nihil ſibi tribuit, nihil ſibi retinet, omnia Deo offert; quia totum Domini eſt. Quod benè à nobis fit.

Euge ſerue bone, & fidelis.

SEdulum, fidelemque ſeruum non remunerat tantùm dominus, ſed etiam laudat; vt hac laude promptior, alacriorque ad bonum fieret, & ad maiora ſe pararet. Nempè eorum, qui imperant eſt, ſubditos etiam laude ad grandia quæque allicere. Malè agunt, qui ſemper ſubditorum labores carpunt, damnantque; nam, cùm virtus laudata creſcat, decreſcit plerunque ſuis laudibus deſtituta. 1183.

Euge, interiectio prudentis eſt: probi quippè. Superioris eſt de ſuorum profectu gaudere: ſuorum lucra gaudium domini augere debent. Inuidus audiet, ſi non gaudeat.

* * *

Quia

Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

1184. QVanta domini liberalitas, quanta beneficentia! Quinque talenta ſeruo dederat, & pauca vocat; cùm tamen ingens hæc nummorum ſumma ſit. Diſce: tàm diues in miſericordiâ Deus eſt, vt, licèt magna nobis largiatur, & multa, pauca dediſſe ſibi videatur.

Pauca ſunt omnia, quæ in præſenti vitâ habemus, licèt magna appareant, ſi æternis patriæ bonis comparentur: tanta æternæ gloriæ magnitudo eſt.

Præmium bonæ operationis ſeruo dominus pollicetur: *ſupra multa*, inquit, *te conſtituam.* Quænam hæc retributio cum laborem addit labori? An mercedis loco maior labor eſt? Eſt: ingens laborum operumque præmium cenſendum, ſi nouum opus Deus iniungat, nouum laborem, quo ad eius gloriam, animarum lucra operari poſſimus.

1185. *Quia ſuper pauca fuiſti fidelis*; Itanè *pauca*, quæ ſuis hîc Deus exhibet, quæque numerum videntur ſuperare? Pauca omnia, & exigua ſi cæleſtibus diuitiis, quæ cælo iuſtis repoſitæ comparentur; Pulchrè Euſebius Emiſſenus: *Nota*, inquit, *quod pauca Dominus reputat, quæ in hoc mundo meliora habemus. Quæ in re illius Regni diuitias inæſtimabiles eſſe oſtendit, de quibus Apoſtolus ait: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Parua igitur ſunt hæc talenta, illis diuitiis comparata.

Euge ſerue bone, & fidelis; ſedulum commendat ſeruum bonum; fidelem vocat; cur non inutilem? tram alibi ait: *cùm hæc omnia feceritis, dicite, quia ſerui inutiles ſumus*; omnia licèt iſte ſeruus benefecerit, adhuc *dicat inutilis ſeruus ſum*; hoc ipſo maximè vtilis eſſet, ſi inutilem ſe in tot bonorum operum cumulo dixiſſet; ſed pende verborum vim, non dixit dicam vos inutiles ſeruos eſſe; ſed vos *dicite ſerui inutiles ſumus*; vt ſedulitati humilitas adiiciatur, & vtrumque præmiô Deus afficiat.

1186. *Supra multa te conſtituam*; hîc ipſe Dominus ſeruum per ſeipſum laudat, & præmio afficit; infrà inutilem ſeruum puniendum lictoribus committit. *Inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores*, vt innueret, ſe ad beneficia largienda promptiorem eſſe, quàm ad inferenda ſupplicia.

Supra multa te conſtituam; nihil hîc ſeruus pro ſuo labore poſtulauerat, multis tamen donatur; nimirum, qui ſine ſpe mercedis Deo famulatur, tantum abeſt, vt mercede priuetur, vt donetur maiori, plenioríque.

Intra in gaudium Domini tui; non dixit, *intra in gaudium tuum*, quaſi hominis beatitudine donandi gaudium eſſet, ſed *in gaudium Domini tui*, ob incredibilem lætitiam, qua Deus afficitur, dum hominem beat; vt potiori iure Dei, quàm hominis gaudium beatitudo illa dicatur.

1187. *Intra in gaudium*, dixiſſet, *gaudium in te intret*; ſed tam magna beatitudo eſt, vt capi ab hominis mente non poſſit, quem beat. Pulchrè hanc phraſim vrget, & excutit Beatus Laurentius Iuſtinianus, cuius hæc ſunt verba: *Plenitudinem gaudij tui nec ipſi beatorum ſpiritus ſuſtinere poſſunt: quoniam perfectum, immenſum, & æternum eſt. Pro ſuorum tamen mercede laborum electi omnes, vt beati ſint, & iuxta ſingulorum menſuram de ipſo participent, ingrediuntur in illud: ſicut dixiſſe te nouimus: ſerue bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui. Non gaudium in ipſos, ſed ipſi in gaudium intrare dicuntur, vt omni ex parte lætitiâ exuberare noſcantur.*

Accedens autem qui vnum talentum acceperat, ait, Domine, ſcio, quia homo durus es; metis, vbi non ſeminaſti, & congregas, vbi non ſparſiſti.

POſt ſeruos ſolicitos, & diligentes, accedit & piger; quod accedit non eſt fiduciæ, ſed impudentiæ, aut certè neceſſitatis, vnde & poſtremo loco, quaſi coactus iudici ſe ſiſtit; *ſcio*, inquit, *quia homo durus es*; quî ſcire hoc potes, qui nondum expertus fueras; à duritia tuâ Dominum metiris? qualis quiſque eſt, tales eſſe alios iudicat.

Quod piger quoque accedat, non eſt fiduciæ, 1188.
vt priorum, ſed neceſſitatis? & idcirco poſtremo accedit loco: adhuc, ſe iudici ſiſtere, diſtuliſſet, ſi hoc illi datum; Malorum eſt iudicium defugere & moras ſemper nectere, ne dum rationes ſubducuntur, torporis arguantur, & temporis inutiliter tranſacti.

Qui ſegnior fuerat operando, linguâ liberior eſt; ſic enim fit, vt qui ob negligentiam, torporémque humiliores eſſe deberent, inſolentiores, ac linguâ procaciores ſint; ac ſi vis, quæ manibus conceſſa, vt operentur, tota in linguâ habeatur.

Scio quia homo durus es; quà ſcire poterat, qui 1189.
in ſe expertus non fuerat? *homo durus es*; durus hic ſermo eſt, non durus Dominus. Deſides, & otioſi deſidiæ ſuæ cauſas eas afferunt, quæ eorum crimen augeant, non eleuent.

Homo durus; ſi durus, cur molli ſermone duritiam eius non frangis? neſciebas ſcriptum, *Lingua mollis confringet duritiam?* & tu confregiſſes, ſi reſpondiſſes molliùs; at non aſper, non durus fuerat, qui, tanto tempore te ferre, potuit, nihil boni operis facientem.

Metis vbi non ſeminaſti; Mentiris; nec enim aliquid, alicubi boni germinat, & pullulat, niſi ille ſeminauerit priùs, & non talentum, quod acceperat hic nequam, teſtimonium contra ipſum dicebat? *abſcondi*; inquit, *talentum meum*; hoc erat, quod ad vberiorem meſſem ſeminauerat; dum igitur confiteris, te accepiſſe talentum, velis, nolis, fatere, Dominum non metere, vbi non ſeminarit.

Et timens abij, & abſcondi talentum tuum in terrâ; ecce habes, quod tuum eſt.

ET *timens abij*; magis timeo tibi; quia timuiſti; incutit mihi timorem hic timor tuus; minus timerem mali niſi tu malè timuiſſes; quid timuiſti? quia durum Dominum eſſe, aſperumque ſciebas? at durus ille non eſt timentibus eum; durus non eſt amantibus; non eſt laborantibus aſper, ſed otio torpentibus; ſeruilis hic timor fuit; & à filiali admodum alienus. 1190.

Timens abij: abiiſti, ſed à te, & ab omni prudentiæ ſenſu: ſed quò abiiſti? *& abſcondi talentum tuum in terra*; cur non in cinere? cur non in arenâ ſepeliuiſti? cur non in aquam proieciſti, aut obruiſti lapidibus? ad terram te contuliſti; quæ te erroris tui, ſi aduertere velles, admoueret; recipit terra ſemen, quod multiplici fœnore reddit multiplicatum; hanc mentem ebibere à terrâ tu poteras, & vel à muto elemento diſcere, talentum,

quod tibi Dominus dederat, ſedulo ſtudio multiplicare,

Ecce habes, quod tuum eſt, ita ne quicquid ſuum eſt Domino reddere ſtudes? falleris; non habet, quod ſuum eſt; quia non habet te; à tui cordis poſſeſſione illum excludis. *Ecce habes, quod tuum eſt*; non plenè habet, quia te non habet; nam te quoque tibi dedit, nec magis talentum quærit, quàm te.

Reſpondens autem Dominus eius, dixit ei: ſerue male, & piger, ſciebas, quia meto, vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi.

1191. RESpondere tam malo ſeruo Dominus non dedignatur, vt eum argueret, & in eo omnes pigros, & deſidioſos reprehenderet, ne, ſi abſque reprehenſione abiiſſet, cæteri huius ſe exemplo munirent, & pari torpore marceſſerent.

Serue male; & piger; ſeruus erat, non Domini, ſed malitiæ, atque pigritiæ; torpori ſeruiebat & ſegnitiei; malum, & pigrum vocat; vt ſciamus non naturæ fuiſſe, quòd piger eſſet, ſed malitiæ; malus & piger erat, imo idcirco malus, quia piger, & idcirco piger, quia malus; adſita malitia pigritiæ eſt; cum malorum omnium cauſa deſidia ſit.

1192. *Sciebas, quia meto, vbi non ſemino*; Dixerat ſeruus; *ſcio, quia homo durus es*; huic calumniæ non reſpondit Dominus, nec ab ea ſe purgat; cur ita vt, oſtenderet, ſe ſeruum non reprehendere, vt iniuriam ſuam vindicaret, ſed, vt proderet, probaretque ſe iuſtè illius torporem, pigritiamque damnare; digna res in quam oculos ij dirigant, qui procliuiores ad iniurias ſibi illatas puniendas accurrunt, nec curant eius, qui intulit emendationem, ac ſalutem.

Reprehendit Dominus ſeruum, non tàm, quia piger extitit, & lapſus eſt, quàm, quod ſubdolè lapſum ſuum, ſuumque errorem palliauit, inque Domini duritiam reiecit; nimirum magis plerunque peccat, qui peccatum ſuum effrons excuſat quàm qui debilis commiſit; non tam aſpetè hunc ſeruum arguiſſet Dominus nec fors tàm citò ſuppliciis addixiſſet, ſi non excuſaſſet ſe, ſed accuſaſſet.

1193. Conuiciatori reſpondet Dominus; ſed cur illam contumeliam non eluit, quam intulerat ſeruus dicens; *Scio quia homo durus es?* Regium hîc animum oſtendit, regiam mentem: ſtatim iniuriæ obliuiſcitur manſuetudinis memor.

Præterea non negat ſe durum, ſed tacendo affirmat: durus erat, non ſuâ naturâ, *ſed quia ille miſericordiâ Dei abuſus eſt ad negligentiam, & non ad conuerſionem*; ait Sanctus Paſchaſius.

1194. *Serue male, & piger*; increpatur iſte, qui acceptam pecuniam ſeruauit, ſed non auxit, *quid expectare debent*, inquit Sanctus Auguſtinus, *qui eam luxuriâ conſumpſerunt, ſi damnantur qui eam pigritiâ ſeruauerunt?*

Oportuit ergo, te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſurâ.

ANn non tibi videntur hæc verba, aliquam auaritiam ſapere? ſapiunt, ſed ſanctam, laudabilèmque. *Auarus eſt Deus ſalutis noſtræ*, ait Sanctus Auguſtinus, quia pecunia non creſcit ſeruum Deus punit, vt quod auarus in lucris, Deus in animarum ſalute præſtet.

Non abſumpſit pecuniam Domini ſeruus iſte, ſed otioſus ſeruauit, & tamen adeò punitus eſt; quàm pœnam illi ſubibunt, qui talentum, quod acceperunt, non ſolùm abſcondunt, integrumque Domino non reddunt, ſed quantum in ſe eſt, perdunt, dilapidantque.

SECTIO III.

A Chriſto humilitas diſcenda. 1195

Hominis nobilitas vnde colleɛta. 1195

Angeli in iudicio teſtimonium contra peccatores dicent. 1196

Chriſti clementia etiam in iudicio ſe paſtorem dicit. 1197

Ouibus *electi cur comparentur.* 1197

Laſciui, & infœcundi Dei iudicium timeant. 1197

Luxuria vitium vltricibus flammis multos adiicit. 1198

Propenſior Chriſtus ad ſaluandum, quàm ad damnandum. 1199

Iuſti perpetua poſſeſſione regno fruentur. 1199

Chriſti in homines amor. 1200

Impij torquebuntur in iudicio, quod obuia miſericordia opera neglexerint. 1200

Chriſtus benefacta bonorum plenius explicat, quàm impiorum malefacta. 1201

Inuidi perſtricti, qui benefacta aliorum extenuant, malefacta amplificant. 1201

Humilitas etiam magna à iuſtorum oculis ſubducit. 1202

In Chriſtum reſilit quicquid proximo fit. 1204

Impij maledictionis ſuæ authores. 1205

Iuſti ob humilitatem bona, quæ operantur non vident. 1205

Mali peccata ſua ſupprimere ſtudent, explicare nolunt. 1205

Maxima damnatis pœna, irati iudicis vultus. 1206

Cùm venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.

POtetat eandem ſententiam ſic efferre: *cùm ego venero in ſede maieſtatis meæ.* Sed ab hac lo- 1195.
quendi formulâ abſtinuit, ac de ſe, tanquam de alio, loquitur; vt humilitatem ſuam proderet, & ne ſe extollere videretur. Humilitatem diſce ab humilitatis Magiſtro.

Cùm venerit filius hominis; Vel in hoc hominis nobilitas agnoſcitur, quòd nulli creaturæ ſubiicitur iudicandus, ſed ſoli Deo: *Potuit Deus delegare angelis ſuis diſcutiendi hominis poteſtatem*, ait Sanctus Eucherius; *ſed agnoſce homo dignitatem tuam, nulli, etiam vel cœleſti creaturæ, eſſe te ſubiectum voluit; nulli de te iudicare permiſit.* Vt vel ex iudice ſuam homo poſſit agnoſcere nobilitatem, ac excellentiam, vt interim etiam diſcas, hominem de homine non facilè iudicare.

Porrò in iudicij die idem Chriſtus, & placatus bonis apparebit, & iratus malis. Voluit iſtuc Vgo: *Soli electi eum (Chriſtum) videbunt placatum, quem reprobi videbunt iratum: nempè, quia hi à ſiniſtris, illi à dextris.*

Et omnes Angeli eius cum eo.

1196. CVr & Angeli ad iudicium venire perhibentur? Vt teſtes noſtrorum operum ſint & teſtimonium contra peccatores ferant, de iuſtâ eorum damnatione, quod ab Angelis admoniti proficere noluerunt. Aderunt Angeli teſtantes, quantum adminiſtrauerint ad hominum ſalutem, quidque perfecerint, vt omnes à malo auerterent, allicerent ad bonum.

Et ſtatuet oues quidem à dextris, hædos autem à ſiniſtris.

1197. VIde clementiam Dei. Et in iudicio Paſtoris nomen, munuſque retinet. Oues bonos vocat, hædos impios. Qui ſaluantur, oues dicuntur ob manſuetudinem. Rectè oues, quia ad occiſionem parati, Chriſti imitatione, de quo ſcriptum eſt: *Sicut ouis ad occiſionem ducetur.*

Damnandi hædis comparantur. Hædus, laſciuum animal eſt: quo tacitè innuitur, laſciuos, cùm hædum referant, Dei iudicium ſubituros. Hædus præterea ſterile animal, & infœcundum: ergo timere debent, qui bonorum operum fœtibus carent, ne, tanquam hædi in ſiniſtris poſiti, flammis, eiſque æternis adiudicentur.

1198. *Hædos autem à ſiniſtris*; cur omnem damnatorum colluſionem hædorum nomine circumſcripſit? cur non leones, tigrides, lupos, & vulpes nominauit, quum, viriis, hæc animantia plerique referant? An, vt innuat omnes ferè damnari ob fornicationem, luxuriamque, & maiorum hominum partem ob carnis vitium vltricibus flammis adiici.

Hædis præterea damnati comparantur; quia per aſpera incedunt, per præcipitia; quæ illis mollia videntur dura ſunt, & quæ ab omni diſcrimine libera, diſcriminibus obnoxia. *Hædi*, inquit Origenes, *dicuntur omnes mali; quia aſpera, & dura ſaxa malè aſcendunt & per præcipitia eorum incedunt*; adeò, dum delicias quærunt, falluntur impij.

Tunc dicet Rex, qui à dextris eius erunt: venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

1199. AB his qui à dextris futuri ſunt, ideſt à bonis, initium ſumit; quia propenſior ad ſaluandum eſt, quàm ad damnandum; &, ad præmium exhibendum, quàm ad pœnas infligendas, paratior Chriſtus eſt. Sponrè benefacit, quia Bonus eſt, inuitus punit, quia Iudex.

Poſſidete: Græcè: κληρονομήσατε, *Hæreditate*, ſeu, *hæreditate accipite.* Hæreditatis vocabulo ſignificatur, iuſtos Dei filios eſſe, & quod perpetuâ ſtabilique poſſeſſione, à qua eiici nunquam poſſint regno fruentur.

Venite benedicti Patris mei; Priùs vocantur iuſti ad regnum, quàm flammis adiudicentur iniuſti: *quò videlicet*, ait Sanctus Bernardus, *acriùs doleant videntes, quid amiſerint*, & in alienâ felicitate infelicitatem ſuam miſeri videant.

Neuarin. in Euang. Tom. I.

Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere.

SAtis erat dicere, *dediſtis mihi manducare, dediſtis mihi potum*: cur adiicit, *eſuriui, ſitiui*? An, quia paruus fuiſſet amor pauperis, ſi pauperem ſuſcepiſſet, niſi & pauperis paſſiones aſſumeret? Verus amor amati anguſtias ſuas facit. 1209.

Horum operum meminit, vt magis impij torquerentur: intolerabilis enim dolor erit; ſi per illud quiſque morti, ac damnationi adiudicetur, per quod ſibi vitæ gaudia comparare potuiſſet; nam cibi, & potus exhibitioni Cælum Chriſtus promiſerat.

Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. In tantâ gloriâ conſtitutus, non erubeſcit dicere eſuriuiſſe. Quid famis mentio ad Thronum, gloriamque? An glorioſiſſimum ſibi Dominus putat, è tam ſublimi ſolio ſuis ſe eſurientem oſtentare? Aptè Sanctus Petrus Chryſologus. *Gloriatur in Cælo Deus, vnde pauper erubeſcit in terrâ; & hoc reputat in honorem ſibi, quod pauperi computatur iniuria. O quid agit amor pauperis.*

Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.

HÆc duo humanitatis genera pleniùs, & diſtinctiùs p[illegible] recenſet. Hic in vnam contrahit: verſ. 36. [ens]arrauit. *Infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.* Cur eâdem loquendi formulâ hîc quoque, dum reprobos arguit, non vtitur? Quia clementiæ iudicis eſt, hominum benefacta largiùs pleniùſque prædicare, & extollere quàm malefacta. 1201.

Aliter inuidi, & liuore correpti loquuntur: aliorum benefacta extenuant, & ſupprimere conantur: augent, & amplificant malefacta.

Et viſitaſtis me: Minima ſunt, quæ recenſet, vt, quàm magnâ mercede donanda ſint, quæ ſunt maiora, ab hiſce minimis diſcamus. Rem vrget in hunc modum Sanctus Cyprianus: *Cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat: Infirmus fui, & viſitaſtis me: quantò nunc quoque cum maiore operis noſtri mercede dicturus eſt? captiuus fui, & redemiſtis me: Et cum denuo dicat: In carcere fui, & veniſtis ad me; quantò plus eſt, cum cœperit dicere? in carcere captiuitatis fui; & clauſus, & vinctus apud Barbaros iacui, & de carcere illo ſeruitutis liberaſtis me.*

Quando te vidimus eſurientem, & pauimus te? ſitientem, & dedimus tibi potum.

IVſtos homines non latet, quòd officia pauperibus exhibita Dominus accipit, ac ſi ipſi exhiberentur; ſed dum præmium, ac mercedem ſpectant, ſic afficiuntur, vt præteritorum operum ferè obliuiſcantur, aut adeo parua appareant, vt fermè ab eorum oculis ſubducantur. 1202.

Domine, inquiunt, *quando te vidimus eſurientem, ſitientem & nudum*: iuſte, quod Chriſti membris præſtitum, Chriſtum ſibi ipſi præſtitum, putare, & profiteri: cur ergo ita loquuntur, vt videantur ignorare, quæ fecerint? humilitas, ac modeſtia omnia, etiam magna, à iuſtorum oculis ſubducit, vt nihil feciſſe videantur, qui multa, & magna præſtitere, vel certe ita reſpondent; *quia videtur paruum eſſe, quod egerant, bonum*; ait Sanctus Anſelmus. Nihil adeò magnum, quod nullum, aut

exiguum non videatur videntibus Chriſtum, eiuſque maieſtatem.

Et reſpondens Rex dicet illis: Amen dico vobis quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

1203. PEnde illud, *quandiu*; non opus tantùm pendit Chriſtus, ſed operis etiam diuturnitatem. Bene Rupertus; *Sciè ergo, & ſicut iudicem iuſtum decebit, dicet; quandiu feciſtis, appendendo videlicet, non ſolùm quid factum, ſed etiam quandiu factum ſit.* Plus mercedis habebit, qui diutiùs miniſtrabit; nam beneficentiæ opera ita notat beneficus Dominus, vt etiam operis diuturnitatem notet.

Mihi, inquit, *feciſtis*; Ita infidelium corporibus & mentibus *Chriſtus transfunditur*, vt loquitur Sanctus Hilarius, vt hæc humilitatis officia aut gratiam ſuam impenſa mereantur, aut offenſam negata commoueant.

Hinc quoque vnitas colligitur quam cum ſuis habet Chriſtus; quod animæ corpus informantis exemplo poteſt explicari; explicauit Sanctus Paſchaſius: *Mira Domini Ieſu Chriſti vnitas prædicatur cum ſuo corpore. Sicut anima in corpore humano compatitur ei, quamuis non eſuriat, quantum ad ſuam ſpectat naturam, eſurit tamen corporis cibum in eo, quòd copulata eſt corpori ſuo, & paſcitur: Sic Chriſtus eſurit, & paſcitur in corpore ſuo* Nemo hanc vnitatem auferat, ſine illâ ſpiritualiter moriturus, vt abeunte animâ ſit.

Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis; Quos, dum viueret hic contemptibilis, fratres vocauerat, num quoque fratres non dedignatur appellare in gloriâ conſtitutus omnium iudex? fratres vocat, quibus ad laudem ſufficeret, vt ſerui dicerentur; Chriſtus ſedens in maieſtate non mutauit voluntatem priorem, nec iudicandi munus, ac ſolij gloria humilitatem eius abſtulit, aut imminuit, nec erga nos amorem, pietatémque: homines in dignitatibus ita intumeſcunt, vt illos deſpiciant, nec agnoſcant, qui antea amici, & familiares; non verus humilis, non Chriſtus humilitatis magiſter.

1204. *Quandiu vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*; in Chriſtum reſilit, quod Chriſti amore cæteris exhibetur; grande laborum leuamen, grande refrigerium in proximi obſequio poſſe Chriſto obſequi; ſcite Beatus Laurentius Iuſtinianus; *Tanquam Deo, illis famulandum eſt; in ſingulis Saluatoris perſona configuranda eſt. Ipſe namque dixit: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Maximum quippe gaudium, copioſam mercedem, & dulce laborum leuamen percipiunt à Domino, quicunque proximo ſeruientes, Chriſto miniſtrare ſe, cogitant, ſicut & faciunt. Cum hominibus namque conuerſatur ipſe Chriſtus, in pauperibus ipſe paſcitur, potatur, induitur, ſepelitur; exhortatur in proximis, ſupportatur in illis, perſecutionem patitur in illis, prout Paulo ſeruos ſuos perſequenti ait: Quid me perſequeris?*

Diſcedite à me maledicti.

IVſti benedicentur à Patre: impij maledicti vo- 1205.
cantur, nec explicatur à quo. Quidni? ipſimet ſibi maledictionis authores peccando fuerunt. Non eſt Deus author maledictionis. Benedictionis author Pater eſt: maledictionis autem author ſibi vnuſquiſque, qui maledictione digna operatus eſt.

Reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?

OBſerua, quòd iuſti in vnoquoque verbo immorentur; iniuſti, paucis ſe expediunt: proprium quippe iuſtorum eſt, benefacta ſua diligenter refutare causâ humilitatis; malorum verò culpas ſuas, excuſationis causâ, aut nullas eſſe oſtendere, aut leues, & paucas; & peccata ſua, curſim potius ea referendo, retegere, quàm diligenter explicare.

Et ibunt hi in ſupplicium æternum.

I*Bunt hi in ſupplicium æternum*; ita ne ibunt, tan- 1206.
quam ſponte ſua eant non trahantur? An pœna illis pro effugio eſt, gehenna pro aſylo? videtur eſſe. Tanto quippè terrore corripientur irati iudicis adſpectu, damnationiſque auditione, vt reprobi ad infernales flammas damnati ſtatim currant, vt ſe ab irati iudicis præſentiâ infelices æternùm futuri ſubducant.

In ſupplicium æternum; ſuperiùs dixerat, *in ignem æternum*; nunc *in ſupplicium æternum* dixit; nam ignis æternus eſſe poſſet, licèt æternùm non cruciaret; ne igitur aliquis hoc ſperaret, in ſupplicium æternum dixit; quia ſcilicet & ignis æternus erit, & igni addictos æternùm cruciabit, vt anteuerteret eorum errorem, qui, damnatos æternas non ſubituros pœnas, ſomniarunt:

Vulgata

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXVI. MATTHÆI.

Verſ. 1.

ET factum eſt: cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis.

Cum conſummaſſet. *Syr. Cum abſoluiſſet. Fr. Luc. Cùm finiuiſſet. Int. S.Chryſ. Quando finiuit.*

Verſ. 2.

Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.

Fiet. *Pagn. Sit. Vat. Agi. Caiet. Fit.*
Tradetur. *Ar. M. Traditur.*
Vt. *Fr. Luc. Ad hoc vt.*
Crucifigatur. *Ar. M. Ad Crucifigi. Syr. Vt cruci ſuffigatur.*

Verſ. 3.

Tunc congregati ſunt Principes Sacerdotum & ſeniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caïphas.

Principes Sacerdotum. *Syr. & Ar. M.* addunt. *Et Scribæ.*
In atrium. *Mald. In aulam.*

Verſ. 4.

Et concilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

Concilium fecerunt. *Mald. Vnanimi conſenſu conſilium ceperunt. Fr. Luc. Simul conſulturunt.*
Tenerent. *Pagn. Caperent. Int. Euth. Apprehenderent.*

Verſ. 5.

Dicebant autem: Non in die, feſto, ne fortè tumulus fieret in populo.

In die feſto. *Fr. Luc. In feſto.*
Fieret. *Pagn. Fiat.*

Verſ. 6.

Cum autem Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi.

Cum autem eſ. Ieſ. *Ar. M. At Ieſu exiſtente.*
In domo. *Syr. In adibus.*

Verſ. 7.

Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

Acceſſit. *Ap. Fr. Luc. Acceſſerat.*
Vnguenti. *Syr. Vnguenti ſuauiſſimi.*
Pretioſi. *Mald. Grauis pretij.*
Effudit. *Fr. Luc. Effuderat.*
Recumbentis. *Int. Orig. Recumbente eo.*

Verſ. 8.

Videntes autem diſcipuli indignati ſunt, dicentes: vt quid perditio hæc?

Indignati ſunt. *S. Chryſ. Moleſtè tulerunt. Syr. Diſplicuit eis.*
Vt quid. *Pagn. Ad quid. Vat. Quorſum.*

Verſ. 9.

Potuit enim vnguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus.

Potuit. *Arab. Decebat. Caiet. Poterat.*
Multo. *S. Amb. Pretio. Pagn. Magno.*
Pauperibus. *Syr. Egenis.*

Verſ. 10.

Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.

Sciens. *Arab. Sciuit.*
Quid moleſti eſtis. *Arab. Reprehenditis. Fr. Luc. Quid labores ſeu moleſtias prabetis. Syr. Quid fatigatis. Ar. M. Quid moleſtias exhibetis.*
Bonum. *Fr. Luc. Pulchrum. Aučt. Egregium.*
In me. *Pagn. Erga me.*

Verſ. 11.

Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis.

Habetis. *Syr. Habebitis.*
Non ſemper habetis. *Syr. Non omni tempore habebitis.*

Verſ. 12.

Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit.

Mittens. *Fr. Luc. Quod miſit. Int. S. Chryſ. Cum im̃ ſerit. Ar. M. Iaciens.*
In corpus meum. *Int. S. Chryſ. In corpore meo. Syr. Super corpus meum.*
Ad ſepeliendum me. *Int. S. Chryſ. Ad ſepulturam meam.*

Verſ. 13.

Amen dico vobis: vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto

Dicetur. *Pagn. Narrabitur. Syr. Recitabitur.*
Et quod hæc fecit. *Fr. Luc. Etiam id quod hæc fecit.*

Vulgata Editio.

mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.

Verſ. 14.

Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum.

Verſ. 15.

Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.

Verſ. 16.

Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

Verſ. 17.

Prima autem die azimorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?

Verſ. 18.

At Ieſus dixit: ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum propè eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.

Verſ. 19.

Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha.

Verſ. 20.

Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

Verſ. 21.

Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt.

Verſ. 22.

Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine?

Verſ. 23.

At ipſe reſpondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.

Verſ. 24.

Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.

Verſ. 25.

Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi, tu dixiſti.

Verſ. 26.

Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis

Lectionum Varietas.

In memoriam eius. *Fr. Luc. In monumentum ipſius.*

Tunc abiit. *Ar. M. Tunc vadens. Orig. Tunc profectus.*
Qui dicebatur. *Goth. Qui dicitur. Ar. M. Dictus.*
Principes. ſ. *Orig. Scribas & Phariſaos & ad pontifices ſacerdotum.*

Et ait i. *Orig. Dicens eis.*
Vultis mihi dare. *Orig. Mihi datis.*
Conſtituerunt. *Euth. Appenderunt.*
Triginta argenteos. *Int. Orig. Triginta ſtateres. Fr. Luc. Triginta argentea. Syr. Triginta argenti.*

Exinde. *Fr. Luc. Ex tunc.*
Quærebat opport. *Syr. Quærebat ſibi.*
Traderet. *Fr. Luc. Proderet.*

Azimorum. *Pagn. Infermentorum.*
Comedere. *Int. Euth. Ad edendum. S. Epiph. Manducare.*

Ad quendam. *Vat. Ad illum. Mald. Ad certum quendam.*
Magiſter. *Syr. Magiſter noſter.*
Prope eſt. *Syr. Aduenit.*

Conſtituit. *Ar. M. Coordinauerat.*

Diſcumbebat. *Mald. Recumbebat.*
Cum duodecim diſcip. ſuis. *Ar. M. Cum duodecim.*

Vnus veſtrum. *S. Proſp. Vnus ex vobis.*
Me traditurus eſt. *S. Proſp. Tradet me. Pag. Prodet me. Int. Theop. Me proditurus eſt. Syr. Prodit me.*

Et contr. valde. *Pagn. Et mæſti redditi vehementer.*
Singuli d. *Orig. Dicere.*

Intingit. *Pagn. Intinxit. Clem. Alex. Intinxerint.*
Mecum manum. *Clem. Alex. Mecum.*
In paropſide. *Syr. In patino. Ar. M. In Catino. Clem. Alex. In catinum.*
Tradet. *Vat. Proditurus eſt.*

Filius quidem h. v. *S. Epiph. Oportet Filium hominis tradi.*
Homini illi. *S. Epiph. Ei.*
Per quem F. h. *S. Epiph. Per quem.*
Tradetur. *Int. Euth. Proditur.*
Bonum erat ei. *S. Hier. Melius ei fuerat. S. Epiph. Bonum enim erat ei.*

Qui tradidit. *Fr. Luc. Ille tradens.*

Cœnantibus. *Mald. Veſcentibus. Auct. Edentibus.*
Accepit. *Fr. Luc. Poſtquam accepiſſet.*

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum.

Hoc eſt corpus meum. *S. Chryſ.* addit, *quod pro multis frangetur in remiſſionem peccatorum.*

Verſ. 27.

Et accipiens Calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes.

Accipiens Calicem. *Pagn. Accepto poculo.*
Gratias e. *Orig. Benedixit.*
Illis. *Orig. Diſcipulis ſuis.*
Bibite. *Syr. Accipite, & bibite. Clem. Alex. Accipite, bibite.*
Ex hoc. *Richel. Ex eo. Clem. Alex.* omittit.
Omnes. *Clem. Alex.* omittit.

Verſ. 28.

Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Hic eſt enim. *Clem. Alex. Hic eſt.*
Sanguis. *Fr. Luc. Ipſe ſanguis.*
Noui Teſt. *Vat. Qui eſt noui Teſtamenti.*
Multis. *Orig. Vobis.*
Effundetur. *Vat. Effunditur. Ar. M. Effuſus.*

Verſ. 29.

Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.

Non bibam. *Vat. Neutiquam bibero. Fr. Luc. Quod nequaquam bibam.*
Amodo. *Pagn. Poſthac. Fr. Luc. Ex nunc. S. Epiph.* omittit.
De hoc genimine vitis. *Arab. De ſucco huius vitis. S. Cyp. Ex iſta creatura vitis. Clem. Alex. Ex fructu vitis huius. Auct. Ex hoc fructu vitis.*
Vſque in d. i. c. i. b. *Clem. Alex. Donec bibero.*
Vobiſcum n. *Goth. Vobiſcum.*
In Regno P. m. *Syr. In Regno Dei. S. Epiph. In Regno Cælorum.*

Verſ. 30.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti.

Et Hymno dicto. *Arab. Et laudem dederunt. Pagn. Cum hymnum cecinissent. Mald. Cum laudem Deo cecinissent. Auct. Quum dixiſſent laudes. Int. Euth. Dictis laudibus.*
Exierunt. *S. Hil. Reuerſi ſunt.*
In montem O. *S. Hil. In montem.*

Verſ. 31.

Tunc dicit illis Ieſus; omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.

Scandalum patiemini. *Vat. Offendemini. Fr. Luc. Scandalizabimini.*
In me. *Vatab. Mea cauſa. Int. Theoph. Per me.*
Gregis. *Syr. Gregis ipſius.*

Verſ. 32.

Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Reſurrexero. *Vat. Suſcitatus fuero.*

Verſ. 33.

Reſpondens autem Petrus ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

Scandalizati fuerint. *Int. Euth. Offendantur.*
In te. *Int. Euth. Tui cauſa.*
Nunquam ſcandalizabor. *Int. Theoph. Nunquam ſcandalum patiar.*

Verſ. 34.

Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam Gallus cantet, ter me negabis.

Cantet. *Int. Euth. Canat. Ar. M. Vociferari.*

Verſ. 35.

Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.

Etiamſi op. m. m. *Arab. Et ſi coactus fuere mori.*
Non te negabo. *Fr. Luc. Nequaquam te abnegabo.*

Verſ. 36.

Tunc venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: ſedete hic donec vadam illuc, & orem.

In villam quæ. *Vat. In prædium quod. Syr. In locum qui. S. Hil. In agrum, qui.*
Et dixit. *Fr. Luc. Et dicit.*
Donec vadam illuc, & orem. *Digreſſus orem illic. Fr. Luc. Interea dum abiens orauero illic.*

Verſ. 37.

Et aſſumpto Petro, & duobus filiis

Aſſumpto. *Fr. Luc. Poſtquam aſſumpſiſſet.*
Contriſtari & mœſtus eſſe. *Pagn. Affici dolore, &*

Vulgata Editio.

Zebedæi, cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe.

Verſ. 38.

Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate mecum.

Verſ. 39.

Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans, & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.

Verſ. 40.

Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: ſic, non potuiſtis vna hora vigilare mecum?

Verſ. 41.

Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

Verſ. 42.

Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens. Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua.

Verſ. 43.

Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

Verſ. 44.

Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertiò, eundem ſermonem dicens.

Verſ. 45.

Tunc venit ad Diſcipulos ſuos, & dicit illis: dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Verſ. 46.

Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet.

Verſ. 47.

Adhuc eo loquente: Ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fuſtibus, miſſi à Principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi.

Verſ. 48.

Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum.

Verſ. 49.

Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum.

Lectionum Varietas.

mæſtitudine. Vat. Affici mæſtitia & anxietate. Int. Orig. Cœpit triſtari, & tædiari. Mald. Triſtari, & anxio eſſe animo. Auct. Triſtari, & angi animo.

Triſtis eſt anima mea. *Orig. Triſtis facta eſt anima mea. Pagn. Mœſta eſt anima mea. Mald. Triſtitiâ vndique obſeſſus eſt animus meus. Fr. Luc. Valde triſtis eſt anima mea.*

Suſtinete. *Vat. Manete. Syr. Expectate.*

Hîc. *S. Hil.* omittit.

Puſillum. *Vat. Paululum. S. Hil.* omittit.

Pater mi. *S. Hilar. Pater meus.*

Si poſſibile eſt. *S. Cyp. Si fieri poteſt.*

Tranſeat à me. *Mald. Prætereat.*

Calix iſte. *Vat. Poculum iſtud.*

Non ſicut e. v. *S. Cyp. Non quod ego volo ſed quod tu.*

Sicut Tu. *S. Hilar. Sicut Tu vis.*

Inuenit. *Int. Euth. Reperit.*

Sic. *Vat. Adeo.*

Non potuiſtis. *Quid. Codd. Non potuiſti.*

Vna hora. *Vat. Vnam horam.*

Vigilate e. o. *S. Hil. Orate.*

Intretis. *Tert. Incidatis.*

Promptus. *S. Hil. Firmus. Auct. Alacer, paratus.*

Caro. *Syr. Corpus.*

Infirma. *Auct. Debilis, imbecillis.*

Abiit. *Vat. Digreſſus.*

Hic calix. *Al. Hoc poculum.*

Venit. *Fr. Luc. Cum veniſſet.*

Eundem ſermonem. *S. Chryſoſt. Idem.*

Dormite iam. *Syr. Dormite adhuc. Ar. M. Dormite cæterùm.*

Tradetur. *Vat. Traditur.*

Surgite. *Ar. M. Excitamini.*

Appropinquauit. *Int. Orig. Appropiauit. Syr. Appropinquat.*

Tradet. *Vat. Tradit.*

Adhuc. *S. Hil. Et adhuc.*

Ecce *S. Hil.* omittit.

Iudas. *Syr. Iudas proditor.*

Multa. *S. Hil. Plurima.*

Fuſtibus. *Fr. Luc. Lignis.*

Qui autem tradidit. *Fr. Luc. Qui autem tradebat.*

Dedit. *Fr. Luc. Dederat.*

Teuete eum. *Vat. Prendite eum. Fr. Luc. Retinete eum. Auct. Capite, Apprehendite.*

Aue Rabbi. *Syr. Pax Rabbi. Ar. M. Gaude Rabbi.*

Oſculatus eſt. *Fr. Luc. Deoſculatus eſt.*

Verſ. 50.

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 50.

Dixitque illi Ieſus: Amice ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum & tenuerunt eum.

Amice. *Syr. Socie.*
Ad quid veniſti? *Pagn. Ad quid ades? Vat. Quorſum ades? Fr.Luc. Cuius rei gratia ades?*
Acceſſerunt. *Orig. Accedentes.*
Tenuerunt eum. *Ar.M. Prehenderunt eum. Al.Ceperunt eum.*

Verſ. 51.

Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis ſacerdotum amputauit auriculam eius.

Extendens manum. *S. Hil.* omittit.
Exemit gladium. *S.Hil. Gladium exerens. Fr.Luc. Euulſit gladium. Int. S. Chryſ. Euaginauit gladium.*
Suum. *S. Hil.* omittit.
Percutiens. *Fr. Luc. Quum percuſſiſſet. S. Hil.* omittit.
Seruum. *S. Hil. Seruo.*
Amputauit. *Fr.Luc. Abſtulit. S.Hil. Abſcidit.*
Auriculam eius. *S.Hil. Aurem.*

Verſ. 52.

Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt.

Tunc a. i. I. *S.Hil, Eique Dominus ait.*
Conuerte. *Tert. Recondé.*
In locum ſuum. *S.Hieron. In Vaginam. Int.Orig. In thecam ſuam.*
Qui acceperint gladium. *S Hil, Qui gladio vtuntur. Syr. Qui acceperint gladios.*
Peribunt. *Ar.M. Morientur.*

Verſ. 53.

An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones angelorum.

Rogare. *Ar.M. Aduocare.*
Exhibebit. *S.Hier. Exhiberet. Vat. Qui exhibeat.*
Pluſquam. *Int.Theoph. Plures quàm.*
Duodecim legiones. *Ioan. Caſſ. Duodecim millia legiones.*

Verſ. 54.

Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri?

Implebuntur. *Syr. Implerentur.*

Verſ. 55.

In illa hora, dixit Ieſus turbis. Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me: quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.

Tanquam ad latronem. *Fr.Luc. Vt aduerſus latronem. Syr. Tanquam aduerſus ſicarium.*
Tenuiſtis. *Pagn. Cepiſtis. Vat. Prendiſtis.*

Verſ. 56.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum: Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

Adimplerentur. *Vat. Complerentur.*
Relicto eo. *Int. Orig. Derelicto eo. Int. S. Chryſ. Dimiſſo ipſo.*
Fugerunt. *Int.Chryſ. Fugam ceperunt.*

Verſ. 57.

At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham principem Sacerdotum, vbi Scribæ, & ſeniores conuenerant.

Tenentes. *Fr.Luc. Poſtquam Prehendiſſent.*
Principem Sacerdotum. *Syr. Summum Sacerdotem.*

Verſ. 58.

Petrus autem ſequebatur eum à longe, vſque in atrium Principis ſacerdotum: Et ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

A longe. *Pagn. Procul.*
Vſque in atrium. *Fr. Luc. Vſque ad aulam.*
Finem. *Goth. Finem rei.*

Verſ. 59.

Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent.

Omne. *Orig. Totum.*
Falſum teſtimonium. m. *Syr. Teſtes:*
Morti traderent. *Fr.Luc. Occiderent. Ar.M. Morte afficerent.*

Verſ. 60.

Et non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent: Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes.

Inuenerunt. *Orig: Inueniebant.*
Cùm multi. *Syr. Etiam poſtquam multi.*
Venerunt. *Vat. Aduenerunt. Fr.Luc. Acceſſerunt.*

Verſ. 61.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

Verſ. 61.

Et dixerunt : Hic dixit : Poſſum deſtruere templum Dei , & poſt triduum reædificare illud.

Hic dixit. *Ar.M. Hic effatus eſt.*
Deſtruere. *Fr.Luc. Diſſoluere.*
Poſt triduum. *Orig. In triduo.*
Reædificare. *Arab. Cõſtruere. Caiet. Ædificare. S.Chryſ. Erigam.*

Verſ. 62.

Et ſurgens Princeps ſacerdotum, ait illi : Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur?

Princeps ſ. *Orig. ſummus ſacerdos in medium.*
Ait illi, *Orig. Interrogabat Ieſum dicens.*
Nihil r. *Orig. Non reſpondes quicquam.*
Ad ea, quæ iſti. *Orig. Ad iſtorum. Pagn. Cur iſti. Fr.Luc. Quid iſti.*
Teſtificantur ? *Orig. Teſtimonia, Pagn. Teſtimonium dicunt ?*

Verſ. 63.

Ieſus autem tacebat. Et Princeps ſacerdotum ait illi : Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei?

Ieſus a. *Orig. At ille.*
Viuum. *Pagn. Viuentem.*
Vt dicas nobis. *Arab. Nonne tu dixiſti nobis, quod tu es Chriſtus Filius Dei viui ?*
Si tu es C. *Vat. An tu ſis Chriſtus.*

Verſ. 64.

Dicit illi Ieſus : Tu dixiſti : veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

Veruntamen. *Ap. Fr.Luc. Quin etiam.*
Virtutis D. *Vat. Potentia. Ar. M. Efficacitatis. S. Hilar. Virtutis.*
In nubibus. *Syr. Super nubes. S.Hil. Cum nubibus.*
Cæli. *Syr. Calorum.*

Verſ. 65.

Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens : Blaſphemauit : quid adhuc egemus teſtibus ? ecce nunc audiſtis blaſphemiam.

Scidit. *Vat. Diſrupit. Fr.Luc. Lacerauit. Anct. Per medium rupit. Int. Euth. Diſcidit.*
Adhuc. *Pagn. Inſuper.*
Egemus. *Ar.M. Vſum habemus.*
Blaſphemiam. *Arab. Blaſphemiam ſuam. Syr. Blaſphemiam eius.*

Verſ. 66.

Quid vobis videtur ? At illi reſpondentes dixerunt reus eſt mortis.

Quid vobis videtur ? *Arab. Quid cogitatis ? Syr. Quid vultis.*
Reus eſt. *Syr. Debitor eſt.*

Verſ. 67.

Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt.

Expuerunt. *Fr.Luc. Inſpuerunt.*
Colaphis ceciderunt. *Fr.Luc. Colaphizarunt.*
Palmas in f. e. d. *Quid. ap. Fr. Luc. Eum depalmauerunt, vel palmis ferierunt ; alij, crepidis verberarunt. S. Aug.* addit. *Et percutientes calamo in caput.*

Verſ. 68.

Dicentes : Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit ?

Prophetiza, *Pagn. Vaticinare.*
Quis te percuſſit. *Ar.M. Percutiens te.*

Verſ. 69.

Petrus verò ſedebat foris in atrio : & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens : & tu cum Ieſu Galilæo eras.

Foris. *Fr.Luc. Extra.*
In atrio. *Fr.Luc. In aula.*
Ancilla. *Vat. Ancillula. Fr.Luc. Puella.*

Verſ. 70.

At ille negauit coram omnibus, dicens : Neſcio quid dicis.

Quid dicis. *Al. Quid dicas.*

Verſ. 71.

Exeunte autem illo ianuam vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi : Et hic erat cum Ieſu Nazareno.

Exeunte au. illo ianuam. *Pagn. Cum autem exiſſet in veſtibulum. Mald. Egreſſum autem eum in veſtibulum.*
Alia ancilla. *Syr. Alia mulier. Ar.M. Alia.*

Verſ. 72.

Et iterum negauit cum iuramento : Quia non noui hominem.

Cum iuramento. *Al. Cum iureiurando.*
Hominem. *Syr. Hominem illum.*

Verſ. 73.

Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro : Verè & tu ex illis es : nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Loquela tua, *Fr. Luc. Locutio tua. Auct. Loquacitas.*

Verſ. 74.

Vulgata Editio.

Verſ. 74.

Tunc cœpit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuò Gallus cantauit.

Verſ. 75.

Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat: Priuſquam gallus cantet, ter me negabis: Et egreſſus foras, fleuit amarè.

Lectionum Varietas.

Deteſtari. *Paga. Execrari. Vat. Deuouere ſe.*
Quia non nouiſſet hominem. *Fr. Luc. Quia non noui hominem. Syr. Non noui illum hominem.*
Cantauit. *Fr. Luc. Clamauit.*

Quod dixerat. *Ar. M. Dicentis ei. Al. Qui dixerat ei.*
Amarè. *Arab Fleta amaro. Int. Orig. Amariſſimè.*

CAPVT XXVI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Paſſionis Chriſti, & gloriæ nexus. 1207
A ſummi iudicis ira vt nos ſubducamus, Chriſti paſſionem meditemur, imitemur. 1207
In ingentia labuntur crimina, qui ea negligant quæ ad Dei cultum ſpectant. 1211
Dei timore deſtituta mens ingentia ferè ſcelera committit. 1211
Mortificationis ſacrificium cum obedientia. 1212
Beneficiorum diuinorum memores eſſe debemus. 1212
Peccatores Chriſtus ad ſalutem allicit. 1212
Virtutum odorem emittit, qui Chriſti paſſionem mente verſat. 1213
Unguentorum luxus fugiendus. 1213
Ad Dei gloriam omnia referenda. 1213
In rebus iudicandis ſpectandum maximè, quo affectu res fiat. 1214
Iuſti in meliorem partem aliorum dicta, & facta interpretantur. 1214
Plerumque toti familiæ culpa tribuitur, quam vnus tantum, commiſit. 1215
Diuitiarum contemptum, & beneficentiæ ſtudium vt Chriſtus ſuaſerit. 1215

Et factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit: Scitis, quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur.

1207. POSTQVAM Chriſtus dixerat, ſe in claritate, ac maieſtate venturum, ſtatim, paſſurum ſe admonet; vt ſacramentum crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis agnoſceremus. Magnus quippè gloriæ, ac paſſionis nexus: proinde, qui illam ſperat, hanc pati non defugiat.

Poſt iudicium de ſuâ paſſione agit; vt, qui à duri iudicis irâ ſe ſubducere vult, agni patientis paſſionem & meditetur, & imitetur.

1208. *Poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur*; quî paſchatis mentio ad Chriſti mortem? Poterat in aliud tempus mortem ſuam Chriſtus differre, ſed noluit; vt oſtenderet Paſſionis myſterium diem maximè feſtum eſſe, maximamque ſolemnitatem, quæ ad totius orbis ſalutem celebrabatur; quod tangit etiam Sanctus Chryſoſtomus; cohæret paſſio cum paſchate; quia, vt celebri feſto, lætitiam ſuam Chriſtus oſtendit, tot opprobria, cruciatuſque pro nobis patiens

Filius hominis tradetur; De ſuo aduentu ſuperiùs egerat, quo ſcilicet gloriam ſuis daturus cum gloriâ venturum ſe dixit; cum paſſionis; & Crucis mentionem facit, vt à verborum nexu, Crucis, gloriæque nexum colligeremus; Pulchrè Sanctus Hilarius hîc: *Poſt ſermonem, quo, venturum ſe Dominus in reditu claritatis, oſtenderat, nunc, paſſurum ſe eſſe, admonet, vt, Sacramentum Crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis, agnoſcerent.*

Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum, & ſeniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

Sæpe aliàs iſti in Chriſtum peccauerant, ſed 1209.
nunc maximè cum ex condicto & conſultò delinquunt; *propter atrium puto, in quo concilium fecerant, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent, deſolata eſt Ieruſalem*; vbi concilium quis init, & ſciens, ac videns peccat, malorum extrema timenda ſunt.

Ieroſolymæ ſubuerſio & excidium, non populo clamanti, & dicenti *Crucifige, Crucifige*, tribuitur, ſed principum, & ſacerdotum peccato, qui coacto concilio Dominum damnauerunt; quia grauius ſuperiorum ſcelus, quàm ſubditorum, cæteris paribus, eſt; cum ſuperiores delinquentes ad eadem crimina exemplo ſubditos vrgeant, & quodammodo impellant.

Conueniunt ad concilium, & principes ſacer- 1210.
dotum, & ſeniores populi, primi omnes Eccleſiaſticæ, & ſæcularis dignitatis, & poteſtatis, ne quid peccatum putaretur in ferendâ ſententiâ de re tanti momenti inque malis, quæ imminebant, præcauendis; ſed quia inuidia, & malitia vtroſque congregauerat, idcircò nihil boni ab hoc concilio ſperari poterat.

In atrium principis ſacerdotum; Indicitur concilium in atrio principis ſacerdotum, vt à loci ſanctimoniâ auctoritas illi accederet, tegeretur illorum apud populum improbitas; quis in atrio principis ſacerdotum, improbitatem, & iniuſtitiam admiſſam ſuſpicaretur? At nuſquam ferè maior, quàm in hoc atrio eluxit impietas, iniuſtitia.

Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

NOn feſtiuitati ſtudebant, ſed facinori: nul- 1211.
la illis de diei feſti celebratione cura, ſeditionem

nem populi metuebant: non ob peccatum populi, ſed ne Chriſtus ab eorum manibus elaberetur. Ab his, qui ea, quæ ad Dei cultum ſpectant, negligunt, nonniſi ingentia ſcelera timeri poſſunt.
Luc.22. v.2. Lucas ait, *timebant verò plebem*, non Deum ſupremum Iudicem. Qui Dei timorem ex corde euomuerant, plebem duntaxat timent; vnde non mirum, ſi in tam pœnitenda labantur. Dei timore deſtituta mens ingentia tantùm ſcelera meditatur,

Cùm autem eſſet Ieſus in Bethaniâ in domo Simonis leproſi.

1212. PAſſurus in Bethaniâ, & in domo Simonis leproſi manet. Myſteriis plena nomina ſunt. Bethania, *obedientia domus*, interpretatur, Simon, *obediens*. Nempè, qui paſſurus aliquid eſt, ab obedientiâ incohet, vt gratum mortificationis ſacrificium Deo ſit.

Leproſus hic Simon dicitur, non quia eſſet, ſed quia fuerat; mundatus autem à Chriſto euaſit; ſed leproſi nomen retinuit, vt vel ſic collati beneficij recordaretur.

Ad leproſi domum ſe contulit Chriſtus, vt fiduciam hinc mulier acciperet ad Chriſtum accedendi. Vide, quid agat Saluator, vt ad ſalutem peccatores omnes alliciat. Semper peccatorum ſalutem Chriſtus quærit.

Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.

1213. NEmpè tunc præcipuè cum odore virtutum ad Chriſtum accedendum, cùm mente eius paſſio voluenda eſt. Præiuit in exemplum hæc mulier, & in ſignum, quæ ad Chriſtum paſſurum acceſſit, habens alabaſtrum vnguenti.

Rectè in alabaſtro vnguentum habere mulier perhibetur; nam ipſa vnguentis delibuta non accederet. Non benè mulier olet, quæ benè olet. In alabaſtro tantùm vnguentum habet, non habet in veſtibus, in corpore. Non aptè Chriſtum vngit, quæ, vncta vnguentis, laſciuiam quandam odore ipſo afflat.

Etiam pedes vnxit; ſed ſolius capitis hîc mentio: caput quippè vngere eſt ad Dei gloriam omnia referre. Hoc autem præcipuè in operibus ſpectatur, hoc maximè Deo placet.

Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicentes. Vt quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum iſtud venundari multo, & dari pauperibus.

1214. DIſcipuli indignati hîc referuntur, cùm Beatus Ioannes Iudæ ſolius meminerit; ſed fors etiam alij ex diſcipulis idem & ſenſerunt, & dixerunt, alio tamen animo, aliâ mente: Iudas ob inuidiam, ob auaritiam, alij diſcipuli, ob pauperum amorem. Sanè Ioannes id tantùm Iudæ tribuit, vt id colligeremus in rebus diiudicandis ſpectandum maximè, quo conſilio, & affectu quidpiam ſeu fiat, ſeu dicatur.

Vel diſcipuli indignati dicuntur; quia, licèt vnus præcipuus fuerit, vnius tamen exemplum in alios iuit, & ſecuti diſcipuli Iudam fuerunt; putabant enim bono hæc verba zelo effudiſſe. Hæc nempè iuſtorum nota, vt in meliorem partem aliorum dicta, & facta interpretentur, nec facilè ſiniſtram de aliis ſententiam ferant.

Tandem Synedoche figura eſt, vt multi pro vno accipiantur: quod ſine figurâ vulgus obſeruat. Vnius defectus in integram familiam transfunditur, aliiſque communicatur, quod commune non eſt. 1215.

Vt quid perditio hæc: Ac ſi dicerent: Inutilis profuſio iſta vnguenti tam pretioſi, nec vlla iuſta profundendi apparet cauſa: manifeſtus videtur luxus, merito coarguendus. Satiùs fuiſſet vendi, eiuſque pretium pauperibus dari. Adeò exactè tùm verbis, tum exemplo Chriſtus diuitiarum contemptum, & eleemoſynæ, ac beneficentiæ ſtudium ſuos diſcipulos docuerat, vt primâ fronte aliquos huius mulieris factum, iſtiuſque vnguenti effuſio offenderit,

---

SECTIO II.

Qui ſe non excuſat à Chriſto defenditur. 1216
Καλὸς quid. Iuſtorum bona opera digna ſunt quæ ſpectentur. 1216
Aliorum profectus promouendus, non decutienda germinans fides. 1216
Chriſtus ad eleemoſynam, quàm pronus. 1217
Maximam pauperum curam Chriſtus habet. 1218
Pauperes videre, & pauperibus benefacere idem apud Chriſtianos ſit. 1218
Pauperes inter diuites eſſe vult Deus, ne benefaciendi occaſio deſit. 1219
In Euchariſtia Sacramento non pauper Chriſtus, ſed diuitias ſuas pauperibus largitur. 1219
Nec quærenda reipſa terrena deliciæ ſunt, nec ſignum, quòd quæramus, exhibendum. 1210
Bonorum operum præmium, & merces. 1221
Non præmij ſpe, ſed amore in Dei obſequium laborare perfectum eſt. 1222.

Sciens autem Ieſus ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me.

EXcuſat mulierem Chriſtus, quæ ſe non purgat, nec conatur calumnias illatas reiicere. Meretur defenſorem habere Chriſtum, quæ ſe non defendit. 1216.

Opus bonum: Græcè, *ἔργον καλὸν*, *pulchrum, & egregium opus*; & laude dignum. καλὸς, de rebus pulchris, ac venuſtis dicitur, quæ aliorum in ſe rapiant oculos; innuens, hoc mulieris factum ita bonum eſſe, vt etiam dignum ſit, quod ſpectetur, in exemplum eat, & exemplar beneficentiæ ſit.

Mulierem à calumniâ vindicat, & mulieris opus commendat Chriſtus, vt diſcerent diſcipuli, non eſſe germinantem fidem decutiendam, ſed potius irrigandam. Nos quoque docet, cùm aliquod bonum fieri videmus, etiamſi exactiſſimè non fiat, ſuſcipiendum tamen nobis eſſe, & ad maiora prouehendum: non eſt enim exquiſitiſſima ratio ſtatim in principio rerum quærenda.

Hinc multorum Sanctorum Patrum conſio eſt: quòd adeò in pauperes pius, & ad eleemoſynam pronus Chriſtus erat, vt ſi quis, antequam mulier vnguentum effudiſſet, ipſum interrogaſſet, non admiſiſſet, ſed pretium potius pauperibus dari voluiſſet, 1217.

voluiſſet. Poſt factum inhibet, ne turbetur mulier; ſed, hortatu ſuo, maiore animo ſuſcepto, promptior, meliorque fieret.

Nouerat Chriſtus auarum Iudæ animum, & rapinis intentum; auaritia quippè ſecerat, vt Magdalenæ pietatem, ac liberalitatem damnaret; corripit eum Chriſtus, ſed mitiùs in eum agit, cur non acriùs eum momordit, eum arguit, vt par ſceleri correctio eſſet? noluit, ne eius animum exaſperaret, & iratus Dominum traderet, haberetque excuſationem aliquam, quod animo exacerbato Dominum tradiderit: *Nihil acerbum Chriſtus*, inquit Sanctus Gaudentius, *voluit pro merito ſceleratæ mentis illius loqui, ne Iudas eum tradere videretur iratus*. Reprehenſionis aculeos omittit Chriſtus ne Iudas ab irâ in proditionem impulſus videatur.

Nam ſemper pauperes habetis vobiſcum; me autem non ſemper habetis.

1218. OBiectionem de curâ pauperum? quæ diſcipulos fefellerat, & quam Iudas ſimulatè propoſuerat, hîc Chriſtus ſoluit: ne, ſi minimè reſponderet, pauperum ſe curâ non tangi indicaret: quod longiſſimè à Chriſti clementiâ, ac bonitate abeſt.

Semper pauperes habetis vobiſcum: cur non dixit? *ſemper pauperibus eleemoſynam præbere poteſtis*: cùm id eorum obiectio requirere videretur; volebant quippè vnguenti pretium in pauperes diſtribui. An hinè diſcimus, quòd tanta Chriſtianorum pietas in pauperes eſſe debeat, vt idem ſit pauperes habere ſecum, & pauperibus benefacere? Nec enim pietatis viſcera ferunt, pauperes, & rebus neceſſariis deſtitutos videre, & eleemoſynam illis, modò adſit facultas, non elargiri.

1219. *Semper pauperes habetis vobiſcum*; Hinc colligimus, non eſſe fortuitum, quòd multi ſemper egeant. Certo Dei conſilio ſemper nobis pauperes offeruntur, vt erga illos noſtra ſe charitas exerceat, quos alioquin ditare Deus poſſet ſi vellet. Non vult, ne nobis benefaciendi opportunitas deſit: qua in re diuitibus conſultum eſt; in illorum quippè auxilium deſtinati pauperes ſunt.

Me autem non ſemper habetis. Videtur hoc illis verbis contrarium, quæ habet cap. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Videtur; ſed non eſt: nam hæc poſtrema verba de præſentiâ ſpirituali per gratiam, & de eâ, qua per Euchariſtiæ Sacramentum apud nos eſt, intelliguntur. Quæ verò hîc habentur, de præſentiâ corporali, qua corporalia obſequia ipſi exhiberi poſſunt, interpretanda ſunt. Cùm apud nos viuebat naturali præſentiâ, tanquam pauper, obſequia noſtra excipere poterat: nunc in Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, theſaurorum ſuorum diuitias nobis communicat, non iam pauper, ſed pauperum conſolator, & pauperes ditans.

Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.

1220. QVæ fuerit in vnguenti effuſione mulieris mens Chriſtus hîc manifeſtat: *hæc*, inquit *ad ſepeliendum me fecit*: ne quis putaret, has corporis delicias ipſum quæſiuiſſe, illam ad has delicias, vt Chriſto morem gereret, ſpectaſſe. Non quærendæ tantùm deliciæ re ipſa non ſunt; ſed & ſuſpicio ſola inquiſitionis amolienda.

Ad ſepeliendum me fecit; Vix hoc dixerat Chriſtus, cùm ſubiicit Euangeliſta; *tunc abiit vnus de duodecim*; ſepulturæ meminit Chriſtus, mortis mentionem facit, & neque hinc *compunctus eſt Iudas*, ait Sanctus Chryſoſtomus; conclamatæ impietatis eſt, mortis commemoratione meliorem non induere mentem; ſed ad immania ſcelera delabi.

Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium, in toto mundo dicetur, & quòd hæc fecit in memoriam eius.

TAntum abeſt, vt argui, ac damnari hæc mulier ob vnguenti effuſionem debeat, vt res in poſterorum memoriam, tanquam æternâ laude digna, ſit abitura. Sed cur nudam memoriam mulieri promittit, non aliam mercedem, aliud præmium? An iſtuc tacitè promiſit, cum dixit: *opus enim bonum operata eſt in me.* Eo ipſo quòd bonum opus pronuntiat, præmium etiam pollicetur, quod bonis operibus datur. 1221.

Præterea, non explicuit; quia nullâ mercedis, nullâ laudis ſpe mouebatur mulier, ſed ſolo amore, vt obſequium iſtuc Chriſto Amori ſuo exhiberet.

SECTIO III.

Proiecta impudentia eſt pœnitenda meditari cum mortis mentio fit. 1222
Extremæ malitiæ ſignum eſt ad immania ſcelera decurrere, cum probum exemplum exhibetur. 1225
Qui Dei præſentiam non cogitat facilè in immania quæque ſcelera labitur. 1225
Impiiſſimus qui ſola malitia ad malum ducitur. 1226
Nihil eſt, quod non audeat, qui Dei timorem exuit. 1226
Ieſu Chriſti *nomen quàm ſalutare, & Iudæ quam inuiſum.* 1227
Occaſio, ne de bonis malè quis ſuſpicetur, auferenda. 1227
Animæ ſuæ prodigus auarus. 1227
Impij lætantur ſi ſcelerum conſortes habeant. 1228
Quam facilè Chriſtum habere quis poſſit. 1228
Auaritia mentem, quam poſſidet, obcæcat. 1228

Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes ad principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

TVnc: Ideſt, quando iſta locutus erat Chriſtus, quando ſepulturæ meminit, quum mortis memoriâ meliorem induere mentem debebat Iudas; tunc abiit, vt Magiſtrum ſuum traderet. Nimirum, proiectæ impudentiæ ſignum eſt, & ferè ſalutis conclamatæ, indigna, & pœnitenda machinari, cùm mentio ſepulturæ, mentio mortis fit. Iudæ par eſt, qui poſt ſepulturæ memoriam ad immania ſcelera decurrit, 1222.

Tunc abiit vnus de duodecim: Pende mihi illud, *tunc*; ſcilicet, cum fæmina ad meliorem frugem reuerſa eſt, tunc Apoſtolus in peccatorum barathrum eſt lapſus; cum peccatrix è luxuriæ cæno emerſit 1223.

emerſit, diſcipulus in ſcelerum cœno eſt merſus. *Quando proſtituta lupanar exiuit*; inquit Sanctus Chryſoſtomus, *diſcipulus gehennam intrauit. Ideo dixit, tunc, vt non magiſtrum in infirmitate accuſes. quando diſcipulum reperis proditorem; magis enim virtutem doctoris oſtendis, qui & meretricem ad obediendum connolare fecit*; dum diſcipulus ad tam immania ruit, peccatrix ad Chriſtum aduolat, ne defuiſſe Chriſti miſericordiam quis diſcipulo credat, qui, illo eodem tempore, eam in meretrice patefecit.

1224. Quo tempore meretrix reſipiſcit, & ad Chriſtum conuolat, à Chriſto diſcipulus abit, Chriſti proditor futurus: Mulier ad ſpem allicit peccatorem, Iudas timorem incutit. *Non ergo*, ait idem Sanctus Doctor, *videndo meretricem de tuâ miſericordiâ deſperes, ſed & Iudam cogitando non debes eſſe ſecurus*; timor ſpei nectatur, & ſpes timori.

1225. *Tunc*: Quando ſcilicet mulier, eaque meretrix (fuerat quippè in ciuitate peccatrix) tanto honore Chriſtum proſeqoitur, Iudas diabolicum facinus meditatur. Extremæ nequitiæ argumentum eſt, tunc ad efferata ſcelera currere, cùm probum exemplum exhibetur vel ab iis, qui aliàs malum exhibuerunt.

Abiens à Chriſto, Chriſtum Iudas vendidit. Sic ferè fit, vt qui Dei ſui præſentiam non cogitat, in omnia delicta fœdiſſimè labatur. Vix ſeruus ille egreſſus erat à facie domini, cùm cœpit alium ſeruum ſuffocare, vt redderet, quod debebat. Chriſtum facilè ſuis peccatis non prodit, qui ab eo per obliuionem non abit.

1226. *Abiit*: Non inuitatus à principibus, nec vllâ neceſſitate conſtrictus; ſed ſpontè, ac liberè ſceleratæ ſuæ conſcientiæ conſilium iniit.

Ad principes ſacerdotum: Pende diſcipuli malitiam. Iudæi timore populi correpti in aliud tempus captionem differebant: iniquus proditor eos acuit, vrgetque, vt ſtatim, quod animo conceperant opere complerent. Nihil eſt, quod non audeat, qui Dei timorem euomuit.

Quam noxium, quod ante à diſcipulis ſe Iudas ſubduxit, ſubduxit à magiſtro; vt malorum conſuetudo plurimum nocet, ſic bonorum plurimum prodeſt; *quando*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vltima cœna communicauit Iudas nocte illa poſtremâ, cæteris omnibus recumbentibus, ipſe ſe proripiens exceſſit: illum imitantur & iſti, qui ante vltimam gratiarum actionem diſcedunt; niſi enim exiiſſet ille, proditor factus non eſſet: niſi condiſcipulos deſeruiſſet, non periiſſet: niſi ſeipſum extra ouile proripuiſſet, non eum lupus ſolum offendiſſet, atque deuoraſſet; niſi ſeipſum à paſtore ſegregaſſet, belluæ præda factus non eſſet. Idcirco nimirum ille cum Iudæis, iſti verò cum Domino, hymno dicto exierunt.*

1227. *Et ego eum vobis tradam?* Non dixit, *Ieſum Chriſtum*, ſed *eum*; iam enim & nomen eius oderat; vel fortè timebat, ne tàm ſancti nominis pronuntiatione à re, quam inceperat auocaretur.

Qui dicitur Iudas Iſcariotes: Nominauit eum Euangeliſta, ne cæteris Apoſtolis iniuriam faceret, incertis ſoſpicionibus locum relinqueos. Quis tàm peſſimus diſcipulus ſit apertè manifeſtatur, ne cæterorum nomen alicuius ſuſpicionis notâ inficeretur.

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Auaritia furorem hunc illi immiſit, vt Magiſtrum ſuum proderet. Propriam auarus ſalutem negligit; quid faciet de alienâ? Animæ ſuæ prodigus auarus eſt; quidni & alienæ vitæ?

At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.

Lvcas addidit, ſacerdotum principes lætitiâ exiliiſſe, *gauiſi ſunt*, inquit, *& pacti ſunt pecuniam illi dare.* Lætati ſunt non ſolùm quia illis exhibita occaſio facinoris, quod animo conceperant, perficiendi; ſed quia inuenerunt malitiæ ſuæ complices. Nempè impij in rebus peſſimis exultant etiam, ſi ſcelerum alios conſortes habeant, ne ſoli ſcilicet pereant. 1228. Luc. 22. 5.

Tam vili pretio Chriſtus vendi voluit, vt ſcires, quàm facile illum habere poſſis. Exiguo argento emptus, vendituſque eſt, qui infinito pretio damnatos redemit.

Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

VIde, quàm denſas habendi cupiditas tenebras inferat. Iudas ſæpiùs vidit Chriſtum per medios inimicos tranſiſſe, nec detentum fuiſſe; multaque alia Diuinæ omnipotentiæ documenta percepit, retinere tamen cæcus factus putauit: tantum in mentem, quam poſſidet, auaritia poteſt.

SECTIO IV.

Chriſti paupertas. 1229
Supplicia & crux Chriſti conuiuium, Chriſti epulæ. 1229
Actione, & contemplatione mens ad ſacram Eucharistiam præparanda. 1229
Hoſpitij reuerentia. 1230
Paſſionum tumultus ab eo abſint, qui Eucharistiam accipere debet. 1230
Eucharistiæ frequentia noua vita naſci homo debet. 1230
In ſacra Eucharistia ſumptione ad meliora tranſeundum. 1231
Dominorum eſt ſuorum ſeruorum curam habere. 1231
Opprobria, & calumniæ Chriſti deliciæ. 1232
Epulæ Chriſti paſſione condiendæ. 1232
Alienæ famæ ſemper conſulendum. 1232
Studendum ne peccator impudentior fiat. 1232
Quò quis ſanctior, eo magis de ſe diffidat, humilior ſit. 1233
Iuſtorum eſt ſua, & ſe timere. 1233
Sancti fragilitati ſuæ minimè fidunt. 1234
Suæ ſalutis ſit quiſque ſollicitus. 1234

Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?

PEnde ingentem Domini paupertatem; ſiquidem domo, vilique habitaculo carebat: vnde diſcipuli inquiunt, *vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?* tanquam ſcilicet hoſpitio proprio carenti. 1229.

Petrum, & Ioannem Chriſtus miſit, vt menſam inſtruerent, omnia pararent, vt indicat Lucas: non Luc. 22. 8. commiſit hoc Iudæ, qui aliam menſam Domino ſuo parabat, mortem ſcilicet, & ſupplicia, quæ amantis Domini ſuauiſſima fercula ſunt.

Petrus, & Ioannes paſchalem agnum præparauerunt; vt vel hinc diſceremus, actionis, ac contemplationis ſtudio parandam menſam eſſe ad ſacræ Eucharistiæ menſam.

At

At Ieſus dixit: Ite in Ciuitatem ad quendam.

1230. CVr viri iſtius celare nomen Chriſtus voluit? Ne Iudas, qui iam obſeruabat omnem opportunitatem Magiſtri ſui tradendi, ſi locum nouiſſet, vbi cœnaturus erat Chriſtus, miſſis eò ſatellitibus omnia turbaret. Nimirum non vult Chriſtus hoſpitem ſuum aliquid ſui causâ pati, nec tàm grauem iniuriam ſuſtinere.

Deinde, miſſis ſatellitibus turbata & ſacra cœna fuiſſet, à qua tumultus, ſtrepituſque abeſſe debet; vt hinc doceamur, quàm à mentis domo, quæ Chriſtum in Euchariſtiâ excipit, abeſſe paſſionum ſtrepitus debeant.

Nomen ſupprimit, quod non caſu factum, ſed de induſtriâ; quod ſcilicet poſt Euchariſtiæ inſtitutionem, per quam vitæ iuſtæ naſci homo debet,
Apoc. 2. 17. nouum nomen indepturus quiſque ſit. Hinc Apoc. 2. 17. *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum*; quæ ad Euchariſtiam plerique referunt. Audiendus Sanctus Hilarius; *Hominem, cum quo Paſcha celebraturus eſſet, non nominat; nondum enim Chriſtiani nominis honor credentibus erat præſtitus, qui verè ſunt Deum mentis, ac fidei oculis contuentes; vt, cum eo Paſcha Domini Apoſtolos præparare, ſciremus, cui in tempore Domini nouum nomen eſſet addendum.* Nouum nomen habiturus, quia & vitam nouam acturus.

Apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.

1231. PAſcha; *tranſitum, ſaltumque* ſignificat. Rectè de agni eſu paſcha dicitur; vt tranſitum in cœnâ ad meliora faceremus: quod fit, cùm ſacræ menſæ frequentatione ad maiora tranſimus, rebuſque tranſitoriis neglectis, æternis, & non labentibus adhæremus.

Paſcha non ſibi duntaxat, ſed diſcipulis ſuis vult parari; vt tacitè innueret, dominorum eſſe, etiam ſeruorum curam habere, non ſui tantùm.

Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt.

1232. IN menſâ futuræ paſſionis memoriam inſerit; vt doceret, quibus ille ferculis delectaretur. Opprobria, calumniæ, tormentaque Amori delicias præbuerunt.

In menſâ de paſſione ſuâ agit, vt ita colligeremus, cibos pauperis menſæ, Chriſti patientis memoriâ, condiendos? ſuaues erunt epulæ, ſi Chriſti paſſione adſpergantur.

Proditorem Chriſtus nouerat, non tamen nomine deſignauit. Non expedit, quempiam coram aliis prodere, ſi tibi tantùm notus ſit. Diſce, aliena ſcelera in lucem publicam non educere, alienæ ſemper famæ conſulendum, alieno nomini.

Præterea, ſpecialiter proditorem non deſignat, ne fieret impudentior; huc enim euadit, qui timorem euomuit.

Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum Domine?

1233. MIra diſcipulorum humilitas, ingenſque ſui diffidentia: nullius malitiæ ſibi conſcij erant, dicunt tamen, *nunquid ego ſum Domine*: ſciebant quippè, quemlibet, licèt iuſtum, poſſe in fœdiſſima labi ſcelera; adeò vt hodie Ioannes, cras Iudas euadat. Quàm vtilis hæc ſui diffidentia, & quàm magnarum rerum parens hæc humilitas, quæ in ſuæ vtilitatis agnitione radicem figit!

Singuli dicunt: *Nunquid ego ſum Domine?* Non curioſè inquirunt, quis ſui Magiſtri futurus proditor eſſet. Iuſtorum eſt, ſua, & ſe timere, non aliena aliosque temerè diiudicare.

Quanta diſcipulorum bonitas! qui plùs Chriſti verbis credunt, quàm ſuæ conſcientiæ. Nempè quò quis iuſtior, cautiorque eſt, eò grauiora à ſe committi ſcelera poſſe putat. Fragilitatem ſuam timent diſcipuli, timentque ne proditores ex diſcipulis fiant. Licèt tales non eſſent, timebant tamen, ne tales euaderent, mente excæcati. 1234.

Vnus peccauit, vnus damnandus erat, & omnes timent: in mundo multi damnandi ſunt; multi enim ſunt vocati, pauci verò electi; & non timemus? Suæ igitur ſalutis ſit quiſque ſolicitus, & ab Apoſtolorum exemplo diſcat, ſemper pauere.

SECTIO V.

Magis amicè cum illis agendum, qui nos ad mortem quærunt. 1235
Plerumque accidit, vt qui delicatiùs à Chriſto accipitur grauius Chriſtum offendat. 1235
Etiam perſecutores pacem nobis afferre poſſunt. 1235
Pij ſuperioris eſt & mollibus, & duris à malo ſuos auocare. 1236
Væ illis, qui homines produnt. 1236
Multi in verbis innocentiam ſimulant, malitiam corde fouent. 1237
Bonorum exemplum, & colloquium quàm proficuum. 1237
Chriſti benignitas quàm magna. 1238
Impius etiam cum Deum laudare videtur Deum blaſphemat. 1238
Exemplo Chriſti iniuriarum obliuiſci debemus. 1239
Ne minimum vindictæ genus in eos, qui nos perſequuntur oſtendere debemus. 1239
Quærenda cuiuſque peccatoris ſalus. 1239
Malorum extremum cum mali bonos non conſulunt. 1240
Chriſti modeſtia, & lenitas. 1240
Superioris lenitas aliorum impetum, & iram coërcet, & temperat. 1240

Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.

VOluit Chriſtus, vt Iudas ex eâdem lance cum eo vteretur, quo in amorem eum alliceret, nec vllum charitatis exhibendæ locum proditori relinqueret: Scilicet magis amicè cum iis agendum qui interitum nobis parant. 1235.

Sic ferè accidit, vt ij, quos delicatiùs accipit Chriſtus, eum grauiùs offendant: quod fecit proditor Iudas.

Propheta Regius in Chriſti perſona dixit: *Homo pacis meæ, in quo ſperaui qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Pſal. 40. Pſal. 40. 10.
verſ. 10. Iudam, *hominem pacis ſuæ*, vocat, quia etiam proditores pacem nobis afferre poſſunt, tantùm abeſt, vt auferre queant.

Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.

1236. POſt beneuolentiæ ſigna etiam minas adhibet, nec vlla res omittitur, per quam flecti Iudæ mens poſſet, & à concepto ſcelere auocari. Pij hoc patris eſt, poſt blanda, ac mollia, etiam duris, aſperiſque vti, vt ſuos à malo reuocet, ad meliorem mentem ducat.

Væ homini illi: Sed væ etiam illis, qui homines produnt, pro quibus Chriſtus talem ſuſtinuit proditorem.

Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Nunquid ego ſum Rabbi?

1237. NE tacendo videretur ſe prodere, aliis interrogantibus, & ipſe interrogat: vocem innocentium impudens aſſumit, qui nocendi affectum habebat. In verbis ſimilis Apoſtolis aliis eſt; ſed animo omninò alienus. Multos reperire eſt, qui Iudæ pares in verbis innocentiam ſimulant, malitiam mente concipiunt, & parturire meditantur; ſed re ipsâ tandem apparet; quòd perfidus, & iniquus intus eſt, qui ſanctitatem ac iuſtitiam foris fingit.

Sed obiter pende, quid etiam in perditis hominibus bonorum exemplum poſſit; quantam ad bonum vim habeant colloquia bona, ſanctique ſermones. Vix humilem diſcipulorum vocem audiuit Iudas, quum in ſimilem erupit; non iſtuc facturus, niſi exemplum in bonis præiuiſſet. Si imitatores vis, ſanctè puréque loquere, vt alios allicias ad paria; alioquin ſequentur, ſi non dicenda dicas, & tacenda inhoneſtus effundas.

1238. *Nunquid ego ſum Rabbi?* Cæteris interrogantibus interrogat & ipſe, confidens de Præceptoris benignitate, quòd palam omnino eum non argueret, nec crimen eius, licèt ſciret, coram omnibus aperiret.

Alij diſcipuli dixerunt: *nunquid ego ſum Domine?* Iudas: *nunquid ego ſum Rabbi?* Magiſtrum vocat, non Dominum, a cuius imperio ſe ſubducere volebat, Magiſtrum vocat, ſubſannādi affectu, quaſi eum putaret hoc vocabulo indignum. Impius, etiam cùm Deum laudare videtur, blaſphemat.

Ait illi: Tu dixiſti.

1239. EX ore ipſius iudicat illum Chriſtus: Non obiurgat, non exprobrat, non à conſortio abigit, nec à menſæ communione: placidè dixit: *Tu dixiſti*. Ita terminos nobis, ac regulas tolerantiæ poſuit, & obliuionem docuit iniuriarum.

Proditorem iam notat, ſed alij fors, quæ dicebantur, non aduerterunt; tenebatur quippè Chriſti voluntate Apoſtolorum intellectus, ne manifeſtè proditorem agnoſcerent, vnde tumultus non fieret, & aduerſus eum inſurgerent. Noluit Chriſtus, ne minimum quidem vindictæ ſignum exhiberet: vitauit pacis amator tumultus occaſionem: venerat, vt pacem mentibus insereret, non vt ſui causâ diſſidia, iurgiáque orirentur.

1240. Non manifeſtè proditorem ſuum prodidit Chriſtus, vt adhuc locus pœnitentiæ daretur. Nullius tam deſperata ſalus, quin quætenda eius pœnitentia, vt reſipiſcat, & doleat.

Iam mente ſcelus conceperat Iudas, ſed celabat. Rem cum aliis diſcipulis communicaſſet & meliorem imbuiſſet mentem, ſaniuſque conſilium ebibiſſet. Malorum extremum malis eſt, cùm inter bonos viuentes, bonos non conſulunt, boniſque ſe, & ſua non prodnnt.

His verbis intellexerunt reliqui Apoſtoli Iudam notari licèt non tam apertè, quàm voluiſſent. Sed cur in eum non inſiliunt, cur veluti contra Magiſtri hoſtem, ac proditorem non ſe armant? Modeſta, ac manſueta Chriſti reſponſio eos continuit, ne in Iudam inſurgerent. Tantum Magiſtri exemplum in diſcipulis poteſt; tantam ſuperioris lenitas, & manſuetudo in aliorum animis virtutem habet; vt iram, impetumque coërceat, reprimat, & temperet.

SECTIO VI.

In Cruce nos affigi voluit Chriſtus, dum antequam crucifigeretur ſuis ſuum corpus, & ſanguinem exhibuit. 1241

Maiora beneuolentia edenda ſunt ſigna cum maioribus iniuriis, & flagellis impetimur. 1241

Cum magna nos tribulationes circumdant tunc maximè ad Euchariſtiam confugiendum eſt. 1242

In ſacra Euchariſtiæ menſa homo Deus quidam fit. 1242

Nobilior victoria cedendo vincere, quam cædendo. 1243

Euchariſticus panis Paradiſi delicias exhibet. 1243

In Euchariſtia delicias nobis Chriſtus parauit, afflictionis, & paſſionis panem comedens. 1243

Sibi, & mundo moriatur qui Euchariſtia panem comedere debet. 1244

Panem iniquitatis ne comedat, qui ad Euchariſticum accedit. 1244

Chriſti paſſio concordiæ amatoribus prodeſt. 1245

Paſſionis calix cum gratiarum actione excipiendus. 1246

Chriſti amor in Euchariſtia Sacramento vt eluceat. 1246

Amoris calix, non furoris in Euchariſtia. 1246

Qui imparatus ad Euchariſtiam accedit Dei iudicium ſibi bibere timeat. 1247

Quantum Chriſto debeamus ob Euchariſtia inſtitutionem. 1247

Veteris vitæ mores exuat ex Chriſti ſanguine bibiturus. 1248

Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Hoc eſt corpus meum.

CVr, antequam cruci affigeretur, Euchariſtiæ Sacramentum Chriſtus inſtituerit, non caret 1241.
myſterio. An iſtuc factum, vt nos quoque in cruce cum illo eſſemus? nam, corporis eius communione, ac ſanguinis, nos in illo, & ille in nobis eſt; vnumque quodammodo efficimur, &, vnum cum illo facti, cruci ſimul cum eo affigimur.

Quò magis in Chriſtum Iudas, Iudæique ſæuiebant, eo maiori amore ardet, maius beneficium exhibet, Diuinum Euchariſtiæ inſtituit Sacramentum; vt re ipsâ nos doceret, tunc maiora beneuolentiæ edenda eſſe ſigna; cùm homines in nos ſæuiores ſunt, & grandiora nobis opprobria, ac tormenta parant.

In qua nocte traditur Euchariſtiam inſtituit; 1242.
vt diſceremus, quò grauiores nos circundant tribulationes,

tribulationes, quò maiora imminent periculs, eò ardentiùs ad huius Sacramenti auxilium confugiendum nobis eſſe.

Corpus ſuum nobis in cibum exhibet, reipsâ illud adimplens, quod ſubdolè Satanas promiſerat, dicens: *Eritis ſicut dij*, ſi nempè ex ligno ſcientiæ boni & mali comediſſent. Fefellit primos parentes dæmon: eſu pomi dij non euaſerunt, ſed hominis imaginem macularunt. Eſum igitur Deus reperit, quo Dij quidam fieremus: eſum ſcilicet ſui corporis, ſui ſanguinis, vt eius vſu in Diuinam quodammodo naturam transformaremur.

1243. Melchiſedec Rex Salem, cùm reuerteretur ab hoſtium cæde, victor, & triumphans Abraham
Gen.15.18. ei panem, & vinum protulit Gen.14.verſ.18. Chriſtus occidendus id perfectius præſtitit, maior quippe victoria eſt flagella, & contumelias forti animo ferre, & cedendo pati, quàm cædendo vincere.

In Paradiſo deliciarum, panem homini, cibumque aſſignauit: cur non & Euchariſtiam? Non erat neceſſe Paradiſum condere; quum panis ipſe Paradiſi delicias contineat, imo multo maiores.

Quondam, afflictionis panem vt populus ede-
Deut.16.3. ret, Deus iuſſit; Audi: *Septem diebus comedes, abſque fermento, afflictionis panem.* Hic contra fit: Chriſtus ipſe afflictionis, paſſioniſque panem comedit, vnde & ſaturari opprobriis dicitur; nobis verò cœleſtium deliciarum panem parat.

1244. Panem, & vinum olim ſuper ſepulturam locabant: hinc illud Tobiæ 4.verſ.18. *Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue.* Euchariſticus panis ſuper ſepulturam iuſti conſtituetur, ſi is, cui exhibetur, ſibi, & mundo mortuus ſit; nec perituris ampliùs immoriatur: verè viuit, qui ita mortuus eſt.

Prou 4. v.7. Sub ſpecie panis corpus ſuum nobis Chriſtus offert, tantùm de nobis illud Salomonis non dicatur: *Comedunt panem impietatis.* Euomat hunc panem, qui Euchariſticum edere ad vitam cupit.

1245. *Benedixit ac fregit*; Frangitur panis, vt ira Dei patris, imo & Chriſti fracta iam intelligeretur; *Fregit per gratiam*, inquit Sanctus Bernardus, *vt ſuam, & patris frangeret iram: Dixit enim Deus, vt diſperderet nos, ſi non vnicus electus eius ſtetiſſet in confractione, vt auerteret iram eius.* Vbi Cæleſtis confringitur cibus, non poteſt non confringi Dei ira, quæ in nos deſinit deſæuire cum incipit in nos Dei amor, per Euchariſticum panem effundi.

Præterea ante Paſſionem Euchariſtiam inſtituit, vt intelligeremus, ſe prò cordibus vnitis pretium exhibere, vtque concordes per Euchariſtiam factos in Paſſione patri offerret. Ante paſſionem pacis, & vnitatis Sacramentum inſtituit; quia ſolis concordibus paſſio prodeſt; diſcordes, tanquam à fraternâ charitate velut luxata membra diuulſi, vitæ ſpiritum accipere non merentur, nec paſſionis virtute firmari.

Et accipiens calicem gratias egit, deditque illis dicens: bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus.

1246. NOn ſinè myſterio accipiens calicem gratias egit: calix eſt paſſionis ſymbolum: oſtendit ergò pati nos debere cum gratiarum actione.

Calicem ſui ſanguinis nobis bibendum porrigit
collige amoris magnitudinem, ſi potes. Nathan 2.Reg.12.3.
vt Dauidi indicaret, quanto amore pauper ouem ſuam proſequeretur, dixit, quod ouis illa de pane ſui domini manducabat, & de calice bibebat. Magis pretioſum nobis calicem Chriſtus exhibet, nobiliorem cœnam nobis parat.

Quondam iræ, furoriſque calicem ſuis Deus Ier.25.v.15.
porrigebat; hinc illæ voces: *Dicit Dominus exer-* Iſa.51. v.17.
cituum Deus Iſrael: Sume calicem vini, furoris huius de manu mea; & propinabis de illo cunctis gentibus, & alius ſimiliter clamat: *Eleuare, eleuare, conſurge Ieruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ eius.* Hic amoris calicem habes, non iræ, non furoris: calicem Chriſtus accipit, & ſuis porrigit, vt amoris ſui diuitias nobis oſtenderet.

Vel fors hac etiam de causâ calicem accipit, vt 1247.
nobis ſanguinem ſuum exhiberet, vt timeremus, ne indigne ſumentes iudicium Dei quodammodo biberemus. Cauere debet, qui ſanguinem Chriſti bibit, ne iræ, furoriſque Diuini calicem ſiccet: quod cogitare debet, qui ad Sacroſancta myſteria imparatus accedit.

Ingentem mercedem Chriſtus illi promiſit, qui Matt.10.42.
vel calicem aquæ frigidæ in eius nomine dediſſet. Quid nos Chriſto exhibebimus qui non calicem aquæ frigidæ nobis exhibet, ſed amore ardens ſanguinis ſui calicem?

Vinum porrigit Chriſtus, vinum noui Teſta- 1248.
menti, *hic*, inquit, *eſt calix nouum Teſtamentum* Luc.22. 20.
in ſanguine meo: &, Hic eſt enim ſanguis noui Teſtamenti: proinde nouum vinum, quale nunquam ab aliquo guſtatum hucuſque fuerat. Cùm ergo nouum vinum ſit, in vtres veteres poni non debet:
audis, *neque mittunt vinum nouum in vtres veteres,* Matt.9.v.17.
alioquin rumpuntur vtres. Vter vetus eſt, qui veteris hominis vetuſtatem non relinquit; qui nouum hominem, damnatis veteris vitæ erroribus, non induit. Vetus vter Iudas extitit, qui, ex quo bibit ex vino nouo, tandem, tanquam vter, diruptus eſt, & ſuſpenſus crepuit medius vt alibi tetigimus. Paria timeat, qui paria audet. Igitur ante actæ vitæ vetuſtatem exuat, Chriſti ſanguinem in Chriſti menſâ bibiturus.

Gratias peregiſſe, Chriſtus tunc dicitur, cum Paſſioni appropinquaret; non eſt tempus myſterio viduum; gratias agit, qui flagella alienæ iniquitatis ſuſcepit; vt hinc oſtendat, quid vnuſquiſque in flagello culpæ propriæ facere debeat, ſi ipſe æquanimiter flagella culpæ portat alienæ.

SECTIO VII.

Poſt menſam gratiæ Deo agendæ. 1249
ὑμνεῖν *quid. Perſtricti qui poſt menſam gratiarum actionem murmurationibus inficiunt.* 1249
Chriſtus concordiæ & pacis auctor ſeditionis occaſio fieri non vult. 1250
Tumultus, & ſeditiones quiſque ſtudeat impedire. 1250
A Sacra Euchariſtia ad ſanctitatis montem currendum. 1250
Poſt Sacram Euchariſtiam ad orationem ſe quiſque conferat. 1251
Ad miſericordiæ opera poſt Sacræ Euchariſtiæ ſumptionem. 1251
Euchariſtia, & pacis nexus. 1251
Paſſio Chriſti miſericordiæ opus 1252
Læto, hilarique animo aduerſa omnia ſuſtinẽda. 1252

Paſſiones, & tribulationes coronam gloriæ parturiunt. 1252

Cur diſcipulorum ſcandalum prædixerit Chriſtus. 1253.

Præſumptio quàm grauiter punienda. 1254

Noxia ſui fiducia. 1156.

Prælati ſubditis compatiantur. 1256

Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti.

1249. ET *hymno dicto*: Græcè, ϗ ὑμνήσαντες, *quum hymnum dixiſſent.* Pagninus, *cùm hymnum ceciniſſent.* Maldonatus, *cùm laudem Deo ceciniſſent.* Interpres Euthymij, *dictis laudibus.* Hic docemur, à menſâ non recedere, niſi gratiis Deo actis, & laudibus dictis: quod nec agunt, nec agere queunt qui temulenti à menſâ ſurgunt.

Ab hoc more abeunt, qui querelas poſt menſam euomunt, & pro laudibus murmurationes effundunt. Verbum, ὑμνεῖν, non ſolùm laudes dicere ſignificat, ſed etiam conqueri: hac huius verbi notione poſt menſam vtuntur pro illâ; aut certè à laudibus ad querelas tranſeunt, & gratiarum actionem murmurationibus inficiunt: quod vtinam a Chriſtianorum cœtibus eſſet alienum.

1250. *Exierunt in montem.* Cur in montem ſe contulit, relictâ ciuitate? Ne propter eum in ciuitate fieret ſeditio. Concordiæ, & pacis Auctor, ſeditionis occaſio fieri non vult. Diſce tumultus, diſce ſeditiones vitare, & quantum in te eſt auferre, aut impedire.

In montem: Probus ordo: poſt ſacram menſam ad montem pergunt, in ſuperna quippe mente eundum eſt, vbi ſacræ menſæ accubuerimus. In montem poſt Euchariſtiam abit, qui in perfectionis, & ſanctitatis culmen euolat. Etiam Elias poſtquam comedit ſubcineritium panem ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Horeb. Terrena ampliùs ſapere non debet, nec ad ima, & vilia currere, qui cœleſtem panem comedit, & Chriſti ſanguinem bibit.

1251. *Exierunt in montem Oliueti.* Franciſcus Lucas Brugenſis vertit: *In montem oliuarum.* Ad montem oliuarum abit cum ſuis diſcipulis Chriſtus, quia ibi orare conſueuerat: hoc exemplo nos edocens, ne poſt Euchariſtiæ ſumptionem ad ſecularia ſtatim negotia pertractanda accedamus, ſed ad orationis ſolitudinem, ac contemplationis quietem nos conferamus, vt tanti myſterij, tantique amoris magnitudinem attentè conſideremus.

Ad montem oliuarum poſt menſam itur, cùm miſericordiæ opera poſt Euchariſtiæ ſumptionem exercentur: non ad rapinas eundum, non ad illicita lucra.

Mons etiam oliuarum pacem ſignat, pacem quippè prætendit oliua; vt ita diſceremus, poſt Euchariſticum panem clariora pacis, & concordiæ ſigna præferenda eſſe. Etiam Dauid, oliuæ ſimiles eos, qui menſæ aſſident, eſſe debere, oſtendit cum
Pſal. 127. 3. ait, *Filij tui, ſicut nouella oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.*

1252. Paſſurus, & moriturus Chriſtus ad montem Oliuarum it; vt ſtatim diſceremus, miſericordiæ
Tit. 3. 5. opus hoc fuiſſe. Verus Apoſtolus: *Secundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.*

Pſal. 44. 8. Oleum, lætitiæ ſymbolum eſt. Hinc illud: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Paſſurus igitur ad montem Oliuarum abit; vt oſtenderet læto, hilarique animo aduerſa omnia, omnes tribulationes & paſſiones ſuſtinendas. Hoc præſtiterunt Apoſtoli, de quibus dicitur: *Illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij; quoniam digni habiti ſunt* Act. 5. 41.
pro nomine Ieſu contumeliam pati. Eadem veſtigia preme, lætus opprobriis occurre, lætus iniurias ſuſcipe.

Ex oliuis olim coronæ fiebant. Quidni ad montem oliuarum paſſurus Chriſtus iret, cùm paſſiones coronam honoris, gloriæque parturiant? *Vi-* Hebr. 2. 9.
dimus, Ieſum, inquit Apoſtolus, *propter paſſionem mortis, gloriâ, & honore coronatum.* Igitur, qui gloriam ſpetat, pati non defugiat.

Tunc dicit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſtâ nocte.

PRædicit, quid paſſuri ſint, vt ſalutem non deſperent, ſed agentes pœnitentiam liberentur. 1253.
Rectè additum, *in nocte iſtâ*; veræ lucis dies ab eorum mentibus abeſt, qui ob Chriſti paſſiones, & opprobria ſcandalizantur.

Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.

PErcutiam paſtorem; adhuc paſtor licèt percuſſus; imo verus paſtor quia pro ouibus percuſſus; verus paſtor non eſt, qui, ne percutiatur, oues deſerit.

Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis; percuti paſtor poteſt, oues tamen non deſerit; ipſæ eum deſerunt: nunc contra ferè fit, vbi oues percutiuntur, diſperguntur paſtores, oues relinquunt diſcerpentibus lupis; qui huiuſmodi ſunt, licèt paſtores dicantur, paſtoris tamen munus non exercent.

Et diſpergentur oues; ſignatè ſcriptum *diſpergentur*; diſperſæ ſunt oues paſtore percuſſo, non tamen perierunt: *non dixit percutiam paſtorem, & peribunt oues*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *ſed dixit & diſpergentur, hoc eſt, ad exiguum tempus ſcandalum patientur, paulo poſt autem fidem retinebunt Paſtorem Dominum appellantes*; cur percuſſo paſtore oues pereant, cum idcirco percuti ſe ſinat, ne pereat ouium grex?

Reſpondens autem Petrus dixit illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.

CHriſti amore æſtuabat Petrus & ſuam imbe- 1254.
cillitatem non conſiderabat. Quia aliquid de ſe præſumebat, cecidit, vt cautior eſſet: quòd ſi tam grauiter punitur præſumptio, quæ amori tamen annexa erat; quàm duriùs punienda, quæ à ſuperbiâ tantùm proficiſcitur?

Reſpondens autem Petrus; quid reſpondit? *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor*; ſe ipſum commendat, ſeque cæteris diſcipulis præfert; ac ſi apertius diceret, inquit Sanctus Chryſoſtomus; *quid ais; Domine? omnes ſcandalum propter te patiemur? & cum omnibus me quoque annumeraſti? ſiccine mea conſtantia confidis? etiam ne ego te negabo, qui in mari ambulaui? nonne ego te omnium primus agnoui & exclamaui. Tu es Chriſtus filius Dei viui? ego ne igitur te negabo princeps Apoſtolorum, columna Eccleſiæ? quamobrem, & mihi ipſi præſidens vociferor; etſi omnes ſcandalizati fuerint, ego non ſcandalizabor*; fidit nimium ſibi Petrus, & eò infirmior fuit, quò firmiorem

miorem ſe credebat; imbecillis omnis fortitudo eſt, ſi humanis viribus nitatur.

1255. *Ego nunquam ſcandalizabor*; ſi humiliùs de ſe Petrus ſenſiſſet, minùs fœdè lapſus fuiſſet: Recordari debuerat, ſe ita ſuper aquas ambulaſſe, vt mergi etiam cœpiſſet: ſepeliſſent eum vndæ niſi auxiliatricem Chriſtus manum porrexiſſet, ibi minus Chriſto fidit, hîc oimium fidit ſibi. Audiens à magiſtro, ſe negaturum magiſtrum, ſtatim enixè poſtulare debebat, ne permitteret Chriſtus eum labi: *Non obſecras Petre*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vt confirmeris, ſed promittis fore, vt non concutiaris. Nonne hic ipſe feruor tuus multò te deteriorem effecit*; melior fuiſſes, ſi firmæ ſponſionis loco, orationem fudiſſes.

Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.

1256. PErmiſit, & prædixit Chriſtus, Petrum tam fœdè cadere, ne aliquis ſibi multum tribuat, nevè in ſe confidat. Cadit primus Apoſtolus, vt cæteri omnes edocerentur, ne ſibi crederent, & ne humanæ imbecillitati innîterentur.

Cadit Petrus, vt ipſe, & cæteri prælati experientiâ noſſent, quî debeant ſubditis ſuis compati, cùm peccauerint.

Ter me negabis; aliquls hic obiiciat; ter Ieſum non negauit Petrus; nam primò negauit tantum, cum eo ſe fuiſſe, cùm enim ei ancilla diceret, *& cum Ieſu Nazareno eras, ille negauit coram omnibus dicens, neſcio quid dicis*; quod Ioannes ita refert: *dicit ergo Petro ancilla oſtiaria, & tu ex diſcipulis es hominis iſtius, dicit ille, non ſum*; negat ſe diſcipulum Chriſti, non negat Chriſtum; at negauit Chriſtum, cum, Chriſti ſe diſcipulum, negauit: *Dominus non ait Petro*, verba ſunt Sancti Auguſtini, *diſcipulum meum te negabis, ſed me negabis; negauit ergo ipſum, cùm ſe negauit eius eſſe diſcipulum: quid aliud iſte modo, quàm ſe negauit eſſe Chriſtianum.*

SECTIO VIII.

Chriſti deliciæ pro hominibus pati. 1257
Terrenæ deliciæ peccatorum occaſio. 1257
Adipe, & pinguedine anima repletur, quæ aliquid pro Deo patitur. 1257
Chriſti oratio noſtra quies. 1258
Vbi oratio ibi deliciæ. 1258
Orationis neglectus ingentium malorum, ſtudium bonorum fons. 1258
Oratione omnibus tribulationibus, & tentationibus occurrendum. 1258
Supernæ gloriæ memoria fortiores nos reddit. 1258
Solus Chriſti orantis adſpectus mentem firmat ad dura. 1259
Qui maiora à Deo accepit beneficia patienti Chriſto magis adhæreat. 1260
Paſſionis Chriſti, & gloriæ nexus. 1260
Peccatum Iudæ, & aliorum, triſtitiæ cauſa in Chriſto. 1260
Non propter mortem triſtis Chriſtus, ſed ob noſtra peccata. 1261
Salutem noſtram quàm ardenter Chriſtus cuperet. 1261

Tunc venit Ieſus cum illis in villam, quæ dicitur Gethſemani.

IN villam, & in hortum pergit Chriſtus, quia in deliciarum horto ceciderat Adamus. Paſſurus ad deliciarum hortum peruenit; quia pro hominibus pati, & mori delicias computabat. 1257.

In horto paſſionem incipit; vt ita ſciremus, quòd terrenæ deliciæ peccatorum ferè occaſio ſunt, quæ vt Chriſtus deleat, patitur. Nempè, quod nobis delicias, Chriſto pœnam parit.

Gethſemani, vallis pinguedinis, interpretatur. Hic paſſionem exorditur Chriſtus; vt ita innueretur, quòd ſicut adipe, & pinguedine anima repletur, quæ aliquid pro Deo pati incipit.

Sedete hic, donec vadam illuc, & orem.

SEdere iubentur diſcipuli, dum orat Chriſtus, quia Chriſti oratio noſtra quies eſt, ac firmitas: ſedere non poſſemus niſi ille oraret. 1258.

Orat in horto. Oratio deliciarum hortum, vel deſertum reddit: vbi oratio, ibi hortus, ibi deliciæ. Magna horti, & orationis cognatio: omnia ſpiritualia germina in mentis horto pullulant, dum oratione irrigantur.

In horto orat. Oraſſe non legitur Adamus, qui fors non cecidiſſet. Orat Chriſtus, vt lapſos erigeret. Orat inter arbores Ieſus, quia inter arbores peccauit, & non orauit Adam.

Antequam caperetur Chriſtus, orat; vt oſtenderet, oratione omnibus tentationibus, & tribulationibus occurrendum eſſe. Quò ſæuiùs in nos irruunt perſecutores, eò feruentiùs fundenda oratio eſt.

Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari, & mæſtus eſſe.

HI tres diſcipuli aſſumpti quoque fuerunt à Chriſto, cùm transfiguratus eſt. Hîc etiam transfigurat ſe quodammodo, dum, qui eſt hominum lætitia, & gaudium, contriſtatur, & mœſtus eſt. Hos tres aſſumpſit, reliquos adeſſe noluit, ne offenderentur, tanquam imbecilliores conſpectâ Magiſtri triſtitiâ. Hos tres, qui in monte fuerant gloriæ ſpectatores, decuit eſſe conſtantiores, & minùs cæteris offendi: ſupernæ quippè gloriæ memoria, & cogitatio fortiores nos reddere debet, & magis à lapſu immunes. 1259.

Præterea, hi tres tantùm aſſumuntur, quia, cùm Chriſtum orantem vidiſſent, fortiores eſſent, & minùs ſcandalizarentur. Solus Chriſti orantis aſpectus firmare diſcipulorum mentes poterat, & ad omnia perferenda animare.

Participes hi diſcipuli fuere lætitiæ, participes & triſtitiæ ſunt: debet enim, qui maiora à Deo accepit beneficia, magis adhærere patienti Chriſto, & eius tormenta atque paſſionem magis deuotè meditari. 1260.

Gloriam corporis his tribus diſcipulis ante Chriſtus oſtenderat; nunc dolorum Chriſti ſpectatores fiunt. Cohæret vtraque viſio; nam verè, paſſio, omneſque dolores Chriſti, ad gloriam ſunt; & glorificari dicitur, cùm patitur, cùm moritur.

Cœpit contriſtari; ac mæſtus eſſe. Cuius causâ contriſtatur, cuius causâ mœſtus eſt? Eorum, quos aſſumpſerat, & præcipuè Iudæ. Contriſtabatur, non timore patiendi, quia ad hoc venerat, ſed propter infeliciſſimum Iudam, & Apoſtolorum ſcandalum.

Tunc ait illi: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

1261. NOn dixit, *propter mortem*, ſed, *vſque ad mortem*; magis enim triſtis ob aliena peccata, quàm quòd mortem timeret. Vſque ad mortem triſtabatur, videlicet quovſque mors Chriſti mortem, omni iuſtitiæ iure, vinceret.

Triſtis erat Chriſti anima vſque ad mortem, donec ſcilicet ſuâ morte Apoſtolos liberaret, omneſque homines redimeret. Salus noſtra, noſtraque, redemptio triſtitiam omnem ademit, ingenti eius mentem gaudio perfudit. Triſtabatur Chriſtus, velut ardenter diligens, cupienſque liberare, quos diligebat.

SECTIO IX.

Tunc maximè vigilandum cum inſtant aduerſa. 1262
Superior vigilet ad vigiliam ſuos hortans. 1262
Prælati, & ſuperioris nomen non meretur qui torpet, & dormit. 1262
Cum Chriſto vigilare debemus, non cum Chriſti inimico. 1262
Superioris vita ſubditorum exemplar. 1263
Chriſti orantis aſpectus ſpectantium mentes in melius traducebat. 1263
Qualiter in tentationibus, & aduerſitatibus orandum. 1263
Orationem fuſurus charorum affectum exuat. 1263
Cur orans in faciem ſuam Chriſtus procideret. 1264
Ex cognitione ſui humilitas naſcatur. 1264
Veri gaudij mater oratio. 1264
Iudæorum potiùs peccatum, quàm ſuam mortem timebat Chriſtus. 1265
Vera fortitudo, in promptâ obedientiâ ſita. 1266
Quò feruentius orauerimus eò magis de aliorum ſalute ſimus ſoliciti, Chriſti exemplum in hac re. 1267
Superior maximè arguendus licet omnes peccent, 1267
Magis ob peccatum arguitur, qui ante magis gloriabatur. 1268
Ex minimorum neglectu ad magna ſcelera itur. 1268
Torpor quàm noxius. 1268
Superiorum incuria, & deſidia in ſubditos transfunditur. 1268
Superioris abſentia ſubditis noxia, præſentia vtilis. 1268

Suſtinete hîc, & vigilate mecum.

1262. TVnc maximè vigilandum, cùm inſtant aduerſa. Nullus nos torpor inuadat, cùm hominum ſæuitia contra nos armatur. Sic plerúnque Dominus ſinit, nos tribulationibus premi, vt vigilemus.

Vigilate, inquit, *mecum*: Vigilat Chriſtus, & ad vigiliam diſcipulos vocat. Ægrè ſuperior ſolicitudinem, & vigilantiam aliis perſuaſerit, ſi ſomno, atque ſocordiæ ſupinus ipſe indormiat.

Prælati, ac ſuperioris nomen non meretur, qui, vigilantibus ſubditis ipſe dormit, & alto ignauiæ ſopore corripitur.

Signatè ait, *mecum*. Multi vigilant, ſed non cum Chriſto: vigilant contra Chriſtum in ſceleribus: in impietatibus vigilant, & rerum terrenarum amore. More dæmonum plerique ſunt, qui non dormiunt, niſi noceant, niſi ſupplantent.

Et progreſſus puſillùm, procidit in faciem ſuam orans.

NOn longè à diſcipulis diſceſſit: puſillùm ab illis egreditur, vt ſcilicet ſpectare poſſent diſcipuli, quid Magiſter ageret: Superioris enim vita, ſubditorum exemplar eſt; quod habere ob oculos in exemplum debent. 1263.

Paulùm ab hiſce tribus Apoſtolis diſtat, vt eum orantem videre poſſent, & Magiſtri ſui exemplo diſcerent orare ſolicitè, ingentique reuerentiâ. Solus orantis Chriſti aſpectus ſpectantium mentem in melius traducebat, & deuotionis ſpiritum eorum animis inhalabat.

Præterea non longâ diſtantiâ à diſcipulis progreditur, ſed propè eos manet; vt eum audientes, diſcerent quid & ipſi in tentationibus præſtarent, & qualiter ad Deum orarent.

Oraturus, hos quoque chariſſimos diſcipulos deſerit; vt nos tacitè moneret, quòd, orationem fuſuri, debemus à charorum affectu abeſſe, vt totus in Deum feratur affectus.

Orans in faciem ſuam, & ſuper terram procidit; 1264.
vt maledictio illa terminaretur, qua ob peccatum terra maledicta eſt. In terram procidit Chriſtus, vt nos eueheret in Cælum. Geneſ. 3.

Facies notitiam ſignat: in faciem ergo ſuam orans procidit, qui notitiam, quam habet, rationis, & fidei, in humilem orationem conuertit; quique ex notitiâ humilitatis occaſionem ſumit, non iactantiæ, non tumoris.

In triſtitiâ ad orationem ſe confert, quæ veri gaudij, veræque conſolationis fons eſt: quo exemplo nos edocet, deſolationes; ac mœrores prolixâ cum hominibus colloquutione non ſubleuari, ſed Dei colloquio; quod in oratione fit. Hinc illud: *Triſtatur aliquis veſtrûm? oret.* Iacob. 5.13.

Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.

NOn mortem magis timebat, quàm Iudæorum peccatum: ſignatè ait *calix iſte*, qui ſcilicet à Iudæis eſt, nec excuſationem aliquam habent ſui facinoris; ab aliis minus amarus eſſet; multùm amarus eſt, quia eſt ab illis, à quibus amari multùm debet: *Poſtulat*, verba ſunt Sancti Hieronymi, *non timore patiendi, ſed miſericordiâ prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinatum; vnde & ſignanter, non dixit tranſeat à me calix, ſed calix iſte, hoc eſt populi Iudæorum, qui excuſationem ignorantia habere non poterit, ſi me occiderit*, tanta elucet Dei pietas in tantâ populi impietate; ſic ferè fit, vt amarior calix ſit, qui ab eo eſt, quem ignorantia nulla excuſat, accuſant accepta beneficia. 1265.

Tranſeat à me calix iſte; nunquid ſibi timebat? mortem, quam ſubire pro nobis optabat, nunc reſpuit? *Triſtis erat*, inquit Sanctus Ambroſius, *pro perſecutoribus ſuis, quos ſciebat immanis ſacrilegij pœnas, daturos; & ideo dixit transfer calicem hunc à me; non quia Deus Dei filius mortem timebat, ſed quia, nec malos pro ſe perire, volebat.* Qui moriebatur, vt omnes ſaluarentur; noluiſſet, mortis miniſtros perire, in hoc calix ei diſplicuit; quiâ cum multorum damnatione iunctus erat. 1266.

Veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Dixerat; *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte,* maximum

maximum timorem, quo percellebatur oſtendens; ſed ſummam conſtantiam, ac fortitudinem præferens ſubdit ſtatim: *veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*; nihil quippè magis quis fortitudinem ſuam prodit, quàm promptè parendo: prima verba infirmitatis ſunt; poſtrema virtutis, & diuinitatem ſapiunt; *paſſioni quippè Dominus appropinquans*, ait Sanctus Gregorius Magnus, *infirmantium in ſe vocem ſumpſit dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, & rurſus per obedientiam vim fortitudinis oſtendans ait: veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*; non ergo infirmitatis eſt obedire; virtutis ſummæ eſt, ſummæque fortitudinis.

Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuiſtis vnâ horâ vigilare mecum?

1267. SVorum Chriſtus non obliuiſcitur orationem fundens; & cum Patre loquens, ſuorum diſcipulorum curam non negligit. Nempè quò feruentior oratio noſtra eſt, eò magis ſolicitè aliorum ſalutem, profectum quærere debemus. Non ita orant ſuperiores, qui orationi vacantes ſubditorum obliuiſcuntur, & ſegniùs munus ſuum exequuntur: quod paſſim multorum damno videmus fieri. Itaque orandi ſtudium non intermittatur; ſed, dum oramus, etiam illorum, quibus

Exod. 32. præſumus profectui conſulamus. Etiam Moſes Dei colloquium in monte deſerit, vt populo, qui lapſus fuerat ſubueniret.

Nec ſuo pondere caret, quòd cùm omnes dormiant, ſignatè Petrum alloquatur; quia nempè ipſe aliorum caput erat. Superioris error maximè arguendus, ne paria ſubditi committant.

1268. Signatè Petrus arguitur, quia præ cæteris erat gloriatus, ſe Chriſtum non negaturum.

Dormit nunc Petrus, dum Chriſtus vigilat: iam via ad negotiationem ſternitur. Sic ferè fit, vt à minimis eatur ad magna, & in ingentia ſcelera labatur, qui ſocordiæ indormit, torperque, cùm vigilandum eſt. Dormiunt nunc diſcipuli, poſtea fugient, Petrus negabit: torpor iſtæ iſtaque ſocordia futuræ ruinæ indicium erat.

Petrum Chriſtus increpat; & tamen addit, *non potuiſtis vnâ horâ vigilare mecum?* Vt cohærenter loqueretur, dicendum erat, *non potuiſti*. An ita ſignificatur dormiuiſſe alios diſcipulos, quia primus Petrus dormierat, & Petri exemplum ad eundem torporem alios vocaſſe? Idem videtur Petrum dormire, & dormire alios, quum facilè ſuperiorum exemplum alij imitentur. Aliqui codices habent, *potuiſti*; ac ſi idem ſit Petrum torpuiſſe, & diſcipulos alios; ſuperiorum quippè incuria in ſubditos transfunditur.

Abſente Domino vigilare nec vnâ horâ potuerunt Apoſtoli; & tamen tàm parùm ab illis aberat: quid, ſi longiùs diſceſſiſſet? Quæ res indicat, quantùm ſuperioris præſentia ſubditis ſit proficua, quantùm abſentia noceat.

SECTIO X.

In tentationibus Dei maximè auxilium per orationem quærendum. 1269
Spiritualis torpor quàm noxius. 1269
Mali in malo ſæpè vigilantiores quàm in bono boni. 1270
Diſcipulorum verecundiæ conſulit Chriſtus. 1271
Noſtram ſalutem quærit Chriſtus licet nos dormiamus. 1271
Superiorum ſolicitudo ſubditorum infirmitati reſpondeat. 1271
Ab oratione non facilè deſiſtendum. 1272
Orationis vim, & efficaciam prodere Chriſtus voluit. 1272
Iudæ ingratitudo. 1273
Inter bonos malum quempiam eſſe quàm admiratione dignum. 1273
Perſtricti ſuperiores qui ſubditos in Chriſtum armant, cum ſubdere Chriſto debeant. 1273
Serui dominorum ſuorum veſtigia ferè premunt, eorumque mores imitantur. 1274
A propria malitia malus vrgetur ad malum. 1274

Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

VIgiliis orationem iungit, ne putarent ſolas naturales vires ſufficere ad tentationes vincendas: ſupernum requiritur auxilium, ne tentationis procella nos obruat. 1269.

Spiritus quidem promptus eſt: Pomptitudinem, & alacritatem diſcipulorum laudat, ſed orandi neceſſitatem ex infirmæ carnis periculo aperit. Pende: ſi periculosè cum illis agebatur, quorum caro quidem infirma, ſed ſpiritus promptus, alacerque erat: quàm graue imminet illis periculum quorum & caro infirma, & ſpiritus ſegnis, torpidusque?

Spiritus quidem promptus eſt; orare, ac vigilare iubentur Apoſtoli; quia licèt ſpiritus eſſet promptus, caro tamen infirma erat; quantâ vigilantiâ, & quantâ efficaci oratione nos indigemus, in quibus & caro infirma eſt, nec ſpiritus eſt promptus, ſed ſegnis, ac torpens?

Caro autem infirma; quò infirmior caro eò fortior contra ſpiritum pugnat; infirma eſt, vt tentationibus reſiſtat; firma, vt in ea feratur, quæ illi grata, & iucunda ſunt.

Fiat voluntas tua.

FIat voluntas tua; quàm grata hæc vox Patri, quàm nobis ſalutaris! *Hæc vox*, inquit Sanctus Leo, *capitis, ſalus eſt totius corporis; hæc vox omnes fideles inſtruxit; omnes confeſſores accendit; omnes martyres coronauit; nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorum ſuperare terrores; niſi Chriſtus in omnibus patiens Patri diceret, fiat voluntas tua?* Diſcant hanc vocem omnes Chriſti ſerui, & in quâcunque aduerſitate hoc diuinum emittant dictum: *Pater fiat voluntas tua.* 1270.

Et inuenit eos dormientes.

I*Nuenit eos dormientes.* Diſcipulos ſomno grauatos Chriſtus inuenit; Iudas inſomnis erat, peruigilque: ſæpè ita accidit, vt mali in malo ſæpe vigilantiores ſint, quàm in bono boni. Præterea peculiaris vigiliæ ratio in Iudâ fuit, quia auaritiæ ſeruiebat, vigiles auaritia oculos habet, vigiles quærit, & plerunque inſomnes ducere noctes auaros facit.

Et

Et, relictis illis, iterum abiit.

1271. NOn legimus, hîc ſeos arguiſſe, quod antea, cùm dormientes diſcipulos reperit, fecit: cur ita? Vt eorum verecundiæ conſuleret, & eorum infirmitati parceret. Non redarguit; quòd ſpes eſſet exigua, aut nulla, apud dormitabundos quidpiam proficete.

Et orauit tertiò eundem ſermonem.

ABiit ad locum orationis, pro eis, quos carnis infirmitas obruebat, oraturus. Sic ſæpè res noſtras agit, noſtramque ſalutem quærit Chriſtus, altùm nobis ſtertentibus, ac nihil cogitantibus.

Orauit tertiò: Ter orat, maximè pro Petro, qui ter erat eum negaturus. Subditorum lapſui ſuperioris ſolicitudo, ac prouidentia reſpondere debet.

1272. *Eundem ſermonem* dixit, qui eundum animum, eandem mentem habebat: nec enim in varia diuidi mens debet, quæ orationem fundit.

Ter orat, vt nos doceret, orandum, donec impetremus; nec ab oratione deſiſtendum, quia non ſtatim exaudimur.

Poterat Chriſtus propriâ virtute triſtitiam, quæ eum inuaſerat, expellere, vtpotè Dominus ſuarum paſſionum; ſed voluit hunc fructum ex oratione percipere, vt nos ad orandum alliceret, & doceret, per orationem, triſtiæ nubilum diſpellis; nam vbi tertiò orauit, cœlitùs confortatus eſt, vt
Luc.22.43. narrat Lucas cap.22.v.43. Et, oratione hac ad patrem fusâ, virtutem, roburque aſſequutus, triſtitiam illam vehementem fugauit, & infracto animo vltrò adiit pericula, ſuos animans dicens: *ſurgite eamus.* Tantum deuotæ orationis fuſus potuit.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fuſtibus, miſſi à principibus Sacerdotum, & ſenioribus populi.

1273. E*Cce Iudas, vnus de duodecim*: Tanquam, de re protſus nouâ, & admiratione dignâ, præmiſit ilſud, *ecce.* Immanis hæc ingratitudo explicari non poteſt: quòd diſcipulus magiſtrum prodat, & talis talem? Addit, *vnus de duodecim*: poſitum iſtuc eſt in Iudæ accuſationem, qui inter bonos tàm malus extiterit, & in ſanctorum diſcipulorum numero impius adeò euaſerit, vt Magiſtri ſui fieri proditor vellet.

Principes ſacerdotum, & ſeniores populi miniſtros ad Ieſum comprehendendum mittunt: miſſent ad Chriſti doctrinam excipiendam. Abit à ſuo præſul munere, abit Superior quilibet, qui ſubditos in Chriſtum armat, quum in eius obſequium parare deberet. Tenebantur populum inſtruere ſacerdotes principes, ac ſeniores, & iſti perſuadebant plebi, vt Chriſtum interficerent.

1274. Sed Cur tàm facilè ſuadentur miniſtri, vt Chriſtum innocentem comprehendant? Nihil mirum: ſerui famulique, dominorum ferè veſtigia premunt & eorum impietatem æmulantur: magnam in ſubditorum animis ſuperiorum exempla vim habent. Qui impiis inſeruiunt, eorum mores diſcunt, parem iniquitatem ebibunt.

Satellites à principibus miſſi perhibentur: Iudas, à quo mittatur non dicitur. Alieno imperio non indiget, qui ſpontè in malum currit, & a propriâ malitiâ vrgetur. Vel mittit eum diabolus, cuius membrum effectus erat.

SECTIO XI.

Plerique pacem cum Chriſto ſimulant, quem iniquis operibus tradunt. 1275
Ieſu Chriſti clementia, & mititas. 1275
Iudam referunt, qui Chriſtum labiis laudant, vita produnt. 1276
Mundus, & Dæmon dum blandiuntur necant. 1276
Κρατεῖν *quid. Chriſtus tanquam hoſtis capitur.* 1276
Impij in malo celeres, in bono teſtudinei. 1277
Quàm graue ſcelus, Chriſti doctrinam irridere. 1277
Apoſtoli ad Chriſtum aliunde redeuntes oſculabantur. 1278
Amici cenſendi qui nos perſequuntur. 1279
In Deum beneficia conferentem peccare, quam graue. 1279
Maiori ſupplicio ille dignus, qui in Eccleſiaſticorum ædibus degens contra Chriſtum ſe armat. 1280
Sceleratiores quandoque ſunt, qui cum præſulibus ſeruiant ſanctiores eſſe deberent. 1280
Malis in malo obſequi non debemus. 1281

Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.

PErfidus amicitiæ ſigno Magiſtrum prodit; & pacis oſculo bellum Chriſto indicit. Imitatores Iudas habet: plerique amicitiam, & pacem cum Chriſto ſimulant, quem iniquis operibus tradunt, & vendunt. Multi extrà, Ioannem referunt; intùs, Iudam. 1275.

Cùm conſueuiſſent diſcipuli, poſt abſentiam, Ieſu occurrere, pro more patrio, oſculo ſancto eum ſalutabant. Hæc conſuetudo opportuna Iudæ viſa eſt ad exequendam proditionem: & licèt ſciret, ſe ſuſpectum de proditione eſſe, confiſus tamen de Præceptoris ſui lenitate, credidit, ſe ab oſculo, non repellendum. Tantam etiam Iudas de Ieſu clementiâ, ac mititate opinionem conceperat.

Illi quoque oſculo Chriſtum produnt, qui labiis eum laudant; ſed quorum cor longè ab eo eſt, 1276.
quorum mores à Chriſto alieni ſunt.

Mundus, & dæmon Iudæ pares, illecebrarum & inanium voluptatum oſculo, mortem afferunt, &, dum blandiuntur, necant. Ne fide, ſi ſapis, & ratione non cares.

Tenete eum: Græcè, *κρατήσατε αὐτὸν*, *Capite, prehendite eum.* Verbum, *κρατεῖν*, non nudè, *capere, & tenere*, ſignificat, ſed vim, & violentiam quandam notat, & ad hoſtes, reſque bellicas frequenter adhibetur. Ac ſi diceret Iudas: tenete eum veluti infenſiſſimum hoſtem, eum imperio veſtro ſubiicite.

Et

Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit: Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum.

1277. COnfeſtim imprudens proditor ad Chriſtum accedit, timens ne à ſuis manibus elaberetur. Impij, citi, celereſque in malo ſunt; tardi, ac teſtudinei, vbi aliquid boni præſtandum eſt.

Magiſtrum vocat, & tamen tradit; vt ita eius doctrinam irrideret, & negligeret. Explicari non poteſt, quantùm impudentia iſta Chriſto diſplicuerit, qua eius ſalutaris doctrina ab impiis irridetur. Grauis iniuria Chriſto irrogatur, quum eius monita contemnuntur. Quàm diſtat hoc proditoriam oſculum ab illo, de quo Propheta: *Iuſtitia, & pax oſculata ſunt.* Hìc iniuſtitia iuſtitiam
Pſal. 84. 11.
oſculatur, & pacis peremptur Auctorem pacis.

1278. Quòd Iudas oſculatus Chriſtum fuerit, natum ex Apoſtolorum more videtur, qui (vt plerique notauere) aliunde ad Chriſtum redeuntes, eum in pacis ſignum oſculabantur, hoc more Iudas abutitur: oſculatur, vt prodat. Qui dignè Chriſto vult occurrere, amicitiæ, ac pacis oſculum exhibeat.

Et oſculatus eſt eum; vt durum Iudæ cor emolliret; Iudæ oſculum, licèt hoſtile eſſe ſciret, & belli ſignum, admiſit Chriſtus; nihil tamen profecit; quia vt ait Sanctus Chryſoſtomus, *tantus certè tanque incredibilis auaritia furor eſt; quotidie cum illo erat, qui non habebat, vbi caput ſuum reclinaret; quotidie verbis & operibus inſtruebat.* nec tamen Iudas ſe à ſcelere cohibuit; tantas vires auaritia exerit in cor, quod poſſidet.

Dixitque illi Ieſus: Amice, ad quid veniſti?

1279. SVſcipit Dominus oſculum proditoris, ne proditionem fugere, & hoſtes ſuos timere videatur. Amicum vocat Iudam, à quo traditur. Verè, ſi Chriſti ſpiritum induas, amicos cenſebis, qui te perſequuntur, & ad necem quærunt. Amicum vocat quia vehementer eum diligebat, à quo tradebatur. Vel amicum dicit, quia oſculo amicum fingebat, amicitiam ſimulabat. Amicum tandem vocat, quia ex ficto amico in verum, & fidelem conuertere cupiebat.

Ad quid veniſti? Quærit, ad quid venerit, non quia neſciret, ſed quia tantum ſcelus admirabatur. Tot beneficiis donatum, in donatorem inſurgere, tam magnum eſt, vt Chriſtum ipſum in admirationem rapere videatur.

Et ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum exemit gladium, &, percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius.

1280. ZElo ſuo correptus Petrus, cohibere ſe non potuit, quin in comprehenſores Ieſu citus irrueret: percuſſit ſeruum principis ſacerdotum. Maiori ſupplicio hic dignus videbatur, qui, ſacerdoti ſeruiens, tàm irreligioſus ſæuiebat in Chriſtum: non tàm graue ſcelus id in ſeruo alterius domini fuiſſet, vel in libero milite.

Ex miniſtris, qui ad Ieſum comprehendendum venerant, nullus maiori rabie, ac furore, quàm hic ſeruus principis ſacerdotum inuaſit; vt propterea Petrus in illum irruerit, & caput ei amputare tentauerit, quia videbat eum cæteris audaciorem. Ita plerunque fit, vt quò ſanctiores, humilioreſque cùm in Eccleſiaſticorum domibus viuant & ſacris præſulibus ſeruiant, eſſe deberent, cæteris improbiores, & magis perfrictæ frontis ſint.

Auriculam eius dexteram amputauit: hoc me- 1281.
rebatur, qui aures in ſcelere Domino ſuo præbuerat. Auribus carere deberet, qui in malo, malis obſequendo, auribus abutitur.

Seruo principis ſacerdotum abſcinditur auricula; quid abſciſio iſta ſignificabat? *Ablata eſt ſeruo principis ſacerdotum auricula,* inquit Euthymius *in ſignum, quòd principes ſacerdotum, præ inuidiâ, auditu priuati eſſent, ne audirent, & intelligerent eas, quæ de ipſo erant, prophetias*; in ſeruo puniuntur Domini, quia & dominorum iniquitas in ſeruum reſilierat; ſic enim ſolent dominorum mores ebibere ſerui; Abſcindenda Sacerdotibus auris, ſed in dignitatis reuerentiam eis parcitur, vt parcendum doceret.

SECTIO XII.

Patientia in ferendis iniuriis armorum apparatu, non eorum vſu probare Chriſtus voluit. 1282
Quantum referat ſubditorum culpas à ſuperioribus argui. 1282
Salutis documenta vbique & omni tempore exhibenda Chriſti exemplo. 1283
A vindicta quam abeſſe debeamus: 1283.
Patientia in ferendis iniuriis, quæ nobis inferuntur. 1283.
Orationis vis, & efficacia. 1284
Qui libenter patitur Angelus fit. 1284
A linguarum ictibus ſe tueri quàm difficile. 1284
Noſtra ſalutis cauſa effudit Chriſtus quicquid proprium habuit. 1285
Inter medios hoſtes animo Chriſtus minimè turbatur. 1285
Officij dignitas, & rerum diuinarum cognitio peccatum grauius reddit. 1286
In Doctorem ſæuire immanis ſæuitia eſt. 1286
Iactantiam fugit Chriſtus. 1287
Salubria monita præbere ingens beneficium. 1287
Quàm ingrati Iudæi, qui in Chriſtum, quem Doctorem habuerant inſurrexerunt. 1287
Templo iniuriam fieri non vult Chriſtus. 1287

Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum in locum ſuum; omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

VEl à vindictæ iudicio ſuos abeſſe vult Chri- 1282.
ſtus patientiæ exemplum exhibendum docens, non vindictam exercendam. Gladium parari alibi monuerat, hìc vti gladio inhibet. Cur tunicæ venditione gladius emendus, ſi vti, cùm opus eſt, non datur? Voluit, apud ſe gladios habere diſcipulos, non vt in quempiam exercerent, ſed in maioris patientiæ argumentum: magnum quippe eſt lædentes non lædere cum poſſis; & ſingularis patientiæ nota, à vindictâ abſtinere armatum magis, quàm inermem. Armorum apparatu probare patientiam Chriſtus voluit; non, armorum vſu, vindictæ famulari.

Conuerte gladium tuum in locum ſuum: Noluit perſecutorum vulnere Chriſtus defendi; quia voluit ſuo vulnere omnes ſanare. Admiratione dignum eſt, quòd, poſt ſerui vulnus, mox in Petrum hoſtes non inſurrexerint. Ieſu virtus eos cohibuit

cohibuit, cohibuerunt & eius verba: nam, dum Chriſtus ſeuerè Petrum increpat, & amputatam auriculam ſeruo reſtituit, adeò placati ſunt, vt in Petrum manus non iniicerent. Tantum refert, ſubditorum culpas à ſuperioribus argui; licèt Petri in Chriſtum amor à culpâ Petrum eximere potuerit.

1283. Pende, quanta Chriſtum ſuorum cura tangeret: inter tot hoſtes illum iniuriâ afficientes exiſtens, proba patientiæ, ac tolerantiæ monita ſuis exhibet, ac ſi pro ſuggeſto & cathedrâ inter ſuos tantùm diſcipulos loqueretur. Docet, etiam inter imminentia diſcrimina ſalutis documenta errantibus propinanda.

Nec arcet ſolùm à vindictâ diſcipulum, ſed comminationem addit: *Omnes*, inquit, *qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Expende, quàm procul velit à nobis eſſe hunc vindictæ ſpiritum in rebus propriis, qui ita diſcipulum increpat, ipſummet defendentem.

Patuit Petrus, & in locum ſuum gladium miſit, quem nunquam poſtea exeruiſſe in ſui, aut alterius defenſionem legimus. Non ſe, ſed magiſtrum vlciſcitur; vnde ipſe poſtea iniuriis affectus, cæſus, omnia manſuetè tolerauit. Dilectionis feruor fecit, vt hîc in Magiſtri ſui defenſione gladium exeruerit.

An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?

1284. OStendit, quàm ſibi facilè fuiſſet, mediâ oratione ſeipſum ab omni ſuorum hoſtium ſæuitiâ defendere. Orationis meminit, vt eius vim & efficaciam cognoſceremus. Magna orationis virtus, qua, ſi neceſſe ſit, vt in noſtri defenſionem Angelorum legiones mittantur, obtineri id poſſit.

Quid Angelos in auxilium poſcat, qui Angelorum ruinam patiendo erat reparaturus? Angelorum exercitus in defenſionem non poſtulet, qui libenter patiendo Angelus quidam fit; nam & Stephanus viſus eſt, tanquam Angelus, dum lapidibus obrueretur.

Duodecim legionum meminit, quarum ſumma ſeptuaginta duo millia, comprehendit; & in ſeptuaginta duo gentium genera hominum lingua diuiſa eſt. Scilicet, vt quis ſe à linguarum omnium ictibus tueatur, vel ſeptuaginta duo millia Angelorum in auxilium vocari deberent.

An putas, quia non poſſum rogare patrem meum; dixiſſet poſſum eos perdere, poſſum in nihilum redigere, aut æternis cruciatibus ſtatim adigere: nihil tale dixit, ne ſe oſtentare videretur, quòd perdendi potentiam haberet: *non dixit*, inquit Euthymius, *poſſum, eos perdere: maluit ſcilicet imbecillis videri, quàm perdendi potentiam oſtentare.*

Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me.

1285. QVàm procul abeſt, vt latro Chriſtus ſit, qui noſtræ ſalutis causâ effudit quicquid proprium habuit. An alieni prædator eſt, qui ſeipſum omnibus exhibet? An latro, qui vel latronem in martyrem commutauit?

Tanquam ad latronem exiſtis; Græcè, ὡς ἐπὶ λῃστὴν, ἐξήλθετε, *vt aduerſus latronem exiſtis*. Non interrogando, ſed enuntiando hæc verba accipienda ſunt. Vide hîc quàm ſereno, minimèque turbato animo, in tàm magnis anguſtiis Chriſtus conſtitutus ſingulos excipiat, ſingulis reſpondeat; Iudæ, diſcipulis, turbis.

Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.

HInc apparet, non milites Romanos alloquutum fuiſſe Chriſtum, ſed turbas, Iudæorumque primates; nec enim in templo quotidiè milites erudiebat, ſed Iudæos: cur igitur ſermonem ad turbas, Iudæorumque primarios dirigit, non ad milites, qui prehendere, ac tenere eum venerant? Quia id non à ſe milites, ſed à Iudæis inducti faciebant: maior autem erat iubentium culpa, quàm parentium. Peccabant magis ſacerdotes, quàm milites; nam, quò maior alicuius dignitas, & rerum Diuinarum cognitio in aliquo eſt, eò grauior eius culpa cenſetur, ſi delinquat. 1286.

Iudæos, quos in Dei lege Chriſtus erudierat, Chriſtus alloquitur, ſeque de iniuriâ, qua ab ipſis afficiebatur, expoſtulat; quia grandior, & vix ferenda hæc ingratitudo erat, vt Chriſtum illi comprehenderent, qui edocti, & inſtructi ab ipſo fuerant. Immanis culpa eſt, in eum ſæuire, quem doctorem habueris, & eum perdere, qui ſalutis monita exhibuerit.

Docens in templo: Cur miraculorum non meminit, quibus ſanitati tot infirmos reſtituerat? Cur alia beneficia non recenſet? An miracula modeſtiæ causâ, ſubticet, ne ſe iactare videretur? Vbique ab omni inanis gloriæ indicio ſe abeſſe Chriſtus probat, & exemplo ſuo, vt nos quoque ab eâ ſimus immunes, monet. An doctrinæ exhibitæ, non miraculorum, quibus ſanitatem contulerat, meminit; quia maius doctrinæ beneficium, quàm ſanitatis? illa quippè ſalutem animæ reſpicit, hæc corporis. 1287.

Sedebam docens in templo: Ac ſi diceret: Hæc mei laboris merces, quam vos docendo ſumpſi; vt tanquam latro exiſtimer, qui veritatis Magiſter vobis exſtiti?

In templo comprehendi noluit Chriſtus, ne vllâ ſui causâ templum iniuriam acciperet: violari templum noluit, qui templi, Diuinique cultûs inſtaurator futurus erat.

SECTIO XIII.

Plerique grandia in Dei obſequium verbis pollicentur, quæ re non exhibent. 1288
Turpi fuga pedes à Chriſto abluti fœdare non debebant Apoſtoli. 1288
Tenetur Chriſtus quia nos per illicita vagamur. 1288
In Chriſti comprehenſione ingenti dolore capiatur qui Chriſtum amat, & ab otij ſella abeat. 1288
Multi ante ſpiritualem pugnam fortes, in pugna animo cadunt. 1289
Qui magis ſe iactant, ferè fœdiore lapſu ſe commaculant. 1289
A minimis initiis in malorum extrema ferè dilabimur. 1289
Improborum ſocietas quàm noxia. 1290
Bonorum conſortium ad bonum prodeſt, malorum valde nocet. 1290
Præſul indignus pontificia ſede, cuius animo furor dominatur. 1291
Quàm periculoſum ſit ſe excuſare. 1292
Cur Chriſtus accuſatus tacuerit. 1292

Sanctum

Sanctum Dei nomen vt revereri debeamus. 1293
Præſules, & Sacerdotes minimè contemnendi. 1293

Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

1288. FVgiunt ſuæ promiſſionis immemores. Sic ferè fit, vt qui grandia verbis pollicetur, cùm occaſio adeſt, verba tantùm ſe exhibuiſſe oſtendat. Prob mirum! Pedes, qui paulo ante Chriſti manibus loti fuerant, tam turpi fugâ fœdantur, & polluuntur. Lauit eos Chriſtus, vt puriores in Dei viâ incederent, non vt eos collutularent hac inhonorâ fugâ.

At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caïpham principem ſacerdotum.

TEnetur, & ligatur Chriſtus in horto, quia nimis liberè per hortum vagata prima mater eſt. Tenetur Chriſtus, comprehenditurque; quia nos ſenſus noſtros per illicita permittimus vagari.

Ducunt ad Caïpham, non rapiunt: lubens, volenſque ad opprobria, ad mortem ibat. Heli audiens Arcam Dei, ab hoſtibus captam decidit de ſellâ, mortuuſque eſt. Capitur Arca viua viuentis Dei, capitur Chriſtus, hoſtium manibus traditus eſt: quis, Chriſti amore captus, hanc captionem attentè meditans, ingentis doloris ſenſu non corripiatur? Ex otij ſellâ decidat, & Chriſto ſuo commoriatur, qui captum audit.

1.Reg.4.18.

Petrus autem ſequebatur eum à longe.

1289. FAciliùs eſt grandia verbis polliceri, quàm reipſâ præſtare. Fortis, ſtrenuuſque, ante pugnam, erat Petrus, in pugnâ animo cadit. Imitatores multos habet. Cæteris fortior Petrus videbatur; ſed vbi ventum eſt ad certamen, cæteris fœdius cecidit. Ita ferè accidit, vt, qui ſe magis iactat, ſe fœdiore lapſu commaculet.

Sequebatur eum à longè. A longè Chriſtum ſequitur, qui tepidè Chriſtum ſequitur: parùm diſtat quin dimittat, & prolabatur. A longè nunc ſequitur, & poſtea negauit: ſic à minimis initiis ad grandia itur, & paulatim in malorum extrema labimur.

Vſque in atrium Principis Sacerdotum. Et ingreſſus intrò ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

1290. NOn appropinquabat Petrus, quod eſſet eius diſcipulus, miſcuit ſe miniſtris: & quæ illi faciebant, alto corde premens dolorem, facere ipſe quoque ſimulat. Non potuit noxia non eſſe improborum ſocietas, Aulicorum principis ſcelerati ſodalitio ſe inſerere, nec Petro tutum fuit. Satius, ac conſultius ipſi fuiſſet in obſcuro aliquo angulo gemere, ac precari, quàm impij pontificis aulam ingredi, & aulicis ſe coniungere.

Petrus inter impios impiorum pontificum miniſtros negauit Chriſtum, quem inter condiſcipulos Dei Filium fuerat confeſſus: tantum bonorum conſortium, atque colloquia ad bonum poſſunt, tantum malorum ad malum.

Principes ſacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.

1291. QVærat hîc aliquis cauſam, cur multi falſi teſtes acceſſerint? non longè petenda eſt; falſum teſtimonium quærunt principes, falſi teſtes accedunt, maiorum impietate prouocati; nam quales principes, talis ferè populus eſt; & facilè ſe ad principum voluntatem format vulgus.

Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi, nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur?

SVrrexit, vt ab omnibus conſpiceretur, velut eximium aliquid facturus. Præ irâ contineri ſolio non potuit: præceps, & impatiens iracundia vel pontificem, contra grauitatis, ac dignitatis formam de ſolio excuſſit, tanquam pontificia ſede indignus eſſet, cuius menti iracundia inſideret. Sed, ſic pontificem illum furor à ſede ſubmouet, vt interim, vel aliò reſpiciens, Chriſto Dei Filio aſſurgeret.

1292. *Nihil reſpondes:* Ægrè tulit Pontifex nihil ad ea, quæ falſi teſtes obiecerant, Chriſtum reſpondiſſe; non vt defenſioni det locum, ſed vt ex qualibet ſermonis occaſione locum inueniat accuſandi. Nimirum, vel ex innocentiſſimo Chriſto aliquid, quod carpat, exculpere pontifex ſperat, modò ſe excuſet, & falsò obiecta crimina verâ defenſione eluere curet: vt hinc colligere liceat, quàm periculoſum ſit, ſe à culpis purgare, ac excuſare, cùm nullus à culpâ immunis, vt Chriſtus ſit.

Ieſus autem tacebat.

VBique modeſtiam ſuam præfert: tacet, nec pontifice quidem vrgente, quicquam aduerſariis reſpondebat. Cur ita: An quod reſponſione indigna ea eſſent, quæ obiiciebantur? An quia ſciret, quòd quicquid reſpondiſſet torquendum in calumniam eſſet? Defenſionem illi non quærebant, ſed occaſionem carpendi, ac calumniandi. Tandem tacuit, vt ſuâ taciturnitate Adæ apologiam, & excuſationem abſolueret.

Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.

1293. PEnde, quantam Chriſtus Sancto Dei nomini reuerentiam deferat: qui, quum conſtantiſſimè ad omnes calumnias ſilentium tenuiſſet, ſtatim, atque per Dei viui nomen adiuratus eſt reſpondit obediens pontifici; non ignorans prauam eius intentionem, qua verbum aliquod extorquere à Chriſto nitebatur, vt occaſionem calumniandi, & accuſandi arriperet. Hôc exemplo diſce, Sanctum Dei nomen reuereri etiamſi aliquid pati debeas.

Non tacet ampliùs Chriſtus, ne videatur, contemnere pontificis auctoritatem. Illo iubente loquitur, concedens honori, quem ille ſuſtinebat, quòd negandum illius impietati; indigniſſimus quippè erat, cui reſponderetur.

SECTIO XIV.

Conſpuitur Chriſtus, qui ſputo cæco lumen reſtituit. 1294
Chriſti facies ſputis deformata Deo Patri non minus placuit, quàm cum veluti ſol fulgeret. 1294
Quinam Chriſti faciem conſpuere dicantur. 1295
Perſtrictæ, quæ faciem ſuam fucis illinunt. 1295
Conſpuitur Chriſtus ſemen longæuum habiturus. 1295
Patiendi fames in Chriſto. 1296
Auari compreſſa, prodigi expenſa manu Chriſtum cædunt. 1296
Singularis gloriæ loco habenda opprobria ſunt. 1296
Euangeliſtæ veritatis amatores. 1297
Chriſtus patientiæ, & tolerantiæ forma. 1297
In Principum virorum, Præſulumque aulis indignis Chriſtus tractatur modis. 1297
Torpor & deſidia magnum lapſum portendit. 1298
Dei monita, & verba alta obliuione ſepelienda non ſunt, ne in malorum labamur extrema. 1298
Peccandi occaſioni ſe exponere intutum omnino eſt, & inconſultum. 1298
Mulierum conſuetudo quàm noxia. 1299.
Qui in ſe confidit facilè labitur. 1299
Pœnitentia remedium in Apoſtolorum Principe. 1299
Ad Chriſtum celeriùs currat, qui fœdiùs cecidit. 1301
Iniuria propria vindicta vitanda. 1305

Tunc expuerunt in faciem eius.

1094. SPecioſus formâ præ filiis hominum, impiorum hominum ſputis fœdatur. Conſpuitur Ieſus, qui ſputo, & luto viſum cæco reddiderat. Chriſti ſputum lumen parit: fœda Iudæorum ſputa denſiores tenebras io eorum mentibus parturierunt.

Specta Petre Chriſti tui faciem ſputis opertam, & vide, an ille ſit, quem in monte Thabor gloriæ lumine perfuſum contemplaſti. Vide, an ille ſit, cuius facies, vt Sol refulſit. Sed non minus Chriſtus Patris ſui oculis placuit ſputis deformatus, quàm cum reſplenduit facies eius ſicut Sol.

1295. Faciem Chriſti conſpuunt, qui conſcientiam ſuam, in qua Chriſti elucet imago, peccatis maculant, ſceleribus fœdant. Conſpuunt quodammodo Dei ſui faciem mulieres, quæ vultum ſtibio liniunt, & fucis adulterant, in ſpectantium ruinam, & in ſuam.

Degener, &, qui fratris demortui ſemen ſuſ-
Deu.25.9. citare nolebat, lege conſpuebatur. Hic Chriſtus
Iſai.53. conſpuitur, qui ſemen ſuſcitauit, domumque ædificauit demortui Adami, ſemen longæuum habiturus.

Et colaphis eum ceciderunt.

1296. HOc ignominiæ genus pertulit Chriſtus, vt nos quoque ſimilia pati diſceremus. Pugnis, colaphiſque percutitur Chriſti facies, vt hinc patiendi famem colligeremus, qua opprobriis ſatu-
Thren.3.30. tari cupiebat. Hinc ſcriptum eſt: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.*

Pugnis, compreſſâque manu Chriſtum cædunt auari, & cupidi, qui pauperibus aperire manus nolunt: palmis, & expanſis manibus cædunt, qui omnia in Dei offenſam prodigè profundunt.

Obſeruandum verò eſt, non erubuiſſe Euangeliſtas opprobria, & iniurias Chriſto illatas tàm minutim recenſere. Non eas ſilentio ſuppreſsére; ſciebant quippè id in Dei gloriam, & Chriſti Domini, imo & noſtram cedere, quod voluerit Chriſtus talia pro nobis tolerare. Nos quoque erubeſcere non debemus, ſi paria nobis inferantur; quia ſingularis gloriæ loco habenda opprobria ſunt.

Euangeliſtæ, tanquam veritatis amatores, om- 1297.
nia candidè referunt, neque Iudam, ac Iudæos, tanquam hoſtes, conuitiis laceſſunt, nec Magiſtrum, tanquam proprium Præceptorem, nimis efferunt; ſed, nullo moti affectu, omnia narrant, ac ſoliùs veritatis curam habent.

Colaphis cæditur Chriſtus, & patienter ſuſtinet, vt veræ patientiæ, ac tolerantiæ forma exemplar nobis fieret. Vniuerſa magno animo ſuſtinet, docens nos iniurias omnes tolerare. Veri Doctoris modò officio fungitur: quod priùs verbis docuerat, nunc rebus ipſis, & exemplo docet.

Deoique expendendum eſt, quod io nulliùs domo Chriſtus tot contumeliis affectus eſt, ac conuitiis tàm multis impetitus, quàm in illius ſummi pontificis palatio, & in palatio ſummi præſidis. Proh quàm indignis tractatur modis Chriſtus in principum virorum, præſulumque aulis, atriiſque, ſi contingat, ab illis iuſtitiam, pudorem, virtuteſque alias exulare, &, mali domini exemplo, ſeruorum improbitatem obtegi, & foueri!

Petrus verò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Ieſu Nazareno eras. At ille negauit coram omnibus.

IN atrio ſedet Petrus: Magnum aliquod malum 1298.
torpor iſte, & iſta ſeſſio portendit. In tanto Magiſtri ſui diſcrimine ſedere, amantis diſcipuli non eſt. Ita ferè accidit, vt à deſidiâ, atque torpore originem lapſus grauiſſimi trahant.

Oblitus Petrus fuerat verborū Domini, quibus prædixerat, futurum, vt ter ipſum illâ nocte negaret. Vbi Dei monita altâ obliuione ſepeliuntur timenda ingentia mala ſunt. Non ita facilè Petrus cecidiſſet, ſi Chriſti verba eius menti altiùs inſediſſent. Qui de ſe confidit, Diuinarum admonitionum facilè obliuiſcitur.

Cecidit Petrus, qui temerè occaſioni ſe expoſuit, & periculo, quum ſe abiectorum hominum ſocietati coniunxit, quorum prauis colloquiis ad negationem ductus eſt. Nihil eſt, quod magis ad impia trahat, quàm prauorū hominum, præſertim ſi mulierculæ miſceantur, conſuetudo.

Conſidera dæmonis aſtum, qui per mulierem 1299.
Sanctum Petrum aggreditur, ſicut & olim Adamum per Euam. Etiam Eccleſiæ arx, vnius mulieris mollitie deiicitur. Quis contra hos arietum ictus tutus, cùm Apoſtolorum firmamentum, vel leuiter tactum, cadat?

Permiſit Deus, Petrum ad vnius ancillulæ interrogationem labi; vt ſuperbia, atque iactantia, qua ſe in cœnâ erexerat, deprimeretur; noſque in illo diſceremus, nihil facilius eſſe, quàm in ſe confidentem cadere, etiamſi leni incurſu eius fortitudo tentetur.

Cadere permittitur Petrus; vt in Eccleſiæ Principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo de ſuâ virtute confideret.

Negat

1300. Negat Petrus magiſtrum ſuum; ſed quis ad negationem vrget? *Non vnus aliquis ex illis grauioribus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *ſed fœmina, eaque oſtiaria, abiecta, & captiua quadam puella, nullius pretij mulier*; talis interrogat, & Petrus negat. Oſtiaria erat; credo pudicitiam excluſerat, admiſerat libidinem, meretrix erat; quî pura eſſe poterat, quæ io aula oſtiariæ exercebat munus? *Igitur puella Petrum illum, meretrix illius Petri fidem conturbauit, Petrus illa Eccleſia columna, ac propugnaculum, puella vnius minas non ſuſtinuit; ſed tantùm locuta eſt, & ſtatim columna quaſſata eſt verbum puella proceſſit, & columna illa concutiebatur, illa locuta eſt, & propugnaculum fluctuauit*; columna concutitur, & firmitatem ſibi à fœmineis arietibus, fœminatum ſæuitia, imbecillis arundo ſibi pollicebitur?

1301. Cadit Petrus; primus negat, qui primus Apoſtolorum erat; *Verùm, qui primus negauerat, ad ſepulchrum cucurrit primus*, ait Sanctus Chryſoſtomus, & licet etiam diſcipulus dilectus cucurrerit, introïuit tamen in ſepulchrum Petrus; quo exemplo monemur, ad Chriſtum celeriùs ei currendum, qui fœdius cecidit; & plerunque ita fit vt præteriti lapſus alas addant reſipiſcenti, tardior futurus, niſi cecidiſſet; qui errantem Petrum ſequutus eſt, ſequatur & pœnitentis Petri curſum

Cecidit Petrus; magiſtrum negauit; cur iſtuc Deus permiſit? præcipuè, quia nimis ſibi fidebat Petrus; ſed & quia nimis in Pontificis ſeruum ſæuiit, cui auriculam amputauit; de vulnere ad lapſum it, & percutiens cadit. *Permiſit, Petrum cadere Dominus*, ait Sanctus Cæſarius, *Propter percuſſum Pontificis ſeruum, & amputatam eius aurem*; tantum vindictæ ſignum nocuit Petro; quàm grauis eos pœna manet, qui, contra ius, & fas, ſe vindicant, & leui iniuria perculſi immaniter in infetentes ſæuiunt.

SECTIO XV.

Vnum peccatum gradus ad aliud eſt. 1302
Peccandi occaſio vitanda. 1302
Præſumptio peccati permiſſu comprimitur. 1302
Vix ſponte ab aliorum infeſtatione mali abſtinent, 1303
Felix quem loquela manifeſtat diſcipulum eſſe Chriſti. 1303
λαλία de loquacitate. Ab inconſiderato ſermone ingentia mala. 1304
In peccato perſeuerare ad peccatorum cumulum trahit. 1305
Statim poſt lapſum ad pœnitentiam currere debemus. 1305.
De ſuorum ſalute, quàm ſoliciti, Chriſti exemplo, eſſe debeant paſtores. 1306.
Cita pœnitentia ſit. 1307
Pœnitentiam citò init, qui diuinorum verborum recordatur. 1307
Peccandi occaſionem fugere vera pœnitentia nota. 1307
Nemo lingua ſe facilè credat, aut aliis, quibus Chriſti offenſam ſe incurriſſe nouit. 1307
Lachrymarum vtilitas. 1308
Pœnitentem lachrymantem irrident impij. 1308

Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem.

NEmpe, vnum peccatum, gradus ad aliud eſt. 1302.
Sic fit, vt vbi lapſi ſemel fuerimus, in grauiota deinceps labamur. Primùm nudè negat Petrus: ſecundò iurameotum addit. In peccato perſeuerare, incrementum malitiæ dat; & crimen, quod pœnitentiâ non diluitur, adoleſcit, grandiuſque fit.

Tam ſæpè cecidit Petrus, quia negationis occaſionem non vitauit: ſi à malorum conſortio ſe ſtatim ſubduxiſſet, in aliud, aliudqoe crimen haud lapſus eſſet.

Ter Petrus negauit Chriſtum, quia trinâ verborum formula de ſe præſumpſerat. Primò: *Etſi* Matt.26 33.
omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcan- Luc.22.33.
dalizabor. Secundò: *Tecum paratus ſum & in* Matt.26 35.
carcerem & in mortem ire. Demum: *etiam ſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* Reſpondet trinæ præſumptiooi trina negatio.

Poſt puſillum acceſſerunt, qui ſtabant. & dixerunt Petrò: Verè & tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit

MInistri paulò poſt, *interuallo facto quaſi hora* 1303.
vnius, vt loquitur Lucas cap.22. ad Petrum Luc.22.59.
redeunt: ſed vbi hoc tempore fuerant? quæ res à Petri infeſtatione eos auocauit? An, quia, cùm teſtes adducerentur aduerſus Ieſum, atrectis auribus ſtabant ad oſtium, vt intenti, quid fieret, exaudirent, atque interim à Petro aberant? Nimirum, non compaſſio ab aliorum infeſtatione malos ſubmouet, ſed curioſitas alterius rei cognoſcendæ.

Nam & loquela tua manifeſtum te facit. Modus loquendi tuus oſtendit, te Galilæum; non quòd alterius ſermonis eſſet Petrus, aut gentis exteræ, ſed quòd vna quæque prouincia, & regio habeat proprietates ſuas, ſuos idiotiſmos, & vernaculum loqueodi ſonum vitare non poſſit. Felix, quem loquela manifeſtat, diſcipulum eſſe Chriſti.

Loquela tua: Græcè, *λαλιά σου, loquutio tua.* Poſ- 1304.
ſet etiam verti, *loquacitas*, Vox *λαλιά*, ſæpè in malam partem accipitur, vt de liberâ, & inconſideratâ loquutione dicatur. Petrus exiſtens in conſortio illorum miniſtrorum, oc, arreptâ occaſione ex taciturnitate ipſius, vel ex ſpirituali colloquio, accuſaretur, vt diſcipulus Chriſti, liberè colloquebatur, & fabulabatur cum illis, ſe illorum ſermonibus conformans. Nihil quippè magis oſtendit, cuius quis ſit diſcipulus, quàm ſermo. Chriſti diſcipulus eſt, qui conſideratè, & parcè loquitur: in mundi ſchola eruditus apparet, qui temerè verba funditat. Ab inconſiderato, ſuperfluoque ſermone in tàm immania ſcelera Petrus lapſus eſt. Magis oobis timendum, qui minùs cautè loquimur.

Tunc cœpit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominem: & continuò gallus cantauit.

VIdens ſe tot argumenris conuinci, metuens, 1305.
ne mox comprehenderetur, cœpit Petrus ſibi ipſi malè precari, & execrationibus ſeipſum deuouere; & quò alij magis vrgent, & affirmant, cò Petrus vehementiùs iurat, & obſtinatiùs agit: nec

iurat, ſe eum, tanquam Magiſtrum, minimè noſſe, ſed neque, tanquam hominem. Vides, quòd in peccato perſeuerare, dat ſcelerum incrementa.

Luc. 22.60. *Et continuò gallus cantauit.* Syrus, *In illâ ipsâ horâ*, ſeu, *momento gallus cantauit.* Sanctus Lucas addit, *adhuc eo loquente.* Cur tam citò, poſt trinam negationem Petri, gallus cantat? An hoc, caſu, factum eſt? Minimè. Galli cantus Petrum negationis admonuit: id autem in ipſo culpæ articulo fit, vt ſtatim Petrus admonitus reſipiſceret, & ad pœnitentiam rediret. Qua ſolicitudine oſtendit Dominus, vt ſtatim, ac quis in crimen lapſus eſt, ad pœnitentiam currere cum Dei adiutorio ſtudeat; & nemo tàm amens ſit, vt permanere, ac perſeuerare in peccato velit.

Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu.

1306. R*Ecordatus eſt Petrus verbi Ieſu*; Recordatus Petrus verbi Ieſu; quia Ieſus nullibi obliuiſcitur Petri, *Ieſus enim*, Sancti Anſelmi verba ſunt, *inter pontificale concilium ſolo tenebatur corpore, animum trepidantis diſcipuli foris poſiti ad pœnitentiam prouocauit*; magis eum diſcipuli lapſus cruciabat, quàm ſibi illatæ contumeliæ, illata ſibi tormenta, & inferenda; in quo veri paſtoris, & de ſuæ ouis ſalute ſoliciti exemplum habes.

Et egreſſus foras, fleuit amarè.

1307. MAximè commendabilis pœnitentia, quæ cita eſt, nec in tempus longum differtur: hoc oſtendit exemplo ſuo Petrus, dum ſtatim poſt lapſum ad lachrymas it, ad pœnitentiam currit.

Mirum, quòd tàm citò Petrus ad ſe redeat, & ſui criminis pœnitentiam agat: id præcipuè factum, quia recordatus eſt verborum Chriſti. Plerique pœnitentiam prætermittunt, quia Diuinorum verborum obliuiſcuntur.

Egreditur foras: occaſionem peccandi fugit. Hæc veræ pœnitentiæ nota eſt: non horret peccatum, qui peccati periculum non deuitat.

Fleuit amarè. Eluit lachrymis culpæ maculam Petrus. Cur veniam verbis non poſtulauit? An, quia linguæ non fidebat, quâ Chriſtum antea negauerat.

Sed quid Petro fuſæ lachrymæ profuerunt? Multùm: nam, qui lapſus eſt, antequam fleret, poſtquam fleuit erectus eſt; vt alios tegeret, qui ſeipſum antè non texerat. 1308.

Foras, vt fleret, egreſſus eſt; quia, ſi impij illi flentem Petrum vidiſſent, non ad lachrymas inuitati fuiſſent ſed lachrymantem Petrum irriſiſſent, & à lachrymis auocaſſent.

Et egreſſus foras; quo ſe contulit Petrus? ferunt quidam in quamdam ſpeluncam inter Ieruſalem, & montem Sion ſe recepiſſe, ibique vſque ad diem reſurrectionis iugiter fleuit, quo in loco poſtea erecta Eccleſia eſt in Petri honorem, ad tam ſalutaris pœnitentiæ memoriam perennandam; ſicque omnes, qui deliquiſſent, Petri exemplo ad pœnitentiam excitarentur.

Prodit foras Petrus, foris pœnitentiam agit, 1309.
lachrymarum effundit flumina; cur intus iſtuc non egit? cur errorem ſuum illis, qui teſtes fuerunt non fatetur? cur non dixit ſe mentitum, cum negauit magiſtrum? cur morti non ſe offert? An, quia ad hoc à Chriſto non vocabatur? An ne iterum virium ſuarum periculum faceret? iam lapſu ipſo modeſtior, humilior factus, atque prudentior, diſcrimini ſe non obiicit, donec ſuperâ gratiâ muniretur, fuſurus tunc ſanguinem, daturus vitam, quod fecit; nolebat præterea Chriſtus, alium ſanguinem fundi; ſolus torcular calcare voluit, vt ſoli & redemptio tribueretur.

Fleuit amarè; Lachrymas ab oculis emittit Petrus non fundit ex ore verba; ore Chriſtum negauerat, non audet ſuis ſe verbis credere, fidere ſuo ori, *Iam non vtitur ſermone, quo fefellerat, quo negauerat, quo fidem amiſerat*; ſuſpecta ei lingua eſt, ſuſpecta vox, quâ magiſtrum negauerat; nimirum ea omnibus, quæ lapſus occaſio fuerunt timenda ſunt, vt non facile illis nos poſtea credamus.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXVII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

MANE autem facto, Concilium inierunt omnes principes Sacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.

Mane a. f. *Syr. Cum autem eſſet diluculum. Vat. Tempore verò iam matutino.*
Conſilium inierunt. *Int. Orig. Conſilium acceperunt. Fr. Luc. Conſilium ceperunt.*
Seniores populi. *Int. Orig. Seniores plebis.*
Vt eum morti traderent. *Syr. Vt eum mortificarent. Adam C. Quomodo eum occiderent.*

Verſ. 2.

Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

Vinctum. *Ar. M. Et ligantes. Mald. Cum eum vinxiſſent. Fr. Luc. Poſtquam ligaſſent. Auct. Vinculis adſtrictum.*
Adduxerunt. *Fr. Luc. Abduxerunt.*

Verſ. 3.

Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus.

Qui eum tr. *Orig. Proditor.*
Damnatus. *Vat. Condemnatus.*
Pœnitentia ductus. *Ar. M. Pœnitens. Syr. Pœnituit.*
Retulit. *Orig. Reſtituit.*
Triginta. *Orig. Illos triginta.*
Principibus ſ. *Orig. Pontificibus.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio.

Verſ. 4.

Dicens : Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.

Verſ. 5.

Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit.

Verſ. 6.

Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt.

Verſ. 7.

Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

Verſ. 8.

Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem.

Verſ. 9.

Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Iſraël.

Verſ. 10.

Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

Verſ. 11.

Ieſus autem ſtetit ante Præſidem, & interrogauit eum Præſes, dicens: Tu es Rex Iudæorum? dicit illi Ieſus: Tu dicis.

Verſ. 12.

Et cum accuſaretur à principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit.

Verſ. 13.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia?

Verſ. 14.

Et non reſpondit ei vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.

Verſ. 15.

Per diem autem ſolemnem conſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent.

Verſ. 16.

Habebat autem tunc vinctum inſi-

Lectionum Varietas.

Peccaui. *S. Epiph. Pœnitet me.*
Tradens. *S. Ambr. & S. Epiph. Quod tradiderim. Pagn. Quum prodidi.*
Iuſtum. *Pagn. Innoxium. Caiet. Innocentem.*
At illi dixerunt. *S. Hil. Qui reſponderunt.*
Quid ad nos. *Vat. Quid noſtra?*
Tu videris. *Arab. Tu vide. Int. Theoph. Tu videbis. Syr. Tu noueris.*

Argenteis. *Fr. Luc. Illis argenteis.*
Receſſit. *Fr. Luc. Seceſſit.*
Et abiens. *Orig. Digreſſúſque inde. Auct. Et cùm abiiſſet.*
Se ſuſpendit. *Vat. Præfocauit. Mald. Præfocatus eſt. Adam C. Suffocauit ſe. Syr. Strangulauit animam ſuam.*

Acceptis argenteis. *Fr. Luc. Poſtquam accepiſſent argenteos illos.*
Mittere. *Auct. Iacere.*
In corbonam. *Arab. In domo oblationum.*

Agrum figuli. *Fr. Luc. Agrum illum figuli, vel, Agrum illum figuli.*
Peregrinorum. *Fr. Luc. Peregrinis, Hoſpitibus.*

Vſque in hodiernum diem. *Ar. M. Vſque hodie.*

Per Ieremiam Prophetam. *Syr. Per Prophetam.*
Appretiati. *Syr. Illius honorandi. Fr. Luc. Illius æſtimati.*
Quem appretiauerunt. *Int. Theoph. Quem æſtimatum emerunt.*

Et dederunt. *Syr. Et dedi.*

Et interrogauit e. p. d. *S. Hil. Interroganti autem Pilato.*
Tu es Rex. *Caiet. Tu es ille Rex. S. Hil. An ipſe eſſet Rex.*
Dicit. *Ar. M. Dixit. S. Hil. Reſpondit.*
Tu dicis. *Syr. Tu dixiſti.*

Et cum accuſaretur. *Ar. M. Et in accuſari ipſum.*
Nihil reſpondit. *Int. Orig. Nihil reſpondebat. Syr. Ne verbum quidem ipſe reſpondit.*

Tunc dicit. *Syr. Tunc dixit.*
Quanta. *Caiet. Quot. Orig. Quàm multa.*
Dicunt teſtimonia. *Int. S. Chryſ. Teſtantur. Orig. Dicant teſtimonia.*

Et non reſpondit e. v. *Syr. Neque reddidit ei rationem, ne verbum quidem vllum.*
Vllum verbum. *Ar. M. Ad vllum verbum.*

Dimittere. *Ar. M. Abſoluere. Auct. Liberare.*
Vnum vinctum. *Fr. Luc. Vnum captiuum.*

Habebat autem. *Syr. Detinebatur autem ab eis.*

Vulgata Editio.

gnem, qui dicebatur Barrabas.

Verſ. 17.

Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus?

Verſ. 18.

Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum.

Verſ. 19.

Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum.

Verſ. 20.

Principes autem ſacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent.

Verſ. 21.

Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.

Verſ. 22.

Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?

Verſ. 23.

Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.

Verſ. 24.

Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis.

Verſ. 25.

Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper liberos noſtros.

Verſ. 26.

Tunc dimiſit illis Barabbam: Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.

Verſ. 27.

Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in Prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.

Verſ. 28.

Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei.

Verſ. 29.

Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dexterâ eius. Et genu flexo ante eum,

Lectionum Varietas.

Ar. M. Habebant autem.

Qui dicebatur. *Ar. M. Dictum.*

Congregatis. *Ar. M. Coactis.*

Dixit Pilatus. *Syr. Dixit ei Pilatus.*

Quem. *Pag. Virum.*

Dimittam vobis. *Int. Euth. Abſoluam vobis.*

Per inuidiam. *Int. Theoph. Propter inuidiam.*

Tradidiſſent. *Int. Orig. Tradiderunt. Int. Euth. Tradiderant.*

Pro tribunali. *Fr. Luc. In tribunali. Syr. Pro tribunali ſuo. Ar. M. Super tribunali.*

Miſit. *Vat. Mandata miſit.*

Nihil tibi & i. i. *Syr. Nihil tibi rei ſit cum illo iuſto. S. Hil. Nihil tibi ſit & iuſto iſti.*

Per viſum. *Pagn. In ſomnis. Adam C. Per ſomnium. Syr. In ſomno meo.*

Populis. *Vat. Multitudini. Fr. Luc. Turbis.*

De duobus. *Fr. Luc. Ex illis duobus.*

Dimitti. *Ar. M. Abſoluam vobis. Orig. Dimittam: Ieſum, qui dicitur Chriſtus, an Barrabam?*

Dicit. *Syr. Dixit.*

De Ieſu. *Ar. M. Ieſum.*

Dicunt omnes. *Ar. M. Dicunt ei omnes.*

Quid e. m. f. *Vat. Quidnam mali patrauit?*

Magis clamabant. *Arab. Auxerunt clamorem. Ar. M. Abundè clamabant.*

Nihil proficeret. *Fr. Luc. Nihil iuuaret.*

Accepta aqua. *Ar. M. Sumens aquam.*

Lauit. *Pagn. Abluit.*

Coram populo. *Ar. M. Coram turba.*

Innocens. *Orig. Mundus.*

Vos videritis. *Syr. Vos noueritis.*

Sanguis eius. *S. Greg. Nyſſ. Sanguis ipſius.*

Super. *Vat. In.*

Liberos. *Ar. M. Natos.*

Dimiſit. *Ar. M. Abſoluit.*

Suſcipientes. *Fr. Luc. Aſſumentes. Auct. Accipientes. Syr. Duxerunt.*

Congregauerunt. *Ar. M. Coëgerunt.*

Ad eum. *Syr. Aduerſus eum. Fr. Luc. Apud eum.*

Et exuentes eum. *Mald. Cum exuiſſent eum veſte ſua.*

Circumdederunt. *Fr. Luc. Circumpoſuerunt.*

Plectentes. *Pagn. Contextam. Fr. Luc. Poſtquam plexuiſſent.*

De ſpinis. *Auct. Ex ſpinis.*

Poſuerunt. *Fr. Luc. Impoſuerunt.*

illudebant

Vulgata Editio.

illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum.

Verſ. 30.

Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Verſ. 31.

Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent.

Verſ. 32.

Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.

Verſ. 33.

Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus.

Verſ. 34.

Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum: & cum guſtaſſet noluit bibere.

Verſ. 35.

Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius: vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Verſ. 36.

Et ſedentes ſeruabant eum.

Verſ. 37.

Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Ieſus: Rex Iudæorum.

Verſ. 38.

Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.

Verſ. 39.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua.

Verſ. 40.

Et dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum: ſi filius Dei es, deſcende de cruce.

Verſ. 41.

Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & ſenioribus, dicebant.

Verſ. 42.

Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi Rex Iſraël eſt deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.

Lectionum Varietas.

Arundinem. *Fr. Luc. Calamum.*
Genuflexo. *Auct. Cum genuflexiſſent.*
Illudebant ei. *Auct. Irridebant eum.*
Aue. *Fr. Luc. Gaude. Syr. Pax.*

Expuentes. *Ar. M. Inſpuentes.*
In eum. *Syr. In faciem eius.*
Caput eius. *Fr. Luc. Ad caput eius. Ar. M. In caput eius.*

Illuſerunt. *Fr. Luc. Illuſerant. Auct. Irriſerant.*
Duxerunt. *Vat. Abduxerunt.*
Vt crucifigerent. *Syr. Vt crucifigeretur. Ar. M. Ad crucifigendum.*

Exeuntes autem. *S. Hil. Procedentes autem. Mald. Cum exirent.*
Angariauerunt. *Pagn. Coëgerunt. Vat. Adegerunt.*
Tolleret. *Vat. Geſtaret.*
Crucem eius. *S. Hil. Lignum paſſionis.*

Et venerunt. *Fr. Luc. Poſtquam veniſſent.*
Quod eſt. *Ar. M. Qui eſt dictus.*

Vinum bibere cum f. m. *Vat. Potus acetum cum felle mixtum. S. Chryſ. Acetum bibere cum felle mixtum. Syr. Acetum bibendum mixtum cum felle.*

Diuiſerunt. *Fr. Luc. Diſpertiuerunt. Auct. Partiti ſunt.*
Sibi. *Vat. Inter ſe.*
Veſtem m. *Vat. Veſtitu meo.*
Miſerunt. *Ar. M. Iecerunt.*

Seruabant. *Syr. Cuſtodiebant.*
Eum. *Pagn.* addit *ibi. Ar. M. Illic.*

Cauſam. *Syr. Occaſionem.*
Scriptam. *Syr. In ſcriptura.*
Rex. *Fr. Luc. Ille Rex.*

Crucifixi ſunt. *Caiet. Crucifiguntur.*
A dextris. *Syr. A dextera eius.*

Prætereuntes. *Fr. Luc. Qui præteribant.*
Blaſphemabant. *Vat. Impia conuicia iaciebant.*
Eum. *Syr. Aduerſus eum.*

Vah. *Goth.* omittit. *Pagn. Tu.*
Qui deſtruis. *Quid. Codd. Qui deſtruit. Goth. Deſtruens. Theoph. Qui deſtruebas. Syr. Deſtructor. Ar. M. Diſſoluens.*
Reædificas. *Quid. Codd. Reædificat.*
Salua temetipſum. *Int. Orig. Libera te ipſum Syr. Libera animam tuam. Ar. M. Serua teipſum.*

Et ſenioribus. *Syr.* addit, *Ac Phariſæis. Ar. M. Cum Phariſæis.*

Saluos fecit. *Pagn. Seruauit.*
Credimus. *Arab. Credemus. Syr. Vt videamus, & credamus in eum.*
Ei. *S. Aug. In eum.*

EE 4 *Verſ.* 43.

Vulgata Editio.

Verſ. 43.

Confidit in Deo: liberet nunc, ſi vult eum: dixit enim quia filius Dei ſum.

Verſ. 44.

Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

Verſ. 45.

A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam.

Verſ. 46.

Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens: Eli, Eli lammaſabathani? hoc eſt: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Verſ. 47.

Quidam autem illic ſtantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.

Verſ. 48.

Et continuò currens vnus ex eis acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.

Verſ. 49.

Cæteri verò dicebant: ſine videamus, an veniat Elias liberans eum.

Verſ. 50.

Ieſus autem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum.

Verſ. 51.

Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.

Verſ. 52.

Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.

Verſ. 53.

Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Verſ. 54.

Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ieſum viſo terræmotu & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes verè filius Dei erat iſte.

Verſ. 55.

Etant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei.

Lectionum Varietas.

Liberet. *Syr. Redimat.*
Nunc. *Ar. M. Nunc eum.*
Si vult eum. *Arab. Si diligebat eum. Vat. Si fauet ei.*

Latrones. *Syr. Sicarij.*
Improperabant. *Int. Euth. Exprobrabant.*

A ſextâ autem horâ. *S. Greg. Nyſſ. Tribus autem horis.*
Factæ ſunt. *Vat. Oberta fuerunt.*

Et circa. *Fr. Luc. Circa autem.*
Clamauit. *Auct. Exclamauit.*
Deus m. D. m. *Vat. Mi Deus, mi Deus. Orig. Pater.*
Vt quid. *Tert. Ad quid. S. Ambr. Quare. Pagn. Cur. Orig. Ad quod.*
Dereliquiſti me. *Vat. Deſeruiſti me?*

Vocat. *Syr. Vocauit.*

Currens. *Fr. Luc. Poſtquam cucurriſſet.*
Impleuit. *Fr. Luc. Poſtquam impleuiſſet.*
Et impoſuit. *Auct. Et poſtquam circumpoſuiſſet.*

Sine. *Syr. Sinite, Relinquite.*
An veniat. *Fr. Luc. Si veniet.*
Liberans eum. *Vat. Seruaturus eum. Int. Theoph. Liberaturus eum. Syr. Vt redimat eum.*

Emiſit. *Fr. Luc. Dimiſit.*
Spiritum. *Syr. Spiritum ſuum.*

Et ecce. *Syr. Et ſtatim.*
Velum templi. *Syr. Superficies ianua templi. Ar. M. Inter expanſum.*
Sciſſum eſt: *S. Aug. Conſciſſum eſt.*
In duas partes. *Vat. Bifariam.*
Vſque deorſum. *S. Proſp. Vſque ad deorſum.*
Et terra mota eſt. *S. Hil. Terra mouetur.*

Et multa. *Orig. Quia multa.*
Qui dormierant. *S. Proſp. Dormientium.*
Surrexerunt. *Vat. Suſcitata ſunt. Ar. M. Excitata ſunt. Orig. Surrexerunt cum illo.*

Et exeuntes. *Fr. Luc. Et egreſſi.*
Reſurrectionem. *Ar. M. Excitationem.*
Venerunt. *Orig. Ingreſſi ſunt. Auct. Introierunt.*

Cuſtodientes Ieſum. *Int. Euth. Seruantes Ieſum.*
Viſo. *Fr. Luc. Videntes.*
Quæ fiebant. *Fr. Luc. Quæ facta fuerant. Ar. M. Et facta.*
Erat iſte. *S. Aug. Eſt hic.*

A longè. *S. Hier. A longè ſpectantes. Syr. Proſpicientes eminus.*
Miniſtrantes. *Syr. Et miniſtrauerant.*

Verſ. 56.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 56.

Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Inter quas. *Ar.M. In quibus.*
Et Ioſeph. *Ar.M. Et Ioſe.*

Verſ. 57.

Cum autem ſerò factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſeph qui, & ipſe diſcipulus erat Ieſu.

Cum ſerò eſſet factum. *Mald. Cum ſero fieret.*

Verſ. 58.

Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu: Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus.

Corpus. *Syr. Corpus illud.*

Verſ. 59.

Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda.

Et accepto. *Ar.M. Et accipiens.*
In ſindone. *Syr. Linteo lineo mundo.*

Verſ. 60.

Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.

Aduoluit. *S.M. Syr. Aduoluerunt. Pagn. Aduoluto ſaxo ingenti.*
Et abiit. *Syr. Et abierunt.*

Verſ. 61.

Erat autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum.

Erat. *Syr. Erant.*

Verſ. 62.

Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuem, conuenerunt principes Sacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum.

Poſt. *Vat. Poſtridie.*

Verſ. 63.

Dicentes: Domine, recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam.

Recordati ſumus. *Int. Orig. Rememorati ſumus. Ar.M. Meminimus.*
Seductor. *S.Auguſt. Ille planus. Vat. Impoſtorem illum.*
Reſurgam. *Vat. Reſurgo. Ar.M. Excitor.*

Verſ. 64.

Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium: ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: ſurrexit à mortuis; & erit nouiſſimus error peior priore.

Cuſtodiri. *Pagn. Muniri. Fr.Luc. Tutum reddi.*
Veniant. *Fr.Luc. Venientes.*
Furentur eum. *Syr. Furentur eum noctu.*
Surrexit. *Ar.M. Excitatus eſt.*
A mortuis. *Syr. De domo mortuorum.*
Et erit nou. *Vat. Et euadat poſterior.*
Error. *Fr.Luc. Seductio. Auct. Impoſtura.*
Priore. *Fr.Luc. Primo.*

Verſ. 65.

Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite, ſicut ſcitis.

Cuſtodiam. *Int. Orig. Cuſtodes.*
Ite. *Fr.Luc. Abite.*
Cuſtodite. *Caiet. Munite.*

Verſ. 66.

Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.

Munierunt. *Fr.Luc. Tutum reddiderunt.*
Signantes lapidem. *Int. Theoph. Obſignato lapide.*
Cum cuſtodibus. *Int. Theoph. Adhibitis cuſtodibus. Ar.M. Cum cuſtodia.*

CAPVT XXVII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

In malo ſoliciti mali ſunt. 1310
Perditi homines ſanctioribus diebus magis impia meditantur. 1310
Impij in ſuis ſceleribus aliorum conſortium quærunt, ſoli perire nolunt. 1311
De iuſtitia nulla ſceleratis cura. 1311
Homines inuidi multorum damna quærunt. 1312
Cur Chriſtum ad Pilatum Iudæi duxerunt. 1312
Ἀνίγαγον iudiciale verbum. 1312
Principes Sacerdotum, & ſeniores populi cur Ieſum ad Pilatum duxerint, non miſerint. 1313
Neminē Ieſu fauere Principes Sacerdotū voluē. 1313

Perſtricti

Perſtricti mali Sacerdotes. 1313
Diabolus ante commiſſum ſcelus oculos nobis obuelat, poſt velamina ſubmouet, vt peccator deſperet. 1314
Diſcrimen inter μεταμελεῖν, & μετανοεῖν. Vera pœnitentia quæ. 1314.
Vera pœnitentia ad Chriſtum nos vrget, non ad Chriſti hoſtes. 1315
Cur Iudam peccatum ſuum. confitentem Iudæi non punierint. 1315
Perſtricti qui aliena crimina non arguunt, ne prodant ſua. 1315
Mala conſcientia ſæuus contra peccatorem Iudex. 1315
Pœnitentiæ verba diabolus timet. 1316.

Mane autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.

1310. IN malo ſoliciti mali ſunt. Manè facto conſilium ineunt, non vt iuſtitiam, ſed vt innocentis mortem quærant. Feſtinant, vt Chriſtum morti adiudicarent, ne fortè, concurrente populo, & multis Domini amicis, impedimentum aliquod occurreret, quò minùs impium facinus abſoluerent.

Vide, quò impietas homines adigat: illis diebus innocentis cædem meditantur, quibus, multis victimis, & oblationibus opus erat pro aliis peccatis & ad puritatem, & munditiam obtinendam: tunc ſcelera ſceleribus accumulant. Perditorum hominum hic mos, qui, ſanctioribus diebus, magis impia meditantur.

1311. Conſilium ineunt; ne aliquis ab crimine ſit immunis; vt omnes ſimul tanti ſceleris magnitudine premerentur. Impiis non ſatis eſt, ſi ſoli peccant: exitij conſortes amant; ac ſi multorum lapſus leuiorem vniuſcuiuſque culpam redderet, leuiorem pœnam.

Vt eum morti traderent: Græcè, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσιν, *quomodo eum occiderent.* Mortis eius auidi, modum eius, & tempus, non cauſam quærebant. Diù decreuerant, eum occidere: non conſulunt, an iuſtè id fieri poſſet; ſed qua ratione facili, & expeditâ: nulla illis de iuſtitiâ cura, modò, quod iniuſtiſſimè cupiunt, exequantur.

Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pilato præſidi.

1312. INnocentiam iudici ſiſtunt: vinctum adducunt, quem priùs deuinxerat ſuis funibus charitas. Student publicè occidere, vt eius gloriæ detraherent, vtque alios ab eius obſequio, & ſeruitute abducerent. Vni nocere impietati non ſufficit: in multos ſæuit, & multorum damna inuidi quærunt.

Non fuit Iudæis poteſtas in ſontes animaduertendi; ſed, quamuis eos morte damnaſſent, ſiſtere tamen præſidi oportuit, eique ſententiam probari: quod hîc quoque factum.

1313. *Adduxerunt*: Græcè, ἀπήγαγον, *abduxerunt.* Hoc verbum propriè de illis dicitur, qui ad iudicem ducuntur, rapiuntur ad ſupplicium.

Adduxerunt Omnes ſcilicet principes ſacerdotum, & ſeniores populi, adhibitâ miniſtrorum operâ, qui proximè Ieſum tenerēt. Sed cur non miſerunt ad præſidem? Quid neceſſe erat eum comitari? Omnes, qui Chriſtum condemnauerant, ad præſidem ſe conferunt, vt omnium præſentiâ populus cohiberetur, & ne quis in itinere tentaret, Ieſum ab eorum manibus eripere, vtque Pilatus vrgeretur, & abſque morâ iuberet cruci affigi. Tandem, ne quis auderet, coram Pilato, Ieſu fauere, & eius partes tueri, ipſis, qui condamnauerant, præſentibus. Impiorum nota eſt, Chriſtum ſequi, non in obſequium, & in imitationem, ſed vt perdant. Hoc mali Sacerdotes præſtant, qui, dum ſequi Redemptorem videntur, eique obſequi, necem eius, quantùm in ipſis eſt, quærunt.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus.

COgnouit ſuum ſcelus Iudas, ſed poſtquam factum. Obuelat Diabolus, ante commiſſum 1314.
ſcelus, peccatorum oculos, vt in peccatum cœci labantur; poſtea velamina ſubmouet, vt deſperent.

Pœnitentiâ ductus: Græcè, μεταμεληθεὶς, *de peccato anxius.* Hoc inter, μεταμελεῖν, & μετανοεῖν, intereſſe, nonnulli obſeruauerunt; quòd, μεταμελεῖν, ſit peccatum patratum agnoſcere, & ob illud cruciari, ac torqueri, & à propriâ conſcientiâ diuexari; μετανοεῖν, eſt non ſolùm dolere, ſed etiam emendare, reſipiſcere & ad meliorem mentem redire. Hoc præſtitit Petrus, illud Iudas, qui conſcientiæ morſus, & laniatus ſenſit, peccatum verò odio, & intimo animi dolore non aboleuit. Petrus verè pœnituit, qui lachrymis culpam abſterſit, & meliori vitâ correxit. Iudæ pœnitentia vera non extitit; qui admiſſum peccatum doluit, non quòd illud peroſus ob Dei offenſam ad meliorem vitam adſpiraret; ſed quòd non ferret conſcientiæ ſtimulos, quibus grauiter cruciabatur. Qui peccauit, Petri, non Iudæ, pœnitentiam imitetur.

Nondum Chriſtus ante Pilatum ſteterat, nondum contra eum mortis ſententia lata erat, & tamen Iudas damnatum eſſe vidit; qui videre potuit quod nondum actum erat? *ex eo*, inquit Origenes, *quod traditum aſpexit à principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi*; tantam potentiorum hominum preces vim habent, vt, vel integerrimum iudicem facilè flectant.

Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum.

FAtetur peccatum ſuum, ſed non vera hæc pœ- 1315.
nitentia, quæ ſpe caruit. Fatetur ſuum ſcelus; ſed quibus? Impiis, qui Chriſti ſanguinem ſitiebant. Iuiſſet ad Chriſtum, & indulgentiæ locum inueniſſet.

Mirum alicui videatur, quòd non eum populus iudicauerit, non eum morti præſes addixerit cùm palam crimen ſuum prodiderit. An innocentis neci intenti, Sacerdotes nocentem à pœnâ immunem relinquunt? An Iudæ crimen congruâ pœnâ non curant eluere, ne ſe ſimul criminis arguant, qui ſceleris fuēre participes? Plerúnque iuſtitia negligitur, ne, dum aliorum crimina caſtigantur, prodantur & noſtra.

Aliam huius rei cauſam adiicio, Iudam populus,

lus non accuſat, non ſacerdotes, noo præſes condemnat. Seueriorem Iudæ peccatum pœnam merebatur. Omnium ſupergreditur ſententiam qui à ſuâ conſcientiâ ſuâ ſententiâ condemnatur. Seueriùs ſcelus ſuum puniuit Iudas, dum ſceleris recordaretur, & conſcientia, mali commiſſi memoriâ, laceraretur, quàm feciſſet quilibet alius iudex. Nempè, peccatum peccatori pœna eſt, & leuis quæcunque alia, aut ab alio tribunali, quàm à conſcientiæ propriæ profecta.

1316. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*; perculit hæc vox diabolum; licet à corde eſſet, à verâ pœnitentiâ alienum, perculit tamen, & vitæ mutationem in Iuda timens, ad laqueum Iudam vrſit; *Audiuit hæc diabolus*, inquit ad hæc verba Sanctus Chryſoſtomus, *nouit in melius viam capientem, & ad ſalutem tendentem, timuitque mutationem. Clementem*, inquit, *Dominum habet: eum traditurus eum fuerat, plorauit, atque ipſum miris prouocauit modis; nunc multò fortiùs correptum, & peccatum fatentem trahet.* Ab hac quoque causâ laqueum Iudæ ſuaſit, vt emittendæ vocis inſtrumentum clauderet, nec vèl nuda pœnitentiæ verba formare poſſet.

Inutilis Iudæ pœnitentia fuit, quia illam noo apud Chriſtum, ſed apud Iudæos egit; *proditor*, inquit Sanctus Ambroſius, *quod & Iudas potuiſſet tantâ Domini miſeratione non excludi à veniâ, ſi pœnitentiam non apud Iudæos, ſed apud Chriſtum egiſſet. Peccaui*, inquit, *quod tradiderim ſanguinem iuſtum*; quod transferri & ad illos poteſt, qui apud illos pœnitentiam agunt, qui fecerunt, vt haberet, cuius pœniteret; malè iuxta illos pœnitentia agitur, qui ad peccatum prouocarunt, & peccati occaſionem præbent; vt accidit, cum inire pœnitentiam aliqui volunt, nec exire ab illis volunt, quorum causâ lapſi in pœnitenda ſunt.

SECTIO II.

Caueant Sacerdotes ne nimia ſeueritate pœnitentes in deſperationem adigant. 1317
Impij aliena crimina vident, non vident ſua. 1317
Sacerdotum eſt homines quodammodo refigulare, & in nouam formam Dei ope mutare. 1319
Auarum nec terra ſuſtinet, nec Cælum recipit. 1319
Pecunia auaro carnifex. 1320
Mala conſcientiæ ſtimuli quàm ſæui. 1320
Auri cupiditas, digna ſepulcro. 1321
Auaritia laqueo ſe Iudas ſuſpenderat. 1323
Cur laqueo ſuſpenſus Iudas. 1323
Auaritia cæcitatem inuehit. 1324
Plerumque impij religioſè minima obſeruant, ſine vllo timore in immania crimina labuntur. 1325
Corbona *quid, & vnde.* 1325
Mundo mortuus requiem in Chriſti ſanguine inuenit. 1326
Chriſti ſanguis illis præcipuè ſalutaris, qui ſe in hac vita velut peregrinos cenſent. 1326
Sacrilegi Sacerdotes Chriſti ſanguine ne ſibi blandiantur. 1326
Chriſtus paſſus eſt, vt luxus tolleret, non vt foueret. 1327
Ægrè celari Sacerdotum, & Principum peccata poſſunt. 1327
Hominum conſilia, ac prudentia nihil contra Dominum valet. 1327

At illi dixerunt, quid ad nos? tu videris.

Nvllus in his Sacerdotibus pietatis ſenſus eſt: deſperationis ſpiritu correptum magis in deſperationem adigunt. Abeunt à ſuo munere ſacerdotes, qui pœnitentes duriùs, aſperiùſque accipiunt, nec Diuinæ miſericordiæ ſpe paſcunt in crimina lapſos. Periculoſum eſt, humaniter, & beneuolè non excipere peccatores. 1317.

Peccauit, qoi tradidit, peccauerunt & Iudæi ſuſcipientes, cum ſcelus ſcelere ſit adiunctum. Si venditio Chriſti fuit in culpâ, emptio virtus eſſe non poterat. Cenſent tamen, Iudam peccauiſſe, & inquiunt, *Tu videris*: peccatum verò ſuum ipſi non vident. Hæc impiorum cæcitas eſt: aliena crimina vident: vt videant ſua, oculos non habent.

Quid ad nos? Sacerdotes, qui Chriſtum prodituro Iudæ beneuolos ſe præbebant, nunc eum, tanquam nullius pretij, ac exiſtimationis dignum, reiiciunt, nihil ad ſe pertinere affirmant, quòd tantâ ille anguſtiâ prematur, dignum hoc eorum ſupplicium eſt, qui in aliorum gratiam peccant, vt poſt peccatum ab illis non agnoſcantur. 1318.

Quid ad nos? tu videris: Hæc eorum eſt merces, qui, vt gratiam ab aliis ineant, culpâ, Dei gratiam perdunt; ab illis ridentur, & contemnuntur, quorum cauſa vel Deum ipſum, eiuſque iuſſa contemnere non ſunt veriti.

Et, proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.

IN templo pecuniam proiicit; ſed, vt eius pœnitentia infructuoſa, ſic & oblatio execrabilis. In templum proiicit: at Zacharias de hac eâdem re loquens ait: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proiice illud ad ſtatuarium decorum pretium quo appretiatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini ad ſtatuariū.* Quis ſtatuarij; & templi nexus? Quæ figuli, & templi cohærentia? In templum proiicitur pretium; ſed, quia ſacerdotes agrum figuli eo emunt, ad ſtatuarium, & figulum proiici dicitur. Quid? ſtatuarius cum templo hæret; quia ſacerdotes in nouam formam alios reformare debent, & quodammodo perditos homines refigulare. 1319. Zach. 11. 12. & 13.

Receſſit: Græcè, ἀνεχώρησεν, ſecretum locum petit, vt nodum infamis lethi ab altâ trabe necteret. Laqueo ſe ſuſpendit, vt mortis genere cælo, & terra peroſum ſe oſtenderet: Auarum nec terra ſuſtinet, oec Cælum recipit: in aëre pendet.

Proiicit argentum: inuenire quietem in pecuniâ non potuit; quin potius eadem pecunia ipſius carnifex fuit, ac tortor, & maiorem in eâ retinendâ anxietatem ſenſit, quàm habuerit voluptatem. 1320.

Laqueo ſe ſuſpendit: Ingentes conſcientiæ ſtimulos, flagella, morſuſque ferre non potuit: leuior præ illis mors. Hi; ſceleris fructus, hæc peccati merces, acerbis morſibus laniari.

Cur pecuniam pecuniæ auidiſſimi theſauro non recondunt? ſepulchri pretium argenteos ſtatuont, ſcilicet cupiditas funeribus deputatur, & digna ſepulchro eſt. Rem expendit Sanctus Valerianus ad hunc locum ſpectans ſic enim ait: *Ecce quid fructus habet cupiditas, pecunia ad comparationem ſepulturæ repoſita, hoc eſt funeribus deputata. Intellige ergo in quo ſtatu ſit culpa cupiditatis.* Licèt opes quis congerat, congerat aurum, & argentum, nihil habet quod ad theſaurum ſpectet, ſed 1321.

quod

Digitized by Google

quod mortem ac corruptionem præferat, referat ſepulchrum.

1322. *Abiens laqueo ſe ſuſpendit*; ſui ipſius carnifex effectus mortem ſibi intulit Iudas; non potuit Iudas nequiori tortori tradi, quàm Iudæ ipſi, vt vel ſic proderet, ſe omnino inexcuſabilem. *Non enim Iudam damnat Pilatus*, ait Sanctus Maximus, *non damnat populus; ſed quod eſt grauius, ſe ipſe condemnat, & ceſſante iuſtitiâ iudicatur. Quem enim alter iudicat, poteſt vtique eſſe excuſabilis; reus autem ſine excuſatione eſt, qui conſcientia ſua iudicio condemnatur. Quem alter iudicat; poteſt quandoque à ſuo iudice ſperare indulgentiam; qui ſe ipſe iudicat, à quo indulgentiam poſtulabit?*

Laqueo ſe ſuſpendit; ſcelus ſcelere cumulat; in filium, filij proditione, peccauerat; nunc de diuinâ miſericordiâ diffidens in ſpiritum Sanctum peccat; *ſceleſtior omnibus Iuda*, Sancti Leonis verba ſunt, *& infelicior extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad Dominum, ſed deſperatio traxit ad laqueum*; conſultiùs fuiſſet ad Chriſtum ire, quem tradideras, quàm ad impios Sacerdotes, quibus vendideras; Ioſeph à fratribus venditus, fratribus ignouit, qui ad eum ſe contulerunt, erroremque ſuum confeſſi ſunt; id ſi & Iudas præſtitiſſet, & vitam produxiſſet, & pepercisſet illi Chriſtus, qui & pro eius peccato moriebatur.

1323. *Laqueo ſe ſuſpendit*, non nouus hic Iudæ laqueus: diu illi collum porrexerat: *iam diu erat*, inquit Drogo, *quod à Chriſto diſceſſerat, & auaritia laqueo ſe ſuſpenderat; ſed quod feceras in occulto, palam omnibus innotuit*; diu erat, quòd Iudam auaritia ſtrangulauerat: à laqueo ad laqueum currit.

Laqueo ſe ſuſpendit; cur hoc mortis genere obiit Iudas? vt mendacij, fictique oſculi lueret pœnas. Guttur nimirum extendit ad laqueum, quod Chriſto extendit ad oſculum.

Laqueo ſe ſuſpendit; Rupertus cenſet, Iudam voluiſſe in Chriſti comprehenſione, & Apoſtolos comprehendi, ob idque, quod non capti, laqueo ſe præfocaſſe, & vitam finiuiſſe; hæc impij pœnitentia eſt, dolere ſe plura peccata non perpetraſſe, cum poſſet; ſed aliam, veriotemque ſuſpendij cauſam innuit Matthæus, & amplectuntur interpretes.

1324. Argentum templo dedit, ſed ſemetipſum laqueo; cur potius argenteis non itaſcitur, qui ruinæ anſam præbuerunt, illiſque in mare proiectis ſe ad templum non recipit veniam petiturus? Adeò deſipit, vt perditioni ſe tradat, nummos templo! Auaritia lumen abſtulit, cæcitatem inuexit; quò tenebrarum non trahit homines aurum! Damnum ſuæ perditionis non videt auarus, & auro potiùs ſtudet conſulere, quàm ſibi.

Ex arbore pependit Iudas; ſed è qua? Putant aliqui ex ſycomoro, quarum multa erat in illis regionibus copia; Zachæus in ſycomoro ſalutem reperit. Iudas amiſit in ſycomoro vitam; quod iuſtis ad ſalutem, hoc ad exitium malis.

Laqueo ſe ſuſpendit Iudas, iuſtum de ſe iudicium ſumit, vt qui Chriſtum vocis inſtrumento vendiderat, laqueo ſtrangulatus in vocis organo puniretur.

Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet, eos mittere in corbonam.

1325. VErè culicem liquant, camelum glutiunt; pretium ſanguinis recipere non licuit: & licuit innocentis ſanguinem effundere? Impij, vt religioſiores aliis videantur, minima ſolicitè cuſtodiunt: & poſtea in fœdiſſima crimina nullo timore labuntur.

Corbona, locus erat, in quem dona conferebantur, quæ Deo ſacrabantur. Syrus בית קורבנא, *Beth Kurebana, domum oblationis* vocat, à verbo, קרב, quod eſt appropinquare, eſtque verbum oblationum proprium.

Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.

AGer figuli eâ, qua venditur Chriſtus, compa- 1326.
ratur pecuniâ; & is locus humandis peregrinorum reliquiis dicatur. Diſce: mundo mortuus requiem, Chriſti ſanguine, inuenit. Diſce: mundi peregrino, qui nihil poſſidere in mundo quærit, pretium ſanguinis Chriſti plurimùm prodeſt.

Chriſti Domini ſanguis pretium futurus erat, quo requies æterna illis compararetur, qui in hac vitâ ſe habent, veluti peregrinos.

Diuinâ prouidentiâ factum, vt Saluatoris pretium, non peccatoribus ſumptum præberet, ſed requiem peregrinis ſubminiſtraret; non ſacrilegis eſſet ad luxum, ſed defunctis ad ſepulchrum; ne ſacrilegi ſacerdotes Chriſti ſanguine ſibi blandirentur, quem impiè tractant.

Noluit Chriſtus pretium ſui ſanguinis in im- 1327.
piorum ſacerdotum manibus venire; ne pretium ſanguinis eorum luxui, ac faſtui deſeruiret; vnde ſtatim intelligeremus, Chriſtum ſanguinem fudiſſe, vt luxus tolleret, non vt foueret.

Fraudolenter principes ſacerdotum cogitauerant, & decreuerant, illius pecuniæ ſummam in viliſſimæ, & abiectiſſimæ rei vſum expendere; in ſepulturam ſcilicet militum, aliorumque pauperum, & ignobilium gentilium, atque hac ratione Chriſti memoriam, ad necem empti, & ſuam ipſorum impietatem, emptione ſepulturæ, ſepelire. Sed aliter Dei prouidentiâ factum; ager quippè ille emptus, æternum monumentum factus eſt ſceleris ipſorum. Si in corbonam pecuniam immiſiſſent, non ita manifeſta res facta fuiſſet: nunc verò prædio empto ad poſteros rem vniuerſam, vel aliud cogitantes, tranſmiſerunt; vt hinc colligeremus, ægrè celari ſacerdotum, & principum ſcelera poſſe.

Tandem ex hoc apparet, hominum conſilium, atque prudentiam nihil contra Dominum valere.

SECTIO III.

Patientia in perſecutionibus Chriſti exemplo oſtendenda. 1328
Accuſatus coram Pilato Chriſtus cur tacuerit. 1328
Tolerantia in perferendis calumniis laudata. 1328
Coram Pilato tacuit Chriſtus, quia ad liberandum eum promptior erat. Perſtrictis quo aliter. 1328
Quàm impij illi ſint, quos inuidia obcæcat, ſuperbia poſſidet. 1319
Magis ſe excuſat qui humiliter tacet, quàm qui ſe purgat. 1330
Chriſti innocentia. 1330
Iuſtitia non verbis adſtruenda ſed operibus. 1330
Inuidia quam cæcos homines reddat. 1331
Inuidia morbus difficilè ſanatur. 1331

Maiorum

Maiorum auctoritas in Republica quantum ad malum populis perſuadendum poſſit. 1332

Qui inuidia corripitur dedecus honorem ſuum putat. 1332

Mulieres nihil ferè ſciunt ſupprimere. 1333

Iudex iuſtitiæ faueat, non calumniæ. 1333

Nihil ſic oſtendit alicuius excellentiam quàm patientia in contumeliis, & iniuriis. 1333

Dolentibus vxoribus viri nimis quandoque compatiuntur. 1334

Mariti malum, ac familiæ ſuum vxor proba ducat. 1334

Vigilare impios cogit eorum malitia, aliàs ſomno dediti ſunt. 1334

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præſes vehementer.

1328. CHriſti ſilentium patientiæ, & manſuetudinis argumentum erat. Docet, ne ſoliciti ſimus, ſi, ad tribunalia per calumnias tracti, damnemur.

Tacebat; nam inanes eorum calumniæ etiam nemine referente euaneſcebant. Si multis, & efficacibus rationibus ſe Dominus purgauiſſet, innocentiæ ſuæ dignitatem quodammodo minuiſſet.

Vocem ſuam hoc ſilentiom habet: ad patientiam, animique in perferendis calumniis fortitudinem altè inhortatur.

Admirandum fuit quòd coram Caiphâ tacuerit; ſed magis, quòd coram Pilato, vbi accuſationes grauiores, grauius periculum, iudexque ipſe flexibilior ad abſoluendum. Nihil reſpondere voluit Chriſtus, ne, obiecta crimina diluens, à præſide dimitteretur, & crucis vtilitas, quod nolebat, differretur: & eò cautiùs coram Pilato tacuit, quò ad dimittendum eum Præſes promptior erat. Plerique ſecus feciſſent: vbi maior liberationis ſpes, ibi magis, ac ſolicitiùs ſe excuſaſſent.

1329. *Ita vt miraretur Præſes vehementer.* Tacentem Chriſtum æquanimiter fert Pilatus, nec illius ſilentium ſui contemptum interpretatur. Contra pontifices, tacentem adiurant, vt loquatur: loquentem blaſphemiæ condemnant. Minùs impius gentilis hic homo eſt, quàm populi Dei principes, quos inuidia obcæcauerat, ſuperbia poſſederat.

Mirabatur Præſes placidam Chriſti taciturnitatem, animi fortitudinem, ac patientiam; tamque efficax fuit hoc Chriſti ſilentium, vt iudex vltrò factiones, & conſpirationes aduerſus eum initas & agnoſceret, & confiteretur. Plerùnque in modeſtâ taciturnitate magis eluceſcit innocentia, quàm in elaboratâ excuſatione; & à crimine, quod falsò obiicitur, magis ſe purgat, qui humiliter ſe non purgat.

1330. Tanta fuit Chriſti integritas, vt, vel ſinè patrocinio, Ethnico iudici innotuerit. Plenior iuſtitia eſt quæ non verbis adſtruitur, ſed rè probatur, veritate fulcitur.

Ita vt miraretur præſes vehementer; cum nullum Chriſtus reſpondiſſet verbum Pilato iudici correptus admiratione eſt; cur non potiùs irâ & indignatione, cùm à negatâ Chriſti reſponſione credere poſſet ſe contemni? *Quia*, inquiebat bonus ille auctor, *videbat Pilatus in Chriſti vultu ſereno, & imperturbato tranquillitatem cordis, & ſilentium illud oriri non ex iracundiâ ſuppreſſâ, aut pertinaciâ ſeu contemptu, ſed ex ſingulari patientiâ, & manſuetudine*, quæ in Chriſti facie legebatur.

Congregatis ergò illis, dixit Pilatus: Quem vultis vobis dimittam: Barrabam, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum.

PEnde, quò humanas mentes inuidia vrgeat, 1331.
quò rapiat: tàm cæci inuidiâ homines ſunt, vt innocentiam impietati prætulerint; Barrabam ſcilicet Chriſto.

Dixit Pilatus: quem vultis vobis dimittam: Moris erat, vt in feſto Paſchæ quotannis populus condemnatum aliquem à principe peteret, quem ſolemnitatis gratiâ princeps populo condonaret. Nunc contrà fit: princeps ipſe, ac præſes à populo petit, neque tamen ſic mitigantur. Difficilè, qui inuidiæ laborat morbo, ab inceptis reuocari poteſt, ac meliorem mentem ebibere.

Prudenti conſilio agit apud populum Pilatus, 1332.
vt illius fauore poſtulatus Chriſtus, ſi non quaſi innocens, ſaltem diei feſti gratiâ ſeruaretur; vt ſi principes propter inuidiam vellēt eum perdere, populus, qui expertus erat eius beneficia, peteret eum viuere: ſed ſacerdotum principes, ac ſeniores turbis perſuaſerunt, vt Barabbam peterent abſolui, Ieſum perdi. Quo docemur, quantùm poſſit auctoritas principum, & eorum, qui in republicâ duces ſunt; vt populum, quo nihil magis varium, ac mutabile, aut ad bonum trahant, aut ad malum.

Qui dicitur Chriſtus? Hunc titulum adiecit Pilatus, vt eos magis flecteret, & à Chriſti morte auocaret. Meſſiæ nomen gratiſſimum ipſis eſſe oportuit, cuius ratio omnis ad ipſorum honorem, ac vtilitatem referebatur. Tacitè admonuit, maximum Iudæorum dedecus futurum, ſi quem hactenus habuiſſent pro Chriſto, atque Meſſiâ, quique plurimis in eos collatis beneficiis, editis miraculis, talem ſe probaſſet, non eriperent, cùm poſſent à morte, ſed præ inuidiâ ad necem poſtulaſſent. Nihil Pilatus profuit, nec à tanto ſcelere auocari Iudæi potuerunt. Qui inuidiâ corripitur, ſuum dedecus honorem putat; nec vllius ignominiæ metu à concepto crimine reuocatur.

Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi, & iuſto illi; multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum.

NOn videt Pilatus ſomnium: videt vxor, vel 1333.
quia ipſa magis digna, vel quia Pilatus non dixiſſet: dixit fœmina, cui peculiare, nihil ſupprimere.

Somnium iſtuc à Deo immiſſum multorum cenſio eſt. Chriſtus tot modis innocens declaratur, antequam velut nocens iudicaretur. Monetur tunc Pilatus, ne voces hoſtium audiat; idque, cùm in tribunali ſederet: vt tunc iudex recordetur, ſe iuſtitiæ protectorem eſſe, non iuſtitiæ, atque calumniæ fautorem.

Immiſſum à dæmone hoc ſomnium alij cenſent qui inuictam Chriſti patientiam, & manſuetudinem in iniuriis & contumeliis videns, ſuſpicari cœpit, ipſum eſſe verum Meſſiam, & Filium Dei,

qui regnum eius eſſet deſtructurus : ideo Pilati vxorem ſomnio conterruit, vt per ipſam Chriſti mortem impediret. Nempè, nihil ſic oſtendit alicuius dignitatem, quàm patientia in contumeliis; tàm abeſt, vt eas patiens inhonorus, & vilis ſit.

1334. *Multa paſſa ſum hodie :* Multos terrores, & multa horribilia viſa. *Paſſa ſum :* Non ſolum videt, ſed etiam patitur; vt maritus, vxori condolendo, abſtineret à cæde. Nihil eſt, quo perſuaderi magis vir poſſit, quàm ſi vxor dolens, & mœrens accedat: nimis compari vxoribus viri ſolent, & etiam, quæ minimè decent, earum affectu, præſtare.

Paſſa ſum : Marito, & vniuerſæ familiæ grande aliquod malum imminere per ſomnium vidit. Quòd autem ſe paſſam dicit, non maritum, fuit, quia mariti malum, atque familiæ, ſuum duxerit, etiam ſomnians; adeò vt ita animo anxia & afflicta fuerit, ac ſi verè maritus mala varia paſſus fuiſſet, & vniuerſa familia graue aliquod malum incurriſſet. Præbet hæc mulier vxoris in virum affectus, & in familiam ſolicitudinis exemplar.

Hodie, id eſt *de nocte*, vt Euthymius explicat. Sed, ſi de nocte hæc paſſa fuerat, cur non narrauerat ea marito manè è lecto ſurgenti? An probabilius eſt, quòd, *hodie*, de matutino tempore dicat, quando maritus cubitu ſurrexerat, & ad tribunal ſe contulerat, in lecto adhuc ipsâ iacente? Summo manè ad tribunal Pilatus iuit, vt ſuo munere fungeretur, & Iudæorum ſolicitudini ſatisfaceret, qui diù lectis hærere nequibant : vigilare eos cogebat illorum malitia.

SECTIO IV.

Innocentia non extimè præferenda duntaxat, ſed intus caſtodienda. 1335
Cur manus Pilatus lauerit. 1335
Iudæi ſatanici elephantes, *qui ſanguinis Chriſti adſpecta ira magis æſtuant.* 1336
A flagellis Chriſti quantus fructus. 1336
Dum nos flagellat Deus excolit, & ad frugem parat. 1336
Chriſti Sanguis tubæ vicem ſubit. 1337
Chriſtianorum eſt flagella pati, inferre Pilati. 1337
Vili veſte cur Chriſtus indutus. 1338
Latus paſſus eſt Chriſtus. 1340
Peccatorum noſtrorum ſpinis contexta Chriſti corona. 1340
Spinæ, quæ in Chriſti coronâ ad Chriſti amorem nos prouocant. 1341
Felix regnum, & Rex, cuius ſceptrum diaboli Regnum deſtruit. 1343
Qui hominum ludibria æquo animo fert à Deo honoratur. 1344
Chriſtus ingenti gaudio perfuſus eſt videns ſe habere ludibria; idem iuſtus præſtet. 1344
Qui Chriſti crucem defert Chriſti induat mores exuat ſeculi. 1345
Pro omnibus ſe Chriſtus obtulit in paſſione. 1346
Iudæi indigni qui Chriſti Crucem ferrent. 1346
Obedientia mortificationis crux ferenda. 1346
A terrenarum rerum cura abſit, qui Crucem Chriſti, portare vult. 1346
Omnes ferè fugiunt crucem. 1347
Milites omnia ſibi licere putant. 1347
Caluariæ *locus vnde, eum Chriſtus ſua morte ſanctificauit.* 1347

Videns Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, acceptâ aquâ lauit manus coram populo.

LAuare manus potuit, abluere conſcientiam noluit, qui in crimen tranſiuit alienum, morti Chriſtum adiudicans, quem compererat innocentem. Plurimos reperire eſt, qui extimè innocentiam præferunt, intùs ſceleribus madent. 1335.

Iudaico vſus eſt more Pilatus. Conatur, efferatos eorum animos placare : Chriſti innocentiam verbis fuerat teſtatus, nunc factis, manuſque ablutione idem facit. Fortaſſis etiam, quia vox, & clamor eius præ tumultu non exaudiebatur; ideo voci, & orationi ſuæ ſignum addidit, vt etiam iis, qui longè diſtabant, ſignificare poſſet, quid vellet: ſed neque hac ceremoniâ dimouere à malâ mente eos potuit.

Tunc dimiſit illis Barabbam; Ieſum verò flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.

FLagellis ſæuiſſimè Chriſtus cæditur, vt dura Iudæorum corda tàm ditâ flagellatione mollirentur : ſed contrà factum, ſanguinis effuſione magis irâ æſtuabant, ac furore. Satanicos elephantes iurè dixeris, qui innocentis ſanguinis fuſu, & viſu magis in furorem rapiuntur. 1336.

Flagellatur Chriſtus, vt nos à flagellis eximeret. Romanis etiam legibus crucifigendus priùs verberabatur : quod hic factum. Tunc impletum illud propheticum eſt : *ſupra dorſum meam fabricaaerunt peccatores :* vel, vt alij vertunt, *arauerunt*: Pſal. 128. 3.
nam, vt aratrum terram ſcindit, & ſulcat, ſic flagella Chriſti corpus. Quantus ab aratione iſtâ fructus, quàm copioſa ſeges orta eſt! Ergò nos quoque, cùm flagellat, Deus excolit, & ad frugem parat.

Flagellatur Chriſtus; effundit ab omni corporis parte ſanguinis fontes; audis quàm fortiter ad amorem prouocat, quàm altè ad ſanctitatem hic ſanguis inclamet? Validior omni voce eſt, omni tubâ, ſi audias. Diuini verbi præconem inhortatur Deus dicens. *Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum*; hoc prædicatoris eſt munus; quid? iſtuc idem Chriſti effuſus ſanguis præſtat. *Chriſti ſanguis*, inquit Sanctus Bernardus, *quaſi tuba exaltat vocem ſuam; & ſi vocem eius tu non audis, audis eam, de cuius latere manauit; quomodo namque proprium non audit, qui Abel ſanguinem audiebat?* ſanguinis tubam, ſanguinis vocem audi, quæ ad bellum vrget, ab otio auocat, ab vmbrâ reuocat. 1337.

Flagellat Pilatus Chriſtum, vt videas, *flagella pati Chriſtianorum eſſe*, vt ait Sanctus Athanaſius, *Caiphæ, & Pilati infligere*; iniurias ferre bonorum, inferre malorum; quis non eligeret flagellis ſubiici cum Chriſto, quàm flagellis in alios ſæuire, vt Pilatus? & tamen imitatores multos Pilatus habet, paucos Chriſtus.

Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei.

POſt flagellationem chlamyde coccineâ induunt ad affectati regni exprobationẽ Syrus, כלמים, *celamim*, 1338.

calamum, vocat. Chlamydem coccineam, loco purpureæ, ipſi circumpoſuerunt; nam purpura Imperatorum, & regum erat inſigne. Non fuit curæ militibus, vt verâ purpurâ Chriſtum induerent: ſatis illis fuit, vt aliquid ſimile purpuræ in affectati regni ſignum illius humeris imponerent: vnde nec ſplendidam eos veſtem elegiſſe putandum, ſed obuiam, vilem, ac tritam, & qualem aliquis miles, tanquam vſui ferè ineptam, reiecerat, ſolo cocci colore ad regum purpuram accedentem. Tali veſte ſe illudi paſſus eſt Dei Filius, vt pro luxu veſtium, qui pleroſque corripit, ſatisfaceret; vtque æternæ gloriæ ſtolam nobis hac ignominiâ mereretur.

1339. Alterius quoque rei hæc chlamys indiciũ erat, ſcilicet deſiderij, quo fundendi eius ſanguinem Iudæi corripiebantur; hinc illud Sancti Chryſoſtomi; *non ſolùm regnum chlamys præfigurabat, ſed & quòd æſtuabant Iudæi ſanguinis ſitim, cædiſque cupiditatem demonſtrabat*; vt interim purpureâ illius veſte aſpectu detinerentur, donec totum ſanguinem effunderet, ſpiritum exhalaret in Cruce.

Reſpondit hæc res, & Chriſti voto; ſanguineo hoc purpureóque colore recreabatur; effuſi ſanguinis refricabat memoriam, excitabat, & fundendi, qui reliquus fuerat, vt innueret veſtitus, ſe adhuc tam copioſo ſanguinis fuſu ſatiatum non eſſe, quem in flagellis fuderat, eiuſque ſitim non tàm eſſe extinctam, quàm magis accenſam.

Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius.

1340. TAli diademate redimitur, qui mundum redimit. Corona lætitiæ ſignum eſt: hinc Eccli. 1.
Eccli. 1. 11. *Et corona exultationis.* Coronari igitur vult Chriſtus, vt ſtatim appareat quàm lætus patiatur, mortique occurrat.

Peccata noſtra ſpinæ fuerunt, quibus contexta hæc corona eſt: quia nos roſas, floreſque quærimus, quibus coronemur; quia delicias ſectamur, Chriſtus ſpinis coronatur.

1341. Non ſatis erat in corpus ſæuiiſſe; caput etiam petunt, eo crudeliùs, quò magis nouo crudelitatis genere; plectitur corona de ſpinis, quæ & in pœnam, & in ludibrium Chriſti capiti innectitur; quàm plenè amorem Chriſti hæ ſpinæ teſtantur? ſpinis ad amorem prouocat; quis amori tanto non reſpondeat? quis amori non obſequatur? *Aperi*, inquit, *mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium*; at nunc fortiùs admitti petit, validiùs clamat, pleniùs amorem ſuum profitetur, cum oſtendat caput, non nocturno plenum rore, ſed denſo ſanguinis imbre perplotum. Quis aperire deinceps pulſanti dilecto renuat? non per rorem, ſed per ſanguinem nos quærit, cordis aditum poſcit; & poterit quis amantem à cordis oſtio reiicere?

Dictum olim, *nolite ſerere ſuper ſpinas*; ſuper has tutò, & vtiliter ſerere potes, vberem, copioſumque fructum collecturus; iacta piarum cogitationum ſemina: expecta diuitem deinde prouentum.

1342. Tuta via erit, quam hæ ſpinæ ſepſerint, & munierint, vt flecti huc illa verba poſſint; *ſepiam viam tuam ſpinis*; verè ſepiuit, vt ſecurus incederes, nec à viâ, ſpinis inhibitus, deflecteres.

In rubo vidit Deum Moyſes; vix vidit, cum iuſſus eſt calceamenta ponere. Idem hic fiat; quin & melius in rubo, in ſpinis Chriſtus eſt; quin rubus, & ſpinæ in Chriſto: rerum igitur terrenarum calceamenta ponantur; in cæleſtia, ac diuina animus erigatur.

De ſpineâ coronâ ita diſſerit Sanctus Theophilus Patriarcha Antiochenus: *ſpineam in capite coronam accepit; vt ſententiam capitalem, quæ ex ſpinis peccatorum nobis debebatur, eriperet.*

Et arundinem in dexterâ eius.

ET *arundinem*: Græcè, *κάλαμον, calamum*. Arundinis ictu, venenati ſerpentes occiduntur: quo 1343.
tacitè ſignificabatur, Chriſti regno, diaboli regnum eſſe deſtruendum. Felix, ac fortunatum regnum, cuius rex huiuſmodi ſceptrum geſtat, quo diaboli vis, & malorum hominum ius, qui ad modum ſerpentis ſe habent, diſſipatur, & aboletur.

Et arundinem in dexterâ eius; Franciſcus Lucas, & alij, *& calamum in dexterâ eius.* Diceres Chriſto calamum præbuiſſe, vt ſcriberet; ſed quid ſcriberet? eorum ſcelera, eorum peccata. *Dederunt, ipſi calamum*, inquit Sanctus Chryſoſtomus *vt peccata eorum ſcriberentur*; ita in ſeipſos ſæuiunt impij, dum in innocentes ſæuire ſtudent; ſicque fatui illuduntur, qui illudere Dei ſapientiam voluere.

Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum.

GEnuflexo: Græcè, *γονυπετήσαντες, cùm ad genua accidiſſent*, ſeu, *cùm genuflexiſſent*. Adorationis 1344.
ſpeciem præſeferunt, vt Chriſtum irriderent. Æquanimiter hanc irridentium adorationem ferens
Ieſus, meruit à Deo ita exaltari, *vt in nomine Ieſu* Phil. 2. 9 10.
omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Diſce: qui hominum ludibria patienter tolerat, tandem Deo volente & ab hominibus, & à Deo honoratur.

Aue: Græcè, *χαῖρε, Gaude* Fingunt, ſe nouum regem ſalutare, & ei proſpera cuncta cupere: gaudere eum iubent? ſed hoc neceſſe non erat, cùm ingenti gaudio perfunderetur, videns tanto ſe ludibrio haberi, tamque indignis modis ab hominibus tractari. Idem Chriſti ſeruus ſentiat.

Et, poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum Chlamide, & induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent.

INduunt Chriſtum veſtimentis ſuis, vt ſic agno- 1345.
ſceretur, & infamis apud omnes audiret. Qui Crucem Chriſti defert, Chriſti veſtimenta deferat, exuat, quæ Herodes dedit, quæ Pilatus: exuat mores, qui Mundum redolent. Patientia, humilitas, cæteræque virtutes, Chriſti veſtimenta ſunt.

Poſt illuſiones, & opprobria veſtimentis ſuis Chriſtus induitur; tunc proprium Chriſtus aſſumit ornatum; verè enim qualis quiſque ſit apparet, poſtquam irriſiones, & calumnias ſuſtinuerit. Viros maximè probat irriſionum tolerantia, & in maledicarum linguarum ictibus apparet hominis aut fortitudo, ſi ferat, aut imbecillitas, ſi humanum quid patiatur.

Cum illuſionis, atque irriſionis pompa prætèriiſſet tunc elementa mota ſunt: vt teſtimonium Creatori redderet creatura: dignus eſt, vt vel à mutis elementis celebretur, qui in calumniis, & irriſionibus talem ſe præbet, ac ſi inſenſibile elementum eſſet.

Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.

1346. EXtra ciuitatem voluit pati, ne putaretur pro illo tantùm populo morti ſe obtuliſſe. Obtulit ſe pro omnibus.

Simon Cyrenæus Chriſti Crucem portat: nationes Crucem ſuſcipiunt: indigni Iudæi erant, qui Crucem Chriſti ferrent. Erat iſte aduena ex Cyrene ciuitate Lybiæ. Fidei gentium erat relictum, paſſionis Lignum portare, Crucifixo compati.

Hominis iſtius nomen cum Cruce cohæret: *Simon, obediens*, interpretatur: ex obedientiâ quælibet mortificationis crux ferenda eſt.

Alius Euangeliſta à villâ eum veniſſe dicit. Nempe, qui terrena, & peritura relinquit, dignus hac ſarcinâ eſt. A perituratum rerum onere, accurâ abeſſe debet, qui Chriſti Crucem portaturus eſt.

1347. In tantâ hominum multitudine, nullus repertus, qui vellet humerum Chriſti Cruci ſubiicere. Nempè fugiunt omnes crucem, delicias quærunt. Omnes naturâ à cruce abhorrent, quæ, ſi poſt Chriſtum baiuletur, leuis, & dulcis eſt.

Angariauerunt eum: Compulerunt, vi coëgerunt: ſed quo iure? Militari: milites omnia ſibi putant licere: à militari igitur audaciâ hæc coactio fuit, qua in huius hominis humeros Chriſti Crucem tranſtulerunt; non vt eum onere leuarent, ſed vt maioribus reſeruarent ſuppliciis; & ne ſub cruce ſuccumberet, at feſtinantes citiùs rem abſoluerent: vrgentibus maximè ſacerdotum, Iudæorumque principibus, quibus in hac re mora omnis erat permoleſta.

Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus.

ACtaniis nomen hic locus habet, גלגל, cranium dicitur à reuolutione, ſeu rotunditate. In loco igitur ſuppliciorum communi, & infami, velut maleficus, ſupplicio innocens Chriſtus afficitur: ſed infamem locum ſuâ morte ſanctificauit.

SECTIO V.

Quam crudeles in Chriſtum Iudæi acetum pro vino porrigentes. 1348
Fel cur Chriſto oblatum, & cur in eſcam potius quàm in potum. 1349
Felleum vinum guſtauit Chriſtus, vt noſtro delicatiori guſtui mederetur. 1349
Summa Chriſti paupertas. 1350
Vt nudum Chriſtum cooperias Seraphim amore referas. 1350
Etiam in Crucis ſitu contumeliam inferunt Chriſto. 1350
Ieſus gentes cruce ſua illuſtrauit. 1351
Crux ad regnum via eſt. 1351
Virtus etiam inter impiorum tenebras elucet. 1352
Inuidia quid in hominum mentes poſſit. 1353
Non obiter crux, & crucifixi paſſio cogitanda. 1353
Chriſti paſſio ſerio cogitanda. 1354
Qui ſeriò Chriſtum cruci affixum conſiderat ſupero illuſtratur lumine. 1355
Grauiora plerumque blaſphema verba quàm verbera. 1355
Iniuriarum tolerantia homines probat. 1356

Et dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum.

VInum ei exhibent, ſi tamen vini nomen, ob 1348.
inſuauitatem, & acerbitatem, merebatur. Græcè eſt, ὄξος, quæ vox acetum ſignificat. Etiam Syrus, *acetum*, habet, & Græci interpretes hanc lectionem ſequuntur. Credibile eſt, vinum quidem fuiſſe, ſed adeò acerbum, & acetoſum, vt vtroque nomine potuerit declarari (quod annotat Theophylactus in Marcum ſcribens) ne aliquis putaret, vel in hoc obſequio impietatem, & crudelitatem ſuam miniſtros illos exuiſſe. Solemne erat, vt damnatis, ad locum ſupplicii adductis, vinum propinaretur præſtantiſſimum, vt, ex itinere, aliiſque laboribus fatigati, animum reciperent, atque, potu exhilarati, mortem faciliùs tolerarent. Iudæi etiam in hoc pio more ſuam produnt impietatem: vini loco acetum afferri curarunt, neque hoc ſolùm, ſed felle mixtum.

Fel Chriſto libant, & in contumeliam, & in 1349.
ſupplicium. Diis quandoque fel offerebatur, vt in ludibrium, vitæ amatores indicarentur. Hinc impletum eſt illud Pſalmi 68. verſ. 22. *Dederunt in* Pſal. 68.22.
eſcam meam fel. Sed aliquis hîc reponat; non in eſcam, ſeu cibum, ſed in potum, fel aceto mixtum, datum fuiſſe, videtur. An datum fuit Chriſto, vt eſſet ſimul cibus, & potus, quanquam magis potus, quàm cibus eſſet? Fragmenta aridi fellis aceto iniecta loco panis erant, acetum loco vini.

Et, cùm guſtaſſet, noluit bibere.

VOluit guſtare, licèt, potum eſſe felleum, probè ſciret; ne contemnere videretur vinum de more exhiberi vltimo ſupplicio damnatis ſolitum; vtque noſtro delicatiori guſtui mederetur.

Poſtquam crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes.

DIuiſio veſtimentorum Chriſti paupertatem 1350.
ſignificat. In vilibus, & nihil aliud habentibus hæc diuiſio fiebat: veſtes carnificum merces erant.

Nudus in cruce pendet, qui omnia veſtit. Vidit Iſa. 6.2.
Iſaias duos Seraphim, qui duabus alis Dei pedes, ac duabus caput velabant, duabus verò volabant. Idem hîc quoque præſtet, qui Chriſtum amat. Sed, vt idoneus ad hoc munus ſis, velut Seraphim amore æſtues.

Poſtquam crucifixerunt eum: Crucem, vt aliqui notauere, ita collocarunt, vt Chriſtus facie occidentem reſpiceret, dorſo orientem, ne Ieroſolymorum ſpectaret vrbem; quòd ſcilicet eum indignum putarint ſanctæ vrbis adſpectu: etiam in Crucis ſitu contumeliam inferunt Chriſto.

Sed res hæc portendebat, quòd Ieſus, facie à Iu- 1351.
dæis auersâ, gentes erat illuſtraturus, quarum habitatio in occidente; vt illud Ieremiæ adimpleretur: *Dorſum, & non faciem oſtendam eis in* Iere. 18.17.
die perditionis eorum, cap. 18. verſ. 17.
& illud Dauidis: *Oculi eius ſu-* Pſal. 65.7.
per gentes reſpiciunt.
Pſal. 65. v. 7.

* * *

Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum.

SYrus pro *cauſam ipſius*, habet: *occaſionem mortis*. Nam nulla alia viſa Pilato mortis occaſio, quàm quòd regnum affectaſſet. Græcè, *αἰτίαν*, quod etiam accuſationem, & crimen ſignificat. *Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum.* Magna Crucis, & Regis connexio; Crux quippè ad Regnum via eſt: qui Regnum, illudque Cœleſte amat, crucem amplectatur.

Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, vnus à ſiniſtris.

1352. LAtrones adiuncti ſunt, vt Chriſti innocentia obſcuraretur; imo vt latronum princeps, & anteſignanus videretur. Tribus crucifixis multa miracula facta ſunt; nemo tamen vllum illorum alteri latronum attribuit, ſed ſoli Ieſu: ita diaboli inſidiæ irritæ factæ ſunt, & Chriſtus etiam inter duos latrones crucifixus Dei Filius dictus, & creditus eſt. Diſce: virtus etiam inter malorum tenebras elucet, & obſcurari aliorum malitiâ ſanctitas, & innocentia diù nequit.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua.

1353. PRætereuntes: Ij, qui Ieſum virtutes edentem videre non poterant, iam coram Crucifixo ambulant, eò quòd viderent, quæ diù optauerant. Vide, quid odium, & inuidia in hominum mentes poſſit.

1354. *Prætereuntes blaſphemabant:* Non blaſphemarent, niſi præterirent. Qui curſim crucifixum intuetur, crucifixo minimè compatitur; inſuper & irridet, atque blaſphemat. Qui ſtat, & ſeriò Ieſum cruci affixum cogitat, compaſſione mouetur, nec tàm proeliuis in eius offenſam eſt. Chriſtum non blaſphemat, qui ſtans, ac ex corde, eum cruci affixum intuetur. Vt mobiles, greſſu corporis; ita & mente, atque ſermone: hi Chriſtum blaſphemant, & occaſionem dant blaſphemandi.

1355. Centurio exclamauit: *Verè hic homo Filius Dei erat.* Verùm hic non prætetibat: vt ait Sanctus Marcus cap. 15. *ex aduerſo ſtabat.* Qui verè, & attentè Chriſtum crucifixum conſiderat, ſupero perfunditur lumine, cum magis cognoſcit, magis veneratur.

Blaſphemabant: Crucifixo, ſummis cruciatibus torto, adhuc inſultant; nec illatis tormentis contenti verbis impetunt, quæ rebus ipſis grauiora non
Pſal. 68. 27. ſemel ſunt. Impletum hîc eſſe illud Pſalmi 68. v. 27. aliqui putauerunt: *Quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ac ſi Chriſto grauiora eſſent blaſphema inſultantium verba, quàm verbera.

Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum.

1356. PRætereuntes blaſphemant, & irrident Chriſtum; principum, & ſuperiorum impietas impietatem affricauerat plebi; *Perſtrepebant* inquit Arnoldus: *ante crucem clamantes irriſorij, & ad dolorem vulnerum cruenta plebs addebat conuicia: ringebat, & toruis aſpectibus in faciem, quam conſpuerat, intendebat, & vnanimi claſſico acclamabant. Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Vide, quantum mali error, & perfidia Principum adiuuerat plebi; quantum rubiginis ſuæ affricauerat populo imprudenti auctoritas ſacerdotum; quantum conualuerat coniuratio facta in Chriſtum, cum occiderent eum, & nomen eius delerent è medio.* Tantum in vulgi mente principum, & ſacerdotum exempla poſſunt.

SECTIO VI.

Patientiæ documenta daturus Chriſtus de cruce non deſcendit. 1357
Chriſtus cruci affixus patientiæ exemplar. 1357
Pro perſecutoribus, & iniurias inferentibus orare, diuinum quid & pium eſt. 1357
Dei filium ſe probat qui in mortificationis cruce permanet. 1358
Crucis virtutem ſtatim ac in ea fixus eſt Chriſtus Dæmones ſenſerunt. 1358
Inuidi Iudæi Chriſti in cruce pendentis innocentiâ torquebantur. 1358
Qui fortiter iniurias patitur, eas inferentibus cruciatum infert. 1358
A principibus Sacerdotum, & ſenioribus, contemni quàm graue Chriſto fuerit. 1359
Faſtus huc primates adigit, vt magis quam alij Chriſto in cruce pendenti inſultent. 1359
Chriſtum contumeliis afficientes Principes Sacerdotum à plebe vinci noluerunt. 1360
In tribulationis cruce nos diù manere Dæmones ferre nequeunt. 1360
Noſtram ſalutem quàm ardenter Chriſtus quærat. 1360
Crucem æquo animo ferre inuidiæ occaſio eſt, potius quàm compaſſionis. 1361
Quanto odio Iudæi Chriſtum proſequerentur. 1364
Qui latrones Chriſto inſultaſſe dicantur, cum vnus Chriſtum à calumniis defenderit. 1364

Si Filius Dei es, deſcende de Cruce.

IMo, quia Filius Dei eſt, non deſcendit, Regis 1357.
titulum non deſerit. Qui patientiæ documenta dediſſet, ſi deſcendiſſet de Cruce? Etiam diabolus dicebat: *ſi Filius Dei es mitte te deorſum.* Patris ſui vocem imitantur impij filij.

Si filius Dei es, deſcende de cruce; quàm ineptè loquuntur! Non eſt filij paternum præceptum temerare; verum ſe filium prodit, cum patri in cruce moriens obtemperat; *ſi filius Dei es deſcende de Cruce*, imò inquit Sanctus Chryſoſtomus, *propterea non deſcendit, quia filius Dei eſt*; filij eſt patri obtemperare; Dei ſe filium probauit Chriſtus, cum ne patris præceptum violaret, in Cruce mortuus eſt.

Qui de ſepulchro reſurrexit, poterat de Cruce deſcendere, ſed noluit. Cruci quippè affixus erat, non ad potentiæ documentum, ſed ad patientiæ exemplum.

Noluit de Cruce deſcendere, vt ſe Dei Filium 1358.
probaret. Fruſtra id quærebatur. In cruce eſſe, & tàm immanes dolores libenti animo pati, ac interim pro crucifixoribus orare, certiùs probabat, Chriſtum, Dei Filium eſſe, quàm ſi deſcendiſſet de Cruce: vnde & Centurio videns Chriſtum in Cruce perſtitiſſe, dixit: *Vere Filius Dei erat iſte.* Ergo vt ſe quilibet probet Dei Filium eſſe, in tribulationum cruce permaneat, nec deſcendat, aut vnquam poſtulet deponi. Noluit deſcendere, ne

tes in exemplum iret, & alij quoque, tribulationum crucem deſerere, à Magiſtro diſcerent.

Clamant Iudæi, vt Chriſtus de Cruce deſcenderet. Hoc dæmones ſuggeſſerunt: ſtatim enim ac Chriſtus crucifixus eſt, virtutem Crucis ſenſerunt, &, cùm torquerentur, id per iſtos agunt, vt Chriſtus deſcenderet.

Inſultant impij Chriſto in Cruce pendenti: cur non & latronibus? An, quia in Cruce pendentis innocentia, eorum torquebat pectora? Ferre non poterant, vt tale ſpectaculum ante eorum oculos eſſet, in quo tanta fortitudo in tormentis, & in Cruce patientis Chriſti elucebat. Nimirum, qui fortiter iniurias patitur, eas inferentibus cruciatum infert.

Similiter, & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis, & ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ſi Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.

1359. PRincipes Sacerdotum, quorum erat ſuâ auctoritate & exemplo vulgus à Crucifixi conuitiis compeſcere? ſuæ dignitatis obliti, Chriſto inſultant, blaſphema in eum euomunt verba. A vilibus deſpici graue eſt; ſed à principibus ſacerdotum, ſcribis, & ſenioribus, qui auctoritate inter cæteros pollebant, grauiſſimum.

Alios ſaluos fecit: Vulgus, quum Chriſto inſultaret, Chriſtum alloquebatur dicens: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: ſalua temetipſum: ſi Filius Dei es, deſcende de Cruce.* Principes ſacerdotes, & ſeniores populi adeò ſuperbiebant, vt vel Ieſum alloqui dedignarentur; ſed inter ſe mutuò colloquentes obliquè in Ieſum audientem iactabant conuitia. Huc homines faſtus adigit, vt Dei Filium Cruci affixum alloqui verecundentur.

1360. *Alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluum facere:* Vituperium principes ſacerdotum augent: nolunt à plebe, inſultando, vinci: detrahunt prioribus ſignis, deridenr eius miracula, & vellicant, quaſi phantaſtica fuiſſent. Mens illorum eſt, quòd alios minimè, aut certè non legitimè, ſaluos fecerit, cùm ſeipſum ſaluare nequeat. Potuiſſet ſtatim ſi voluiſſet: ſaluauit, cùm voluit.

Deſcendat nunc: Signatè, *nunc.* Diù in Cruce Chriſtum manere dæmones ferre non poterant: ſtatim deſcenſum ſuadent. Hoc quotidie & in Chriſtianos agunt: vbi viderint quempiam tribulationis, & mortificationis cruci ſponte affixum; cùm torqueantur, vt deſcendat ſtatim omni conatu curant.

Deſcendat, inquiunt, *de Cruce, & credimus ei:* Aliqui codices, vt Molſemenſis, habent: *ϗ πιστεύσωμεν ἐπ' αὐτῷ, & credimus in ipſum:* alij, *πιστεύσωμεν αὐτῷ, credimus ei.* Nihil offerri Chriſto poterat, quo flecti faciliùs poſſet, quàm ipſos credituros in eum. Non diuitiæ, non deliciæ, non dignitates, non regium diadema à Cruce Chriſtum vel tantillùm, ſeparare poterant: ideo nec iſta offerunt; ſed pollicentur tantùm ſe credituros. Etiam aliò ſpectantes hôc oſtendunt, nihil æquè Chriſtum cupere, ac noſtram ſalutem, quam ſuis omnibus commodis præfert: : quare dicunt, *deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei*; aliud quippè ſitire non videbatur.

1361. Quòd Chriſtum è Cruce deſcendere quærunt, non pietatis, & miſericordiæ eſt, ſed inuidiæ: Chriſto crucifixo inuidebant: pati non poterant, tam æqua mente Chriſtum Crucem pati, & tàm alacri animo ſe in Cruce Patri offerre. Tanta patientiæ virtus eſt, vt vel Crucifixo impij inuideant.

Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Prima ſententiæ pars ſequentem blaſphemiam quodammodo mollit; gratum fuit Chriſto audire: Alios ſaluos fecit; hæc ſumma Chriſti gloria; ad aliorum ſalutem procurandam veniſſe, & aliorum ſaluator dici.

Alios ſaluos fecit; Pende Phariſæorum cæcitatem, blaſphemantes fatentur quod perfidè negant: 1362.
etiam nolentes, inquit Sanctus Hieronymus, *confitentur Phariſæi, quod alios ſaluos fecerit, itaque vos veſtra condemnat ſententia.* Huc impij euadunt, vt cæcitate correpti in illud incidant, quod euitant.

Suggeſſit Satanas Iudæis, vt dicerent: *deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei:* non dicunt deſcendat, & conſtituimus eum Regem, nec amplius in eum tormentis ſæuiemus; ſed deſcendat, & credimus. *Hæc planè ſerpentis aſtutia*, ait Sanctus Bernardus, *hæc adinuentio nequitiæ ſpiritualis; nouerat quantum pro ſalute illius populi zelum gerere videretur, propterea malitioſè nimis linguas erudiens blaſphemorum ſuggerebat vt dicerent, deſcendat, & credimus, quaſi iam nihil obſtaret, quin deſcenderet, qui eorum credulitatem tantopere deſiderabat*; eorumque ſalutem, quæ illi regno ipſo charior, gratiorque fuiſſet.

Deſcendat de Cruce, & credimus ei; Inuidia, non 1363.
compaſſio hæc ab illis elicuit verba; *ipſi Crucifixo inuidebant Iudæi* ait Theophylactus; inde non miſerentis, ſed inuidentis hæc verba fuere; tam magnum, & eximium eſt tormenta, ludibriaque forti, alacrique animo ferre, vt hoc vel inuidiam exculpat ab his, qui tormenta intulere.

Deſcendat de Cruce, & credimus ei; Non deſcendit, ne incouſtantiæ poſteris præberetur exemplum: fidem pollicentur, ſed fidem conabantur deſtruere: *eò quippè tendebat*, inquit Sanctus Bernardus, *malitioſa ſuaſio; non vt ipſi crederent, ſed vt noſtra quoque fides in eum omnimodis deperiret; legentes enim, Dei perfecta ſunt opera; quomodo faterentur Deum, qui ſalutis opus reliquiſſet imperfectum?* nimirum perfidiam ſuam Dæmonis miniſtri Iudæi produnt, dum ſe credituros pollicentur, ſi Chriſtus deſcenderet de Cruce; non deſcendit, ne quis ab hoc exemplo occaſionem ſumeret, opus bonum, quod inchoaſſet, inabſolutum relinquẽdi.

Idipſum autem & latrones, qui crucifixi ſunt cum eo, improperabant ei

ETiam latrones cum eo crucifixi, aliorum exem- 1364.
plo prouocati, & pœnarum grauitate exacerbati, probra in Chriſtum iaciunt. Hi latrones, vt Euthymius annotauit, Iudæi genere erant: vnde non mirum, ſi cum aliis Chriſtum lacerant, & Chriſto inſultant. Cùm ſæuire in ſuos potiùs debebant, qui eos accuſauerant, & præſidi damnandos ſortè obtulerant, conuitia in Chriſtum euomunt: tanto Iudæi odio Chriſtum proſequebantur,

Latrones inſultaſſe Chriſto Matthæus refert.
Lucas cap. 23. vnum tantum innuit. Fors priùs Luc. 23. 39.
quidem vterque latro Chriſtum blaſphemauit; ſed tandem vnus emendauit, quod fecit, & ſequenti confeſſione blaſphemiam diluit. Niſi tropo id adſcribamus, quo pluralis numerus pro ſingulari ponitur, & quod vnus fecit, pluribus tribuitur.

SECTIO

SECTIO VII.

Chriſtus tamquam Sol radios ſuos in cruce pendens effudit. 1365
In externa ſpargi non debet, qui Chriſtum cruci affixum cogitat. 1365
Tenebra in Chriſti morte cur facta. 1366
Ha tenebra ad reſipiſcentiam Iudaos vocabant. 1366
Ardet amore Chriſtus in cruce, in ea cubat. 1367
In morte ſua humanum faſtum, ac ſuperbiam damnat Chriſtus. 1367
Vbi Chriſtus non eſt, tenebra ſunt. 1368
Blaſphemantium ſaluti conſulere vt ſtuduerit Chriſtus. 1368
Iniuria & calumnia non facilè fugienda. 1369
Meliores Iudaos fieri clamans in Cruce ſtuduit Chriſtus. 1370
Amoris magnitudo in Chriſto dum eſſet in cruce. 1370
Vſque ad extremum ſpiritum nos Dei filios verbis, & operibus Chriſti exemplo oſtendere debemus. 1370
Cur Chriſtus moriturus verbis ex ſacra Scriptura deſumptis Patrem inuocauerit. 1370
In Deo, non in hominibus ſpes noſtra eſſe debet. 1371
Boni ſi à bonitate degenerant peſſimi ſiunt, tales Iudai fuerunt. 1371
Plerique vt ſpongiæ ſunt, iniquitatem ebibunt, licet bibiſſe non videantur. 1371

A ſextâ autem horâ tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.

1365. ETiam inſenſibilia Creatori ſuo compatiuntur. Tenebræ factæ ſunt, ne Sol pendentem Dominum videret. Retraxit ſol radios, ne videret impiorum facinora. An Sol iſte ab mortalium oculis ſubductus tunc fuit, cùm radios ſuos Chriſtus, tanquam Sol in cruce pendens effudit? Scriptum quippè eſt: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Rectè in pennis; nam volantis, & pennas extendentis habitu, in Cruce extendens brachia, tunc maximè ſol iſte ſuum lumen in omnes ſparſit.

Tenebras inuexit, & diem abſtulit, non quo homines dormitarent, ſed vt, non vagantibus oculis, ad mentis penetralia ingrederentur. In externa ſpargi non debet, ac diuidi, qui Chriſtum crucifixum meditatur.

1366. Sed cur prodigium iſtuc non priùs factum, antequam ſcilicet Cruci Chriſtus affigeretur? Ne Chriſti paſſio, & mors impediretur. Viſis tenebris, non ampliùs inſultaſſe leguntur Iudæi. Quando deridendo ſaturati ſunt; quando contumeliis, pœniſque illaris, animum ſuum videbantur impij expleuiſſe; quando denique omnia à ſe dicta, & facta, quæ volebant; tunc tenebræ apparent, vt ſaltem tunc, irâ poſitâ, ad Chriſtum conuerterentur.

In Ægypto tenebræ factæ ſunt, vt Pharao reſipiſceret, & Dei populum perſequi deſineret: hæ quoque tenebræ tacitè ad reſipiſcentiam Iudæos inhortabantur.

1367. Porrò circa meridiem ſacrificatur; qoia eo feruoris exceſſu patiebatur, quem Sol in meridie ſignificat. Cant. 1.6. Clamabat amans illa anima: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Et paſcit, & cubat, dum Cruci pro nobis affigitur.

Nocte naſcitur, meridie moritur. Quia glorioſa erat eius natiuitas, & Angelorum frequentiâ nobilis, ac admirabilis, & ideo eam ab hominum oculis ſubducit; paucis, & idiotis paſtoribus manifeſtat: mors ignominioſa apparebat; vnde fit omnibus manifeſta. Humanam ſuperbiam, faſtumque damnat, quo, quæ ad noſtri gloriam publicamus; quæ ad ignominiam, quantùm poſſumus, occultamus.

Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram; non poſſunt non eſſe tenebræ vbi non adeſt Chriſtus; 1368. *apud ſuperos, Crucifixo Domino, immorantur tenebræ; quid, ſi apud ſuperos ſunt tenebræ, cum lux deſcendit ad inferos?* inquit Sanctus Maximus; deuehit ſecum lucem, quò abit Chriſtus, tenebras in iis relinquit, quos relinquit.

Non ſunt factæ tenebræ, cum blaſphema in Chriſtum Iudæi verba euomerent; poſt blaſphemias editum tenebrarum miraculum eſt, vt iræ locus daretur, & opportunius exhiberetur, ac aliquam vtilitatem blaſphematores iam ſatiati ex miraculo colligere poſſent; quod inter blaſphemiæ furorem ægrè fieri potuiſſet; ſcitè Euthymius: *Poſt petulantia*, inquit, *ac ſcommatum ſatietatem, id factum eſt; vt quieſcente iam furore, aliquid à miraculo lucrifieri poſſet.*

Cùm contemneretur, blaſpemaretur Chriſtus, 1369. non immittit tenebras; ſed vbi blaſphemiæ ceſſarunt, atque conuitia: ne ſcilicet videretur ignominiam fugere, ſi tenebris ſe, cum iniuriis, ac ſcommatibus peteretur, obduceret: non fugit contemni, non fugit irriſiones

Retraxit in Chriſti paſſione ſol ſuos radios, *ne impij blaſphemantes*, ait Sanctus Anſelmus, *fruerentur luce ſuâ*; nemo blaſphemias euomentibus patrocinetur? nemo illis arrideat: à ſole quiſque diſcat iratam illis faciem exhibere.

Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magnâ dicens: Eli, Eli Lama ſabacthani? Hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

IN fine tenebrarum clamat; vt intelligerent, ad- 1370.
huc ipſum viuere, & ab eo tenebras factas fuiſſe, vt meliores hac ratione fierent.

Iis, qui moriuntur, vt ſpiritus deficiunt, & vires, ita vox, quæ tenuis, exilis, aut nulla. Hîc contrà: magnâ voce clamat, vt à clamoris magnitudine amoris magnitudinem diſceremus.

Patrem hîc vocat, dum ait, *Eli Eli, Deus meus, Deus meus*; vt, ad extremum vſque ſpiritum honorari ab eo Patrem diſceremus; & hoc exemplum ob oculos haberemus, vſque ad extremum ſpiritum nos Dei filios verbis, & operibus oſtendentes.

Omnem anſam calumniandi Iudæis aufert, cùm verba hæc pronuntiat: neque enim dicere poterant, eum deſperaſſe, aut Deo obmurmuraſſe, dum verbis, è Sacrâ Scripturâ petitis, vtitur, quæ à Spiritu Sancto dictata fuerant.

Quidam autem illic ſtantes, & audientes dicebant: Heliam vocat iſte.

AN ex linguæ ignorantiâ id à Romanis mili- 1371.
tibus factum? An Iudæi, more ſuo, calumnioſè Chriſtum imbecillitatis, ac diffidentiæ infamant, qui Eliam imploret? Potuiſſent hoc Chriſto affingere, vt in cruce poſitus hominis, licèt ſancti,

 auxilium

auxilium poſtulaſſet, multum ita Chriſti ſanctitati detractum iri putabant, qui non Patrem Deum inuocauerit, ſed hominem. Abit à verâ ſanctitatis notâ, qui ſpe Diuinâ non paſcitur, paſcitur humana; in Deum ſpem non iacit, iacit in homines.

Et continuò currens vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.

ACetum Chriſto exhibetur, vt Iudæorum naturam ſtatim agnoſceremus, qui ex forti, optimoque vino in acetum degenerauerant. Quò magis generoſum vinum eſt, eò magis aceſcit ſi corrumpatur: ita deteriores fiunt, qui ab altioris ſanctitatis ſuggeſtu cadunt. Hinc illud: *Ex optimo vino optimum fit acetum.*

Spongia, fraudolenta ſunt corda, quæ impietatis humorem ſtatim ebibunt, licèt ebibiſſe non videantur.

SECTIO VIII.

Cur cum voce magna Chriſtus expirauerit. 1372
Piè moriendi exemplum nobis reliquit Chriſtus. 1372
Voluntariè Chriſtus mortuus eſt. 1372
Cur ſpiritum non animam emiſiſſe Chriſtus dicatur. 1372
Velum templi quale. 1372
Scientia templi ornatus; & ſacerdotum. 1373
Peccata in Dei templo commiſſa quàm diſpliceant Deo. 1373
Cur mota terra in Chriſti morte fuerit. 1375
Ob Dei offenſam moueantur prius ſuperiores, & ſcientia præditi, vt moueantur ſubditi, & idiotæ. 1375
Iudæorum duritia. 1375
Chriſti clementia, & pietas in ſuos perſecutores. 1376
Etiam dura corda patienti, & morienti Chriſto compati deberent. 1376
Cur alij cum Chriſto reſurrexerint, & quando. 1377
Maximè in Cruce apparet Chriſtum Dei filium eſſe. 1377

Ieſus autem iterum clamans voce magnâ, emiſit ſpiritum.

1372. CLamans; Græcè eſt, *κράξας cùm clamaſſet.* Nos, qui de terrâ ſumus, cum imâ voce, imo cum nullâ expiramus: Chriſtus, quia de Cælo deſcendit, antequam ſpiritum emitteret, magnam edidit vocem. Clamorem edidit magnum, non rudem, informem, & inarticulatum, ſed diſtinctum, & articulatum, nam, vt ab omnibus audiri poſſet, magno clamore hæc verba edidit: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Quod fecit, ne, vt facinoroſus, ſicut Iudæi volebant, ſed vt pius Dei amicus, & Filius, moreretur; vnde exemplum piè moriendi omnibus relinqueret.

Emiſit ſpiritum: Græcè *ἀφῆκε τὸ πνεῦμα*, *Dimiſit ſpiritum.* Non alius extorſit; efflauit quippè animam cùm voluit: nec tormenta, ſi ipſe mori noluiſſet, animam à corpore ſeparare potuiſſent. Emittitur, quod voluntarium eſt; amittitur, quod neceſſarium.

Emiſit ſpiritum: Non dixit ipſum obiiſſe, ſeu mortuum fuiſſe; ſed emiſiſſe ſpiritum, planè vt appareat Chriſti mortem, vel à principio, fuiſſe hominum vitæ oppigneratam. Deique ſpiritum cum hominis vitâ coniunctum. *Qui inſpirauit in faciem* hominis, *ſpiraculum vitæ*, innuebat, ſe poſtea in hominis ſalutem ſpiritum emiſſurum.

Spiritum; Syrus, *ſpiritum ſuum.* Spiritum potiùs, quàm animam dixit; quòd animæ nomen reſpectum dicat ad corpus, quod animat, & informat; ſpiritus etiam de re ſubſiſtente, & à corpore abſolutâ dicatur. Chriſtus autem animam emittebat, quæ pro aliquo tempore ſubſiſtere abſque corpore debebat.

Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum.

NOn ſinè ingenti miraculo id factum. Hoc 1373.
velum, vt aiunt Hæbræi, tam denſum, & operoſum erat, vt eius denſitas quatuor digitorum eſſet, ne vllo modo transluceret, & intextas figuras commodè repræſentaret.

Cherubinos, vt aliqui obſeruant, intextos hoc velum habuit; quia templi ornatus ſcientia eſt, & eruditio. Sed hîc ſciſſum, quia Iudæorum ſcelere omnis ſcicotia, & ſcripturarum cognitio ab illis abiit.

Ob fictam blaſphemiam Dei filio imputatam pontifex veſtem ſcidit: nunc Deus, ob innumeras Iudæorum, & maximè ſacerdotum blaſphemias, templi ſui veſtem ſcindit; vt ſtatim appareat, quàm peccata in Dei templo commiſſa Deo diſpliceant.

Veli, petrarumque ſciſſionem ad ſe peritè noo 1374.
minus, quàm humiliter flectebat Beatus Laurentius Iuſtinianus in hunc modum, in hæc verba: *Et ſi non ſum tanquam velum nobiliſſimum in templo, vt in morte tuâ ſcindar; ſum tamen fœdiſſimum monumentum, vt ad apertionem tui lateris, aperiri debeam. Quid in me quæris Domine? ſi in morte tua petræ ſciſſæ ſunt, ego ſum durior omni petrâ. Si enim terra mota eſt, & ego terreniſſimus ſum Quid ergo iniquitatis in me deeſt, vt non indigeam tuâ morte? Et ſi cæleſtis non ſum, vt tibi compatiendo, nequeam cum ſole obſcurari; tamen infernalis conuerſationis ſum, vt à te debeam in hoc triduo mortis tuæ viſitari.* Hactenus ille; cuius mentem ebibere omnes deberent.

Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt.

COnditorem ſuum Cælum, & terra demon- 1375.
ſtrant. Terra mota eſt, tanquam horrens immane ſcelus in Creatorē ſuum admiſſum, quo pacto horrentes homines ſolent contremiſcere. Hîc terra teſtimonium Chriſto reddit, vt reddiderat ſol, qui obſcuratus eſt. Sol doctores, & ſuperiores refert, terra ſubditos, & idiotas: igitur ad Creatoris offenſam priùs commoueantur ſuperiores & ſcientiâ præditi, vt ſubditi, & idiotæ illorum ſequantur exemplum.

Petræ ſciſſæ ſunt; Scinduntur petræ Iudæis ſuâ diruptione inuincibilem cordis duritiam exprobrantes. Finduntur ſaxa, & rupes; ſed Iudæorum durantur corda; quorum immobilis ſtat duritia, orbe concuſſo. Vel à lapidibus mollitiem diſcerent, qui lapideum cor habent.

Apparet hîc ſumma Chriſti morientis clemen- 1376
tia & pietas in ſuos perſecutores. Dum terram conc[u]tit, & lapides ſcindit, oſtendebat, ſe longè faciliùs eos perdere, & in nihil redigere poſſe, ſi vellet.

vellet. Vires ſuas in elementis oſtendit, vt, in hominibus, bonitatis, & clementiæ ſuæ diuitias oſtenderet, ſi redire ad ſuam mentem per veram pœnitentiam vellent.

Scinduntur petræ, moriente Chriſto in ſignum, quòd corda, quamtumuis dura, deberent patienti, & morienti Chriſto compati.

1376. Multa alia ſcelera ab hominibus legimos commiſſa, non tremuit terra, hîc contremiſcit, vt ſceleris immanitatem fuiſſe colligas. Collegit Sanctus Chryſoſtomus, dum ait: *Non ſolum ſol fugit ſed & terra concuſſa eſt, nec ipſa tolerans iniquitatem eorum, qui hæc faciebant; oſtendens autem docenſque quòd Deus eſſet, qui crucifigebatur. Propterea non ſuſtinuit hæc fieri, ſed indoluit; nolens in ſe geſtare Iudæos illos Deo inuiſos. Neque enim fratricidio commiſſo ita Cain terram contaminauerat; neque illam tam grauauerat gigantea turris ædificatio; neque adeò eam polluerant neſaria perpetrantes ſodomitæ; neque illi, qui idola ex ipſa confixerant; neque Zachariæ ſanguis, atque Abel effuſus, tanto eam pondere preſſerat, quanto Iudæi, ingens hoc ſcelus tentare auſi.* Quis ad tantam impietatem non contremiſcat, & concutiatur, cum vel terra ipſa moueatur? Vis vtiliter ad tantum facinus moueri? amoue à tua mente omne facinus; non mouetur, qui non amouet.

Et multa corpora Sanctorum, qui dormierant ſurrexerunt.

1377. RESurgunt multi, vt eſſent Dominicæ reſurrectionis teſtes, & horum teſtimonio pariter, & exemplo, Chriſti reſurrectio firmior redderetur, atque teſtatior. Porrò hoc miraculum de Sanctis reſuſcitatis, licèt hîc narretur, non tamen mox à morte, ſed poſt Chriſti reſurrectionem accidit; fuit enim ipſe primogenitus mortuorum.

Multa corpora Sanctorum, qui dormierant ſurrexerunt; cur non & aliqua ſanctarum mulierum reſurrexit, vt teſtis Chriſti reſurrectionis eſſet? An, quia ſexus fæmineus teſtificandi muneri ferè minus idoneus eſt? An, quia non decebat, fæminam aliam ex mortuis reſurgere ante Mariam, vt Chriſtus primogenitus mortuorum fuerit inter viros, Maria primogenita inter mulieres?

Verè Filius Dei erat iſte.

ITa centurio, & alij, qui aderant, dixerunt. Vides, in Cruce maximè apparere, Chriſtum Dei Filium eſſe. Nihil eſt, quod magis probet, Dei filium quempiam eſſe, quàm alacri, libentique animo pati.

SECTIO IX.

Hoſpitalitatis, & beneficentiæ fructus. 1378
Apud Iudæos mulieres doctoribus neceſſaria miniſtrabant. 1378
Crucifixo adhærere laudabile. 1378
Diuitem ſequi Chriſtum crucifixum ingens prodigium. 1379
Diuitiarum intuitu ſæpè fit, quod non fit pietatis, & religionis. 1379
Semper Dei obſequio ardentiores eſſe debemus. 1379
In Chriſti morte diſcere debemus mortem non timere vt ei ſeruiamus. 1380
Virginis Mariæ ſuaſu difficilia quæque aggredienda. 1380
Mundo corde Chriſti corpus ſuſcipiendum. 1381
Mortui ſuis veſtibus ferè non ſepeliebantur apud Iudæos. 1381
Mortis cogitatio quàm vtilis. 1382
In nouo monumento cur Chriſtus poſitus. 1382
Diuitum in ſepulchris faſtus urguendus. 1382
Proprium ſepulchrum habere cur Chriſtus noluerit. 1383
Proprio ſepulchro carere cur Chriſtus voluerit. 1383
Non ſibi mortuus eſt Chriſtus, ſed nobis. 1383
Saxum magnum cur Chriſti monumento aduolutum. 1384
Mariæ Virginis obſequium in mortuum Chriſtum. 1384
Impij errorem, quem in alium damnant ferè in ſe ipſis non vident. 1385
Qui alios calumnioſè carpunt in eandem culpam facilè labuntur. 1385
Mulierum conſortium quàm vitandum. 1386

Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galileâ, miniſtrantes ei.

MAgna harum mulierum fortitudo, vt, cùm diſcipuli, iam fugiſſent, adfuerint: virile induunt mulieres pectus, fœmineum viri. Adfuiſſe mulieres imperterritæ dicuntur, & ſimul Chriſto ex ſuis ſubſtantiis miniſtraſſe; vt hîc quoque hoſpitalitatis, & beneficentiæ fructus extiterit, tàm magnum in tot diſcriminibus animum habuiſſe. 1378.

Apud Iudæos mos erat, vt mulieres de ſubſtantiâ ſuâ victum, & veſtitum præceptoribus miniſtrarent; eis neceſſaria præbentes, à quibus vitalia doctrinæ alimenta ſuſcipiebant.

Inter quas erat Maria Magdalena, &c. Et mater filiorum Zebedæi.

QVæ regnum ſuis filiis poſtulauerat, Chriſtum vſque ad Crucem ſequitur. Hîc nihil poſtulat: ſed maiori laude dignum eſt, crucifixo adhærere, quàm dexteram regni, atque ſiniſtram petere.

Cùm autem ſerò factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathiâ, nomine Ioſeph, qui & ipſe erat diſcipulus Ieſu.

CVr diues dicitur? An, vt hoc inter mortis Chriſti miracula recenſeatur, diuitem, Crucifixum Chriſtum quærere; vt conferri cum petrarum ſciſſione poſſit? 1379.

Diues refertur, vt oſtendatur, cur à Pilato corpus potuerit impetrare: ſi pauper, reiectus facilè fuiſſet; ſed diuitiarum vis potuit, qood religio, ac pietas non potuiſſet.

Priùs diſcipulus occultus erat, ob metum Iudæorum: nunc timorem euomit, & apertè ſe Chriſti cultorem prodit. Semper in Dei obſequio ardentiores eſſe debemus.

Venit quidam; diuitem vocat Ioſephum ab Arimathiâ, non vt à diuitiis commendaret, ſed vt ſciremus, quî aditum ad Pilatum habuerit, & à Pilato Chriſti corpus impetraſſe potuerit; nam pauper excluſus fuiſſet, nec crucifixi corpus obtinuiſſet.

Hic

Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

1380. IN periculum mortis ſe tradidit, omnium inimicitias aſſumens; ſed nihil hoc ille curauit. Qui videt, & cogitat vitæ Auctorem pro ſe mortuum, mori non timet. In Magiſtri morte didicerat, mortem non timere, vitamque libenter prodigere.

Pleriſque placuit (nec improbabile eſt) arduum hoc opus, ac diſcrimini obnoxium, petendi, & ſepeliendi corporis Ieſu, Ioſephum omni excuſsâ formidine, omni pulſo timore aggreſſum fuiſſe, Virginis, quæ aderat, hortatu: vt hinc diſcamus, difficilia quæque in Virginis obſequium nobis adeunda, nec pericula timenda, dum Virgo opus ſuadet, aut ad illud aliquo pacto, ſeu indicio nos inuitat.

Et, accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſindone mundâ.

1381. A*Ccepto corpore:* Non putauit, ſe illius cadaueris contactu contaminandum, & polluendum, ſed potiùs ſanctificandum. Linteamine mondo Chriſti corpus inooluit, quod ab omni ſorde peccati nouerat alienum; magis munda illa ſindon erat, poſtquam Chriſti corpus terigerat, quàm antea eſſet. Linteamine mundo Chriſti corpus inuoluit, qui illud purâ mente ſuſcipit.

Porrò, & ſi Chriſti veſtes non periiſſent, & milites, non ſibi diuiſiſſent, non tamen, iis indutus, ſepultus fuiſſet; quia hoc Iudæorum conſuetudo non ferebat, qui mortuos ſuos cum veſtibus, quibus vſi fuerant, dum viuerent, ſepelire non conſueuerant; ſed ſindone inuoluebant corpus, manus & pedes inſtitis ligabant, faciem denique ſudario velabant.

Et poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petrâ.

1382. VIdes in viro iſto, pietatis, & ſanctitatis ſemina, ac veluti fundamenta. Nouum ſibi ſepulchrum exciderat: ad mortem, ad ſepulchrum cogitabat: quidni piis operibus det operam? Si ſacerdotum principes ad mortem, ad ſepulturam cogitaſſent, in tam immania ſcelera fors non cecidiſſent.

In nouo monumento, Chriſti corpus ponitur, ne alius ſurrexiſſe fingeretur. Iudæorum calumniæ aditus præcluditur.

In ſimplici ſepulchro Domini corpus ponitur: vt diuitum ambitio arguatur, qui, etiam mortui, faſtus, & ſuperbiæ inſignia præferunt.

1383. Chriſtus in alienâ ſepulturâ locari voluit; quia pro alienâ moriebatur ſalute. In alieno ponitur ſepulchro: ſuum Chriſtus non habuit, qui non ſibi mortuus eſt, ſed nobis. Denique, cur ſepulturam ſibi ſtruendam curaret, qui tàm exiguo tempore à vitâ abeſſe debebat, vt dormiens potiùs, quàm vitâ functus dici poſſit?

Caruit proprio monumento Chriſtus; ſepultus in alieno eſt, vt ab hoc colligeremus mortis imperio illum minimè iacuiſſe, cuius imperio ſubiecta mors eſt; *Bene*, inquit S. Ambroſius, *ſecundum litteram alienum monumentum fuit. Habent tumulum, qui ſub lege ſunt mortis. Victor mortis ſuum tumulum non habebat; non enim ille ſepulchrum deſiderabat, qui de morte trophæa referebat*; proprium monumentum habeant, quorum proprium eſt mori, mortiſque legibus ſubiacere.

Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit.

MAgnum ſaxum aduoluitur, ne poſſet aperiri ſepulchrum ſinè multorum auxilio. Si paruum eſſet, poſſent dicere ſibi dormientibus facilè ſublatum; mendaciis nullus relictus locus eſt. 1384.

Erant autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum.

CÆteris abeuntibus, ſolæ mulieres perſeuerant ideo meruerunt primæ videre Chriſti reſurrectionem. Cum his adfuiſſe Virginem Mariam eius Matrem, non eſt dubium: quum enim adfuerit Filio Crucem patienti, vt teſtatur Ioannes cap. 19. v. 25. non eſt credendum, illum deſeruiſſe, poſtquam eſſet mortuus, ac ſepultus? quin ſolicita fuit, vt Filius honorificè ſepeliretur. Addit Metaphraſtes: *In eo de Cruce deponendo, Maternis manibus inſeruiuit, & clauos, qui extrahebantur in ſinum ſuum accepit, & membra illius amplexa eſt, partim quidem vlnis adſtringens, partim verò ſuis lachrymis plagas emundans. Deinde tota toti corpori circumfuſa. Ecce tibi ab omni ſeculo præfinitum myſterium ad finem vſque venit, ô Domine, placidâ voce dicit.* Poſt mortem clauos Maria excepit, quibus in corde, dum Filius crucifigeretur, confixa fuit.

Alterâ autem die, quæ poſt paraſceuem, conuenerunt principes ſacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum.

SAbbatum, *alterâ die, quæ eſt poſt paraſceuem*, à Matthæo dicitur. Cur clarè & apertè, ſinè vllâ circumlocutione, non dixit? *alterâ die, quæ fuit Sabbatum.* An, vt obliquè principes ſacerdotum, & Phariſæos perſtringat, & arguat? quòd hac die, quam conſtat fuiſſe Sabbathum, atque valde magnum illud, incidentes in dies azymorum, vſi ſunt, tanquam Sabbathum non fuiſſet: quòd, qui ſe aliàs, vt Chriſtum, Chriſtique miracula calumniarentur, ſuperſtitioſos Sabbati obſeruatores oſtenderant, nunc, nullâ Sabbati religione tacti, præſidem adeunt, milites petunt, armatos ad ſepulchrum ducunt, reuoluto lapide ſepulchrum aperiunt, claudunt, obſignant, ab operibus ſeruilibus minimè abſtinentes. Sabbati nullam rationem habuerunt, tanquam ſi Sabbatum non eſſet, adeò vt non nominauerit Euangeliſta, quia non erat Sabbatum, quantum ad Iudæorum inſaniam. Hic impiorum mos, vt, alios calumniantes, legis violationem obiiciant; quo verò inuidiæ, ac malitiæ ſuæ famulantur, nullâ religione tangantur. Nimirum, in quo impij alios reprehendunt, magis reprehenſibiles, cùm occaſio illis datur, redduntur; & errorem, quem in aliis damnant, in ſeipſis non vident. 1385.

Principes ſacerdotum, & Phariſæi: In totâ Dominicæ paſſionis hiſtoriâ vix alibi Phariſæorum mentio fit. Cur ergò ſignatè hîc exprimuntur? An, vt notanter illos perſtringeret, qui, quùm exactiſſimam legis, & traditionum obſeruationem profiterentur, nunc Sabbatum audacter violent, vt ſuæ libidini, ac malitiæ ſatisfaciant? Ferè hoc

Digitized by Google

hoc accidit, vt qui alios calumnioſè carpunt, in eandem culpam facilè labantur.

Domine recordati ſumus, quòd ſeductor ille dixit adhuc viuens.

1386. SEductorem vocant ob nimiam eorum feritatem, & inuidentiam, quæ nec mortuo Chriſto deſierat in illis viuere; iram ne dum exuetant, & idcirco etiam in mortuum ſæuiunt; ſaxa, Chriſto moriente, fracta ſunt; non fracta corda Iudæorum irâ, & inuidiâ plena.

Recordati ſumus; ſuæ ſalutis obliti, verborum recordantur, quæ in peiorem partem rapiant; ſeductorem vocant; *quod erant imponunt Domino* ait Gloſſa interlinearis; hoc malorum hominum ingenium ex ſeipſis alios diiudicant. Seductor in hoc Chriſtus fuit, *à falſitate in veritatem, à vitiis ad virtutes, à morte ad vitam ducens*, inquit Sanctus Hieronymus.

Ait illis Pilatus: ite cuſtodite ſicut ſcitis

PEtierant impij perſecutores, vt iuberet Pilatus cuſtodiri crucifixi Domini cadauer; quibus ille, *ite*, inquit, *cuſtodite*; cur ſtatim abire eos iubet; cur non potius ſinit eos ſecum morari? cur cum illis de Domini crucifixione non diſſerit? Ferre Pilatus non potuit impiorum conſortium, vt iurè Sanctus Ioannes Damaſcenus dixerit. *Horruit Pilatus commercium Dei interfectorum.* Nimis periculoſum eſt cum iis eſſe, qui contra Deum ſuis ſceleribus pugnant.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXVIII. MATTHÆI.

Verſ. 1.

VEſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalenæ, & altera Maria videre ſepulchrum.

Veſpere. *S. Amb. Serè.*
Sabbati. *B. Dionyſ. Alex. Sabbatorum. Syr. In Sabbato.*
Quæ luceſcit. *B. Dionyſ. Alex. Luceſcente vna Sabbatorum. Vat. Quæ illuceſcit.*
In prima Sabbati. *Mald. In vnam Sabbatorum.*
Altera Maria. *Orig. Maria Iacobi.*
Videre ſepulchrum. *B. Dionyſ. Alex. Ad ſpectandum ſepulchrum. Orig. Ad ſepulchrum.*

Verſ. 2.

Et ecce terræ motus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.

Factus eſt. *S. Dionyſ. Alex. Fuit.*
Reuoluit. *Pagn. Deuoluit.*
Lapidem. *Syr. Saxum ab oſtio.*

Verſ. 3.

Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.

Erat autem. *S. Proſp. Fuit autem. S. Greg. Nyſſ. Fuerit.*
Aſpectus eius ſicut fulgur. *S. Greg. Nyſſ. Cuius aſpectus quidem fulguri haud diſſimilis. S. Proſp. Aſpectus eius metuendus. Caiet. Species eius ſicut fulgur. Fr. Luc. Idea, & vultus eius ſicut fulgur.*
Et veſtimentum. *S. Proſp. Et veſtimenta. Int. Euth. Indumentum. S. Greg. Nyſſ. Stola verò.*
Sicut nix. *Caiet. Album ſicut nix, Int. Theoph. Candidum ſicut nix. S. Greg. Nyſſ. Niui.*

Verſ. 4.

Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.

Præ timore a. e. *S. Proſp. A metu autem eius.*
Exterriti ſunt. *S. Proſp. Expauerunt. Pagn. Concuſſi ſunt.*
Cuſtodes. *Fr. Luc. Cuſtodientes. Ar. M. Seruantes.*

Verſ. 5.

Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: ſcio enim, quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis.

Nolite timere. *S. Dionyſ. Alex. Ne timete. Int. Euth. Ne timueritis.*
Qui crucifixus eſt. *Int. S. Chryſ. Crucifixum.*
Quæritis. *Vat. Quæratis.*

Verſ. 6.

Non eſt hîc: ſurrexit enim, ſicut dixit: venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus.

Surrexit enim. *Fr. Luc. Surrexit enim à mortuis. Ar. M. Excitatus eſt. Orig. Reſurrexit à mortuis.*
Venite. *Int. Euth. Accedite.*
Videte. *Vat. Inſpicite.*
Poſitus erat. *S. Hier. Poſitus fuit. Fr. Luc. Vbi iacebat.*
Dominus. *Syr. Dominus noſter.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio.

Verſ. 7.

Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis.

Verſ. 8.

Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius.

Verſ. 9.

Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete: Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Verſ. 10.

Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.

Verſ. 11.

Quæ cum abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant.

Verſ. 12.

Et congregati cum ſenioribus conſilio accepto pecuniam copioſam dederunt militibus.

Verſ. 13.

Dicentes: dicite quia Diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus.

Verſ. 14.

Et ſi hoc auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.

Verſ. 15.

At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti: Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos, vſque in hodiernum diem.

Verſ. 16.

Vndecim autem Diſcipuli abierunt in Galilæam in montem vbi conſtituerat illis Ieſus.

Verſ. 17.

Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt.

Lectionum Varietas.

Citò euntes. *Orig. Ite.*
Quia ſurrexit. *Caiet. Quia ſurrexit à mortuis. Syr. Surrexit è domo mortuorum. Orig. Quia reſurrexit.*
Præcedet. *Goth. Præcedit. Ar.M. Præit.*
Ibi. *Fr.Luc. Vbi.*
Prædixi. *Caiet. Dixi.*

Exierunt. *Int. Theoph. Degreſſa.*
Cito. *Vat. Celeriter.*
Currentes. *Int. Euth. Cucurrerunt.*
Nunciare. *Int. Theoph. Vt renunciarent.*

Auete. *Int. Euth. Gaudete. Syr. Pax vobis.*
Tenuerunt. *Vat. Prehenderunt.*

Nolite timere. *Ar.M. Ne timete.*
Eant. *Ar.M. Abeant.*
Ibi. *Ar.M. Et ibi.*

Quæ cum abiiſſent. *Int. Euth. Illis autem abeuntibus. S.Greg.Nyſſ. Euntibus autem illis.*
Quidam de cuſtodibus. *Fr.Luc. Quidam ex cuſtodià. Ar.M. Quidam cuſtodia. S.Greg.Nyſſ. Quidam de cuſtodiâ.*
Nunciauerunt. *Al. Renunciauerunt.*
Omnia quæ facta fuerant. *Int. Euth. Vniuerſa, quæ acciderant.*

Et congregati c. ſ. *S. Greg. Nyſſ. Atque illi coacti vnàque cum ſenioribus.*
Conſilio accepto. *S.Greg. Nyſſ. Habito conſilio.*
Pecuniam. *Ar.M. Argenteos.*
Copioſam. *Fr.Luc. Sufficientem. S.Greg.Nyſſ. Satis magnam.*
Militibus. *Syr. Cuſtodibus.*

Nocte venerunt. *S.Greg.Nyſſ. Noctu venerint.*
Furati ſunt. *S.Greg. Nyſſ. Surripuerint.*
Nobis dormientibus. *Al. Vobis dormientibus.*

Et ſi hoc. *Arab. Et quando hoc.*
Auditum fuerit. *S.Greg.Nyſſ. Delatum fuerit.*
A præſide. *S.Greg.Nyſſ. Ad præſidem. Mald. Apud præſidem,* vel, *coram præſide. Caiet. Sub præſide.*
Suadebimus ei. *Arab. Placabimus eum. S. Greg. Nyſſ. Perſuadebimus ei.*
Securos. v. f. *Arab. Faciemus vos abſque culpâ. S. Greg. Nyſſ. Securos vos reddemus. Auct. Ab omni ſolicitudine liberos.*

At illi. *S.Greg.Nyſſ. Illi autem.*
Pecunia. *Auct. Argenteis.*
Edocti. *Fr.Luc. Docti.*
Diuulgatum. *S.Greg.Nyſſ. Diuulgatus. Auct. Diffamatum.*
Verbum iſtud. *S.Greg.Nyſſ. Sermo iſte.*

Verſ. 18.

Vulgata Editio.

Verſ. 18.

Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens : Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo,& in terra.

Verſ. 19.

Euntes ergo,docete omnes gentes:baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:

Verſ. 20.

Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.

Lectionum Varietas.

Poteſtas. *Syr. Dominium,imperium. Ar. M. Auctoritas.*

Euntes ergo. *Tert. Ite ad docendas. S.Fulg. Ite docete. S.Hilar. Euntes nunc.*
Docete. *Fr.Luc. Diſcipulate,diſcipulos reddite.*
Baptizatis. *Tert. Tingendas. S. Cyp. Tingentes. S. Zeno. Intingentes. Ferr. Et baptizate.*
In nomine Patris, & F. *In Patrem & Filium & Spiritum ſanctum.*

Seruare. *S.Cyp. Obſeruare.*
Omnia quæcunque. *S.Epiph. Præcepta quæ.*
Mandaui. *S.Cyp. Dixi.S.Zeno præcepi.*
Sum. *Orig. Ero.*
Omnibus dieb. *S.Hier. Omnes dies. S.Hil.* omittit.
Vſque ad. *S.Aug. Vſque in.*
Ad conſummationem. *S. Hil. In conſummationem.*
Sæculi. *Quad. M.S. Sæculi amen.*

CAPVT XXVIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Mulier quæ citò ad lapſum, citò ad veniam currit. 1387
Eccleſia vnio ex gentilibus & Iudæis. 1387
Per Christi mortem Angelis pares euadimus. 1387
Dormire circa ſepulchrum non debet, qui perennaturam vitam cogitat. 1388
Perstricti qui morti proximi torpent. 1388
Difficilè excitari poteſt, qui circa ſepulchrum torpet. 1388
Quàm terribilis in iudicio Deus futurus. 1388
Cum Angelis amicitiam init qui mortem cogitat, qui ad ſepulchrum mente pergit. 1389
Nihil adeo vile quod Angeli in noſtri obſequium non præſtent. 1389
Idem nobis præſtandum. 1389
Christi morte in Angelorum conſortium aduocamur. 1389
Cur ſuper lapidem ſederet Angelus ad Christi ſepulchrum. 1390
Angeli eos honorãt, qui Domino obſequuntur. 1390
Angelus euadit, qui à ſeria mortis cogitatione non diſcedit. 1390

Veſpere autem ſabati, quæ luceſcit in primâ ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum.

1387. SEDVLÆ ſunt hæ mulieres:ad ſepulchrum ſe conferunt,&,Christo conſepultæ,Chriſtum reſurrexiſſe comperiunt. Mulier citò ad veniam currit, quæ citò cucurrit ad culpam : lapſui reſurrectio reſpondet.

Cur non dixit ? *venerunt* : cùm duæ recenſeantur, & plures fuerint. Pleriſque placet,hic ſignificari, Eccleſiam ex duobus populis Gentilibus, & Iudæis vnam eſſe. vnoque duarum fœminarum nomine dictam.

Videre ſepulchrum. Venerunt, ſepulchrum viſuræ, & Angelum vident in ſignum, quòd Chriſti mors nos ad eam immortalitatis gloriam tranſtulit, qua Angelis erimus pares.

Videre ſepulchrum; ad vitam mortuorum quoque habitatio eſt,venit mulier videre ſepulchrum, *vt quam deceperat*, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *arboris viſus, viſus repararet ſepulchri; & quam proſtrauerat illecebroſus aſpectus, aſpectus ſalutaris attolleret*, Vtilis ſepulchri adſpectus eſt; quòd dum mortis memoriam affricat, ab iis, quæ mortem animæ inferunt, mentem auocat.

Et ecce terremotus factus eſt magnus.

FActus eſt terræmotus,vt milites euigilarẽt;pro- 1388.
babile enim eſt,quoſdam obdormiſſe. Dormire circa ſepulchrum non debet,qui vitam,eamque perennaturam ſperat : neque circa Chriſtum, neque circa ſepulchrum ſuum dormire aliquis debet.

Plerique hiſce militibus ſunt pares,qui circa ſepulchrum dormiunt;dum,morti proximi,torpent, & alræ ſegnitiæ;atque ſocordiæ indormiunt.

Qui iuxta ſepulchrum dormit, & torpet, difficile excitari poteſt;ingenti terræmotu opus eſt,vt vigilet,& grandi aliqua tribulatione concuti debet vt expergiſcatur.

Si terra tremuit, cùm reſurgit Dominus ad veniam;quid erit,quum reſurget ad iudicium?dicente
Prophetâ : *Terra tremuit & quieuit, cum exſurgeret* Pſal 75.9.10
in iudicio Deus.

Terræmotus factus eſt magnus;tremuit ſepulchrum Chriſti corpus, quod acceperat, reddens, ac ſi extimuerit,quod tantum theſaurum accepiſſet;*ſepulchrum*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *accepto corpore depoſito territum, quod Patris ibi aurum accepiſſet depoſitum cum tremore reddit*; quàm iuſtiùs timere nos debemus, cum reddenda nobis ratio ſit quod non ſemel pectore eumdem theſaurum, ſanctiori paraturæ debito clauſerimus ?

Angelus enim Domini deſcendit de Cælo; & accedens, reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.

EVntibus mulieribus ad ſepulchrum Angelus 1389.
apparet. Iam incipit, cùm cœleſtibus ciuibus amicitiam habere, qui cogitationis pede ad ſepul-

chrum it; ſed ad ſuum, ſeque citò moriturum ſperat: qui à ſepulchro mente recedit dæmones obuios habebit, dæmonibus, moribus, factus par.

Reuoluit Angelus ſepulchri lapidem, vt, Dominum reſurrexiſſe, oſtenderet. Nil tàm vile eſt, quod Angeli in Dei ſui obſequium; noſtramque vtilitatem non præſtent. Imitari Angelos debemus.

Reſurgente Domino, Angelus mulieribus apparet, vt indicio eſſet, quòd terreni homines in Angelorũm cõſortium, Chriſti morte, aduocentur.

1390. *Sedebat ſuper eum.* Sedet Angelus, tanquam defenſor, ac cuſtos Dominici ſepulchri, cauens, ne milites prohiberent, mulieres accedere, aut aliquâ iniuriâ ſepulchrum afficerent, & aliquâ fraude reſurrectionis veritatem obtegerent, illato in ſepulchrum alterius cadauere, vnde Chriſtus reſurrexiſſe non crederetur: quod, Iudæorum ſuaſu, non difficilè præſtitiſſent. Fraudes anteuertit Dominus, Angelum, imo plures, in ſepulchri cuſtodiam mittens.

Sedere ſuper lapidem Angelus perhibetur. Sed S. Lucas, non ſediſſe, ſed ſtetiſſe iuxta mulieres, affirmat: quî hæc cohærent? Cohærent, & vtrunque verum eſt: nam primò ſedêre Angeli, tanquam cuſtodes ſepulchri; deinde, dum viſi ſunt à mulieribus, ſurrexerunt: quod in honorem ſanctarum mulierum præſtitum eſt, cum eum, qui Domino ſeruit honorent Angeli, ac reuereantur. Surgunt etiam, vt, ad opem ferendam, paratos ſe demonſtrarent. Honorantur ab Angelis mulieres; quia honorẽ Chriſto Domino, eiuſque ſepulchro præbuerũt.

Angeli iuxta ſepulchrum ſedent, & Angelus euadit, qui à mortuis ſeriâ cogitatione non diſcedit.

Ad Chriſti ſepulchrum aſtitere Angeli, Iudæorum quoque artibus euertendis, auertendiſve; ne ſcilicet, inquit S. Chryſoſtomus, *cùm audiſſent Iudæi Chriſtum reſurrexiſſe, alium mortuum in ſepulchro ponerent, & reſurrectionis veritatem omni conatu obnubilarent.*

SECTIO II.

Terrorem lenitati iungat Prædicator. 1391
Futuri iudicij memoria ad puritatem ducit. 1391
Nimius veſtimentorum cultus damnandus. 1391
Veſtimenta concupiſcentiæ æſtum temperent, non excitent. 1391
Magis timet qui magis torpet. 1392
Erigi vix poteſt, qui praui operis conſcientia premitur. 1392
Supremi Iudicis præſentia impiis quàm timẽda. 1392
Impius ſine timore eſſe vix poteſt. 1392
Mente placidâ Dei verba excipienda. 1392
Gloria ſibi ducunt Angeli, quod Ieſus ſit crucifixus. 1392
Parandus reſurrectioni, & diuinis myſteriis excipiendis animus. 1393
Dona ſua, ſuamque præſentiam deſiderari, non contemni vult Chriſtus. 1393
Feſti diei gaudium errorum reprehenſione non inficitur. 1393
Mortem mente verſare, quàm vtile. 1394.
Mora omnis auferenda cum in aliorum ſalute laborandum. 1395
Sanctarum mulierum eſt pauca verba effundere, magna præſtare. 1395
Sola mulier non eat, vt pudori ſuo conſulat. 1395
Qui pio ſtudio Chriſtum quærit, plus inuenit quam cogitauerat. 1396
Seruilis timor exuendus, induendus reuerentiæ & amoris. 1396

Erat autem aſpectus eius, ſicut fulgur, veſtimentum autem eius, ſicut nix.

IN fulgure terror apparet, in niue lenitas, & blan- 1391.
dimentum. Vtrumque miſcere debet, qui Chriſtum Chriſtique nuntiat myſteria.

Fulgur iudicij terrorem ſignat, cui nix nectitur; quia, qui futuri iudicij memoriâ concutitur, morum candorem, peccatorum nigrore relicto, facilè induit.

Veſtimenta, ſunt ſicut nix; quia nimius cultus excluditur, & naturalis candor indicatur, non arte quæſitus.

Niui veſtimenta ſint ſimilia: concupiſcentiæ æſtum, caloremque temperent, non excitent magis, ac foueant.

Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt, velut mortui.

ETiam mulieres timuerunt, ſed non ita, vt cuſto- 1392.
des ſepulchri, qui dormiebant, aut ſopore graui corripiebantur. Magis timet, qui magis torpet. Armati milites erant, inermes erant mulieres: hæ timentes eriguntur, & timorem euomunt: illos timẽtes ſtupor, & timor abſorbuit? quia nequam, & ſibi malè conſcij, quòd operam, ac miniſterium improbis Iudæis improbè præſtarent. Nimirum erigi vix poteſt, quem patrati ſceleris ſtrauit conſcientia.

Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos; ſcio enim, quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis.

TImere non debet, qui Chriſtum quærit: timeat, qui perſequitur. Erigit mulieres Angelus, & à timore eas reuocat, non reuocat cuſtodes Impius ſinè timore eſſe non poteſt.

Primò, timor pellitur, vt mente placidâ poſſint, quæ dicuntur audiri.

Scio enim, quòd Ieſum, qui crucifixus eſt quæritis. Non erubeſcit Angelus, Ieſum agnoſcere crucifixum; verùm gloriæ ſibi ducit, quòd Dominus Cruci appenſus fuerit.

*Non eſt hîc: ſurrexit enim, ſicut dixit: venite: 1393.
& videte locum, vbi poſitus erat Dominus.*

CVr Chriſti reſurrectio nuntiatur priùs, quàm videatur? Cur non ſe ipſum ſtatim manifeſtat Chriſtus, qui à mortuis reſurrexerat? Potuit, ſed noluit, & fors nec congruebat: præparari animi ad recipiendam reſurrectionem priùs debebant, ne, apparente ſtatim Ieſu, ab eo, vt à ſpectro, abhorrerent, & putarent (quod alibi acciderat) eſſe phantaſma. Nimirum parandus Diuinis myſteriis excipiendis animus eſt.

Præterea nũtiatur priùs reſurrectio, quàm Chriſtus rediuiuus appareat? vt, dum nonnihil viſio differtur, accenderetur Chriſti videndi deſiderio; maiori gaudio videntes perfunderentur. Nempè, dona ſua concedere, plerùnque Deus differt, vt morâ, & cunctatione deſiderium augeatur, nec facilè contemnatur, quod exhibetur.

Surrexit enim, ſicut dixit: Tacitè mulieres perſtringit Angelus, & earum incredulitatem notat, quòd Ieſu viuentis verba, aut non receperant, qua debuerant, fide; aut altâ cum ſepulto Domino obliuione ſepelierant; alioquin non veniſſent, vt corpus Chriſti vngerent, atque viderent, ſed reſurrecturum crederent; quod Chriſtus antequam moreretur prædixerat. In tantâ lætitia à tacitâ mulierum

lierum correctione Angelus non abſtinuit; vt idem nos quoque, ſi opus eſſet, præſtaremus: neque enim, vt creditur, feſtiuitatis gaudium, errorum reprehenſione inficitur, aut funeſtatur; ſed nobilitatur potiùs, dum cautior monitione, qui corripitur, fit.

1394. *Venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus;* Angelus mulieres inuitat ad ſepulchrum: quid cum vitæ Auctore, quem reſurrexiſſe dicebat, cum ſepulchro, mortuorum domicilio? Volebat Angelus, mulieres ſepulchrum oculis luſtrare, non ſolum vt viderent, Chriſtum ſepulchrum deſeruiſſe, ſed vt tectè inſinuaret, mortem mente verſandam eſſe, quâ meditatione nihil hominibus magis vtile, atque proficuum.

Vidit olim mulier, quòd *bonum eſſet lignum, & ad veſcendum ſuaue, pulchrum oculis, aſpectuque delectabile*; orta ab hoc viſu omnium malorum germina. Hic igitur bonus Angelus ad viſum mulieres inuitat, quo prioris illius aſpectus damna repararentur. Allexit ad viſum malus Angelus Euam, & diuturnam vitam promiſit dicens; *nequaquam moriemini.* Angelus iſte mulieres ad ſalubriorem aſpectum prouocat; *venite*, inquit, *& videte locum, in quo poſitus erat Dominus*: ad ſepulturæ locum inuitat, vt quæ longioris vitæ promiſſione in primis parentibus ceciderant, mortis cogitatione hîc erigerentur.

Videte locum. Cur? vt ſepulchri intuitu oculorum aciem mundarent. *Mulieres*, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *vocat Angelus ad videndum, vt ſacri corporis loculus mundaret oculos, quos Diabolo ſuadente, vetita arboris maculanat aſpectus*: tantum intereſt quid quiſque conſpiciat

Et citò euntes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit.

1395. Mulier fidem ſuadere nunc debet, quæ ante viro perfidiam perſuaſerat. Aliis reſurrexiſſe Dominum, mulieres iubentur prodere, ne ſolæ tanti gaudij eſſent participes. Citò ire iubentur; mora quippè omnis auferenda, cùm in aliorum ſalute laborandum eſt.

Angelum cum mulieribus loquutum audis: mulierum verba nulla audimus. Nempè mulieres diſcant parciores in verbis eſſe, vt celeriores in operibus ſint. Ferè, quæ multa effundunt verba, ad opera torpent.

Euntes, inquit, *dicite*: Vna nuntiationi ſufficere poterat; ſed ambas mittit Angelus, ne irent incomitatæ. Sola mulier ire non debet, & huc illuc curſitare, ſi pudori ſuo conſultum vult, aut famæ.

Præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis.

1396. Iubentur mulieres hæc Angeli verba Apoſtolis nuntiare, vt tamen ipſæ à promiſſione non excludantur. Quærebant hæ mulieres Ieſum mortuum: viuere eum intelligunt, & certam videndi ſpem accipiunt. Scilicet, qui pio ſtudio, pia ſolicitudine Ieſum quærit, plus inuenit, quàm cogitet, ſuperat ſuorum vota Chriſtus, nec exæquat dútaxat.

Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio.

Cur cum timore? cùm ſuperius Angelus dixerit: *Nolite timere vos?* An hoc Angeli monitum ab eius mentibus euanuerat? euanuerat timor, non monitum, nam timor ſeruilis abierat, reuerentiæ timor ſucceſſerat: Pulchrè S. Petrus Chryſologus: *Et vbi eſt nolite timere? Quia timor non ablatus eſt, ſed mutatus; timor abſceſſerat de reatu, ſed de ſeruitio manebat; malus timor culpæ, bonus reuerentiæ timor*; timere ſibi debet, qui hoc timore deſtituitur.

Nouarin. in Euang. Tom. I.

SECTIO III.

Cita obedientia in Dei obſequio. 1397
Celeriter ad Chriſtum pergere debemus. 1397
Chriſti præſentia quàm ingentis gaudij Mater. 1397
Mulieres à Chriſto honorantur. 1398
Pacato animo Dei Verba audienda. 1398
Seruos ſuos quãto honore Chriſtus proſequatur. 1398
Quo quis glorioſior, eo ſit humilior, nec inferiores deſpiciat. 1399
Chriſti vulnera piè oſculantur mulieres. 1399
Cur tangi ſe à mulieribus Chriſtus permiſerit. 1399
Parum tutũ cum ſola muliere colloquia miſcere. 1399
Gratior Dei auribus operis vox, quàm oris. 1400
Mulierum taciturnitas probata. 1400
A vitiis ad virtutes tranſmigremus reſurrectionis gloriam viſuri. 1400
Iniuriarum memores Chriſti exemplo eſſe non debemus. 1402
Chriſti gloria & virtus omnium ſalus. 1402
Μαθητεύειν quid, quid διδάσκειν. 1404
Studeat Doctor, vt ea, quæ tradit, opere compleantur. 1404

Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete.

Vix ab Angelo diſceſſerant, & occurrit illis Ieſus. Qui Dei miniſtris, vt Deo, parent, facilè Chriſtum inueniunt. Cita, harum mulierum obedientia hoc meruit. 1397.

Quæ ſic quærebant, quæ ita currebant, merebantur obuium habere Dominum reſurgentem; ſors non habituræ niſi cucurriſſent.

Auete, inquit Chriſtus. Græcè, eſt, *χαίρετε, gaudete*, Gaudium Chriſti ſalutatio parturit, vt ſolâ ſalutatione animas ingenti lætitiâ perfundat, & merè ſponſa dixerit: *Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt.* Quid, præſentiam feciſſe, credendum eſt?

Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis.

Idem dicit, quod Angelus, vt, quas ille firmauerat, redderet firmiores. Mulier ſerpentis verba mortifera narrauit; nunc vitæ, ſalutiſque nuntiat verba. Muliebris nunc ſexus honoratur: mulieribus pro Apoſtolis, ad Apoſtolos Chriſtus vtitur. 1398.

Nolite timere: Græcè, *μὴ φοβεῖσθε, ne timeatis.* Gaudio delibutæ ob Domini præſentiam, timent tamen. Naturale eſt hominum, cùm aliquid ſupra naturam ſuam viderint, timere: habent hoc magna, & inſperata vt timorem mẽtibus incutiãt. Aufert timorem Dominus, vt liberiore, ac pacatiore animo exciperent mulieres, quæ erat dicturus.

Ite, nuntiate fratribus meis: Quos, antequam moreretur, *diſcipulos*, &, *amicos*, appellabat, nunc, immortalis factus, *fratres*, vocat; vt blandâ hac appellatione mœrorem, quibus illi afficiebantur, leniret; nec ſe putarent ab ipſo reiectos, quia Dominum in periculis deſeruerint. *Fratres*: vocat, vt ſignificet, ſe cum illis eſſe euſdem naturæ, licèt alterius gloriæ.

Quantò glorioſior iam euaſerat, tantò humiliùs ſe ipſis demittit, & accommodat; hæc quippè vera excellentia, & magnitudo eſt, in gloriæ celſitudine in aliorum vtilitatem, atque ſolamen ſe veluti exinanire. Singulare nobis humilitatis exemplum reliquit, ne, ad altiora euecti, inferiores deſpiceremus.

Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

1399. REuerita reſurgentis maieſtatem, tuete in eius amplexum non ſunt auſæ, ſed humiliter ad eius pedes ceciderunt, humi prouolutæ, indignas ſe tantà amplitudine agnoſcentes. Pedes amplectuntur, & oſculantur ob humilitatis quidem ſignum, ſed etiam vt in locis vulnerum, quæ in pedibus apparebant oſcula defigerent.

Ex deſiderio, & reuerentiâ, Chriſti pedes mulieres tenuerunt: ſed cur ipſe non prohibuit? Vt per tactum, certiores efficerentur, quòd phantaſma non eſſet.

Sed, cur tangi, ſe ab iſtis mulieribus permittit? quod ipſi Magdalenæ negauit, cui dixit: *Noli me tangere.* An quia Magdalena liberiùs in Chriſti amplexus ruebat, & ideo non admiſſa? In pedum oſcula ipſa cum aliis procidens in humilitatis commendationem admittitur. An noluit Chriſtus ſolus à ſolâ Mariâ tangi; admonens, quàm ſint parùm tuta viri cum muliere priuata, & ſinè teſtibus colloquia?

1400. Pedes Ieſu tenuiſſe, & Ieſum adoraſſe hæ mulieres referuntur; quæ verba dixerint, & an dixerint, non tradit Euangeliſta: rebus fors & operibus clamauerunt licèt nihil loquutæ legantur: gratior Dei auribus operis vox, quàm oris. Probare quoque voluit Euangeliſta mulierum taciturnitatem, dum aliquid reſpondiſſe, aut loquutas non refert, facilè relaturus, ſi locutæ.

Galilæa, tranſmigrationem ſignat: nos quoque, ſi à vitiis ad virtutes tranſmigremus, reſurrectionis gloriam videbimus.

Furati ſunt eum nobis dormientibus.

1401. F*Vrati ſunt eum.* Latet ſub mendacio veritas, A dormientibus, inquit Sanctus Ambroſius, *perditur Chriſtus, inuenitur à vigilantibus; Chriſtum omnes dormientes amittunt, vigilātes inueniunt.*

Furati ſunt eum, nobis dormientibus; dormientes teſtes adhibentur, qui ita mendacium dicunt, vt verum nolentes ſignificent; *ô mendaces* inquit Drogo, *verum dixiſtis; ſed mentita eſt iniquitas ſibi; dormientes enim Chriſtū cuſtodire non poſſunt*; ſomno deditus, cum ſe ipſum nequeat cuſtodire, minus idoneus erit, qui cuſtodiat Chriſtum, qui ſe à dormientium præſentiâ ſubducit; ſicut fecit quoque, cum à dormientibus militibus cuſtodiretur, qui ſuo exemplo docent, Chriſtum ab illis elabi, qui ſocordiæ ſomno correpti, ſuæque ſalutis obliti altè ſtertunt.

Et accedens Ieſus, locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terrâ: euntes ergò docete omnes gentes,

1402. QVis verborum nexus, quæ conſequutio iſta eſt? *Data eſt mihi omnis poteſtas: ergò docete omnes gentes.* Iniuriarum memor dixiſſet: *Poteſtas mihi data eſt: ergò pœnas luent, qui in me ſæuierunt, qui ſanguinem meum fuderunt, Crucique innocentem affixerunt: iam iudicem ſentiant, quem, velut reum condemnarunt.* Non dixit iſtuc Chriſtus: vindictam non cogitauit, nec inimicis ſuis inſultauit. Iniuriarum oblitus, omnium ſalutem quærit, beneficia pro odiis offert.

Data eſt, inquit, *mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terrâ*: Ite igitur, & omnibus gentibus cœleſtis doctrinæ monita exhibete: omnes ad ſalutis viam reducite: ac ſi ob id ſolum gloriaretur, ſe poteſtatem accepiſſe, vt gentes omnes ad ſe vocare poſſet; & tota Chriſti poteſtas, ac virtus in hoc ſita eſſet, vt omnium ſaluti conſuleret, omnium animas lucraretur, & à ſatanæ manibus eriperet.

Data eſt mihi omnis poteſtas; nunquid aliquando ab eo abfuit? minimè; cur igitur tanquam non 1403.
habuerit dixit, *data eſt mihi?* An, vt Principum, & Prælatorum exemplar per crucis, & mortis merita Regnum ſe obtinuiſſe oſtenderet.

Ecce, ego vobiſcum ſum; non dixit *ero*, ſed *ſum*: ne præſentiam futuram tantum crederemus promiſſam? *vobiſcum ſum*, quanto tempore? *omnibus diebus*: quouſque? *vſque ad conſummationem ſeculi*; iturus ad Patrem ſuos non derelinquit, cum ſuis eſt, eritque eternùm; Petrum in terris ſuum vicarium relinquebat, & tamen ſe nobiſcum ſemper futurum ſpondet; vt hinc Prælati diſcerent, officij ſui onus ita Vicariorum humeris non eſſe imponendum, vt ipſi à toto grege longè abeant, ſubditorum obliti.

Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis.

D*Ocentes*: Græcè, *διδάσκοντες*. Supra, quum 1404.
dixit, *docete omnes gentes*, alio verbo vſus eſt, nempè *μαθητεύσατε*. Differunt inter ſe hæc duo verba: quòd, *μαθητεύειν*, ſit eos docere, & erudire, qui à magiſterio, & doctrinâ noſtrâ alieni ſunt, vt diſcipuli reddantur: *διδάσκειν* verò docere ſignificat eos, qui iam diſcipuli redditi ſunt, & magiſterio noſtro iam addicti: quæ duæ notiones hîc optimè congruunt.

Seruare omnia: Non intelligere tantùm, ac ſcire, ſed obſeruare. Studeat doctor, vt ea, quæ tradit, opere compleantur, & obſeruentur, non vt diſcantur duntaxat. Huc ego ſpecto, hoc ego exſpecto; monitaque hæc ſacra, quæ in omnium vtilitatem hîc exhibui, in opera, conuerti cupio, & in Dei gloriam, cui laborauimus, & in lectoris profectum qui hæc à nobis exculpere potuit. Siſto in hoc voto. Interim me ſuis precibus iuuet lector, vt, Diuini amoris igne tactus, verborum ſcintillas, quibus omnium corda in Dei amore amburantur, effundam; detque mihi Deus, vt Euangelij verba expendens, ea præſtem, quæ Euangelicam vitam docent, Euangelicum doctorem.

BENEDICTVS DEVS.

MARCVS

MARCVS
EXPENSVS.
NOTIS,
MONITISQVE SACRIS
AD MORES INFORMANDOS
ILLVSTRATVS.

Additâ lectionum varietate, Vulgatæ Editioni ad verbum reſpondente ex Linguarum fontibus, Sanctorum Patrum monumentis, variiſque Interpretibus collectâ.

Studio, & operâ R. P. ALOYSII NOVARINI Veronenſis Clerici Regularis.

Digitized by Google

MARCO IESV CHRISTI EVANGELISTÆ.

REDEVNT ad Te tua verba, Sancte Ieſu Chriſti Euangeliſta. Tuum eſt expendere, an ègo rectè expenderim, quod tuum, & verbis meis aptè obrulerim, quod, tuis clauſum, rua offerebanr verba. Conatum lauda, ſi rem non pores; &, ne leuiorem laborem pures, laborantis adfectum adiice, qui fors maior puriórque ipſo labore eſt. Expendi tua verba, vt pondus meis adderem, virtutem affricarem meis. Vttaque in cultum, in obſequium admitte. Deum imitare, quem imitandum doces. Sua à nobis Deus accipit ac ſi ſua non eſſent; & munera ſua facit merita noſtra. Tu quoque tua accipe, velut mea, quin & mea, tanquam tua. Quicquid hîc ſcriptum, natum potiùs à tuis verbis eſt, quàm à me, atque adeò tuum magis, quàm meum. Redit ergo ad Te, quod tuum, teddoque tibi, quod non meum. Vt pleniùs, gratiúſque ſit munus, muneri adiicio ftuctum omnem, quem prætetitis ſeculis tua vetba pepetête, parient & futuris. Donum ita excipe, vt excipias & donatorem, quò tuo munete munus eius fiat, qui te nunc beat, & beabit æternùm. Siſto in hoc voto

Dicatiſſimus Tibi Seruus

ALOYSIVS NOVARINVS,
Clericus Regularis.

LECTORI MEO.

AVCTOREM imitor, quem expendo. Breuis ille fuit; ego breuis ero in illo. Multa, quæ, Matthæo expendendo, obtuli, ferent me pauca ferre ad Marcum. Feret & Lector; qui, ſi plura cupiet, ad alios ſe conferet Euangeliſtas. Interim in rem ſuam eſſe credat, me coërcendi laboris causâ, tangere hîc noluiſſe, quod aut alibi à nobis eſt tactum, aut eſt alibi tangendum. Denique plura ab eo ne quære in vno volumine, qui plura edidit volumina, plura, ſi Deo placuerit, edet. Satis longa illa breuitas eſt, quæ ita coërcetur in libris, vt in volumina ſe effundat; & lineas, paginaſque ſic præcidit, vt Tomos integros exhibeat.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT PRIMVM MARCI.

Verſ. 1.

INITIVM Euangelij Ieſu Chriſti, Filij Dei.

Verſ. 2.

Sicut ſcriptnm eſt iu Iſaia propheta: Ecce ego mitto Augelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam aute te.

Sicut. *Vat. Prout.*
Iſaiâ prophetâ. *Euth. Prophetis.*
Ego. *Arab.* omittit, *Ego.*
Angelum. *Theoph. Nuncium.*
Præparabit. *Arab. explanabit.*
Ante. *Euth. Coram.*

Verſ. 3.

Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.

Clamantis. *Arab. Clamans.*
Rectas facite. *Syr. Adaquate. Arab. Planas facite.*

Verſ. 4.

Fuit Ioannes iu deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœuiteutiæ in remiſſionem peccatorum.

Fuit baptizans. *Theoph. Erat baptizans, Vat. Baptizabat.*
Prædicans. *Arab. Prædicabat.*
Baptiſmum. *Theoph. Baptiſma.*
In. *Euth. Et.*

Verſ. 5.

Et egrediebatur ad eum omnis Iudeæ regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabautur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua.

Egrediebatur. *Arab. Egrediebantur. Euth. Exibant.*
Omnis. *Arab. Omnes. Theoph. Tota.*
Iudææ regio. *Arab. Accolæ Iudææ regionis. Theoph. Iudæa. Fr. Luc. Iudæa regio.*
Ieroſolymitæ. *Arab. Ieroſolymæ accolæ Fr. Luc. Ex Syr. Filij Ieruſalem.*
Baptizabantur. *Vat. Baptizabantur omnes.*
Iordanis. *Euth. Iordane.*
Confitentes. *Syr. Cum eſſent confeſſi.*

Verſ. 6.

Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & Zoua pellicea circa lumbos eius, & locuſtas, & mel ſilueſtre edebat, & prædicabat diceus.

Et. *Vat. Autem.*
Ioannes. *Arab. Ioannis.*
Veſtitus. *Arab. Veſtimentum.*
Pilis. *Arab. Ex pilis.*
Cameli. *Vat. Camelini.*
Zona pellicea. *Syr. Corrigeâ pelliceâ. Arab. Pelle. Vat. Zona coriacea.*
Circa lumbos. *Syr. Erat præcinctus lumbos. Arab. Erat cinctus ſuper lumbos. Vat. Circum lumbos.*
Eius. *Euth. Suos.*
Locuſtas. *Theoph. Locuſtis.*
Mel ſylueſtre. *Syr. Mel agreſte Theoph. Melle ſylueſtri.*
Edebat. *Arab. Erat cibus eius. Theoph. Veſcebatur.*
Prædicabat. *Arab. Euangelizabat.*

Verſ. 7.

Venit fortior me poſt me: cuius nou ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceameutorum eius.

Venit. *Syr. Ecce venit.*
Fortior. *Euth. Is, qui eſt fortior.*
Dignus. *Pagn. Idoneus.*
Procumbens. *Syr. Incuruatus. Arab. Procumbere. Fr. Luc. Inclinatus. Aug. Curuans.*
Soluere. *Orig. Vt ſoluam.*
Corrigiam. *Syr. Corrigeas.*
Calceamentotum e. *Goth. Calceamentorum.*

Verſ. 8.

Ego baptizaui vos aqna, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

Ego. *Vat. Ego quidem.*
Baptizaui. *Arab. Baptizo.*
Aquâ. *Euth. In aquâ.*
Spiritu ſancto. *Syr. In Spiritu ſanctitatis. Arab. In Spiritu ſancto.*

Verſ. 9.

Et factum eſt iu diebus illis venit Ieſus

Et. *Arab.* omittit.

à Nazareth

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

à Nazareth Galilææ & baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.

Factum eſt. *Vat. Euenit.*
Venit. *Vat. Vt veniret.*
Baptizatus eſt. *Vat. Baptizaretur.*

Verſ. 10.

Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo.

Statim. *Syr. Statim vt. Arab. In eâ horâ, qua.*
Aſcendens. *Arab. Aſcendit. Theoph. Cum aſcenderet.*
De. *Euth. Ab. Vat. ex*
Apertos. *Syr. Findi. Arab. Iam apertos. Pagn. Diffindi. Aug. Sciſſos.*
Tanquam. *Theoph. Quaſi.*
Deſcendentem. *Syr. Qui deſcendebat,*
Et manentem. *Arab.* omittit, vt plures alij.
In ipſo. *Arab. Super eum. Euth. Super ſe. Theoph. Super illum. Caiet. Super ipſum.*

Verſ. 11.

Et vox facta eſt de cælis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Et vox. *Arab. Cum voce.*
Facta eſt. *Syr. Extitit. Vat. Edita.*
De. *Arab. Ex Vat. E.*
Te. *Theoph. Quo.*
Complacui. *Syr. Complacui mihi. S. Epiph. Quem elegi. Euth. Benè mihi complacitum eſt. Vat. Mihi benè complacui.*

Verſ. 12.

Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum.

Statim. *Pagn. Continuò.*
Expulit. *Syr. Eduxit. Euth. Expellit. Ar. M. Eiicit. Caiet. Emittit.*

Verſ. 13.

Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus; & tentabatur à ſatana eratque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant illi.

Erat. *Arab. Conſtituit. Euth. Erat illic.*
Diebus. *Vat. Diei.*
Et quadraginta noctibus. *Syr.* omittit, vt plures alij.
Et tentabatur. *Syr. Dum tentaretur. Fr. Luc. Tentatus, Tentationem patiens.*
Eratque. *Syr. Degebat. Arab. Eratque ipſe.*
Beſtiis. *Pagn. Feris.*

Verſ. 14.

Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei.

Poſtquam autem. *Arab. Et poſt.*
Traditus eſt. *Syr. Traditus fuit in cuſtodiam. Arab. Carcerationem. Pagn. Comprehenſus eſſet. Ar. M. Traditum eſſe.*
Ioannes. *A. M. Ioannem.*
Prædicans. *Arab. Prædicabat.*
Regni Dei. *Dei. Orig. Dei.*

Verſ. 15.

Et dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei pœnitemini, & credite euangelio.

Et. *Arab.* omittit.
Quoniam. *Arab. Enim. Euth.* omittit.
Impletum. *Syr. Completum.*
Appropinquauit. *Theoph. Inſtat. Caiet. Appropinquabit.*
Pœnitemini. *Arab. Igitur pœnitemini. Euth. Reſipiſcite. Caiet. Pœniteat vos. Mald. Pœnitentiam agite.*
Euangelio. *Ar. M. In euangelio.*

Verſ. 16.

Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare (erant enim piſcatores.)

Et prætereiens. *Syr. Quumque iter faceret. Arab. Cum tranſiſſet. Euth. Ambulans autem. Ar. M. Deambulans autem. Vat. Quum ambularet autem.*
Secus. *Syr. Circa. Ar. M. Iuxta. Fr. Luc. Ad.*
Eius. *Euth. Ipſius Simonis. Ar. M. Eius Simonis.*
Mittentes. *Syr. Iacientes. Arab. Qui mittebant.*
Retia. *Arab. Sua retia. Ar. M. Verriculum. Fr. Luc. Rete.*
Erant. *Arab. Erant ipſi.*

Verſ. 17.

Et dixit eis Ieſus: Venite poſt me, & fa-

Venite. *Arab. Sequimini.*
Poſt me. *Arab. Me.*
Et. *Arab. Vt.*

ciam

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
ciam vos fieri piſcatores hominum.	Faciam. *Syr. Efficiam.* Fieri piſcatores. *Arab. Piſcari. Vat. Vt efficiamini piſcatores.* Hominum. *Arab. Homines.*
Verſ. 18. Et protinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum.	Et. *Theoph. At illi.* Protinus. *Syr. Statim.* Relictis. *Syr. Reliquerunt.* Retibus. *Syr. Retia ſua. Vat. Retibus ſuis.* Secuti ſunt. *Syr. Ac abiere.* Eum. *Syr. Poſt eum.*
Verſ. 19. Et progreſſus inde puſillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipſos componentes retia in naui.	Progreſſus. *Syr. Quum prætergreſſus fuiſſet. Arab. Cùm eſſet progreſſus.* Inde. *Arab.* omittit. *Theoph. Illinc.* Puſillum. *Euth. Paululùm.* Zebedæi. *Arab. Filium Zebedæi.* Et ipſos componentes. *Syr. Qui & ipſi reſarciebant. Arab. Qui etiam componebant. Theoph. Qui & ipſi reconcinnabant. Fr. Luc. Et ipſos reficientes.* Retia. *Syr. Retia ſua.* Naui. *Syr. Naviculâ.*
Verſ. 20. Et ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cum mercenariis, ſecuti ſunt eum.	Et relicto. *Syr. Statímque reliquerunt. Theoph. Et illi relicto. Ar. M. Et relinquentes.* Patre ſ. Z. *Syr. Zebedæum patrem ſuum.* In naui. *Syr.* omittit. Secuti ſ. e. *Syr. Ac abierunt poſt eum.*
Verſ. 21. Et ingrediuntur Capharnaum: & ſtatim Sabbatis ingreſſus in ſynagogam docebat eos.	Ingrediuntur. *Syr. Quum ingreſſi fuiſſent. Arab. Cum perueniſſet.* Capharnaum. *Arab. In Capharnaum.* Et ſtatim. *Syr. Statim. Arab.* omittit. Sabbatis. *Arab. In Sabbathis.* Ingreſſus in ſ. *Syr. In ſynagogis eorum. Arab. In ſynagogâ eorum.* Eos. *Ar. M. & alij plures* omittunt.
Verſ. 22. Et ſtupebant ſuper doctrina eius: erat enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ.	Stupebant. *Syr. Mirabantur. Arab. Admirati ſunt. Theoph. Stupeſcebant. Ar. M Percellebantur.* Super doctrinâ. *Syr. Doctrinam Arab. De doctrinâ.* Erat e. d. *Syr. Etenim docebat. Arab. Quia ipſe docebat.* Quaſi. *Syr. Vt Caiet. Tanquam Fr. Luc. Sicut.* Poteſtatem. *Syr. Poteſtate. Euth. Auctoritatem. Theoph. Auctoritate.* Habens. *Syr. Valens. Theoph. Præditus.* Et non ſicut. *Syr. Non autem vt.* Scribæ. *Syr. Scribæ ipſorum. Arab Scribæ eorum.*
Verſ. 23. Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamauit.	Synagogâ. *Syr. Synagogis.* In ſpiritu immundo. *Syr. In quo erat ſpiritus immundus. Vat. Obnoxius ſpiritui immundo.* Exclamauit. *Syr. Vociferatus eſt. Arab. Clamauit.*
Verſ. 24. Dicens: Quid nobis, & tibi Ieſu Naza-	Dicens. *Syr. Et ait. Arab. Et dixit. Euth. Dicens, ſine.* Quid. *Orig. Ab quid rei. Vat. Eia quid rei.* Nobis, & tibi. *Euth. Nobiſcum tibi eſt. Vat. Nobis tecum eſt.* Perdere. *Syr. Perditurus. Arab. Vt perderes. Euth. Vt perdas. Theoph. Ad perdendum.* Suo. *Orig. Noui te. Tert. Scimus.* Qui ſis. *Syr. Qui es. Arab. Qui ſis. Tert. Quia ſis. Fr. Luc. Quis es.* Sanctus. *Syr. Sanctus ille. Arab. Sancte. Euth.*

rene:

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

tene: veniſti perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei.

Nempe ille Sanctus. Tert. Filius. Vat. Nimirum, ille Sanctus. Orig. Nimirum ille Filius.

Verſ. 25.

Et comminatus eſt ei Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi de homine.

Comminatus eſt ei. *Syr. Obiurgauit eum. Euth. Increpauit ipſum. Pagn. Increpauit illum.*
Obmuteſce. *Syr. Occlude os tuum. Arab. Claude os tuum.*
Exi. *Syr. Egredere.*
De homine. *Syr. Ex eo. Arab. Ab eo. Orig. Ab homine.*

Verſ. 26.

Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & clamans voce magna exiit ab eo.

Diſcerpens. *Syr. Dilacerauit. Arab. Diſcerpſit. Euth. Quum diſcerpſiſſet. Vat. Cùm laniaſſet. Aug. Conuexans. Fr. Luc. Dilaniaſſet.*
Spiritus. *Syr. Spiritus ille.*
Exclamans. *Syr. Exclamauit. Arab. Clamauit. Euth. Clamaſſet. Theoph. Exclamaſſet.*
Exiit. *Arab. Et exiit.*

Verſ. 27.

Et mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe dicentes: Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.

Mirati ſunt. *Orig. Obſtupuerunt. Euth. Admirati ſunt. Mald. Præ timore obſtupefacti ſunt. Fr. Luc. Expauerunt omnes. Arab. Turba.*
Inter ſe. *Syr. Alius ad alium. Arab. Alter ad alterum. Euth. Inter ſeſe. Theoph. Inter ſe mutuum. Ar. M. Ad ipſos.*
Quia. *Syr. Vt Vat. Quòd.*
In poteſtate. *Syr. Cum imperio. Arab.* addit. *Ipſe. Euth. Cum auctoritate. Ar. M. Per auctoritatem.*
Spiritibus. *Syr. Ipſiſmet ſpiritibus.*
Imperat. *Syr. Præcipiat. Arab. Imperat exitum.*

Verſ. 28.

Proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.

Et proceſſit. *Syr. Et exiit. Euth. Exiuit autem. Theoph. Emanauit autem. Mald. Et euaſit.*
Rumor. *Syr. Fama. Arab. Et fama. Fr. Luc. Auditio. Mald. Auditus.*
Omnem. *Syr. Vniuerſam. Euth. Totam vndique. Fr. Luc. Totam.*
Regionem. *Arab. Locum regionis. Vat. Regionem finitimam. Caiet. Regionem circum iacentem.*

Verſ. 29.

Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ, cum Iacobo, & Ioanne.

Egredientes. *Arab. Exiit. Euth. Cum exiſſet. Fr. Luc. Egreſſi.*
De. *Theoph. E. Fr. Luc. Ex.*
Venerunt. *Arab. Et venit.*
In domum. *Syr. Domum.*

Verſ. 30.

Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa.

Decumbebat autem. *Syr. Iacebat autem. Arab. Et decumbentem vidit. Ar. M. At decumbebant.*
Febricitans. *Syr. Ob febrim. Arab. Febre validâ.*
Statim. *Syr.* omittit. *Theoph. Continuò.*
Dicunt. *Syr. Dixerunt.*

Verſ. 31.

Et accedens eleuauit eam, apprehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis.

Accedens. *Arab. Acceſſit. Vat. Cùm acceſſiſſet.*
Eleuauit e. a. m. e. *Syr. Prehendit eam manu, & erexit eam. Arab. Et apprehendit manum eius, & eleuauit eam.*
Continuò. *Syr. Illicò. Arab. Statim.*
Dimiſit. *Arab. Reliquit.*
Miniſtrabat. *Arab. Et ſtetit ſtatim miniſtrans.*

Verſ. 32.

Veſpere autem facto cùm occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes malè ha-

Veſpere a. f. *Syr. Sub veſpere autem. Arab. Cùm autem factum eſſet ſerò. Euth. Factâ veſperâ. Theoph. Veſperi verò. Vat. Poſtquam ad veſperauit.*
Cum o. ſ. *Syr. In occaſu ſolis. Arab. Tempore occasûs ſolis.*
Afferebant. *Syr. Adduxerunt. Arab. Oblati ſunt.*
Omnes. *Syr. Illos omnes.*

bentes,

Vulgata Editio.

bentes, & dæmonia habentes.

Lectionum Varietas.

Malè habentes. *Syr. Qui erant malè affecti. Arab. Qui habebant malè.*
Dæmonia habentes. *Syr. Dæmoniacos. Arab.* omittit, *habentes. Euth. Qui à dæmonis vexabantur, Vat. Qui à dæmonis agitabantur.*

Verſ. 33.
Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.

Omnis. *Syr. Vniuerſa. Ar. M. Tota.*
Congregata. *Syr. Coacta.*
Ianuam. *Syr. Portam. Theoph. Oſtium.*

Verſ. 34.
Et curauit multos, qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum.

Curauit. *Pagn. Sanauit.*
Multos. *Syr. Quam plurimos.*
Qui vexabantur. *Syr. Qui malè affecti erant. Arab. Quibus erant mala diſpoſitiones. Theoph. Ægrotabant. Vat. Laborabant.*
Languoribus. *Syr. Morbis. Arab. Infirmitatum. Euth. Infirmitatibus,*
Eiiciebat. *Syr. Eiecit.*
Et non ſinebat, *Syr. Nec permittebat. Fr. Luc. Et non ſiuit,*
Ea. *Syr. Dæmoniis illis. Ar. M. Dæmonia.*
Loqui. *Syr. Vt loquerentur.*
Quoniam ſ. e. *Syr. Propterea quod ipſum nouerant, Arab. Quoniam ſciebat, quòd ipſe eſſet ipſe. Theoph. Quòd noſſent ipſum. Ar. M. Quòd noſſent eum.*

Verſ. 35.
Et diluculo valde ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum, ibíque orabat.

Diluculo valde. *Syr. Antelucano admodum diluculo, Arab.* addit. *Craſtini. Euth. Summo mane in crepuſculo. Pagn. Manè, multâ adhuc nocte. Ar. M. Mane noctu valde. Mald. Manè, cum multa adhuc eſſet nox.*
Surgens. *Syr. Surrexit. Euth. Cùm ſurrexiſſet,*
Egreſſus. *Syr.* omittit. *Theoph. Egreſſus eſt.*
Abiit. *Arab. Et exiit. Theoph. Et abiit Ieſus.*
Ibique orabat, *Arab. Vt ibi oraret.*

Verſ. 36.
Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant.

Et proſecutus eſt. *Syr. Quærebant autem. Caiet, Proſecuti ſunt,*

Verſ. 37.
Et cùm inueniſſent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te.

Cùm inueniſſent. *Ar. M. Inuenientes.*
Dixerunt. *Syr. Dicunt.*
Quia. *Syr. Et plures* omittunt.
Omnes, *Super omnes homines.*

Verſ. 38.
Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem ad hoc enim veni.

Eamus. *Syr. Ite.*
Proximos vicos. *Syr. Oppida. Arab. Loca alia ex vicis proximis. Euth. Proxima mancipia. Ar. M. Continua Oppidula. Fr. Luc. Contiguos vicos.*
Ciuitates, *Syr. Vrbes proximas. Arab. Ciuitatibus. Theoph.* omittit. *Caiet. Mancipia.*
Et ibi. *Arab.* omittit,
Prædicem, *Arab. Prædicemus.*
Ad hoc. *Arab. Propter hoc. Vat. In hoc.*
Veni, *Arab. Ego veni. Ang. Egreſſus ſum.*

Verſ. 39.
Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens.

Erat prædicans. *Syr. Prædicabat. Arab. Acceſſit prædicare.*
Synagogis. *Syr. Cunctis ſynagogis.*
Et. *Euth.* omittit.
In omni. *Syr. In vniuersâ. Euth. Per totam. Theoph, Totâ. Ar. M. In omnem,*
Galilæa. *Euth. Galilaam.*
Eiiciens. *Syr. Eiiciebat,*

Verſ. 40.
Et venit ad eũ leproſus deprecãs eũ: & ge-

Deprecans. *Syr. Et precabatur. Euth. Obſecrans. Vat. Orans.*
Genu flexo. *Syr. Procidit ad pedes eius. Arab. Adorans. Euth. Qui genibus prouolutus. Vat. Ei genua*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

nu flexo dixit ei: Si vis, potes me mundare.

flectens. Ar.M. Genupetens eum. Fr. Luc. Accidens ad genua.
Dixit. *Syr. Dicebatque. Euth. Ait. Ar.M. Dicens.*
Ei. *Arab.* omittit.
Si vis. *Arab. Domine, ſi tibi placet. Ar.M. Quòd ſi velis.*

Verſ. 41.

Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam: & tangens eum, ait illi: Volo: mundare.

Autem. *Arab. Et.*
Miſertus. *Syr. Miſertus eſt. Euth. Miſericordia motus. Vat. Intimè miſertus. Ar.M. Viſceribus commotus.*
Eius. *Ar.M.* omittit.
Extendit. *Syr. Extendens. Arab. Extendit ei. Euth.* omittit. *Theoph. Protenſâ.*
Manum ſuam. *Euth.* omittit. *Theoph. Manu.*
Et tangens. *Syr. Tetigit.*
Ait illi. *Vat. Et dicit illi.*
Mundare. *Syr. Mundus eſto.*

Verſ. 42.

Et cùm dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt.

Et. *Vat. Quod. Euth. Quo.*
Cùm dixiſſet. *Syr.* omittit. *Arab. In ſermone eius ad eum. Ar.M. Dicente eo. Euth. Dicto.*
Statim. *Syr. In illâ ipsâ horâ. Euth. Confeſtim.*
Diſceſſit ab eo. *Vat. Reliquit eum.*
Lepra. *Syr. Lepra eius.*
Mundatus eſt. *Syr. Mundus effectus eſt. Arab. Et abiit ab eo, & mundatus eſt.*

Verſ. 43.

Et comminatus eſt ei, ſtatímque eiecit illum.

Comminatus eſt. *Syr. Inhibuit. Arab. Prohibuit. Pagn. Interminatus. Ar.M. Comminatus.*
Statímque. *Arab.* omittit.
Eiecit illum. *Arab.* omittit. *Euth. Emiſit illum.*

Verſ. 44.

Et dicit ei: Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te principi ſacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

Dicit. *Syr. Dixit. Euth. Ait.*
Vide. *Arab.* omittit.
Nemini dixeris. *Syr. Vt nemini dicas. Arab. Ne ſignificaueris alicui. Theoph. Ne cui quicquam dicas. Vat. Ne quid cuiquam dicas.*
Vade. *Syr. Abi.*
Oſtende. *Arab. Et oſtende.*
Te. *Syr. Te ipſum.*
Principi ſacerdotum *Syr. Sacerdotibus. Caiet. Sacerdoti.*
Emundatione. *Syr. Purgatione. Arab. Mundatione.*
Tua. *Euth. Tui.*
Quæ. *Syr. Oblationem. Arab. Munus.*
Præcepit. *Syr. Sicuti præcepit. Euth. Iuſſit.*
In teſtimonium. *Syr. Vt ſit teſtimonio.*
Illis. *Arab. Eorum.*

Verſ. 45.

At ille egreſſus cœpit prædicare, & diffamare ſermonem, ita vt iam non poſſet manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis eſſet, & conueniebant ad eum vndique.

Egreſſus. *Syr. Quum exiiſſet. Arab. Et non recepit.*
Prædicare. *Syr. Prædicare multa. Arab.* omittit.
Diffamare. *Arab. Promulgauit apud multos. Euth. Diſſeminare. Pagn. Diuulgare. Fr. Luc. Spargere.*
Sermonem. *Arab. Rem eius. Euth. Verbum.*
Non poſſet. *Syr. Nequiret Ieſus. Ar.M. Non ipſum poſſe.*
Manifeſtè. *Syr. Apertè. Vat. Palam.*
In deſertis locis: *Syr.* omittit. *Arab. Et in deſertum.*
Eſſet. *Syr. Degebat. Arab. Recepit ſe. Ar.M. Erat.*
Et conueniebant a. e. *Syr. Ad eum. Arab. Et conuenerunt ad eum homines. Theoph. Et veniebant ad eum.*
Vndique. *Syr. Ex omni loco.*

CAPVT I.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

A minoribus ad maiora paulatim aſſurgēdum. 1405.
Diuina omnipotentia fuit Euangelij predicatio. 1405
Cur breuiſſimè Marcus ſcripſerit, Lucas luculentius. 1406
Cur Petrus, cur Paulus Euangelium non ſcripſerint. 1407
Vno ſpiritu loquuti propheta. 1408
Angelus euadere debet à malorum conſortio qui ſe ſubducit. 1409
Angelicam vitam debet inſtituere, qui prædicationis exercet munus. 1410
Segnities omnis in Dei obſequio auferenda. 1410
Quò quis maior, tantò humilior eſſe debet. 1411
Chriſti præco Chriſtum ſolum debet reſpicere. 1411
In prædicatore nihil non vocale. 1412
Libidinis mancipia à ſe penitùs abiungere, difficilè eſt. 1412
Qui verè Deo ſeruit, ſe putat ſemper incipere. 1413
In Dei obſequio nunquam ſiſtendum. 1413
Dei via, Deo paranda, non aliis. 1413
Quinam rectas facere ſemitas dicatur. 1414

Initium Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei.

1405. MATTHÆVS Filium hominis, Marcus Filium Dei vocat: rectus ordo, nec compendio viduus. Docemur à minoribus ad maiora paulatim aſſurgendum, vt aliquid ſemper adiiciamus, nec adeptis ſimus contenti. Proficere in Dei cognitione debemus; ita tamen, vt maiori cognitioni virtus maior? maior profectus reſpondeat.

Hìc Euangeliſta inchoaturus, ab initio, Euangelicæ prædicationis munus, Chriſtum non hominis Filium, ſed Dei nominauit; vt oſtenderet, Diuinæ potentiæ fuiſſe, Mundo Euangelium prædicare; Diuinam eſſe doctrinam; Deumque diuinaque tantùm cogitare debere, qui Euangelium prædicat, Euangelium excipit: nihil humanum, nihil terrenum. Licuit Matthæo, filium hominis Chriſtum deſcribere; quia prædicationis ſtatim non meminit: quod hìc factum.

1406. Scripſit Euangelium Marcus, ſed breuiſſimè: ſcripſit Lucas, ſed luculentiùs. Vterque ſui magiſtri veſtigia preſſit, expreſſit morem. Lucas Paulum eſt imitatus, Marcus Petrum: breuis iſte & ſuccinctus: profuſior ille vberiorque. Pulchrè Sanctus Chryſoſtomus, qui, hanc rem expendens, ait: *ſuum quiſque probè eſt imitatus magiſtrum. Marcus quidem Petrum, verborum parcitate gaudentem: Lucas verò Paulum, fluminum copiam vbertate loquendi ſuperantem.* Hæc ille.

Matthæus, & Ioannes iis, quæ ſcripſerunt de Chriſto, interfuerunt: non interfuit Marcus, non interfuit Lucas: cur oculati teſtes omnes non eliguntur? An, ne putaretur aliquid intereſſe ad prædicandum Euangelium verum illi annuntient, qui Dominum hìc in carne apparentem ſecuti ſunt aut alij, qui eorum operâ, quæ à Chriſto operata fideliter crediderunt? Commendatur hìc Chriſtianorum fides, dum, ipſi non minùs Marco credunt, qui eis, quæ narrat, non interfuerat, quàm Matthæo, qui interfuerat.

Marcus Euangelium ſcripſit: cur non Petrus, 1407.
Marci Magiſter? Lucas Euangelium ſcripſit: cur non Paulus, à quo eruditus Lucas? An ne, ſi Petrus & Paulus, præcipui Apoſtoli, ſcripſiſſent, infideles exiſtimaſſent, ſui primatûs causâ, quo Chriſtus eos ſuper alios euexerat, non veritatis amore chartis Chriſti geſta illeuiſſe. Huius calumniæ occaſio anteuertitur, dum ſcribendi Euangelium munus nec Petro, nec Paulo demandatur.

Sicut ſcriptum eſt in Iſaiâ Prophetâ: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

DVorum prophetarum vaticinia coniungit; &, 1408.
quod duorum eſt, vni tribuit? diuerſaſque ſententias in vnum conflat. Illud *Ecce ego mitto Angelum meum.* Non Iſaiæ eſt, ſed Malachiæ: quod addit: *Vox clamantis in deſerto.* Eſt Iſaiæ: cur igitur vni Iſaiæ totum tribuit Euangeliſta? An, tanquam potiori celebriorique? An, quia vnam rem vno ſenſu pronuntiant, ſeque mutuò & confirmant & explicant? Vt hinc colligatur, vno ſpiritu loquutos prophetas, & vni tribui poſſe, quod alter ſcripſit; cùm idem vtriuſque auctor ſit, & in omnibus Spiritus Sanctus loquutus fuerit.

Duo vaticinia, tanquam vnum eſſent, protu- 1409.
lit Sanctus Marcus; ac ſi aliud Malachiæ verba non ſibi vellent, quàm, quæ habet Iſaias, eundemque ſenſum vtrunque reſpiciat; &, *Ecce ego mitto Angelum meum*, in idem ferè recidat cum illo, quod ſequitur; *Vox clamantis in deſerto.* Nimirum Angelus euadere debet, qui degit in ſolitudine, & à malorum hominum conſortio ſe ſubducit.

Angelum meum. Angelus Ioannes audit: munus Angeli in terris exercet; vt, quia in terris viuebat Chriſtus Angelorum Dominus, in terris Angelorum quoque ipſe haberet obſequium. Pulchrè ab aureo ſermone auctor: *Cùm Chriſtus Deus naſceretur in carne, Ioannes Angelus eſt generatus in terris vt in terrâ Deo Angelus, Domino cæleſtis ordo obſequij non deeſſet.*

Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius

PRiùs Angelus dicitur Ioannes, deinde prædi- 1410.
cationis obire munus, & in deſerto clamare traditur; vt ab hoc nexu, & ordine colligeremus, Angelicam illi eſſe vitam inſtituendam, qui prædicationis munus exercere vult, & alios ad pœnitentiam vocat.

Parate viam domini: Græcè ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου præparate, expeditam reddite viam Domini. Verbum, ἑτοιμάζειν, parare ſignificat; ſed claudit promptitudinem quandam, alacritatem, ac celeritatem: vnde ἑτοίμως *alacriter, incunctanter, promptè.* Innuitur igitur, viam Domini parandam, vt ſegnitia omnis, omnis cunctatio auferatur. Promptè, expeditè, ſummaque alacritate pœnitentiæ ineunda via eſt, vt facilior ſit atque iucundior.

Vox clamantis. Qui maior ex natis mulierum 1411.
dictus eſt, hic vox dicitur, quâ exilius nihil. *Qui vox (inquit ille) ſi maior? &, ſi maior, qui vox? hæc enim eſt reſpiratio, ſeu percuſſus aer, ac venti*

motio, quæ nihilo approximat. Nodum ipſe ſuum ſoluit, & vtile monitum exhibet, dum ſubdit: *At ideo Ioannes vox dicitur: quoniam maior tantò quis eſt, quantò humilior; tantóque præſtat cæteris, quantò in oculis ſuis ſit vilior.* Scilicet apud Deum vera magnitudo eſt, ſuam agnoſcere paruitatem: & ſummis appropinquat, qui ſui notitiâ appropinquat ad nihilum.

Vox clamantis. Vox, Ioannes dicitur, ac ſi nihil præterea eſſet. Vox ad verbum mẽtis reſpicit, & vt illud manifeſtet, homini data eſt. Vox eſt propter verbum, & Ioannes propter Chriſtum: vt, quicquid eſſet, referret ad Chriſtum, in Chriſti gloriã, honorem, manifeſtationẽ, ac lucem. Nihil ſui causâ agebat: talis eſſe debet Chriſti præco, vt Chriſtum ſolum reſpiciat, eiuſque gloriam, non ſuam.

1412. *Vox clamantis.* Et oon aliud, quàm vox Ioannes, qui omnium maior in natis mulierum dicitur? Tantùm vox, & totus vox: & hoc magnitudinem prædicatoris huius prædicat; quòd nihil in illo, quod vocale non ſit. *Totum,* inquit bonus ille author, *quod erat in Ioanne, vox erat, inducens Iudæos ad pœnitentiam, ad obſeruationem, & fidem. Si ſpectare velis eius natiuitatem, conuerſationem, vitam, veſtitum, & prædicationem, inuenies Ioannem non ſolùm loqui, ſed omnibus iis, & eorum ſingulis clamare.*

Vox clamantis in deſerto. Vox Ioannes dicitur; Pſal. 28. quam vocem præfigurauit Dauid, interprete Baſilio, cùm dixit: *Vox Domini ſuper aquas* Deinde: *Vox Domini confringentis cedros.* Sed quî, inquies, cedros confregit? Quia Phariſæos ſuperbos perterrefecit, depreſſit, conuulſit. Cedros ſe putabant Phariſæi, cæteris ſublimiores, nobilioréſque: ſequitur Propheta: *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Quando id de voce, de Ioanne verum fuit? Quando liberè increpabat Herodem, vt eum à fratris ſui Philippi vxore diſiungeret, & velut flammam à flammâ abſecaret. Nimirum libidinis mancipia flammam referunt, quàm ſecare difficile, & plerúmque inutile: cum ſtatim vix ſecti in idem reſiliant, vt in flamma quæ diſſecatur, fit.

Parate viam. Ac ſi tota vita ſpiritualis in viâ parandâ eſſet ſita. Qui verè Deo ſeruit, ſe putat ſemper iocipere, & ex regij prophetæ mente quotidie dicit. *Et dixi: nunc cœpi.* Viam benè ſemper abſoluit; qui ſemper illam parat, ac ſi ſemper ſumeret initium.

1413. *Viam.* Via Domino paranda eſt: ſed quandiu paranda? Semper dum viuimus. In Dei obſequio qoi ſiſtit, à vero Dei obſequio abeſt. Via ſemper Domino paranda; quia ſemper in vitâ eſt, quod amputetur.

Viam Domini. Signatè, *Domini*, dictum; quia plérique non Domini viam parant, ſed dæmonis. Viam ſatanæ parant, qui promptos ſe eius nutibus exhibent, viam ſceleribus aperiunt, trahunt cæteros ad mala exemplô malô.

Via Domini paranda eſt, paranda eſt & Domino, vt Dei gloriam ſpectemus, dum laboramus. Scilicet in Dei opere opus eſt, vt in Deum operantis mens feratur.

1414. *Parare*, in Hebræo eſt verbum, פנו, *pinna*, quod expurgare ſignificat; vnde locum Iſaiæ ita plerique legunt: *Repurgate viam Domini.* Vt igitur viam Domino præparemus, à vitiis omnibus mentem expurgemus.

Rectas facite ſemitas eius. Qui ſe diligit, & noo proximum, ad dexteram declinat: qui proximum, ſe neglecto, ad ſiniſtram: qui ſe, vt debet, & proximum diligit, nec ſui, oec proximi ſalute contemptâ, rectum inſtituit iter, rectas ſemitas facit.

Rectas facite ſemitas eius. Non rectè viam parat, qui rectas ſemitas non facit. Scilicet, etiam rerum minimarum habenda eſt cura non minima. A viâ plerúmque errat, qui rectas ſemitas non facit. Rectè fiunt ſemitæ; ſi recti fiant, qui per ſemitas ambulant.

SECTIO II.

Diu ab hominibus abeſſe hominum amore vix potuit Chriſtus. 1415
Prædicator in cœlo mente verſari debet, antequàm munus ſuum exerceat. 1416
Sancti Ioannis nomine ſuos libros nobilitarunt Euangeliſtæ. 1418
Ioannis columnam in deſerto referebat. 1419
Prædicator aliud agere non debet, aliud docere. 1419
Dei via parando percurritur. 1419
Ad pœnitentiam amore, non timore duci debemus. 1420
Maiorum exempla alij facilè ſequuntur. 1421
Veſtium mollities à Chriſti milite abeſſe debet. 1421
Suam veſtium ipſe in ſanctis viris vocem habet. 1423
Sancti, ſemper ſanctiores fieri quærunt. 1423

Fuit Ioannes in deſerto baptizans.

Diu in deſerto vixit Ioannes: cur idem oon præſtitit Chriſtus, qui in Nazareth ciuitate legitur educatus? Qui propter homioum amorem venerat, triginta annis, hominum præſentiâ carere noluit, nec amor id permiſit, Diuelli amans non poteſt ab eo, quem amat. Exiguo ſpatio, exiguo tempore diſcedens à diſcipulis *auulſus ab eis*, dicitur; ac ſi quâdam vi, ac contra oaturalem propenſionem ab ipſis abiungeretur: qui triginta annis abeſſe ab hominibus potuiſſet? 1415.

Fuit Ioannes in deſerto. In deſerto Ioannes erat, & deſertum non erat: extra deſertum, Ioannem adeuntes erant, & deſertum erant. Erat Ioannes in deſerto paradiſus: cæteri, extra deſertum, deſertum erant, pluribus ſpinis obſitum, quò plures illi erant, cum quibus erant. Nimirum, non locus ſanctitatem habitatori affricat, ſed loco habitator loci. Iudæi omnes Ieruſalem deſertum fecerant: vnus Ioannes deſertum verterat in Ieruſalem, dum in deſerto ſanctè conuerſaretur.

Olim populum ſuum à Pharaone dimitti volebat Deus, vt ſibi in deſerto ſacrificaret: in deſerto nunc eſt Ioannes: ad deſertum vocantur Iudæi: nulla ſacrificij mentio fit, aut quia constructo iam templo in Ieruſalem extra illud ſacrificia mactare licebat nulli; aut, etiam, quia probè ſacrificium offert, qui in Dei obſequium ſe Deo offert; & ritè victimas mactat, qui ſe mactat, & vitæ aſperitate carnem caſtigat. 1416.

Fuit Ioannes in deſerto. Cur igitur dixit Matthæus? Matth. 3, 1 *Venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ* Si in deſerto erat prædicans, quî venire potuit? vbi erat? At non ſic intelligendus Matthæus, vt velit affirmare veniſſe Ioannem io deſertum; ſed, cùm eſſet, veniſſe, vt prædicaret. Verùm hîc iterum reponas; Vnde venit Ioannes? An venit è Cœlo, vbi per iuges contemplationes, ab hominum conſortio ſegregatus, degebat? Venire dicitur,

cum cœpit apparere, ac præcurſoris officium agere; vt hinc prædicatores moneantur, priùs in Cælo mente conuerſari, Angelis ferè pares, quàm ſe aliis demittant, & prædicationis exerceant munus.

1417. *Fuit Ioannes in deſerto.* Vt vel ſolâ habitatione innueret, qualis Mundus eſſet. *In deſerto, non in terrâ habitatâ fuit*, ait Sanctus Chryſoſtomus: *eò quòd deſolatum adbuc eſſet humanum genus, ac necdum à Patre, & Filio & Spiritu ſancto inhabitaretur.* Cùm hominum corda dæmones incolerent, vitiorum ſentibus oppleta.

Ioël 1.20. Prædixerit olim Ioël: *Ignis deuorabit ſpecioſa deſerti.* Hìc aliter accidit. Diuini amoris ignis, qui in Ioannis corde ardebat horridum deſertum, ſpecioſum reddidit, dum peccatorum ſpinas exuere eos, qui ad eum currebant, curabat.

1418. *Fuit Ioannes in deſerto.* Statim Ioannis meminit hìc Euangeliſta, vt vel ſolo tanti vatis nomine opus ſuum nobilitaret: idem fecerunt & Lucas, & Ioannes: id quod his verbis expendit Guarricus: *Præterea*, inquit, *Marcus, & Lucas, & Ioannes initia librorum præconiis eius dedicauerunt, vt videlicet authoritas tanti nominis, primâ fronte prælati, totum deinceps commendabilius redderet Euangelium.*

Populus in deſerto manna comedit: Ioannes in deſerto locuſtas, & mel ſylueſtre. Sed ſanctitati cibi aſperitas vilitaſque non officit: proficit potiùs. Mannæ eſu populus ſylueſter, vt ita dicam, effectus eſt: Ioannes ſylueſtri cibo, manna ſpiritale, morum ſuauitate, compoſuit, Dei ſui palatui gratiſſimum.

1419. Olim in deſerto nubis igniſque columna populo præiuerat, quæ viam populo oſtenderet: nunc in deſerto nullam columnam legimus; at Ioannes columnam referebat, qui non ad terram promiſſam ducebat, ſed ad Cælum.

Suis auditoribus pœnitentiam Ioannes commendat: nec verbis commendat duntaxat; ſed, quod fortius, & opportunius eſt, exemplis. Scilicet *prædicans de pœnitentiâ ipſe pœnitentibus ſcopus euaſit*, ait Sanctus Ephrem: ne aliud ageret, aliud doceret.

In deſerto Ioannes clamat, parandam eſſe viam Domini, ne (quod Deus olim fuerat comminatus) deſertæ fiant viæ noſtræ, noſque deſertum reddeLeuit.26.22. remur. *Parate*, inquit, *viam:* cur non dixit: *Ambulate per viam?* An, quia Dei via parando percurritur, & percurrendo per viam, via paratur? Incede per Domini viam, & viam paraſti: para viam, & iam incedis.

Et egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine.

1420. **E***T egrediebatur.* Græcè, καὶ ἐξεπορεύετο. *Exibat, procedebat.* Hoc verbum Ioann. 15. dicitur de proceſſione, quâ Spiritus à Patre procedit: ἐκπορευόμενον πνεῦμα ἀπὸ τοῦ πατρός, tanquam ſcilicet amor. Vt illi, qui ad pœnitentiam ſe conferunt, Spiritu ſancto ducantur, ducantur amore; non timore, non ſimulatione. Ite ad pœnitentiam ſpiritu debemus, carnis curâ penitùs depoſitâ.

Et Ieroſolymitæ. Syrus: *Filij Ieruſalem.* Ciuis quilibet, ſuæ patriæ filius vocatur, vt ſtatim moneatur, quâ reuerentiâ in matrem eſſe debeat quantâ concordiâ in conciues. Patriæ non filius, ſed hoſtis eſt, qui diſſidia ſuſcitat, odia fouet.

1421. Sanctus Matthæus cap. 3. non Ieroſolymitanos tantùm exiiſſe dixit, ſed pleroſque alios; omnem ſcilicet regionem circa Iordanem. *Tunc*, inquit, *exibat ad eum omnis Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Sanctus Marcus id explicitè non dixit, ſed fors cùm ait: *Omnis Iudea regio.* Omnes Iudeæ regiones generaliter intelligit: videlicet Iudæam, Galilæam, Peræam, aliaſque: quamuis ex eo, quòd Ieroſolymitæ tanquam præcipui exierint, alios etiam inferiores, horum exemplo motos, exiiſſe ſubintelligi poterat: ferè enim, quæ primores, nobilioriſque vrbis nobiliores ciues agunt, agunt & ciues ignobiliores.

Præterea, quòd poſtremi Ieroſolymitæ recenſeantur, pondere ſuo non caret. Nimirum, qui ſacris ſunt locis propiores diuinoque cultui, ſi acciderit, excidere à Dei gratiâ, ægriùs difficiliuſque conuerti ad Deum ſolent: vt aliorum exemplo quodammodo ſint trahendi; & hi præcipuè, qui templo ſacro viciniores erant & à ſanctitate, quæ templo debebatur, & ei, qui in templo colebatur, degenerauerant, longiores remotioreſque à conuerſione erant.

Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli.

1422. **I**N Palæſtinâ camelorum pilos nere conſueuerant, & in illis regionibus, quæ hoc genere animalium abundabant. Tam rudi, aſperoque veſtitu Christi miles pugnaturus vtitur. *Veſtitus.* Græcè ἐνδεδυμένος. Verbum ἐνδύω ſeu ἐνδύμα ita vniuersè de quolibet indumento dicitur, vt etiam de armis ſignatè apud bonos authores dicatur, quæ quis in aciem deſcendens induere ſolet. Quæ notio aptè hìc cadit; nam vili hoc & duro veſtitu Ioannes vtebatur, tanquam bellicis armaturis, quibus in campum deſcenderat. Nimirum, veſtiũ mollities ab illo, qui Chriſti militiæ adſcribi vult, abeſſe debet.

Præterea, verbum ἐνδύω in purpuræ veſtitu, & indumento vſus eſt Xenophon. Etiam Ioannes, & iuſtus quilibet, qui Mundi pompis renunciauerit, lacera, trita, dura, aſperaque indumenta purpureæ & regiæ veſtis loco tenet: ſaccum pro purpurâ habet, cilicium pro nobiliſſima veſte: alius quilibet ornatus deformis viris iuſtis apparet.

1423. Vide, quid veſtitus aſper in hominum mentibus potuerit. Narrans Euangeliſta omnes ad Ioannem exiiſſe, vt baptizarentur, & confiterentur peccata ſua, meminit veſtis ex camelorum pilis textæ, ac ſi egreſſi fuerint, vt ab ipſo baptizarentur, moti etiam & illecti ab aſpero eius veſtitu: quod tangit etiam Gloſſa: *Meritò egrediebantur, vt baptizarentur quia Ioannes erat veſtitus pilis camelorum.* Suam veſtitus ipſe vocem habet, & plerúnque, non ſecùs ac vox, homines ad pœnitentiam, vocat allicitque.

Sanctus erat Ioannes, etiam antequam naſceretur; & tamen adeò aſperum viuendi genus iniuit: quò exemplo ſuo doceret, ſanctis perfectiſque curandum, vt ſanctiores fiant perfectioreſque. *Ioannes*, inquit Guarricus, *qui, antequàm exiret de vẽtre, ſanctificatus erat, cui illud, dicere competebat. Ab infantiâ meâ mecum creuit ſanctitas, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum, quem nullus tentationis ventus agitare poteſt; nec mollibus tamen veſtiebatur, nec ſuauibus veſcebatur: ſciens vtique, quia, ſicut peccatoribus, vt ſancti fiant, ſic ſanctis, vt ſanctiores fiant, neceſſaria eſt ſeuerior viuendi diſciplina.*

SECTIO. III

Κηρύττειν, de quibus dicatur. 1424
Ἰσχυρὸς, de qua fortitudine dicatur. 1424
Sancti viri fortitudo nunquam debet torpere. 1424
Pœnitentia neceſſitas vt collecta. 1425
Humilitas prædicatori maximè neceſſaria. 1425
Κύπτειν, quid. Erigitur, qui ſe demittit. 1426
Creſcunt in iuſtis virtutes, non minuuntur. 1427
Humilitas ibi magis exercenda, vbi maiora virtutis facinora à nobis edita. 1428
Baptizatus eſt Chriſtus noſtri cauſâ, non ſui. 1428
Perſequutio, æquo animo tolerata, baptiſmus quidam fit. 1429
Cæli cur ſcindi iuſtis dicantur. 1430
Sanctitas è Cælo hominibus obuenit; 1430
Perditarum animarum ſalutem quærere, quàm operoſum ſit. 1431
Totus in humanâ ſalute quærendâ Chriſtus fuit. 1431
Chriſti in homines amor vnde collectus. 1432
Verbum Ἐκβάλλω, de quibus dicatur. Quàm durum Chriſto ab hominibus ſeiungi. 1433
Quàm fortia ieiunij arma contra diaboli tentamenta. 1434
Manſuetudinem à Chriſto vel beſtiæ didicerunt. 1436

Et prædicabat dicens: venit fortior poſt me, cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius

1424. PRædicabat. *Græcè, ἐκήρυσσε. clamabat, concionabatur.* Verbum *κηρύττειν* proprium præconum eſt, & publicè ſuâ voce ad populum aliquid promulgantium: quæ notio hîc optime cadit, vbi Ioannes Dei præco aduentum Chriſti populis denunciat, eiſque pœnitentiam indicit.

Venit fortior poſt me. Græcè *ἰσχυρότερός μου.* Validior, robuſtior me; *ἰσχυρὸς* de viribus propriè dicitur, prout ad opus aliquod peragendum adhibentur: neque enim torpere fortitudo ea debet, otioque marceſcere, quam à Deo, vt laboraremus accepimus.

1425. Hîc Ioannes prædicaſſe dicitur; ſed nulla pœnitentiæ mentio fit: quod fit apud Sanctum Matthæum: *Pœnitentiam* inquit ipſe, *agite: appropinquauit enim Regnum Cælorum.* Hoc Marcus prætermiſit, vbique breuitati ſtudens: ſed dicens, aduenisse Chriſtum, etſi expreſsè pœnitentiæ mentionem non fecerit, tacitè fecit: qui enim peccauit, Chriſtum excipere, ſinè pœnitentiâ, non poteſt.

Cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius. Digna Ioanne humilitas, & eius ſanctitati ac magnitudini par. Prædicat, ſed tunc magis demittitur & humiliatur; eos, qui alios edocent ac informant, erudiens: vt, dum doctoris funguntur munere, magis ante Deum ſe demittant; eoque humiliùs de ſe ſentiant, quò ſublimius prædicatione officium ſuſtinent. Hoc Ioannes in noſtri exemplum præſtitit.

1426. *Procumbens.* Græcè, *κύψας, inclinatus, incuruatus.* Verbum, *κύπτειν* ſignificat, non ſolùm deorſum vergere, inclinare ſe ipſum, & procumbere; ſed etiam caput erigere: quæ duæ notiones diuerſæ inter ſe videntur; ſed Chriſti verbis nectere inter ſe eas poſſumus: ſi nempe illud interſeramus: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Qui enim ſe humiliter demittit, erigitur in ſublime & extollitur: accidit hoc Ioanni, qui ſe ad Chriſti pedes & calceamentorum corrigiæ demittens, caput adeò erexit, vt, iuxta Chriſti ſententiam, inter natos mulierum maior Ioanne baptiſtâ non ſurrexerit. Ergo, qui erigere ante Deum caput deſiderat, tanquam electus, hic ſe deprimat, hîc ſe demittat: nam iuſtis, qui ſe demiſerunt, dicetur: *Reſpicite, & leuate capita veſtra; quoniam appropinquat redemptio veſtra.*

Et baptizatus eſt à Ioanne; Qui nihil habuit 1427.
ſordium baptizari voluit. Chriſtum nolebat baptizare Ioannes; qui, &, cùm in ventre matris eſſet, eius præſentiâ ſe putauit indignum, vt per matrem ſtupens diceret: *Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* eodem ſpiritu hic nunque per ſe dicit: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? ac ſi ita loqueretur,* inquit Sanctus Chryſoſtomus: *Noui ego tunc te; cumque fandi impos eſſem parentis os mea ciens ipſe per eam clamaui: ſcilicet, vnde mihi, vt ad me veniat mater Domini: Nihil illic cum fefellerim, hîc celauero? ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me?* Humilitatis, quam in matris vtero oſtenderat non obliuiſcitur Ioannes. Creſcunt in iuſtis virtutes, non minuuntur.

In Iordane. Quod in Iordanis fluuio baptizari 1418.
Chriſtus voluerit, maius humilitatis indicium eſt; nam Iordanes eum quondam, rerum omnium conditorem agnouerat, dum eius iuſſu aquæ ſiſterentur. Verſare iſtuc mente Ioannes poterat. *Iordanes,* inquit idem Sanctus Pater, *conditorem te nouit omnium: hærent aquæ: Iordanes curſum non promouet: rerum ordini renunciat. Ergo te elementa nouerunt, ipſe non agnoſcam?* Agnoſco; & quem Iordanes reueritus eſt, etiam ego reuereor, veneror que *Torpent, & contrahuntur manuum compages, &, quod minimè didicerunt, exercere non valent.* Vicit tamen Chriſti humilitas; vt hoc exemplo moniti, ibi maximè humilitatem exerceremus, vbi maiora virtutis facinora à nobis edita aliis admirabiliores nos efficiunt, & maiori laude dignos.

Baptizatus eſt Chriſtus à Ioanne in humilitatis ſignum, vtque baptiſmum conſtitueret: non legimus, quenquam è ſacro fonte Chriſtum leuaiſſe vt fieri in aliorum baptiſmo ſolet. *Quia non propter ſe, ſed propter alios baptizatus eſt,* inquit Sanctus Thomas, *nullus leuauit Chriſtum de baptiſmo.* Quid è baptiſmo ab alio leuaretur, qui baptiſmo omnes alios leuare debebat.

Et ſtatim aſcendens de aquâ vidit Cælos apertos.

HIc, baptizato Chriſto, Cælum ſcinditur, ac 1419.
veluti diducitur: videntur Cæli aperti. Idem factum, & cùm Stephanus lapidaretur: vidit enim ipſe Cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei Act. 7. Quidni lapidato idem accidat, quod baptizato? & perſecutio omnis æquo animo tolerata baptiſmus quidam, fit, quo anima mundatur, & purgatur à ſordibus.

Cælos apertos. Græcè, *σχιζομένους τοὺς οὐρανούς. Cælos diſciſſos, diductos* ac ſi veluti per rimam Pater Filij ſui humilitatem reſpexiſſet. *σχίζας,* ligna ſciſſa in vſum ſacrificiorum dicuntur: Stephano, qui corpus ſuum in ſacrificium Deo litauerat, non ligna ſcinduntur, ſed Cælum: & Chriſtiano cuilibet, qui in baptiſmo Deo ſe ſacrat, pro lignis Cœlum ſecatur, & aperitur.

Statim

1430. *Statim aſcendens de aquâ,* Non dicit in aquâ ſiſtere Chriſtus voluit, vt rectè nos doceret in bonis ſemper pergendum vlterius eſſe, vt vnius operis gradus gradum ad aliud ſtruat. Optimi viri hæc conſignatio eſt, à bonis ad meliora tranſire.

Vidit Cælos apertos: ex Græco aliqui legunt, *ſciſſos.* Vim ſuam habet hæc lectio. *Sciſſos Cælos vult Marcus*, inquit bonus ille auctor: *quòd regnum Cælorum vim patiatur; & violenti rapiant illud; hoc eſt fortes in fide, & conſtantes in opere.* Sed cur cæteri Euangeliſtæ nudè apertos cælos fuiſſe dixerunt? *ſciſſura,* pergit idem auctor, *vim importat: apertum autem ſpontaneum: atqui vtrunque in ſalute hominum concurrit: Deus enim voluntariè genuit nos verbo Vitæ, nos autem difficilè operamur bonum.* Addo feruentibus Dei amantibus Cælum aperiri; quia his difficilia quæque facilia fiunt: tepidioribus ſcinditur; quia torpor etiam facilia difficilia reddit.

In Chriſti baptiſmo Cælum diduci dicitur, & operiri; vt ſciremus, ait Victor Antiochenus, *ſanctimoniam hominibus è Cælo obuenire, cæleſtiaque rebus terrenis ſe ſe conſociare.* Nemo ſanctitatem è terrâ pullulare putet: è Cælo eſt, in Cælum euehit.

Et vox facta eſt de cælis: Tu es Filius meus dilectus: in te complacui.

1431. FIlium Pater tàm blandè, & tàm beneuolentiæ plenis verbis alloquitur: ſed cur iſtuc nunc fecit? An, vt animum ipſi veluti adderet, aggredienti difficillimum illud opus, ad quod ipſum emittebat, procurandæ humanæ ſalutis: vt paterni amoris memor omnem difficultatem ſuperaret, laborum obliuiſceretur. Explicari non poteſt, quàm laborioſum operoſumque ſit, quàmque difficultatibus plenum, perditarum animarum ſalutem quærere, vt Chriſtus ipſe ad hoc his ſui Patris verbis veluti animetur.

Tu es filius. Ergo ille Pater erat, qui loquebatur; Filiumque effert, in quo ſibi complacuerat. Non homines, non humani generis ſalutem Filio Pater commendat: non erat iſtuc opus. *Ille, in quo Pater ſibi complacet, totus in humanâ ſalute quærendâ, & procuranda eſt.* In quo ſibi Pater complacet, perficit illud omne, quòd Patri placet.

1432. *In te complacui.* Cur non dixit: *In te complaceo.* Non dixit quia non eſt veri filij vera nota, ſi in eo complacuerit tantùm Patri, & non complaceat. Non dixit? *In te complaceo.* Ne complacentiam iſtam ad ea tantùm opera, quæ tunc Ieſus agebat, coarctaremus; ſed potiùs ad æternam generationem porrigeremus, in quâ ſemper ſibi in Filio complacuit Pater, & ſemper complacebit.

Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.

SPiritus Sanctus, qui in eum deſcenderat, in deſertum Chriſtum expulit: non quaſi inuitum & reluctantem, ſed Diuinæ virtutis impulſu ad tempus ex hominum conſpectu ſubducendum. Spiritus Sanctus, quò vult, hominem rapit: non quòd vim voluntati faciat; ſed quòd hominem volentem reddat. Expulſus dicitur Chriſtus, vt hoc loquendi modo indicaretur, quàm libenter in hominum conſpectum ſe daret; adeò vt quandam vim pateretur ab illis, quos, tam vehementer amabat, diſiungi. Igitur *τὸ expulit*, amoris vehementiam ſonat, non violentiam.

Expulit. Græcè, *ἐκβάλλει eiecit, ablegauit,* 1433.
emiſit, ἐκβάλλει de iis etiam dicitur, qui in exilium mittuntur. Tam durum Chriſto erat ab hominum conſortio, quos tam feruenter diligebat, ſeparari vt in exilium mitti videretur, dum in ſolitudinem longè ab hominum conſortio factus mitteretur.

Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à ſatanâ. Eratque cum beſtiis.

COntinuis quadraginta diebus in deſerto egit; *& quadraginta noctibus.* Hoc in Græco & Syro non habetur. Noctium mentio fit, ne, ſub noctem deſerto Chriſtum egreſſum, & commodiorem pernoctationem quæſiuiſſe, aliquis putaret. Hoc ſimulantium, & hypocritarum mos eſt, qui, cùm hominum laudes ſuis operibus venentur, interdiù, dum videri ab hominibus poſſunt, bonis operibus extimè vacant: noctu voluptatibus ac deliciis ſe immergunt.

Et tentabatur à ſatanâ. Quando? continuis 1434.
quadraginta diebus. Acceptâ tentandi poteſtate, & occaſione exhibitâ. Omnes artes dæmon exercet, omnes fraudes, vt Chriſtum vincat. Matthæus ſignatè tres tentationes narrat, quæ poſt quadraginta dierum ieiunium acciderunt. Marcus indicat, totis ipſis quadraginta diebus, multis variiſque tentationibus vexatum fuiſſe Chriſtum: terroribus ſcilicet, difficultatibus, monſtris & ſpectris obiectis: ſed horum non meminit Matthæus, quaſi hæ tentationes Chriſto ieiunanti nihil viſæ fuerint: cùm ieiunij armis munitus diaboli tentamenta adeò non timeat, vt irrideat etiam, & nihili faciat.

Non ſolùm in diê, ſed etiam in nocte tentabat Chriſtum diabolus. Nullum tempus ab eius fraudibus immune. In die tentat, cùm in proſperis; in nocte, cùm in aduerſis: non minùs quippe in iſtis, quàm in illis tentandi occaſionem arripit diabolus; & plerunque proſperitate ac felicitate ſtrauit, quos vincere tribulationibus & aduerſitatibus non potuit.

Eratque cum beſtiis. Nimirum non in dome- 1435.
ſtico agebat deſerto, & hominum habitationi proximo; ſed in inculto, horrido, & hominibus inacceſſo, in quo beſtiæ feræ degebant: à quibus tamen ipſe non lædebatur, ſed potius ipſe erat illis formidini, quemadmodum & Adamus antequam peccaſſet: & beſtiæ, tantum aberat, vt Chriſto nocerent, vt ei blandirentur & applauderent.

Cum feris erat, & feræ vix erant feræ. Homines expertus eſt feras hominum conditor: & feras haud ſenſit feras. Humanitatem, quam homines in Ieſum exuerant, induere viſæ ſunt feræ.

Eratque cum beſtiis. Et beſtiæ cùm illo, ſed 1436.
non contra illum: vel beſtias manſuetudinem docere beſtiarum factor potuit. *Rectè olim*, inquit bonus ille author, *non tam priuatos homines, quam populos, vrbes, & regiones deuaſtabant, vt refert Plinius: à Chriſti temporibus videntur ex parte cum omni humano genere manſuefacta.* Beſtiis ipſis magis efferus homo cenſerit poterit, ſi manſuetudinem à Chriſto ſuo non diſcat, ac mititatem, quam feræ ferè didicerunt.

Cum beſtiis erat Chriſtus, quæ tamen non nocebant illi, in quo primam illam innocentiam, quæ homini olim tributa fuerat, reuerebantur.

Cupiebant, nimirum(vt ille ait)*amicitiæ fœdus cum homine renouare*. Quod ſciſſum fuit, quum Dei legem primus homo ſcidit & temerauit.

SECTIO IV.

Tunc maximè Dei prædicatione indigemus,cùm mali homines ſæuiunt in bonos. 1437
Bonorum eſt, bonos venerari; & ſanctorum, ſanctos colere. 1437
Animarum lucra, lucris omnibus anteferenda. 1438
Antiqui doctores cur venatoribus, noſtri cur piſcatoribus pariati. 1439
Humana induſtria ſine Dei gratiâ nihil efficit. 1440
Magna laude dignus, qui laudari non quærit. 1442
Verbi Dei fructum impedire dæmon ſtudet. 1443
Dæmones omnes, hominum ſalute valdè cruciantur. 1444
Nazarenum cur diabolus Chriſtum appellauerit. 1445
Chriſti præſentia,dæmonum cruciatus. 1446
Cum omnibus dæmonibus pugna ineunda, non cum vno ſolo. 1446
Perditos homines reſipiſcere, quàm dæmonibus graue. 1447
Nihil adeò dæmones torquet, quàm cùm vident, Chriſti doctrinâ homines ad pœnitentiam vocari. 1447
Chriſti humilitas quantam contra dæmonum ſuperbiam vim habeat. 1449
Chriſti laudem contrahere dæmon ſtudet. 1450
Quàm magnum,adulatione non capi. 1450
Malorum familiaritas bonæ opinioni quantum detrahat. 1451
Perſtricti,qui blaſphema euomunt verba. 1451
Perditos ſaluare, non perdere, gloriæ loco Chriſtus ducit. 1452

Poſtquàm autem traditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam, prædicans Euangelium Regni Dei.

1437. TRadito Ioanne,prædicat Chriſtus:quia Ioannes non poterat prædicare.Tunc maximè Diuinâ prædicatione indigemus, cùm mali homines ſæuiunt in Dei ſeruos: & ſupera eſt doctrinâ tradenda, cùm Ioannes Ioanniſque imitatores traduntur. Silentij carcere claudenda vtilia monita non ſunt,cùm carceri adiiciuntur,qui Cælo digni.

Venit Ieſus. Ad Ioannem ſe confert Ieſus,vt acceſſu ſuo doceret, ait ille, *eos, qui à Deo mittuntur, honorari debere; multumque fieri eorundem acta & ſermones.* Et vniuerſim ſanctorum eſſe,ſanctos adire, & cum illis conuerſari; adeò vt etiam ſanctior ad illum eat,qui non tantâ pollet ſanctitate.Chriſti ſpiritum non habent, qui cum Chriſto ad ſanctos non eunt; ſed potiùs iter ad illos impedire conantur:quod proprium hæreticorum eſt.

Pœnitemini,& credite Euangelio.

1438. VEtè plenéque Euangelio vix credit, qui,cùm peccauerit, pœnitentiam inite negligit. Vt quiſque probet,ſe Euangelio credere,pœnitentiam arripiat,non reiiciat. Fides non eſt pœnitentiâ poſterior; ſed fidei teſtis pœnitentia eſt.

Et dixit eis Ieſus: Venite poſt me: faciam,vos fieri piſcatores hominum.

NOn diuitias, non dignitates pollicetur: non delicias & voluptates ſpondet. Hominum piſcatores eos futuros aſſerit:ſatis iſtuc. Verus Ieſu cultor homines lucrari lucris omnibus anteponit; & dignitates omnes, omnia culmina negligit, vt, poſt ſuam,aliorum quoque ſalutem curet.

Ordinem pende: *Venite*,inquit,*poſt me*.Deinde addit: *Faciam, vos fieri piſcatores hominum:* rectus ordo, nec inuertendus. Chriſti imitatione poſt Chriſtum ire debet, qui aliorum ſalutem quærit. Ægrè peccatorum aquis inſepultus expiſcari alios poterit,& trahere ad littus. 1439.

Miſſurum ſe olim & piſcatores, & venatores Deus dixit: nunc piſcatores tantùm nobis exhibentur: nulla in Euangelio venatorum mentio fit: cur id factum? An, quia, qui piſcatores ſunt, ſunt etiam venatores? An, quia venatorum eſt vnam,aut paucas feras inſequi, & prehendere: piſcatorum, magnam piſcium multitudinem capere? Antiqui doctores venatores erant,prædæ paucitate contenti: noſtri piſcatores ſunt, conuerſorum multitudine diuites. Denique piſcatores eliguntur; vt,aſſueti in aquis ſtare,baptiſmi aquis gentes libenter abluerent; & ab aquis ad aquas irent,ſed ſanctiores,& puriores. Ier. 16.16.

Faciam vos fieri. Non dixit:*Facite vos hominum piſcatores.* Humana induſtria ſine Dei gratiâ nihil efficit, *Et in vanum laborat aliquis doctorum, ſi non factus à Deo fuerit,vt proficiat*:ait Sanctus Paſchaſius? Niſi ſupera eum manus formet, & elaboret, hominum piſcator eſſe nemo poteſt. 1440.

Et protinus, relictis retibus, ſecuti ſunt eum.

REliquunt ſua retia, vt Chriſti rete caperentur,à Chriſto ad Chriſtum traherentur. Retia non habes,quæ relinquas,dum te Chriſtus vocat? relinque te. Rete ſibi quiſque eſt: retia ſunt, quæ quiſque habet,rete quod quiſque eſt. Omnia retia reliquere, qui vocati fuere à Chriſto, dum ſui contemptu Chriſtum ſecuti ſunt.

Et ſtatim Sabbatis ingreſſus in ſynagogam docebat eos, & ſtupebant ſuper doctrinâ eius.

OPportunum tradendæ doctrinæ tempus ſabbatum erat,in quo à rebus,operibuſque ſeruilibus vacans populus, idoneus Diuinis eius monitis excipiendis erat. Aliis diebus eos Chriſtus informabat qui ad eum ibant, quocunque loco id eſſet præſtandum: ſabbatis ad ſynagogam ſe conferebat,ne (vt ille ait) *fugere videretur loca,aut horas docendi opportunas; & ſeorſim atque intempeſtiuè iis ſolis doctrinam proponere ſuam, qui ad ſe decurrerent.* Ipſe quoque eò ibat, vbi doctrina tradebatur ex more; ne minori deſiderio tradendæ doctrinæ illum corripi quis crederet, quàm cæteri corriperentur audiendi. 1441.

Et docebat eos. Docuiſſe Chriſtum, affirmat Euangeliſta: quid docuerit & quâ ratione non explicat. Nobis meditandum relinquit, quod ipſe ſuppreſſit:vtilia,opportuna,diuina docuiſſe,doctoris qualitas non ſinit,nos in dubium reuocare. 1442.

Stupebant ſuper doctrinâ eius. Cur ſtupore corripiebantur?

picbantur? *Quia*, inquit Victor Antiochenus, *non loquebatur ad gratiam, neque vlli prorſus adulabatur, nec auditerum laudes captabat, aut venabatur.* Iurè admirationi eſſe debet, qui laudari non quærit, nec adulationis effundit verba.

Et erat in ſynagogâ eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamauit.

1443. QVum ſabbatho in ſynagogâ Capharnaitarum Christus doceret, quidam, immundo ſpiritu correptus, aderat. Dæmon nec à locis ſacris abeſt, vbi Dei verbum tractatur & ſpargitur: vt nempè eius fructum impediat, & Dei verbum ex fidelium cordibus auferat, timeos, ne pullulet in illis.

Exclamauit. Cur exclamat? quid eum torquet & cruciat? Maximus illi cruciatus, Chriſti præſentia, Chriſti prædicatio, quâ ad pœnitentiam omnes inhortabatur, ad ſanctitatem; & verbis & motibus alliciebat, promiſſo Cælorum Regno. Dæmonis grauiſſima pœna eſt, cùm ſalutis viam fideles ineunt, & à peccatorum immunditiis ad innocentiam tranſeunt.

Dicens: Quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene?

1444. NOn erat in hoc energumeno, niſi vnus dæmon, vt ſuperiora & ſequentia verba declarant: multorum tamen nomine loquitur, ſciens eandem ſui & ſociorum eſſe rationem; & Ieſum æquale omnibus bellum indixiſſe, dæmoneſque omnes vehementer cruciari hominum ſalute.

Vnus loquitur vice plurium; vt Ieſus magis flecteretur, audiens multos eius præſentiâ torqueri, non vnum dumtaxat: fors & in obſeſſi corpore, licèt vnus eſſet ille dæmon, plurium munus ſuſtinebat, non minùs eum vexans, quàm ſi legio integra in illo extitiſſet.

1445. *Ieſu Nazarene.* Proprio eum nomine vocat, vt probaret, ſe eum probè noſſe: addit, *Nazarene*, cognomine vtens, quia Ieſus paſſim appellabatur à loco educationis, quamuis ſciret eſſe natum in Bethlehem, hoc quoque fraude non caret: ne ſcilicet Ieſus Meſſias, qui ex Bethlehem expectabatur, crederetur, & ſic eius doctrina non magis confirmaretur, & faciliùs homines ad eum conuerterentur. Laudauit dæmon Ieſum; ſed cauit, ne Meſſiæ mentionem faceret: vt fors hac de causâ à Chriſti appellatione abſtinuerit.

Quid nobis & tibi? Ferre Chriſti præſentiam nequeunt dæmones: *Non fert Caleſtem ſpiritum in Chriſto loquentem ſpiritus impius.* Dæmonibus par videtur, qui audire Chriſti verba non ſuſtinet.

1446. Quàm vtilis nobis Chriſti præſentia eſt, tam dæmoni eſt grauis: *Præſentia enim Saluatoris*, vt ait Venerabilis Beda, *tormenta ſunt dæmonum.*

Quid nobis, & tibi? Vnus tantùm in energumeno, vt ex hiſtoriâ patet; immundus ſpiritus erat: qui tamen plurium nomine loquitur, ſciens, omnes dæmones eandem mentem circunferre, omnes Chriſti hoſtes eſſe, Ieſum omnibus dæmonibus bellum indixiſſe; nimirum. *Bellè cum dæmone bellum non init, qui non init cum omnibus, qui pro hoſtibus omnes non putat. Vincitur etiam, cùm videtur vincere.*

* * *

Veniſti perdere nos?

DÆmones, ſe iam perditos eſſe, non ignorant; 1447.
ſed adeò illis hominum ſalus moleſta eſt, vt tunc demum, ſe perditos eſſe, ſibi perſuadeant, cùm perditi homines reſipiſcunt, adeò vt ampliùs ſub dæmonum imperio ac dominio non ſint.

Veniſti perdere nos. Tam ingens cruciatus inuidia eſt, vt dæmon, ob inuidiam, hominum ſalutem perditionem ſuam ſuamque ruinam vocet. Adeò ſæuus & immiſericors eſt dæmon, vt ingenti cruciatu torqueri ſe putet, cùm homines non torquet non excruciat.

Tempus pende, pende locum, in quo dixêre dæmonia perdi ſe à Chriſto. Dixere iſtuc, cùm eſſet Chriſtus in ſynagogâ, turbaſque doceret: Nimirum, nihil adeò dæmones torquet, quam cùm vident Chriſti doctrinâ homines ad pœnitentiam vocari.

Veniſti perdere nos. Iam perditi dæmones eſtis, 1448.
iam conclamati; iam pœnis, eiſque æternis, addicti. An perdi poſſunt, qui iam perditi? Tantâ in homines inuidiâ feruntur dæmones, *Vt malum ſe exiſtiment pati*, inquit hîc Sanctus Thomas, *cùm homines non moleſtant.* Grauis dæmonum moleſtia eſt, cùm homines moleſtiâ non afficiunt.

Veniſti perdere nos. In quo te perdit, perdite? Quod in hominem facis, in te fieri, male ſpiritus, quereris? Hæc malorum conſignatio: querelas anteuertunt: quod in alios faciunt, in ſe fieri non ſemel queruntur, vt accuſationem ipſam quodammodo retundant.

Veniſti perdere. Non venit Chriſtus perdere, ſed 1449.
ſaluare, quod perditum erat: cum venerit ſalutem ei daturus, qui, per ſe perierat; Perdi ſe dæmon queritur, quia exire iubetur ab homine, quem corripit. Nimirum (vt ille ait) *Perditionem ſuam exiſtimat dæmon egredi ab homine.* Malum ſe ferre putat, niſi malum homini inferat: tanto nocendi deſiderio dæmon tenetur.

Veniſti perdere nos. Vnde hoc dæmones coniiciunt? Ex Chriſti humilitate: ab hac exitium ſuum timent. *Contra ſuperbiam dæmonum*, inquit bonus ille author, *quantam virtutem habeat Dei humilitas, quæ in formâ ſerui apparuit, ipſi dæmones ita ſciunt, vt idem Domino, infirmitate carnis induto, hoc exprimerent: Veniſti perdere nos.* Nimirum, nihil ita torquet ſuperbos dæmones, quàm humilitas: hanc præcipuè ſui regni ruinam protendere cognoſcunt.

Scio, qui ſis, Sanctus Dei.

TAnquam vnus, vt verè erat, nunc loquitur, qui 1450.
priùs plurium nomine loquebatur. Cùm de cruciatu ob hominis ſalutem agitur, omnes dæmones torquentur: cùm laudes, licèt fraudolenter, Chriſto exhibentur, res ad vnum contrahitur, ne videretur in Chriſti laudem omnes dæmones vocare.

Non ſincera hæc veritatis confeſſio eſt, ſed fraudolenta dæmonis adulatio, vt pœnam euaderet, & remanere in hominis corpore permitteretur: fore enim ſperabat, vt huiuſmodi adulatoria blandimenta aliquod inanis gloriæ deſiderium in Chriſti pectore excitarent; & hac ratione obtineret, ne ſe, alioſque ſui ordinis increparet: & expelleret, hanc ſcilicet gratiam pro laude exhibitâ rependens. Sanctum Dei Chriſtum vocat, neque quemlibet ſanctum, ſed vnicum illum & omnium ſanctiſſimum, vt indicat articulus Græcus qui

qui hîc adhibetur, *ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ Ille Sanctus Dei: Ille Sanctus ſanctorum.* omniumque ſanctiſſimus: & tamen adulatione capi poſſe cenſet. Tanta vis blandis laudibus ineſt, vt, illis vel illum capi poſſe ac deliniri, dæmon ipſe putet, quem omnium ſanctiſſimum vocat. Quis ergo Sanctus, qui hac peſte corripi non poſſit, iſtis fraudibus flecti?

1451. Laudans Chriſtum diabolus non volebat ſibi ab adſtantibus fidem adhiberi: quin hoc agebat, vt Chriſti auctoritatem ſuis verbis eleuaret. Sed quî eleuat, laudibus euehens? An ingerere hominibus ſuſpicionem ſtudebat, aliquid ſibi eſſe cum Chriſto manſuetudinis, ac familiaritatis. Hoc ſi ſuâ laude obtinuiſſet, magnum aliquid ſe feciſſe putaſſet; cùm malorum teſtimonium, vel leuis neceſſitudinis ſuſpicio, multum bonis auctoritatis ac bonæ opinionis detrahat.

Scio, qui ſis Sanctus Dei. Ieſu præſentiâ tottus dæmon in eius laudem erumpit, & in cruciatu verba emittit, quæ Ieſu laudem tangunt. In hoc dæmone deteriores homines plerique videntur, qui torti, blaſphema euomunt verba, & in cruciatibus Deum non laudant; ſed Dei laudem ſtudeor imminuere.

1452. Laudat diabolus Chriſtum: *ſcio, qui ſis, Sanctus Dei.* Cur ergo increpat illum Chriſtus? Quia malè adulabatur. *Increpauit planè illum Ieſus*, ait Tertulianus, *planè inuidioſum, & male adulantem; quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem dæmonum veniſſet, & non potius ad hominum ſalutem* Non magnæ gloriæ loco ducit Chriſtus, perdere aliquem: habet perditos ſaluare.

Dæmones compeſcit, licèt vera dicentes, ne teſtes naturâ mendaces approbaret. Pulchrè Beatus Laurentius Iuſtinianus: *De Cælo pariter, & de terrâ teſtimonium habuit veritas; quanquam nec illi ab inimicis defuerit. Nonne de obſeſſis corporibus exibant dæmonia clamantia & dicentia: Quid nobis & tibi, Ieſu Fili Dei? Veniſti ante tempus torquere nos. Hos ſolos compeſcuit Saluator. Noluit enim, vt mendax ſpiritus, in quo veritas eſſe non poteſt (quamuis vera diceret) ipſius fieret teſtis.*

SECTIO V.

Adulatio, tanquam maris tempeſtas, cauenda. 1453
Ratione carentis eſt, adulationis fræno duci, aut ducere alios. 1454
Dæmonis verbis minimè credendum. 1457
Sermo facilè probat, qualis quiſque ſit. 1458
Peccatum facilè mentem ſubit: ægrè excutitur. 1459
Grande facinus, in magnis, laudibus humanis nolle efferri. 1461
A bonis operibus torpere, quàm ſit noxium 1462
Ægrè ſanantur, qui in ſacrorum præſulum conſpectu iacent. 1463
Semper noſtram quærit vtilitatem Chriſtus. 1465
Inſtabilitas & vagatio noxia, vitanda. 1465
Iactantia lepra maximè fugienda. 1466.
Maxima humilitatis habenda cura. 1467

Et comminatus eſt ei Ieſus dicens: obmuteſce, & exi de homine.

1453. COmminatus eſt ei. Græcè καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ. *Increpauit illum.* Hoc eodem verbo Matthæus vtitur, cùm Ieſus ventis & mari imperauit, cap. 8. v. 26. *Tunc ſurgens imperauit ventis & mari.* Græcè ἐπετίμησεν. *Increpauit.* Idem verbum adhibetur, & cùm increpat ventos ac mare, & cùm adulantem dæmonem coërcet: vt tacitè indicaret, non minùs cauendam & prohibendam maris tempeſtatem quàm adulationem; & maius nobis periculum à blandâ laude imminere, quàm ab irruentibus ventis & ingenti tempeſtate.

Obmuteſce. Græcè, φιμώθητι. *Tanquam iniecto ori fræno tace.* Nam, φιμὸς, frænum, & capiſtrum dicitur, quod brutorum ori iniicitur: vt vel loquendi modo innueretur, eos, qui adulatione, & verborum blandimentis alios ducunt, tanquam bruta animalia, & ratione carentia, capiſtrum & frænum in pœnam, & in cuſtodiam deferre.

Obmuteſce, & exi de homine. Laudari à dæmone Chriſtus non vult, ne exiſtimaretur commune aliquid habere cum dæmone, ſi laudem ab illo profectam ferret, & veluti probaret. Non gratulatus eſt Ieſus, quia dæmon eum laudibus eueheret; ſed quia exierit ab homine. Salutem noſtram quærit, non ſuas laudes. 1454.

Obmuteſce. Ac ſi diceret, vt ait auctor ſub nomine Chryſoſtomi: *Laus mea ſilentium tuum ſit. Nolo me laudet vox tua, ſed tormenta tua. Pœna tua, laus mea eſt. Non, quia laudas, gratulor; ſed, quia exis, gratulor.* Omnia Deum laudant, etiam dæmonum tormenta; quin tormenta ipſa ſunt eâdem laude laudes maiores, quam adulatorio ore dæmon euomebat.

Docuit nos, ne dæmonibus vnquam crederemus, etiam vera dicentibus. Vera enim nonnunquam dicunt; ſed, vt decipiant, veritate veluti eſcâ ad fraudem iniectâ. 1455.

Obmuteſce. Laudatus à dæmone, dæmonem iubet tacere; ne videretur cum dæmone aliquam habere conſuetudinem. Nam Phariſæi, omnia in peiorem partem rapientes, ſi vidiſſent, Chriſtum dæmonis laudes excipientem, facilè eò lapſi eſſent, vt dicerent amicitiam aliquam cum eo habere; nec illius hoſtem eſſe, vt eſſe videbatur.

Exi de homine. Imperat, vt exeat dæmon, vt 1456.
iuſſu & imperio, ſe illum eſſe, prodat, quem dæmon extulerat; dæmoniſque potius eiectione, quàm dæmonis laude ac prædicatione probans ſe ſanctum Dei eſſe. Qui ſanctus eſt Dei, adulatorias laudes reiicere debet, & laudantem, dæmonis loco habere & tentatoris. Vera illa eſt laus, non quæ à blandiente adulatore naſcitur, ſed quæ in laudati virtutibus radices figit.

Maioris laudis loco ducit Chriſtus, hominem à dæmone liberare; quàm laudibus ab illo efferri. Hinc laudatorem ſuum reiicit; vt, reiiciendos & à nobis laudatores, doceret exemplo: alioquin, qui bibulâ (vt ita dicam) aure laudes excipit, homo ab homine exit, dæmon quidam fit.

Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magnâ exiit ab eo.

DIſcerpens. Græcè σπαράξαν. *Quum dilaniaſſet.* Non euulſis membris, ſed conuulſis, & 1457.
ſolo proſtratis. Permiſit hoc Chriſtus, vt vis malitiaque dæmonis manifeſtaretur; & vt verè probaretur, hunc hominem à dæmone obſeſſum, nec dæmonis verbis, quæ pietatem, ac ſanctitatem quandam præſeferebant, eſſe credendum.

Denique torqueri hunc hominem permiſit, vt, à quanto malo eſſet liberatus, dæmone abeunte, diſceret;

diſceret; & tam ſingularis beneficij memor, ingratus poſtea non eſſet: quod facilius accidiſſet, ſi nihil à dæmone eſſet paſſus mali.

1458. *Et exclamans voce magnâ.* Voce magnâ, eâque abſona horribilique eiulatu edito, victum ſe confeſſus, egreſſus eſt dæmon. Exclamaſſe dicitur: quid dixerit, non explicatur: Cur ita? Quia, cùm iuſſus eſſet tacere, imperio eius paruit, voces nihil ſignificantes edens: nam etiam muti, voces abſonas, & nullius ſenſûs emittere, ſolent. Hoc clamore præmiſſo, ac ſobrio modeſtoque ſermone, quo poſtea hic homo vſus, à dæmone priùs obſeſſum, & poſtea liberatum probabatur. Nihil ſic probat, à dæmone quempiam poſſideri, aut non obſideri, quàm ſermo, quod ſpiritaliter etiam contingit. Qui ſancta è corde puro depromit, ſub dæmonis imperio ſe nolle eſſe demonſtrat: qui noxia & obſcœna, ſub diaboli poteſtate ſe eſſe, indicat.

1459. *Exiit ab eo.* A ſe ſuique naturâ, vel exiiſſe viſus eſt dæmon hominem deſerens, quem cruciabat.

Et exclamans voce magnâ. Hic dæmonis mos vt magno ſilentio hominem ſubeat; ab eo verò abeat cum clamore. Peccatum quoque, cum quo dæmon intrat, placidè abſque vllo ſtrepitu obrepit: cùm excutiendum peccatum eſt, tunc demum dæmonis carniſque clamores exaudiuntur; difficultates omnes, & omnia impedimenta nobis ob oculos obiiciuntur, quæ clamorem quodammodo à nobis extorqueant.

Et mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe dicentes: Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat & obediunt ei?

1460. Viſo tam ingenti miraculo, omnes, qui aderant, obſtupuerunt; & præ admiratione quodammodo expauerunt. *Mirati ſunt.* Græcè, ἐθαμβήθησαν. *Expauerunt, obſtupefacti ſunt.* Θάμβος vt aliis notatum, non qualencunque, ſed religioſum metum ſignificat, cum admiratione & ſtupore coniunctum, qualem concipiunt homines, viſis Dei miraculis & ſignis. Impij terrentur, & liuore corripiuntur ac inuidiâ: boni, Dei mirabilibus viſis, ita mirantur, vt admirationem reuerentia & religioſus metus comitetur.

Spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Parent Deo ſpiritus immundi: immundiores homines dicendi, ſi Domino non pareant.

Et protinus egredientes de ſynagogâ, venerunt in domum Simonis & Andreæ.

1461. EDito miraculo ſtatim ſe ſubducit Chriſtus: in domum Simonis & Andreæ ſe cum diſcipulis recipit. Noluit illis plauſibus adeſſe, ne aura populari ferri videretur; vt nobis iſto exemplo eandem mentem inhalaret.

Exierat ab homine dæmon: exit Chriſtus à ſynagogâ. Egredi à ſe non potuit. Egreditur ille, qui, poſt magnum aliquod facinus, ſe ſupra ſe effert, vt in ſe eſſe non videatur. Diceres miraculum miraculo addidiſſe, cùm auram popularem fugit, hominum vitat laudes. Non fuerit in Chriſto miraculum, cui tam familiaris humilitas; eſſe in nobis videtur: certè grandi quolibet facinore facinus videtur grandius laudibus humanis nolle efferri; & tunc præcipuè laudes vitare, cùm laude dignior eſt quis effectus.

Accedens eleuauit eam apprehensâ manu. Solam tenet infirmæ manum: cur non frontem, 1462.
non linguam tangit, aut certè pulsùs rationem explorat? Alij medici id præſtent? cæleſtis medicus nudam manum tenet, vt ab operum neglectu infirmitatem eſſe colligeremus. *Non tangit frontem,* inquit ſanctus Chryſoſtomus, *non tangit aliam partem corporis, ſed manum tangit. Propterea enim febricitabat, quia bona opera non habebat.* Nimirum ad morbi radicem medicam manum admouet vt ſciremus à bonorum operum ceſſatione grandia mala erumpere.

Et accedens eleuauit eam apprehensâ manu eius. 1463.
Leproſos curaturum non legimus acceſſiſſe ad illos Chriſtum; ſed illos ad iſtum: idem & in cœcum, aliiſque aliis morbis laborantibus factum; Hîc accedit, & manum iacentis tangit; cur iſtuc factum? *Quia vetula eſt, eaque mulier quondam, nuptiis indulgens, quæ febricitat:* ait pius ille auctor. Ei, qui in morbo iam occaluit, efficacior medicina eſt neceſſaria; & quæ difficilius ſanari poſſunt, maiorem medici diligentiam exquirunt ſcilicet: *Ægrè ab ægritudine liberatur, qui diu morbo laborauit,* diu in peccatis vixit; vt in vitæ extremum pœnitentiam reiecerit.

Prætereà tanta à medico præſtantur, vt mulier iſta ſanetur, quæ in domo Petri iacebat; vt hinc colligeremus, non ſine magnâ difficultate ad meliora eos reuocari, qui in Petri domo, in ſacrorum præſulum conſpectu iacent; &, vbi peccatorum remedia abundant, in morbis & in culpis, remediorum neglectu, morantur.

Et miniſtrabat eis. Morbus, vt ita dicam, fit medicina, cùm à morbo alacriores in Dei obſequium ſurgimus. Iuit in exemplum hæc mulier, quæ, à morbo liberata, ſtatim Chriſto miniſtrat.

Et diluculo valdè ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum, ibique orabat.

POſtquàm Dominus infirmos curauit, dæmonia eiecit; ab hominum conſpectu ſe ſubduxit, 1464.
deſertum locum petiit. In quo nos docuit, ne aliquid, vt appareamus & laudemur, à nobis fiat.

Ibique orabat. Poſt patrata miracula orat, non quòd ipſe indigeret, ſed quia nos indigeremus. Tacitè oſtendit, quòd Deo debet attribui, ſi magnum aliquid à nobis exeat: & quòd magis Diuino auxilio indigemus, cùm magna præſtiterimus; periculum quippè eſt ne inanis gloriæ amor, & iactantia nos inuadat; vt tunc maximè oratione munire nos, debeamus.

Egreſſus abijt in deſertum. In deſertum ſe confert, & eos deſerit, qui eum ſequebantur. Non 1465.
caſu id factum, ſed in omnium vtilitatem. Itane etiam Chriſti abitio vtilis eſt, vtilis diſceſſus? Eſt: ſeceſſit enim, *Quò abſens eorum deſiderium acueret, qui eum ſequebantur.* Nimirum, nec tunc nos Chriſtus deſerit, cum videtur deſerere: conſulit noſtro profectui: ardere nos eius amore & deſiderio vult, dum ſe parumper ſubducit.

Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

A*D hoc enim veni* Dixerat: *Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem.* Ne leuitaris videri poſſet aut inſtabilitatis, quòd vagari Dominus voluerit, & plura luſtrare loca. Adiecit: *Ad hoc enim veni.* Vt ſcilicet non vni ciuitati prædicem, ſed omnibus: Tam grauem nimia euagatio inurere notam poteſt: adeò noxium hoc vitium in Dei ſeruo eſt, vt Chriſtus, ne eius exemplo temerè euagandi occaſionem quis arriperet, cauſam afferre voluerit, cur ad varias ciuitates ſe conferret. O iſtud eorum animis inſideret, qui ſe nimis ad externos effundunt, & nimio euagandi tenentur deſiderio!

Et erat prædicans in ſynagogâ eorum, & dæmonia eiiciens.

1466. ET prædicabat, & fugabat dæmonia: vt, qui doctrinæ non crederet, crederet miraculis: Doctor quilibet poſt prædicationem operetur, vt in ipſo vacuus ſuus ſermo non ſit: alioquin non eiiciet dæmonem; ſed prauæ vitæ moribus aduocabit, licèt proba doctrina ſit.

Et comminatus eſt ei ſtatímque eiecit illum.

S*Tatímque eiecit illum.* Vix leproſum tetigerat atque ſanauerat, cùm abire eum iuſſit. Contrarium, ſi rem ad humanam lancem expendamus, agendum erat: leproſus potiùs eiiciendus erat; & lex eius tactum interdicebat, & conſuetudinem: non à leprâ mundatus. Hic verò leproſus excipitur, à lepra mundatus reiicitur: Pellit à leprâ mundatum, ne videretur ab eo honorem, aut aliud ab eo expetere, ſi vel iuberet, vel ſineret ſequi. Nimirum, docere nobis voluit, *Iactantia potiùs lepram vitandam nobis eſſe, quæ animam afficit; quàm, quæ nudum corpus.* Nocentior illa præ iſtâ eſt.

Et dicit ei: vide, nemini dixeris.

V*Ide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te principi ſacerdotum.* A leprâ mundato duo Chriſtus iniungit: *primum*, vt ſileat, & ſalutis authorem nemini prodat: ſecundum, vt ſe principi ſacerdotum ſiſtat; illud præmittit, poſtponit iſtuc: *Quòd maior ſua humilitatis cura ei eſſet, quàm reliquorum.* Prima humilitatis cura nobis eſſe debet, quæ in virtutibus eſt præcipua, & cæterarum radix, ac mater. 1467.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. MARCI.

Verſ. 1.

ET iterùm intrauit Capharnaum poſt dies.

Intrauit. *Syr. Ingreſſus eſt. Arab. Venit.*
Poſt d. *Syr. Ad dies. Euth. Poſt dies aliquot. Ar. M. Per dies. Pagn. Per dies aliquos.*

Verſ. 2.

Et auditum eſt, quod in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum.

Auditum e. *Syr. Quum audiſſent. Arab. Audierunt famam eius homines.*
Et. *Syr.* omittit. *Vat. Et Protinus. Ang. Et confeſtim. Mald. Et ſtatim.*
Conuenerunt. *Syr. Congregati ſunt. Arab. Conuenerũt ad eum. Ar. M. Coacti ſunt.*
Multi. *Syr. Quamplurimi.*
Ita. *Euth. Adeò.*
Non caperet. *Syr. Non poſſet eos comprehendere. Theoph. Non caperent eos. Vat. Iam non eſſent capiendis. Ar. M. Vt non amplius caperet.*
Neque a. i. *Syr. Ne veſtibulum quidem ianua. Arab. Locus ad ianuam. Euth. Nec illa loca, quæ circa ianuam. Theoph. Nec illa loca quæ erant circa ianuam.*
Loquebatur. *Euth. Locutus eſt.*
Eis. *Syr. Cum eis.*
Verbum. *Theoph. Sermonem.*

Verſ. 3.

Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

Venerunt a. e. *Arab.* omittit. *Caiet. Veniunt ad eum.*
Ferentes. *Syr. Et obtulerunt ei.*
Paralyticum. *Arab. Paralyticum quendam.*
Qui à quatuor. *Syr. Vt per quatuor. Arab. Quem quatuor homines.*
Portabatur. *Syr. Baiularetur. Arab. Portabant. Ar. M. Sublatum.*

Verſ. 4.

Et cùm non poſſent offerre eum illi

Cùm non poſſent. *Arab. Non potuerunt. Ar. M. Non valentes.*
Offerre eum. *Syr. Accedere. Pagn. Appropinquare.*

ptæ

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat.

Illi. *Syr. Ad eum. Ar. M. Ei.*
Nudauerunt tectum. *Syr. Conſcenderunt tectum, ac deiecerunt tabulatum loci. Arab. Perforauerunt tectum domus. Theoph. Nudauerunt tectum ædium. Auct. Detexerunt tectum.*
Patefacientes. *Syr.* omittit. *Vat. Perfoſſo tecto. Ar. M. Perfodientes. Caiet. Fodientes.*
Submiſerunt. *Syr. Demiſerunt. Euth. Demittunt Theoph. Demittunt funibus. Caiet. Submittunt.*
Iacebat. *Arab. Erat. Vat. Decumbebat.*

Verſ. 5.

Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait Paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

Cùm vidiſſet. *Euth. Intuitus. Ar. M. Videns.*
Illorum. *Euth. Ipſorum.*
Ait. p. *Syr. Dixit paralytico illi.*
Fili. *Syr. Fili mi.*
Dimittuntur. *Syr. Remittuntur. Arab. Dimiſſa ſunt. Euth. Remiſſa ſunt. Caiet. Dimittantur. Al. Remittantur.*

Verſ. 6.

Erant autem illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis.

Autem. *Arab. Et.*
De ſcribis. *Syr. Ex ſcribis, & Phariſæis. Euth. Scribarum.*
Sedentes. *Syr. Qui ſedebant.*
Cogitaotes. *Syr. Cogitabant. Arab. Dixerunt. Ar. M. Ratiocinantes.*

Verſ. 7.

Quid hic ſic loquitur? blaſphemat: Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

Quid hic. *Syr. Quid iſte. Arab. Quis eſt iſte. Ar. M. Quid hic.*
Blaſphemat. *Syr. Blaſphemiam. Pagn. Blaſphemias.*
Dimittere. *Syr. Remittere.*
Solus. *Fr. Luc. Vnus.*

Verſ. 8.

Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris?

Quo ſt. c. *Syr. Cognouit autem. Arab. Sciuit autem. Euth. Et vbi cognouiſſet. Theoph. Et protinus vbi cognouit. Ar. M. Et ſtatim agnoſcens.*
Quia ſ. c. *Syr. Quod talia cogitarent. Arab. Cogitationes. Ar. M. Quia ſic ratiocinantur.*
Intra ſe. *Syr. Apud ſe. Arab. Eorum. Euth. Intra ſemet ipſos. Vat. Apud ſeſe. Ar. M. In ſe ipſis.*
Dicit. *Syr. Dixit.*
Quid. *Euth. Vt quid.*
Cogitatis. *Ar. M. Ratiocinamini.*
Cordibus veſtris. *Syr. Corde veſtro.*

Verſ. 9.

Quid eſt facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

Quid. *Syr. Vtrum.*
Dimittuutur. *Syr. Remittuntur. Arab. Dimiſſa ſunt. Vat. Remittuntur.*
Peccata. *Syr. Peccata tua.*
Tolle. *Arab. Et tolle.*
Ambula. *Ar. M. Deambula.*

Verſ. 10.

Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico.)

Sciatis. *Syr. Cognoſcatis. Arab. Appareat.*
Quia Filius. *Arab. Quia Filio. Vat. Filium.*
Habet poteſtatem. *Syr. Potens eſt. Arab. Eſt poteſtas. Vat. Habere poteſtatem. A. M. Auctoritatem habet.*
In terrâ. *Arab. Super terram.*
Dimittendi. *Syr. Remittere. Euth. Remittendi.*
Ait. *Syr. Dixit. Arab. Tunc dixit.*

Verſ. 11.

Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

Tolle. *Teoph. Ac tolle.*
Vade. *Pagn. Abi.*

Verſ. 12.

Et ſtatim ſurrexit ille: &, ſublato gra-

Statim. *Syr. Eo ipſo momento. Arab. Illico. Euth. Confeſtim.*
Ille. *Syr.* & alij plures omittunt.
Et ſublato grabato. *Syr. Tuliq; grabatum ſuum. Arab. Suſtulit grabatum ſuum. Ar. M. Et*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

bato, abiit coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia nunquam ſic vidimus.

tollens grabatum.
Abiit. *Syr. Et exiit. Eut. Exiuit. Pagn. Egreſſus eſt.*
Ita vt. *Arab.* omittit. *Vat. Adeò vt.*
Mirarentur. *Arab. Et obſtupuerunt. Teoph. Stupeſcerent. Ar. M. Obſtupeſcere. Caiet. Stuperent. F. Luc. Percellerentur, Obſtupeſcerent.*
Honorificarent. *Syr. Glorificarent. Arab. Glorificauerunt. A. M. Glorificare.*
Sic vidimus. *Syr. Vidimus quicquam tale. Arab. Vidimus ſimilem huic.*

Verſ. 13.

Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Et. *Arab. Deinde.*
Egreſſus eſt. *Syr. Exiit.*
Ad mare. *Arab. Ad littus maris. Ar. M. Secus mare.*
Omnis. *Syr. Omnes. Arab. Magna.*
Turba. *Syr. Turba.*
Veniebat. *Syr. Veniebant. Arab. Congregata eſt.*
Docebat. *Arab. Docuit.*

Verſ. 14.

Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi ſedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.

Cùm præteriret. *Syr. Cùm prætergrederetur. Euth. præteriens. Theoph. Cùm præteriret Ieſus. Ar. M. Prætergrediens. Fr. Luc. Cùm tranſiret.*
Alphæi. *Arab. Filium Alphæi.*
Ad telonium. *Syr. In domo publicanorum.*
Sequere me. *Syr. Veni poſt me.*
Surgens. *Arab. Surrexit. Euth. Cùm ſurrexiſſet.*
Secutus eſt. *Syr. Abiit poſt eum.*

Verſ. 15.

Et factum eſt, cùm accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius: erant enim multi, qui & ſequebantur eum.

Factum eſt. *Arab.* omittit. *Vat. Euenit.*
Cùm. *Arab. Dum.*
Accumberet. *Syr. Diſcumberet. Arab. Accumberet ipſe. Ar. M. In accumbere ipſum.*
Multi. *Syr. Vt multi. Euth. Multi quoque. Theoph. Multi etiam.*
Diſcumbebant. *Syr. Diſcumberent. Arab. Eſſent.*
Diſcipulis e. *Arab. Diſcipuli eius, & ſedit cum illis.*
Enim. *Arab. Et.*
Multi. *Syr. Quàm plurimi. Euth. Multi. Quoque. Vat. Multi etiam.*
Sequebantur. *Syr. Venerant. Euth. Secuti fuerant. Caiet. Secuti ſunt.*
Eum. *Syr. Poſt eum.*

Verſ. 16.

Et Scribæ, & Phariſæi videntes quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant diſcipulis ſuis: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magiſter veſter?

Et. *Syr. Verò. Arab. Autem.*
Videntes. *Syr. Quum viderent. Arab. Cùm vidiſſent.*
Quia manducaret. *Syr. Eum manducantem. Euth. Edentem. Theoph. Eum capientem cibum. Ar. M. Eum edentem.*
Cum publicanis. *Ar. Cum telonariis.*
Dicebant. *Syr. Dixerunt.*
Quare. *Syr. Quid eſt quòd. Euth. Quidnam eſt quòd. Ar. M. Quid quod.*
Manducat, &c. *Vat. Edit, &c.*
Magiſter veſter. *Syr.* Et plures alij omittunt.

Verſ. 17.

Hoc audito Ieſus ait illis: Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui malè habent: non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

Hoc audito. *Syr. Quod quum audiſſet. Arab. Audiuit autem hoc.*
Non. n. h. *Syr. Non indigent. Auth. Non opus habent. Ar. M. Non vſum habent.*
Sani. *Pag. Qui valent. Ar. M. Valentia.*
Medico. *Syr. Medicis.*
Vocare. *Vat. Ad vocandum.*
Peccatores. *Ar. M. Peccatores ad pœnitentiam.*

Verſ. 18.

Et erant diſcipuli Ioannis, & Phariſæi

Et. *Syr. Verò.*

Ieiunantes:

Vulgata Editio.

ieiunantes:& veniunt, & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis, & Phariſæorum ieiunant? tui autem diſcipuli non ieiunant.

Lectionum Varietas.

Erant ieiunantes. *Syr. Ieiunabant. Arab. Qui ieiunabant.*

Phariſæi. *Ar. M. Illi Phariſaorum. Caiet. Phariſaorum.*

Et veniunt. *Syr. Veneruntque.*

Dicunt. *Arab. Dixerunt.*

Tui autem. *Syr. Tui verò. Arab. Et tui. Ar. M. At tibi.*

Verſ. 19.

Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quamdiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

Numquid. *Syr. Non. Theoph. Num.*

Nuptiarum. *Syr. Thalami. Euth. Sponſi. Theoph. Thalami nuptialis.*

Quandiù. *Arab.* omittit. *Theoph. Dum. Vat. In quo.*

Quanto tempore. *Syr.* omittit hæc & ſequentia: dicit tantùm, *minimè. Arab. Quo tempore. Theoph. Quandiu. Ar. M. Quantum tempus.*

Habent. *Arab. Eſt.*

Secum. *Arab. Cum eis. Ar. M. Cum ſe ipſis.*

Verſ. 20.

Venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Venient autem. *Arab. Sed venient.*

Cùm. *Euth. Dum.*

Ab eis. *Arab.* omittit.

Et. *Arab.* omittit.

Illis diebus. *Syr. Illo die. Arab. Illa die.*

Verſ. 21.

Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum nouum à veteri, & maior ſciſſura fit.

Nemo Arab. *Et quemadmodum non homo. Theoph. Et nemo.*

Aſſumentum p.v. *Syr. Immittit panniculum nouum. Arab. Cum aſſumento nouo. Euth. Commiſſuram veſtimenti rudis. Ar. M. Additamentum panni impoliti.*

Aſſuit. *Syr. Et aſſuit.*

Veſtimento veteri. *Arab. Veſtimentum vetus. Ar. M. In veſtimento veteri*

Alioquin aufert. *Syr. Ne detrahat. Arab. Alioquin extendit. S. Greg. Nyſſ. Tollit enim. Ar. M. Si verò non aufert.*

Supplementum. *Syr. Supplementum illud. Arab.* omittit. *S. Greg. Nyſſ. Plenitudinem. Euth. Supplementum eius. Ar. M. Supplementum ipſius.*

Nouum. *Syr. Recens. S. Greg. Nyſſ. Nouam.*

A veteri. *Syr. Ex veteri. Arab. Vetus. Ar. M. Veteris.*

Maior. *Arab.* omittit. *S. Greg. Nyſſ. Peior. Caiet. Deterior.*

Verſ. 22.

Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

Et nemo. *Arab. Et non. Euth. Et nullus præterea.*

Mittit. *Syr. Iniicit. Arab. Immittit.*

Alioquin. *Syr. Ne. Ar. M. Si verò non.*

Dirumpet. *Syr. Dirumpat. Arab. Rumpit. Ar. M. Dirumpit.*

Vinum. *Arab.* omittit.

Vtres. *Syr. Vtres, & vtres pereant.*

Et vinum. *Syr. Ac muſtum. Theoph. Et vinum muſtum. Vat. Et vinum nouum.*

Effundetur. *Syr. Effundatur. Ar. M. Effunditur.*

Peribunt. *Euth. Pereunt.*

Nouos. *Syr. Recentes.*

Mitti debet. *Syr. Iniiciunt. Arab. Immittit. Ar. M. Iniiciendum Vat. Mittendum eſt*

Verſ. 23.

Et factum eſt iterum cùm Dominus ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli

Factum e. i. *Arab. Fuit Theoph. Accidit.*

Cùm ambularet. *Syr. Quum iter faceret. Arab.* omittit. *Vat. Vt tranſiret. Ar. M. Præteruadere.*

Dominus. *Syr. Ieſus. Arab.* omittit. *Ar. M. Eum.*

Sabbatis. *Syr. Sabbato. Arab. Dies ſabbati. Ar. M. In ſabbatis.*

Vulgata Editio.

eius cœperunt progredi, & vellere ſpicas.

Lectionum Varietas.

Per ſata. *Arab.* omittit, hîc. *Euth. Per ſegetes.*
Cœperunt progredi. *Syr. Vt inter ambulandum. Arab. Ambulabant per ſata. Theoph. Cœperunt inter viam. Ar. M. Cœperunt iter facere. Vat. Cœperunt inter eundum. Pagn. Cœperunt iter faciendo. Caiet. Cœperunt iter agere.*
Et vellere. *Syr. Vellerent. Arab. Mundare, & comedere. Theoph. Vellere. Fr. Luc. Vellentes.*

Verſ. 24.

Phariſæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt ſabbatis quod non licet?

Autem. *Syr. Et.*
Dicebant. *Syr. Dicunt. Arab. Dixerunt.*
Ei. *Arab.* ommittit.
Ecce. *Syr. Vide.*
Quid. *Euth. Cur.*
Sabbatis. *Syr. Sabbato. Arab. In die Sabbati. Ar. M. In Sabbato.*

Verſ. 25.

Et ait illis: Nunquam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant?

Et. a. i. *Syr. Ait illis Ieſus Ar. M. Et ipſe ait illis.*
Neceſſitatem habuit. *Arab. Neceſſe habuit. Euth. In neceſſitate fuit. Theoph. Opus haberet. Ar. M. Vſum habuit. Vat. Egeret.*
Eſuriit. *Syr. Fameſceret. Theoph. Eſuriret.*

Verſ. 26.

Quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare, niſi ſacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant?

Introiuit. *Syr. Ingreſſus ſit. Euth. Ingreſſus eſt.*
Principe ſ. *Syr. Summus Sacerdos. Arab. Magnus ſacerdotum. Euth. Summo ſacerdote.*
Panes propt. *Syr. Panem menſa Domini.*
Manducauit. *Syr. Comederit. Euth. Comedit.*
Quos. *Syr. Quem. Arab. Cuius.*
Non licebat. *Syr. Non licet.*
Manducare. *Arab. Comeſtio. Theop. Edere.*
Sacerdotibus. *Goth. Solis ſacerdotibus.*
Dedit. *Syr. Dederit.*
Eis. *Syr. Iis etiam. Caiet. Eis etiam.*
Erant. *Ar. M. Exiſtentibus.*

Verſ. 27.

Et dicebat eis: ſabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum.

Et dicebat. *Syr. Et ſubdit. Arab. Deinde dixit. Fr. Luc. Et dixit.*
Factum eſt. *Syr. Creatum eſt.*
Et. *Theoph.* omittit.
Homo. *Arab. Homo creatus eſt.*

Verſ. 28.

Itaque dominus eſt Filius hominis, etiam ſabbati.

Itaque. *Syr. Ergo. Arab. Et.*
Etiam Sabbati. *Syr. Et ſabbati quoque.*

CAPVT II.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Populorum paſtores faſtum & inanem gloriam vitent. 1468
Quò frequentiùs nos ſubit Chriſtus eò pleniùs Chriſti ſumus. 1468
Verba, quæ ſalutem non ſpectant, vix verba dici poſſunt. 1469
Abundant ferè morbis loca, quæ diuitiis. 1470
Beneficentiæ & benignitatis theſaurus quàm eximius. 1471
Aliorum preces humiliter quærenda. 1471
Inuidiæ flammas facilè excitat eruditio. 1472
A faſtus & arrogantiæ ſigno, Chriſti exemplo abeſſe debemus. 1473
Diues Dei beneficentia, humana vota ſuperat. 1473
Perfectè Deo ſeruiendum, non ſemiplenè. 1474
Qui Deum laudat, totus in ipſum ferri debet. 1475

Et iterum intrauit Capharnaum poſt dies: & auditum eſt, quòd in domo eſſet.

NIMIRVM, priùs in domo erat, quàm ſciretur, quòd in vrbem veniſſet. Clam igitur 1468.
& ſine ſtrepitu vrbem ingreſſus eſt, docendi, & benefaciendi ſtudio; non ambitionis aut auræ popularis cupiditate ductus. Damnat hoc Chriſti exemplum, illorum faſtum, qui, vrbem aliquam ingreſſuri, nuncios præmittunt, & cum pompâ magnoque comitatu excipi volunt; ſuæ gloriæ tantùm amore tacti non dignitatis, alienæ ſalutis curâ ferè neglectâ; & populorum paſtores dici huiuſmodi volunt? Velint: non ſunt.

Quod in domo eſſet. Non explicatur cuius eſſet illa domus. *Hac eſt*, inquit pius ille author, *quæ præcedenti capite dicitur Petri, hîc autem nullius:*

nam

nam domus ſiue animus, ad quem venit Chriſtus, eius eſt, non alterius. Nimitum, quò frequentiùs mentem noſtram ſubit Chriſtus, eò minùs noſtra eſt: tota eſt ſubeuntis, tota intrantis euadit.

Et conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum.

1469. E*T conuenerunt.* Græcè additur, *εὐθέως. Statim*, vt populi ſtudiom ac diligentia ſignificetur: vbi enim nouerunt domi eſſe Chriſtum, nullâ interiectâ morâ, eum adeunt, vt vitæ verba à Verbo auditent. Explicari non poteſt, quàm vtilis auiditas iſta Diuini verbi excipiendi ſit, quámque Chriſto placeat.

Et loquebatur eis verbum. Quod verbum? Verbum Euangelij, verbum ſalutis: ac ſi aliud, quod ſalutem non continet, ad ſalutem non informat, verbum dici vix mereatur. Græcè ſignificantiùs additur articulus, *τὸν λόγον. Verbum illud.* Singulare ſcilicet, & omnibus ad ſalutem.

Et venerunt ad eum ferentes paralyticum qui à quatuor portabatur.

1470. E*T venerunt.* Græcè, *καὶ ἔρχονται. Et veniunt.* Deferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. Rectè quatuor portitores habet, vt, qui iacet, cadaueri ſit perſimilis; mortique adeò propinquum ſe putet, vt defuncti figuram exprimat, dum portatur.

Ferentes paralyticum. Cùm eſſet in oppidis Galilææ, plures morbo affectos ad Chriſtum allaros legimus. Hoc terræ fertilis priuilegium eſt, vt rerum copiâ gignat plures morbos. Pulchrè ille: *Tametſi audire verbum appeterent, plures tamen curari ab infirmitatibus, quæ in regione pinguiſſimâ, qualis erat Galilæa, ſolent abundare.* Abundant morbis loca, quæ opibus abundant; quia ſe intra temperantiæ leges nequeunt homines cohibere, vbi rerum ſuppetit abundantia.

Et, cùm non poſſent offerre eum illi.

1471. A*Ppropinquare* Chriſto volebãt; ſed præ multitudine non poterant, nec offerre Chriſto paralyticum. *Offerre eum illi.* Interpres legiſſe videtur *προσενέγκαι*. Vt quidam Græci codices habent. *Offerre in conſpectum ipſius.* Matthæus, vt magorum oblationem explicaret, hoc eodem vſus eſt verbo, quo Marcus in paralytici oblatione vtitur: ac ſi non minùs gratum Chriſto fuerit iſtius paralytici munus & veluti ſacrificium; quàm aurum, thus, & myrrha, quæ dona, in eius maieſtatis ſignum, magi obtulerunt. Nobilis theſauri loco Chriſto eſt, beneficentiæ ac benignitatis ſuæ theſaurum in ægrotos deriuare.

Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem illorum.

C*Um autem vidiſſet fidem illorum.* Aliorum fidem vidit, vt alij prouideret. *Magna Dei gratia*, inquit hîc Caietanus, *etiam alienis meritis hominis miſereri & quò ad animum & quò ad corpus; vt hinc diſcamus, tum magnipendere aliorum ſuffragia pro nobis ad Deum; tum confidenter orare pro aliis.* Alioquin ipſius veritatis ſuffragiis contemnendus eſt, qui aliorum ſuffragia ſuperbus contemnit.

Erant autem illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis. Quid hic ſic loquitur? blaſphemat.

P*Aralytici peccata Chriſtus dimiſerat, & ſtatim* 1472.
quidam de ſcribis factum calumniantur, cùm laudibus illud extollere, Chriſtique clementiam euehere deberent. Qui calumniantur, ſcribæ ſunt, qui aliorum doctores habebantur. Nimirum nihil ſic homines inflat, nihil adeò inuidiæ flammas excitat quàm eruditio & ſcientia; niſi modeſtiá temperetur, & humilitate quodammodo animetur.

Quidam de ſcribis ſedentes. Coram Chriſto ſtare dedignabantur: ſedere volebant, cùm cæteri etiam incommodè ſtarent. Nihil humile ab illis, qui ſcientiam & eruditionem ſuperbè ſibi arrogarit, expectes. Vel ipsâ ſeſſione à cæteris internoſci volebant: nec loco & ſitu cæteris ex plebe commiſceri.

Cogitantes. Græcè, *διαλογιζόμενοι. Ratiocinantes.* *διαλογίζεσθαι*, eſt ſecum, vel cum alio rationes ſubducere, tanquam ſi duplicem perſonam quis, ita ſecum rem in vtranque partem verſans, ſuſtineret.

Vt autem ſciatis, quia Filius hominis habet poteſtatem in terrâ dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico: ſurge, & tolle grabatum tuum.

D*E ſe, tanquam de alio, loquitur: poterat ita* 1473.
loqui: *Vt autem ſciatis, quia ego habeo poteſtatem in terrâ dimittendi peccata.* Abſtinuit ab hoc loquendi modo, ne vel minimum arrogantiæ ſignum inuidi calumniatores ex Chriſti verbis exculperent.

Tolle grabatum. Non ſanitatem tantùm reſtituit; ſed auxit quoque vires, vt grabatum hic ferret ſanus redditus, quem vix ferre potuiſſet aut certè non adeò expeditè, antequam morbo corriperetur. *Nam* (vt bonus ille author aſſerebat) *quæ per miraculum membra ſanabantur à Chriſto, ſiue oculi, ſiue pedes, ſiue totum corpus, multò meliùs ſe habebant, quàm priùs.* Diues Dei beneficentia eſt: humana vota non exæquat tantùm, ſed & ſuperat; & plura non ſemel concedit, quàm poſtuletur.

Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato, abiit coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & glorificarent Deum.

G*Rabatum ſanus geſtat, in quo morbo corre-* 1474.
ptus ante, iacebat; vt hac geſtatione ſe plenè, perfectæque ſanitati reſtitutum probaret. Nimirum, quod infirmitatis teſtimonium erat, fit ſanitatis probatio. Vix, ac, ne vix quidem, aliquem non perfectè ſanatum à Chriſto reperiemus. Si ſanitatem tribuit, tribuit plenam atque perfectam; vt nos quoque ſic ei reſpondeamus, plenum perfectumque ei obſequium præſtemus; non ſemiplenè imperfectéque: quod agunt, qui tepidè & negligenter ei ſeruiunt.

Abiit coram omnibus. Datus eſt exeunti locus, qui negatus aduenienti: iacenti negatus aditus, qui ſanato patuit. Vtrunque expediebat: vt venienti aditus præcluderetur, quò fidei magnitudo omnibus proderetur: & pateret abeunti, quò miraculi ſpectaculum omnium oculis ſubiiceretur;

cetetur; ſicque omnes ſtupote correpti, Deum glorificarent.

1475. Sed in hac te illud indicatur: ægrotos miſeróſque homines facilè contemni, vt nec locus aduenientibus detur; felicibus, & in domini gratiam ineuntibus, obſequium omnes exhibere. Sic ferè accidit: & in principum virorum aulis id quotidiè fit.

Ita vt mirarentur. Græcè, ὥστε ἐξίστασθαι. *Ita vt percellerentur, & præ admiratione extra ſe fierent.* Verbum, ἐξίσταμαι ingentem admirationem ſignificat, vt homo præ admiratione apud ſe non ſit. Sequitur; *Et honorificarent Deum.* Apud ſe non ſit: in Deum totus rapiatur, qui Deum glorificat, laudibúſque euehit.

SECTIO II.

Inuidus, laudati præſentiâ torquetur. 1476
Christi negotiatio in animarum lucris ſit. 1476
Gloria fugientem ſequitur, ſequentem fugit. 1477
Peccatoris conuerſio minimè differenda. 1478
Perfectæ renunciationis exemplum in Matthæo. 1478
Qui terrenorum amore tenetur, ægrè conuerti ad Deum poteſt. 1479
Inuidi & maledici omnia in peiorem partem rapiunt. 1481
Vbi diſſidia & diſcordia, ibi ſanctitatis opinio coaleſcere nequit. 1481
A culpâ ieiunus ſit, qui ieiunat. 1482
Christi præſentia quàm vtilis. 1482
Ieiunium mentem in Deo transferre debet. 1483.
Christi in ſuos amor. 1483.
Ieiunij lux diem facit. 1483

Et egreſſus eſt rurſus ad mare, omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

1476. SCribas inuidiâ liuoreque correptos deſerit, ne ſui præſentiâ magis irritarentur. Inuidus ægrè eius, qui laudibus euehitur, præſentiam fert, eâque magis torquetur; quàm plagis ac cruciatibus.

Egreſſus eſt ad mare. Negotiationis causâ illic circa mare magna hominum multitudo verſabatur ibi & ſuam negotiationem Chriſtus exercet, animarum ſcilicet lucra quærens.

1477. Ad mare abit, edito miraculô: vt turbas, turbarumque plauſus fugeret: ſed turba iterum concurrit vt ſciremus, quòd gloria fugientem ſequitur, fugit, qui eam ſequitur. *Omniſque turba veniebat ad eum.* Sequuntur turbæ Chriſtum, qui, vt iactantiam vitaret, vitabat turbas.

Et cùm præteriret vidit Leui Alphæi ſedentem ad telonium, & ait illi: ſequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum.

1478. CVm ad mare Chriſtus pergeret Matthæum vidit & vocauit: cur iſtuc non diſtulit, donec ad mare docuiſſet turbas? Non diſtulit, quia peccatoris conuerſio differenda non eſt, cùm opportunitas adeſt.

Ad telonium. Solebant telonia mari eſſe vicina, ne quis prætermauigaret, qui portorium non ſolueret. Matthæus telonium ad littus maris habuit, domum in ciuitate, in quâ, inſtructo conuiuio, Ieſum excepit, & Ieſu ſe addixit.

Surgens ſecutus eſt eum. Non tardat, non cunctatur. Non modò lucra reliquit: ſed & pericula, quæ illi, totique familiæ à ciuitatis magiſtratibus imminebant, contempſit; quòd receptorum à ſe vectigalium rationes diſcedens non conficeret. Perfectæ renunciationis exemplar habes: ſequere.

Et factum eſt, cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores ſimul accumbebant cum Ieſu.

QVi aliena rapiebat, nunc propria largitur: conuiuium Chriſto inſtruit, ſimul & amicis 1479.
vale dicit. Abraham in die ablactationis Iſaac conuiuium feciſſe, legitur. Matthæus quoque terrena tanquam puerilia relinquens conuiuium fecit. Infantiam ſuam prodit, qui perituris lucris inhiat, æternorum oblitus.

Multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebant. Multi accurrerant; quia multa poſſidebat Matthæus; *& fortaſſe hi aliquid ex bonis Matthæi ſperabant:* vt non mirum, ſi plures aduolarint, & nullus legatur Matthæi ſequutus exemplum. Nimirum: *Qui rerum terrenarum, amore tenetur, vix bonorum exemplo conuerti ad bonum, poteſt.*

Et ſcribæ & Phariſæi videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter?

SCribæ & Phariſæi, Chriſti factum calumnian- 1480.
tur. Plerunque qui doctiores ſanctioreſque habentur, proniores ad euomendas calumnias ſunt. Turbæ, fuci & inuidiæ expertes, non facilè quæ Chriſtus agit, damnant: damnant ſcribæ & Phariſæi.

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter? Græcè & Syriacè, τὸ *magiſter veſter* omittitur, quaſi præ contemptu nominare dedignarentur.

Manducat & bibit. Sanctus Matthæus omittit illud, *& bibit:* ſed, conuiuio exceptus, manducans, etiam bibit.

Chriſtum cum peccatoribus & publicanis man- 1481.
ducare, calumniabantur Scribæ & Phariſæi: non laudant, quòd publicanos in Apoſtolos conuerteret, peccatores ſuæ innocentiæ reſtitueret. Inuidi & maledici omnia in peiorem partem rapiunt bonorumque bona opera, quia commendare nolunt videre; aut videre diſſimulant, licèt videant.

Et erant diſcipuli Ioannis & Phariſæi ieiunantes; & veniunt, & dicunt illi: Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant: diſcipuli autem tui non ieiunant?

SVperiùs apud diſcipulos magiſter arguebatur quòd cum peccatoribus conuerſaretur & manducaret: nunc apud magiſtrum diſcipulos arguunt quòd minimè ieiunarent. Nimirum, inter magiſtrum, & diſcipulos diſſidia & diſcordiam ſeminare ſtudebant; quod ſi obtinerent, & magiſtri

&

& diſcipulorum auctoritatem imminutam iri ſperabant. Vbi diſſidia & diſcordia, ægrè ibi coaleſcere ſanctitas poteſt, aut ſanctitatis opinio.

Et ait illis Ieſus: Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quandiù cum illis ſponſus eſt, ieiunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

1482. F*ilij nuptiarum.* Græcè ὑιοὶ τοῦ νυμφῶνος. *Filij ſponſi.* Sicut vertit interpres Matthæi 9. v. 15. Habes, qualis eſſe debeat, qui ieiunat: filius ſcilicet ſponſi, non hoſtis. Filius Chriſti, qui ſponſus dicitur, non eſt, qui ſceleribus eſt oppletus: vt ergo quis rectè ieiunet, à culpâ etiam ieiunet, vt ſponſi filius legitimus eſſe queat; ſponſi filius non eſt, qui nubit improbitati.

Quanto tempore habent ſecum ſponſum non poſſunt ieiunare. Plùs nimirum ſponſi præſentiâ proficiunt, quàm ieiuniis. Supplet ſponſus abundè, dum præſens eſt, quicquid conſequi abſtinentiâ aliquis poſſet.

1483. Non poſſunt ieiunare filij ſponſi, quandiu cùm illis eſt ſponſus: eò quippe abſtinentia rendit vt faciliùs eatur ad ſponſum; velocius & expeditiùs in ſponſi ſinum mens euolet: dum præſens ſponſus eſt, iam ſine ieiuniis habetur, quod parere ieiunia poſſent. Ex quibus habes, à ieiunij quodammodo charactere abire ieiunium, quod ieiunantis mentem in Deum non transfert.

Venient autem dies, cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.

V*Enient dies.* Vix, *dies*, merentur dici, in quibus ſponſus abeſt, qui ſolem refert: ſed dies adhunc erunt; quia ieiunij luce erunt illuſtres. Qui corporalem ſponſi præſentiam aliquo pacto vult ſupplere, abſtinentiæ nubat, à ieiunij cultu non ſit ieiunus.

Cùm auferetur ab eis ſponſus. Dixiſſet: *Cùm abibit ab eis ſponſus.* Dixit, *auferetur*, vt vinculum, quo cum ſuis ſponſus nectebatur, oſtenderet; vnde quâdam vi auellendus ab illis eſſet, in cœlum abiturus. Ablatus eſt ſponſus à diſcipulis, non diſceſſit; quia ab ipſo nec ſuorum amor diſcedere, nec adfectus auferri potuit.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. MARCI.

Verſ. 1.

ET introiuit iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

Introiuit. *Syr. Ingreſſus eſt Ieſus.*
Et e. i. h. *Syr. Eratque illic vir quidam. Arab. Inuenit hominem*
Habens. *Syr. Cuius erat.*
Manum aridam. *Syr. Arida manus. Theoph. Manum arefactam.*

Verſ. 2.

Et obſeruabant eum, ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum.

Obſeruabant. *Arab. Sumpſerunt obſeruare.*
Si. *Syr. An.*
Sabbatis. *Syr. Sabbato. Arab. In die Sabbati.*
Curaret. *Syr. Sanaret illum. Arab. Curaret Eum. Ar. M. Sanaturus eſſet eum.*
Accuſarent. *Syr. Deferrent.*

Verſ. 3.

Et ait homini habenti manum aridam: ſurge in medium.

Et ait. *Theoph. Dixit igitur.*
Homini. *Syr. Illi viro.*
Habenti m. a. *Syr. Cuius erat manus arida. Arab. Arido manu. Ar. M. Arefactam habens manum.*

Verſ. 4.

Et dicit eis: licet ſabbatis benefacere; an malè? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.

Et d. e. *Syr. Dixit autem iis quoque. Arab. Et dixit illis.*
Licet. *Arab. Licet ne. Vat. Vtrum licet.*
Sabbatis. *Syr. Sabbato. Arab. In Sabbato.*
Benefacere. *Syr. Facere benè. Arab. Operatio boni. F. Luc. Beneficio afficere.*
An. *Syr. Vel.*
Malè. *Arab. Mali. Ar. M. Malè facere.*
Saluam facere. *Syr. Seruare. Arab. Saluam fieri.*
Perdere. *Arab. Perdi. Caiet. Occidere.*
Illi tacebant. *Arab. Non reſponderunt ei.*

Verſ. 5.

Et circumſpiciens eos cum ira, contri-

Et circumſpiciens. *Syr. Et intuitus eſt. Arab. Et inſpexit. Euth. Quumque circumſpexiſſet.*
Cum irâ. *Syr. Cum indignatione. Arab. Iratus. Theoph. Cum iracundiâ.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſtatus ſuper cæcitate cordis eorum dicit homini: extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.

Contriſtatus. *Syr. Quum ægrè ferret. Arab.* omittit. *Theoph. Indoleſcens. Vat. Condoleſcens. Caiet. Condolens.*
Super c. *Syr. Propter duritiem. Arab. Ob duritiam. Euth. ſuper duritiâ Ar. M. Super callo.*
Cordis. *Arab. Cordium.*
Dicit. *Syr. Dicitque. Arab. Deinde dicit.*
Homini. *Syr. Illi homini.*
Illi. *Arab. Eius. Theoph. Illius ſana, vt altera. Vat. Illius ſanitati, vt altera.*

Verſ. 6.

Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent.

Exeuntes autem. *Syr. Et egreſſi ſunt. Arab. & exierunt. Vat. Egreſſi verò.*
Statim. *Syr. Eo ipſo momento. Theoph. Statim vnà.*
Cum Herodianis. *Syr. Cum domeſticis Herodis.*
Conſilium faciebant. *Syr. Conſilium inierunt. Arab. Conſilium facientes. Euth. Conſultarunt. Vat. Conſilium inibant.*
Quomodo. *Ar. M. Vt.*

Verſ. 7.

Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Iudæa ſecuta eſt eum.

Autem. *Syr. Et. Arab. At.*
Seceſſit. *Syr. Profectus eſt. Arab. Seceſſerunt.*
Multa. *Arab. Magna. Pagn. Ingens.*
Turba. *Syr. Plebs. Fr. Luc. Multitudo.*
Secuta eſt. *Syr. Cinxit.*

Verſ. 8.

Et ab Ieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

Et qui c. T. e. S. *Syr. Et à Tyro, & Sidone. Arab. & Tyro, & Sidone. Vat. Et, Qui circa Tyrum habitabant, & Sidonem.*
Multitudo magna. *Syr. Cœtus multi. Euth. Multitudo magna hominum.*
Audientes. *Syr. Qui audierant. Arab. Et audiuit. Theoph. Qui cùm audiſſent.*
Quæ. *Syr. Quæcunque.*
Faciebat. *Syr. Fecerat. Arab. Fecit.*

Verſ. 9.

Et dixit diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne comprimerent eum.

Dixit. *Theoph. Ieſus iuſſit.*
Diſcipulis ſ. *Theoph. Diſcipulos ſuos.*
Nauicula. *Syr. Nauiculam. Arab. Nauim. Caiet. In nauiculâ.*
Sibi d. *Syr. Ad ſe adducerent. Arab. Afferrent ad eum. Theoph. Sibi appellerent. Ar. M. Adſiſteret ſibi. Caiet. Sibi inſeruiret. Pagn. Sibi præſto ſemper eſſet. Fr. Luc. Semper ſibi præſto adeſſet.*
Turbam. *Syr. Turbas.*
Comprimerent. *Syr. Opprimerent. Pagn. Premerent.*
Eum. *Vat. Ipſum.*

Verſ. 10.

Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.

Enim. *Arab. Et.*
Sanabat. *Arab. Curauit. Euth. Sanauerat.*
Ita vt. *Syr. Adeò vt. Arab. Et.*
Irruerent. *Arab. Irruebant. Ar. M. Irruere.*
In eum. *Arab. In eum ita, vt caderent. Ar. M. Ei.*
Vt. *Vat. Quo.*
Quotquot. *Syr. Illique. Arab. Et quicunque.*
Habebant plagas. *Arab. Habebant infirmitates. Euth. Infirmabantur. Vat. Affligebantur. Ang. Habebant flagella.*

Verſ. 11.

Et ſpiritus immundi, cùm illum videbant procidebant ei: & clamabant dicentes.

Et ſpiritus. *Syr. Spiritum.*
Immundi. *Syr. Immundum. Arab. Immundos.*
Cum i. v. *Syr. Quum viderent eum. Euth. Viſo ipſo. Vat. Cùm illum vidiſſent. Ar. M. Quum illum ſpectabant.*
Procidebant. *Arab. Cadebant. Vat. Accidebant.*
Ei. *Syr.* omittit. *Arab. Ante eum.*

Verſ. 12.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 12.

Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtarent illum.

Tu. *Ar.M. Quòd Tu.*
Vehementer. *Syr. Multùm. Ar.M. Multa.*
Comminabatur eis. *Syr. Prohibebat eos. Arab. Prohibebat eis. Pagn. Interminabatur eis. Caiet. Increpabat eos.*
Manifeſtarent. *Syr. Reuelarent. Ar. M. Manifeſtum facerent.*
Illum. *Syr. Ipſum. Arab. Opera eius. Geth. Illum: quoniam ſciebant illum.*

Verſ. 13.

Et aſcendens in montem vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum.

Aſcendens. *Syr. Conſcendit. Euth. Aſcendit.*
In montem. *Syr. Montem.*
Vocauit a. ſ. *Syr. Aduocauit. Ar.M. Et aduocat.*
Voluit. *Arab. Dilexit.*

Verſ. 14.

Et fecit vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare.

Fecit v. e. d. *Syr. Delegit duodecim, vt eſſent. Arab. Elegit duodecim, vt eſſent. Vat. Deſignauit duodecim, vt eſſent. Ar.M. Fecit duodecim, vt eſſent.*
Cum illo. *Syr. Secum.*
Et vt. m. e. *Syr. Quos mitteret. Fr.Luc. Et vt emitteret eos.*
Prædicare. *Syr. Vt prædicarent. Vat. Ad prædicandum.*

Verſ. 15.

Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia.

Et dedit illis. *Syr. Haberentque. Theoph. Vtque haberent. Ar.M. Et habere.*
Poteſtatem. *Ar.M. Auctoritatem.*
Curandi. *Arab. Super curationem. Ar.M. Curare. Vat. Sanandi.*
Infirmitates. *Arab. Infirmorum. Euth. Ægritudines. Fr.Luc. Morbos.*
Eiiciendi. *Arab. Exitus. Ar.M. Eiicere.*
Dæmonia. *Arab. Dæmoniorum.*

Verſ. 16.

Et impoſuit Simoni nomen Petrus.

Impoſuit. *Syr. Nominauit.*
Nomen Petrus. *Syr. Nomine Cephas. Arab. Nomen, quod eſt Petrus.*

Verſ. 17.

Et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, Filij tonitrui.

Iacobum Z. *Syr. Iacobo Filio Zebedæi.*
Iacobi. *Syr. Ipſius Iacobi. Arab. Eius.*
Impoſuit eis. *Arab. Vocauit eos duos.*
Nomina. *Syr. Nomen. Arab. Nominibus.*

Verſ. 18.

Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum.

Alphæi. *Euth. Filium Alphæi.*
Cananæum. *Syr. Zelotem. Ar.M. Cananitem.*

Verſ. 19.

Et Iudam Iſcariotem, qui & tradidit illum.

Iſcariot. *Caiet. Scariot.*
Qui. *Syr. Is, qui.*
Tradidit. *Pagn. Prodidit.*

Verſ. 20.

Et veniunt ad domum: & conuenit iterùm turba, ita vt non poſſent neque panem manducare.

Et veniunt. *Syr. Veneruntque. Arab. Et intrauit. Vat. Cùmque veniſſent.*
Ad domum. *Arab. In domum. Vat. In ædes.*
Conuenit. *Syr. Congregata ſunt.*
Turba. *Syr. Turba. Vat. Turba tanta.*
Non poſſent. *Theoph. Non liceret illis. Ar.M. Non poſſe ipſee.*
Neque panem. *Syr. Panem quidem. Arab. Panem. Theoph. Vel panes.*
Manducare. *Vat. Edere.*

Verſ. 21.

Et cùm audiſſent ſui, exierunt tenere

Et. *Vat. Quod.*
Cùm audiſſent. *Syr. Audierunt.*
Sui. *Syr. Patrueles eius. Euth. Qui ad illum attinebant Ar. M. qui ad ipſum.*
Exierunt. *Syr. Et exierunt.*

eum

Lectionum Varietas.	Vulgata Editio.
eum dicebant enim: Quoniam in furorem verſus eſt.	Tenere. *Syr. Vt proderent. Arab. Vt tenerent. Theoph. Vt manus inicerent. Pagn. Comprehendere. Caiet. Vt comprehenderent. Fr. Luc. Prehendere.* Eum. *Arab. Ipſum. Theoph. In eum.* In f. v. e. *Syr. Extra mentem ſuam exiiſſe. Arab. Ipſe vecors eſſet. Euth. In exceſſum verſus eſt. Ar. M. Extra ſe eſſet. Vat. Mente alienatus eſt. Pagn. In ſtuporem verſus eſt. Caiet. Extra ſe eſt.*
Verſ. 22. Et ſcribæ, qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.	Et. *Syr. Autem. Arab. At. Euth. Etiam.* Scribæ. *Syr. Scribæ illi, qui.* Deſcenderant. *Arab. Venerant. A. M. Deſcendentes.* Dicebant. *Arab. Dixerunt.* Habet. *Syr. In eo eſt. Arab. Erat cum eo.* In principe. *Pagn. Per principem.*
Verſ. 23. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſatanam eiicere?	Et c. e. *Syr. Et aduocauit eos Ieſus. Arab. Et vocauit eos. Euth. Quibus ad ſe vocatis. Theoph. Vocatis illis ad ſe. Ar. M. Aduocans eos.* In parabolis. *Vat. Per parabolas.* Dicebat. *Syr. Dixit. Arab. Et dixit. Vat. Loquebatur.* Satanas. *Arab. Dæmonium.*
Verſ. 24. Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare.	Et ſi. *Syr. Nam ſi. Arab. Et.* Regnum. *Arab. Omne regnum.* In ſe. *Syr. Contra ſe ſe. Arab.* omittit. *Euth. Contra ſe ipſum. Caiet. In ſe ipſum. Fr. Luc. Aduerſum ſe ipſum.* Diuidatur. *Arab. Quod diuiſum eſt. Theoph. Diuiſum fuerit.* Non poteſt. *Syr. Non poterit. Arab. Non erit.* Stare. *Arab. Stabile.*
Verſ. 25. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare.	Et ſi. *Arab. Et quando.* Domus ſ. ſ. *Syr. Domus contra ſe. Habitatores domus. Vat. Domus contra ſemetipſam.* Diſpertiatur. *Syr. Diuiſa fuerit. Arab. In diſſidium venerit.* Poteſt. *Syr. Poterit. Arab. Erit.* Stare. *Syr. Subſiſtere. Arab. Stabilis.*
Verſ. 26. Et ſi ſatanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet.	Conſurrexit. *Syr. Inſurgit. Arab. Eſſet, qui aduerſaretur. Theoph. Inſurrexerit.* In ſemetipſum. *Arab. ſibi ipſi. Vat. Aduerſum ſemetipſum.* Diſpertitus eſt. *Arab. Et diuiſus eſſet. Euth. Diuiſus eſt.* Et. *Arab. Vtique.* Poterit. *Syr. Poteſt. Arab. Poſſet.* Finem habet. *Arab. Eſſet ei deſtructio.*
Verſ. 27. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.	Nemo. *Arab. Non aliquis. Theoph. Non quiſquam.* Ingreſſus. *Syr. Ingredi. Arab. Intrare.* In domum. *Syr. Ædes ſtrenui. Arab. Domum fortis Euth. Domum illius.* Vaſa fortis. *Syr. Vaſa illius. Arab. Bona illius.* Fortem. *Syr. Strenuum illum.* Alliget. *Syr. Vinxerit. Theoph. Alligarit.*
Verſ. 28. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint.	Quoniam omnia. *Syr. Omnia quidem. Arab. Quod omnia. Euth. Cuncta.* Hominum. *Arab. Hominis.* Blaſphemiæ. *Arab. Blaſphemia. Theoph. Conuitia.* Quibus. *Arab. Qua. Ar. M. Quaſcumque Caiet. Quibuſcunque.* Blaſphemauerint. *Theoph. Conuitiati fuerint.*

Verſ. 29.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 29.

Qui autem blaſphemauerit in Spiritnm ſanctnm non habebit remiſſionem in æternum,ſed reus erit æterni delicti.

Qui a. b. *Syr. At quiſquis blaſphemauerit. Arab. Blaſphemantes verò. Euth. Quicunque autem blaſphemauerit. Theoph. At qui conuitium dixerit. Vat. At qui blaſphemiam dixerit.*
In. *Euth. Contra.*
Sanctum. *Syr. Sanctitatis.*
Habebit remiſſionem. *S. Epiph. Remittetur ei. Vat. habet remiſſionem*
In æternum. *S. Epiph. Neque in præſenti neque in futuro ſeculo.*
Reus e. æ. d. *Arab. Conuenit eis caſtigatio æterna. Theoph. Obnoxius eſt æterno iudicio. Ar. M. Obnoxius eſt æterni Iudicij. Aug. Noxius erit æterni iudicij.*

Verſ. 30.

Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

Dicebant. *Arab. Ipſi dicunt.*
Spiritum im. *Arab. Quia ſpiritus immundus.*
Habet. *Syr. In eo eſſe. Arab. Cum illo eſt.*

Verſ. 31.

Et veniunt mater eius, & fratres:& foris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum.

Et. *Syr. Porrò. Arab. Deinde. Ar. M. Igitur.*
Veniunt. *Syr. Venerunt. Arab. Venerunt ad eum.*
Mater e. e. f. *Ar. M. Fratres, & mater eius.*
Stantes. *Arab. Steterunt.*
Vocantes e. *Syr. Qui vocaret eum ad ſe ipſos. Theoph. Qui euocarent eum.*

Verſ. 32.

Et ſedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te.

Et ſedebat. *Syr. Sedebat autem. Arab. Et erat ſedens.*
Et dicunt. *Syr. Et dixerunt. Euth. Dixerunt autem. Ar. M. Dicebant verò.*
Ecce. *Syr. En. Arab.* omittit.
Tui. *Ar. M. Tui, & ſorores tuæ.*

Verſ. 33.

Et reſpondens eis, ait: Quæ eſt mater mea,& fratres mei?

Reſpondens e. a. *Syr. Reſpondit, ac dixit eis. Vat. Reſpondit eis dicens.*
Et f. *Syr. Et quinam ſunt fratres. Euth. Et qui ſunt fratres. Ar. M. Aut fratres.*

Verſ. 34.

Et circumſpiciens eos, qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.

Et circumſpiciens. *Syr. Et reſpexit. Caiet. Et cùm circumſpexiſſet.*
Eos q. i. c. e. ſ. *Syr. In eos, qui ſedebant coram ſe. Arab. In ſedentes circa eum. Euth. Circumſedentes. Theoph. Diſcipulos ſedentes circum ſe.*
Ait. *Arab. Et ait.*
Ecce. *Arab. Hi ſunt.*
Et fratres. *Syr. Et ecce fratres.*

Verſ. 35.

Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus,& ſoror mea,& mater eſt.

Qui e. *Arab. Et quicunque.*
Fecerit. *Syr. Executus fuerit. Vat. Obſecutus fuerit.*
Voluntatem. *Vat. Voluntati.*
Hic. *Syr. Is eſt. Arab. Ipſe eſt.*
Mater eſt. *Syr. Mater mea.*

CAPVT III.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

A bonis operibus, malorum timore, nemo facilè feriatur. 1484.
Hominis nomen non meretur, qui miſeris non compatitur. 1484
Cæleſtis vindicta genus bona afferre inferentibus mala. 1485
Animæ ſalus, corporis ſaluti præferenda. 1485
Vbi ſcientia donũ, ibi culpa magis inexcuſabilis. 1486
Παρατηρεῖν, *Quid. Impij in iuſtis obſeruandis facilè decipiuntur.* 1487
Κατηγορεῖν. *Quid ſignificet.* 1488
Audè Dei verba audire, quàm ſit vtile. 1489
Quanta inuidiæ vis. 1490
Charitatis officium commendatur. 1491
In animam vt reſiliat, quod in corpore fit. 1491
Miracula propter animæ ſalutem Chriſtus faciebat. 1492
Qui egenti non ſubuenit, videtur occidere. 1492
Iniuriarum

Iniuriarum oblinio commendata. 1493

Πώρωσις, quid ſignificet. Duritiei & cæcitatis nexus. 1493

Chriſti benignitas & charitas quàm inſignis. 1494.

Et introiuit iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

1484. FREQVENTER ſynagogas ingrediebatur Dominus;& licèt ſciret ſcribas & phariſæos adfuturos, qui ſingula eius verba ac facta notarent, vt calumniarentur; docendi tamen & benefaciendi ſtudio improborum calumnias nihili faciebat. Imitemur nemo à probis operibus ſe ſubducat timore,ne notetur ac vellicetur.

Erat ibi homo. Solus homo eſſe videbatur, qui manum aridam habebat: cæteri vix hominis nomen merebantur, qui nec homini compatiebantur, nec Chriſto credebant: quin, inuidia correpti, eius miracula calumniabantur, cùm efferre deberent & admirari.

1485. *Habens manum aridam.* Grauiori morbo laborabant Phariſæi, qui mentem ab omni pietatis ſucco ſiccam circumferebant.

Introiuit iterum in ſynagogam. Intrat rurſus in eorum ſynagogam, qui à pietatis domicilio exierant. Subit Chriſtus Iudæorum domum, qui extra ſe ferebantur, dum contra Chriſtum. Poſt calumnias, quibus magiſtrum inſimulabant, & cum magiſtro etiam diſcipulos, ad eos redit; vt eos redderet ſibi ipſis.Immemor iniuriæ illatæ nouis beneficiis eos cumulat, qui illam intulerant. Nimirum: *Cæleſtis vindicta eſt genus, bona, mala inferentibus, afferre.*

Erat ibi homo. Ad ſynagogam ſe contulerat: manus arefacta non potuit eum domi continere. Sanitati occurrit, quia ſanitati occurrere non ſtuduit: maior illi de animæ ſanitate cura fuit, quàm de corpore; exemplo ſuo commendans ſacrorum templorum frequentiam, Diuinorumque verborum auditionem.

1486. Aridam manum habens erat in ſynagogâ: locus, morbi magnitudinem augere videtur. *In ſynagogâ* (inquit hîc Sanctus Thomas) *manus erat arida; quia, vbi ſcientia donum maius eſt, ibi grauius eſt inexcuſabilis noxa periculum.* Nihil adeò diligenter curat cœleſtis doctor, quàm vt manus arida ibi minimè ſit, vbi manum operi admouendam, docetur.

In ſynagogâ vnus homo manum arefactam habuiſſe refertur: cæteri arefactas ambas in lege habebant; cùm ea, quæ lex iubebat, opere non complerent.In ſynagogâ,vbi legis Diuinæ monita tradebantur, manum aridam iſte homo habebat, fors non habebat in lege: alij aridas manus ambas habebant in lege, legis verba in opus non vertentes.

Et obſeruabant eum, ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum.

1487. OBſeruabant eum. Quinam? Qui obſeruarint, non explicat Euangeliſta, ſed id intelligi facilè poterat & ex præcedentibus, & ex eo, quòd fieri ſolebat. Erant phariſæi,quorum ſtudium erat obſeruare ea,quæ Chriſtus agebat,vt ea carperent, & notam aliquam, ſi poſſent, illis inurerent.

Obſeruabant. Græcè, *παρετήρουν, ſpeculabantur, ac veluti excubias circa illum agebant.* Ad vaticinium ac augurium verbum παρατηρεῖν, referri etiam poteſt: vnde παρατήρημα & παρατήρησις, non obſeruationem tantùm ſignificat; ſed vaticinationem & augurium. Impij iuſtos ita obſeruant, non ſecùs ac ſi auguriis & vaticiniis operam darent: vt, quàm ſæpe decipiantur, hinc colligeremus.

Vt accuſarent illum. Non vt Diuina eius opera admirarentur,nec vt animo ea voluerent,Deumque laudarent; ſed, vt calumnias ſtruerent: quod inuidorum proprium eſt. *Accuſarent.* Græcè κατηγορήσωσιν. reprehenderent, arguerent, inſimularent. Iudiciale verbum eſt, & plerùnque ſignificat, in ius vocare, ac teſtificari. Nimirum, ita calumniari Chriſti opera phariſæi volebant, vt iuſtitiæ ſe litare oſtenderent, & iuſtitiæ partes tueri; improbitatem ſuam legis & iuſtitiæ tegmine obnubentes. 1488.

Prætereа, κατηγορεῖν, eſt etiam declarare, prædicare, ac palam, commemorare: vnde, non ſatis erat phariſæis, ſi Chriſti opera apud ſe calumniarentur; ſed volebant apud omnes tanquam notâ digna manifeſtari, vt Chriſti auctoritas minueretur.

Et ait homini habenti manum aridam: ſurge in medium.

ET ait homini habenti manum aridam. Sedebat æger, & inter alios docentem Chriſtum audiebat. Non legimus, ſanitatem poſtulaſſe: citiùs obtinuit, quia non poſtulauit: certè opportuniùs & vtiliùs. Audire Chriſti verba cupiebat, fors audiendi deſiderio infirmitatis ſuæ oblitus. Dignus erat, quem Chriſtus ſanaret, qui ſe indignum, vt ſanaretur putabat, 1489.

Surge in medium. Cur iubet, vt in medium ſurgat? An, vt ab omnibus conſpiceretur; & attentiores redderet, miraculum editurus? Nemo, cùm Deus magna nobis aut aliis beneficia exhibet, ſegnitiei indormiat, & aliò mentem flectat, aliud cogitet, animoque verſet.

Prætereа in medium ire hominem illum iubet, vt miſeri hominis ſpectaculo omnes, qui aderant, ad benefaciendum opémque miſeris & afflictis ferendam, alliceret. 1490.

Miſeri hominis ſpectaculum mouere adſtantium mentes ad miſericordiam poterat, ſi homines illi fuiſſent,non humanitatem exuiſſent. Tanta inuidiæ vis eſt, vt hominem, quem corripit, homini (vt ita dicam) diripiat.

Et dicit eis: Licet ſabbatis benefacere, an malè? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant.

LIcet ſabbatis benefacere. Benefaciendi verbo hîc ſignificat, beneficio egentes afficere, indigentibus auxilio ſubuenire: alioquin non erat dubium, licere boni aliquid facere in die ſabbati Rectè,hac loquendi phraſi, charitatis officia commendantur, vt καθ' ἐξοχὴν, benefacere dicantur, qui indigentibus ſubueniunt. 1491.

Animam. Per animam, totum hominem intelligit: à parte totum. Sed cur corporis aut carnis nomen non adhibuit? An, vt oſtenderet in animam reſilire, & animæ causâ fieri, quicquid in alieno corpore fit?

Animam ſaluam facere. Corpus curaturus,de animæ ſaluatione interrogat. Quia nimirum (vt ait hîc Sanctus Thomas) *illa miracula propter animæ ſalutem faciebat.* Cæleſtis Medicus ob oculos 1492.

præcipuè

præcipuè habet animæ ſalutem, inque corporis curatione, animæ curam ſpectat.

Animam ſaluam facere an perdere. Pro perdere aliqui ex Græco vertunt, *occidere*, id eſt hominem occidere. Sed cur à beneficentiâ & beneficentiæ negatione ad occiſionem tranſit? An, quia, qui egenti non ſubuenit, occidere videtur? Hinc illud Sancti illius. *Si non pauiſti, occidiſti.* Perdere videtur, qui non paſcit; & perimere qui non ſuccurrit, cùm poſſit: adimere ſalutem videtur, qui non affert, cùm poſſit.

Et circumſpiciens eos cum irâ, contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum.

1493. CIrcumſpiciens. Græcè, περιβλεψάμενος. *Cùm circumſpexiſſet.* Flexit in adſtantes oculos, vultu habituque iram ac indignationem præſeferens. *Et contriſtatus eſt.* Græcè, συλλυπούμενος. *Condolens, condoleſcens.* Sed cur condoluit? ob iniurias ſibi ab illis illatas? ob iniurias in ſe ſtructas? Abſit: illatarum iniuriarum oblitus, vicem illorum doluit, & aduerſariorum illum cœpit commiſeratio; dolore concepto, ob eorum peruerſitatem, cordiſque duritiam. Quo nos exemplo edocet, ne, offenſi, vindictam appetamus; ſed peccantibus potiùs condoleamus.

Super cæcitate cordis eorum. Græcè, ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, *ſuper duritiâ & callo cordis eorum.* Etiam Syrus ita vertit. Græcè, πωροῦσθαι, eſt callum obducere: &, πώρωσις, callum ac duritiem in articulis ſignificat. Fors Interpres legit, πηρώσει, id eſt cæcitate: aut certè cordis duritiem, cæcitatem, dixit; quippè quæ non niſi à cæcitate naſcatur, & mentis cæcitatem inferat; adeò vt cor obduratum, excæcatum etiam ſit.

1494. *Circumſpiciens eos cum irâ.* Syriacè: *Intuitus eos cum indignatione.* Quis huius iræ effectus? quis huius indignationis exitus? ſubdit: *Dicit homini: Extende manum tuam: & extendit; & reſtituta eſt manus illi.* Itane iratus, ſalutem confert ac ſanitatem? Quid placatus feciſſet? *In irâ præcipiens*, ait Sanctus Ambroſius, *refudit corpori ſanitatem: irâ, ſicut ait Euangeliſta, reſtituit vigorem dexteræ. Vnde intelligimus, qualis Dominicæ benignitatis ſit charitas, cuius indignationis talis ſit medicina: aut quemadmodum placatus prodeſt, qui ita miſeretur iratus.* Imitentur Reges, ac ſuperiores omnes: iram in benignitatem vertant, & indignatio dona parturiat & beneficia.

SECTIO II.

Manus habere non videtur, qui iis non vtitur, vt benè operetur. 1495
Inuidi calumniatoris cæcitas quàm magna. 1496
Ingratitudinis vitium quanta inuehat damna. 1497
Infirmitates homines ad Chriſtum vrgent. 1498
Morbi cur Dei flagella dicantur. 1498
Quicquid boni agimus, referre in Deum debemus. 1499
Diu cum Chriſto eſſe debet, qui Chriſtum aliis eſt prædicaturus. 1500
Plurimi refert Petri primatum ſcire. 1500
Magna dicere, non eſt magnum; ſed magna præſtare. 1501
Inuidia, rerum ſacrarum contemptorem, cultorem ſuum facilè reddit. 1501
Malorum extrema timenda, cùm rerum Diuinarum homines obliuiſcuntur. 1502
Mariæ virtus ad omnium mortalium genus ſe extendit. 1502
Fraternitas maximè diligenda. 1503
Matrem Dei ſolam Mariam appellari, vt ſtuduerit Chriſtus. 1503

Dicit homini: Extende manum tuam & extendit, & reſtituta eſt manus illi.

LIcèt videret in malitiâ callum obduxiſſe phariſæos; non tamen ab infirmi curatione abſtinuit: nos ſuo exemplo edocens, ob conclamatam quorundam peruerſitatem à iuuandis aliis non eſſe abſtinendum; ne malorum pertinacia bonis noceat. 1495.

Et reſtituta eſt manus illi. Qui reſtituta, cùm eâ non careret? An illi perierat, quia eâ vti non poterat? Qui manibus ad operandum non vtitur, ſed otio torpet, manus habere non videtur.

Exeuntes autem phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſum eum, quomodo eum perderent.

EVm calumniabantur, quòd ſabbato curaret: ac ſi curatione ſabbatum violaretur: nec ipſi illicitum putant, in necem innocentis ſabbato conſpirare. Sic ferè accidit, vt inuidi calumniatores alios facilè carpant, & ſe grauiter peccare non videant. 1496.

Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare.

A Malorum hominum conſiliis ſe Chriſtus ſubducit: auertit ſe ab eis, qui conuerti ad bonam frugem noluêre. A malis, cùm nolunt à malitiâ abire, abeundum eſt.

Diſcedit Ieſus à Phariſæis, ſecumque ducit ſuos diſcipulos. Ductor bonus, morum ſaluti conſulens, & profectui, ſuos cum malis degere inque malitiâ obfirmatis, non facilè ſinit. 1497.

Seceſſit ad mare. Vt aliis ſcilicet benefaceret, & *ab ingratis* (vt inquit hîc Sanctus Thomas) *decederet.* Ingrati & Chriſti beneficiis, & Chriſti præſentiâ indigni ſunt. Reiiciunt à ſe benefactorem, ingratitudinis vitio laborantes; ſed interim ad alios eum quodammodo inuitant, dum inuitum ingratitudinis notâ repellunt.

Multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum; vt illum tangerent, quotquot habebant plagas.

QVia multis ſanitatem reſtituerat, fiebat, vt, quâ poſſet, quiſque violentia in eum irrueret, quò ægrotos, quos adferebant, Chriſto ſiſterent, & Ieſu contactu ſanarentur. Plerumque ita accidit, vt qui ſani ſunt, à Chriſto abeant; qui ægroti ſunt, aut domi ægrotos habent, omni impetu ad Chriſtum pergant. Sic infirmitates ad Chriſtum homines vrgent; quos ſanitas, & corporis robur ab ipſo auocauerat. Euangelium volue, & reperies, quòd illi, qui maiori impetu ad Chriſtum perrexerunt, ferè infirmi atque languentes extiterunt. 1498.

Quotquot habebant plagas. Græcè ὅσοι εἶχον μάστιγας, *quotquot habebant flagella.* Morbos vocat fla-

gella; quia morbis & languoribus tanquam flagellis à Deo corripimur & caſtigamur, vt meliorem induamus mentem, & à ſceleribus abſtineamus.

1499. *Vehementer comminabatur eis.* Immediatè ante dixerat Euangeliſta: *exeuntes Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſum eum, quomodo eum perderent.* Et tamen, cùm dæmonum confeſſione confundere phariſæos poſſet, dæmonum ora obſtruxit. Cur ita factum? Ne ſcribarum & Phariſæorum ita magis excitaretur, eorúmque inuidia vehementiùs accenderetur, Diuinitatis ſuæ manifeſtationem de induſtriâ occultat.

Et aſcendens in montem vocauit ad ſe, quos voluit ipſe.

SAnctus Lucas cap. 6. v. 12. ait, quòd aſcendit ad orandum. Poſt edita miracula ad orationem ſe confert; nos edocens, vt, cùm boni aliquid conſequuti ſumus, & gratias Deo agamus, & Diuinæ virtuti tribuamus, ſi quid egimus laude dignum.

Et fecit, vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret, eos prædicare.

1500. NOn ſtatim, ac electi, Apoſtoli, Apoſtolatûs munus exercuerunt: ſpectatores primùm ſuos illos fecit, auditoréſque; vt nimirum Chriſti exemplo moribuſque informarentur. Scilicet *Diu cum Chriſto eſſe debet, qui Chriſtum aliis eſt prædicaturus.*

Et vt mitteret, eos prædicare. Non ſtatim emiſſi ſunt, ſed, ſpe obeundi prædicationis muneris, ad grandia quæque ferenda eriguntur.

Et Matthæus & Marcus Apoſtolorum recenſent nomina, ſed non eodem ordine: in hoc tamen conueniunt, quòd vterque primum locum Petro tribuunt: *Tanquam noſſe, vel neſcire*, inquit hîc Caietanus, *aliorum ordinem nihil referat: noſſe autem oporteat, Petrum eſſe primum.* Qui numero & dignitate primum non cenſet Petrum, in fidelium numero cenſeri non eſt dignus.

Et impoſuit eis nomina, Boanerges, quod eſt, filij tonitrui.

1501. TOnare eos dicimus, qui orationis & eloquentiæ vi maximè pollent: igitur vim ſermonis duorum fratrum, vt efferret Chriſtus, eos tonitrui filios appellauit. Ex hoc fæmineâ credulitate ſibi eorum mater perſuaſit, ad ſupremas dignitates eos eſſe euehendos? & idcirco vni dexteram poſtulauit, alteri ſiniſtram in Chriſti regno: ſed falſa mulier fuit; primæ quippe ſedes non eloquentibus dantur, ſed maiora operantibus. Petrus eligitur, qui ſuâ firmitate totam ædificij molem ſuſtineret. Si ſapis, ne verbis fidas: operibus adhære. Magna dicere, non eſt magnum: magnum eſt, magna præſtare,

Scribæ, qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dicebant quoniam Beelzebuth habet.

DEſcendunt ab Ieruſalem ſcribæ: templum relinquunt, ſuúmque munus, vt Ieſu inſidias ſtruerent, & in ſermone caperent, carperent eius facta. Inuidi nullâ templi cura tanguntur, nullâ rerum Diuinarum. Vbi inuidia alicuius animum inuaſerit, irreligioſum eum facit, & ſacrarum quoque rerum contemptorem.

Scribæ, qui ab Ieruſalem deſcenderant. Summa 1502.
hîc apparet ſcribarum nequitia: Ieruſalem & templum reliquerant, vt, Ieſum ſequentes, eum in ſermone caperent, aut in facto. Diuini cultus obliti carpere Chriſtum student. Timenda malorum extrema, cum ij qui in Dei lege periti ſunt inuidiâ correpti, rerum Diuinarum obliuiſcuntur

Quæ eſt mater mea?

Q*Væ eſt mater mea?* Non negat matrem, ſed laudat; in hunc ſenſum vt ait pius ille auctor: *Non foris eſt mater, ſed intùs: cuius meritum ad omnium mortalium genus ſe extendit, & cuius virtutem iuſti omnes imitantur.*

Qui enim fecerit voluntatem Dei hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

H*Ic frater meus.* Non caſu accidit, quòd fra- 1503.
tris priùs meminit, quàm ſororis, & matris: fraternitati commendandæ id fecit. Hinc illud illius: *A fratre incipit, vt fraternitatem ſuper omnia diligamus, quæ & Deum fecit hominem, & nos homines ad diuinitatem ſublimat*, ſuperiſque donis beat.

Et mater eſt. Superiùs, *Frater meus*, dixerat &, *ſoror mea:* hîc pronomen ſupprimit, nec, *mater mea*, dixit. *Quòd, etſi omnes iuſtos*, ait ille, *loco ſororum & fratrum habeat, atque matres vocet; matrem meam ſolam vult appellari Mariam?*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. MARCI.

Verſ. 1.

ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt nauim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat.

Ad mare. *Syr. Iuxta litus maris. Arab. iuxta mare. Euth. Circa mare.*
Congregata eſt. *Syr. Congregati ſunt. Theop. Confluxit. Orig. Congregatus eſt. Ar. M. Coacta eſt.*
Turba. *Syr. Cœtus. Orig. Populus.*
Multa. *Syr. Quamplurimi. Arab. Magna. Orig. Multus.*
Nauim aſcendens. *Syr. Aſcenderet. Arab. Ipſe aſcenderet nauim. Eut. Conſcenſâ naui. Vat. Nauim ingreſſus. Ar. M. Ipſum aſcendentem nauigium. Orig. Intraret in nauim.*
Sederet. *Syr. Sederetque in naui. Ar. M. Sedere.*
Omnis. *Arab. Omnes. Theoph. Tota. Orig. Totus.*
Turba. *Arab. Turba. Orig. Populus.*
Circa. *Arab. Secus. Ar. M. Ad. Vat. Iuxta.*
Super terram. *Syr. Humi. Euth. In terrâ. Orig. In terris.*
Erat. *Syr. Stabat. Arab. Erant.*

Verſ. 2.

Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua.

In parabolis. *Vat. Per parabolas.*
Multa. *Arab. Multis.*
Et d. i. *Syr. Dicebátque. Arab. Dicens.*

Verſ. 3.

Audite ecce exiit ſeminans ad ſeminandum.

Ecce. *Arab.* Omittit.
Exiit. *Euth. Exiuit. Theoph. Exibat.*
Seminans. *Syr. Seminator. Euth. Qui ſeminat.*
Ad ſeminandum. *Arab. Vt ſeminaret.*

Verſ. 4.

Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud.

Et dum. *Syr. Et quum. Euth. Et factum eſt, dum Theoph. Et accidit inter. Vat. Accidit autem inter. Fr. Luc. Et factum eſt in.*
Seminat. *Syr. ſeminaret. Arab. Seminaret ipſe. Theoph. Seminandum. Fr. Luc. Seminando.*
Aliud. *Syr. Aliud quidem. Arab. Ex eo aliud. Ar. M. Hoc quidem.*
Cecidit. *Vat. Vt caderet.*
Circa. *Syr. Iuxta. Arab. Super. Euth. Secus.*
Et venerunt. *Syr. Veniéque.*
Volucres Cæli. *Syr. Volucris Arab. Volucres.*
Comederunt. *Syr. Deuorauit. Ar. M. Deuorauerunt.*

Verſ. 5.

Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam: & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ.

Aliud verò. *Syr. Aliud autem. Arab. Ex eo aliud.*
Petroſa. *Syr. Petram Euth. Petroſam terram.*
Habuit. *Syr. Erat. Arab. Erat ei. Euth. Habebat.*
Terram m. *Syr. Terra multa. Arab. Profunditas terra.*
Statim. *Syr. In memento.*
Exortum eſt. *Arab. Creuit.*
Quoniam. *Arab. Et cùm. Vat. Quòd. Ar. M. Propter.*
Habebat. *Syr. Erat. Arab. Eſſet. Vat. Haberet. Ar. M. Habere.*
Altitudinem terræ. *Syr. Profunda terra. Arab. Profunditas terra. Ang. Profunditatem terra.*

Verſ. 6.

Et quando exortus eſt ſol, exæſtua-

Et quando. *Syr. Quum autem. Arab. Quando. Theoph. Autem.*
Exortus eſt. *Syr. Exortus eſſet. Euth. Orto. Theoph. Exorto.*
Exæſtuauit. *Syr. Calore affectum eſt. Arab. Et exauit:*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

uit: & eò quòd non habebat radicem exaruit.

ſtuauit. Theoph. Eſtu affectum eſt. Ar. M. Eſtuauit. Vat. Vſtum eſt. Caiet. Exuſtum eſt, ſiue, æſtu periit.
Eo quod. *Arab. Cùm. Ar. M. Ob.*
Habebat. *Arab. Eſſet ei. Euth. Haberet. Ar. M. Habere.*
Exaruit. *Syr. Aruit. Arab. Exſiccatum eſt.*

Verſ. 7.

Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit.

Et aliud. *Syr. Aliud autem. Arab. Aliud ex eo.*
Aſcenderunt ſ. *Arab. Ob aſcenſionem eorum ſuper illud. Pagn. Succreuerunt ſpinæ.*
Fructum. *Syr. Fructus.*
Dedit. *Syr. Edidit. Arab. Attulit.*

Verſ. 8.

Et aliud cecidit in terram bonam & dabat fructum aſcendentem, & creſcentem, & afferebat vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum.

Et aliud. *Syr. Aliud autem. Arab. Ex eo iterum quod.*
Bonam. *Ar. M. Pulchram.*
Et dabat. *Syr. Ac edidit. Arab. Dedit.*
Fructum. *Syr. Fructus.*
Aſcendentem. *Arab. Et aſcendit. Euth. Emergentem. Vat. Succreſcentem.*
Creſcentem. *Arab. Creuit. Vat. Augeſcentem.*
Et afferebat v. *Syr. Aliud quidem. Arab. Et vnum attulit.*
Triginta. *Syr. Tricenos. Caiet. In triginta.*
Vnum. *Syr. Et aliud. Euth. Alterum.*
Sexaginta. *Syr. Sexagenos. Caiet. In ſexaginta.*
Et vnum. *Syr. Aliud denique. Euth. Tertium verò.*
Centum. *Syr. Centenos. Caiet. In centum.*

Verſ. 9.

Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Et dicebat. *Arab. Et dixit. Theoph. Ac dicebat illis.*
Qui habet. *Arab. Cuicunque ſunt. Ar. M. Habens.*
Audiendi. *Arab. Audientes. Euth. Ad audiendum. Ar. M. Audire.*

Verſ. 10.

Et cùm eſſet ſingularis, interrogauerunt hi qui cum eo erant duodecim, parabolam.

Et c. e. *Syr. Quum autem eſſent. Theoph. Cùm autem cœpiſſet eſſe. Ar. M. Cùm autem eſſet factus.*
Singularis. *Syr. Soli. Pagn. Solus. Caiet. Solitariè, ſiue ſolitarius.*
Cum e. e. *Theoph. Circa ipſum erant. Ar. M. Circa eum.*
Duodecim. *Syr. Vnà cum duodecim. Vat. Cum duodedecim.*

Verſ. 11.

Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt.

Dicebat e. *Syr. Dixit eis Ieſus.*
Vobis d. e. n. *Arab. Vos donati eſtis cognitione.*
Myſterium. *Syr. Arcanum. Arab. Myſtery.*
Illis a. q. f. ſ. *Syr. Extraneis verò. Ar. M. Illis autem foris.*
In parabolis. *Theoph. Per parabolas.*
Fiunt. *Arab. Fiunt eis.*

Verſ. 12.

Vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.

Videntes. *Syr. Quum viderint. Ar. M. Aſpicientes.*
Videant. *Ar. M. Aſpiciant. Vat. Cernant. Caiet. Perſpiciant.*
Audientes. *Syr. Quum audierint. Arab. Audiant.*
Nequando. *Arab. Et quando.*
Conuertantur. *Arab. Ipſi conuerſi fuerint.*
Dimittantur. *Syr. Remittantur. Arab. Remiſſa ſint.*

Verſ. 13.

Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?

Neſcitis. *Arab. Non intelligitis.*
Et. *Arab. Igitur.*
Omnes. *Syr. Cunctas.*
Cognoſcetis. *Syr. Scietis. Arab. Intelligetis.*

Verſ. 14.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 14.

Qui ſeminat, verbum ſeminat.

Qui ſeminat. *Syr. Seminatur, qui ſeminat. Arab. Seminans eſt, qui. Ar.M. Seminans.Vat.Seminator ille.*
Verbum. *Arab. Sermonem.*

Verſ. 15.

Hi autem ſunt, qui circa viam, vbi ſeminatur verbum, & cùm audierint, confeſtim venit ſatanas, & aufert verbum, quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.

Hi a. ſ. *Syr.Iſti autem. Arab.Et Vat.Iſti verò ſunt.*
Qui c, v. *Syr. Qui ſunt iuxta viam ij ſunt. Arab. Qui ſuper viam. Theoph. Quorum alij dicuntur iuxta viam.*
Vbi. *Syr. In quibus.*
Verbum. *Vat. Sermo.*
Et c. *Syr. Sed quum. Arab. Et cùm ipſi.*
Audierint. *Syr. Audierunt.*
Confeſtim. *Syr. Statim. Arab.* omittit.
Et aufert. *Syr. Tollitque. Arab. Tollit.*
Verbum. *Vat. Sermonem.*
Quod ſ. e. *Arab. Satum. Vat. Qui ſeminatus eſt.*
Cordibus. *Super corde.*

Verſ. 16.

Et hi ſunt ſimiliter, qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cum audierint verbum, ſtatim eum gaudio accipiunt illud.

Et h. ſ. ſ. *Syr. Iſti autem. Arab.Et iſti etiam ſimiliter. Theoph. Et alij ſunt ſimiliter.*
Super. *Vat. In.*
Petroſa. *Syr. Petram Euth. Petroſam terram.*
Seminantur. *Syr. Semen excipiunt. Arab.Seminati ſunt. Theoph. Semen accipiunt. Ar.M.Seminati.*
Qui. *Syr. Ij ſunt, qui.*
Cùm audierint. *Arab. Audiunt.*
Accipiunt. *Syr. Recipiunt. Arab. Et ſuſcipiunt. Euth. Suſcipiunt.*

Verſ. 17.

Et non habent radicem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde orta tribulatione, & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur.

Habent. *Arab. Habet.*
In ſe. *Syr. In animis ſuis. Arab. In eis. Euth. In ſe ipſis.*
Sed. *Arab. Et.*
Temporales ſ. *Arab. In tempore pauco. Pagn. Temporarij.*
Deinde. *Syr. Quum. Arab. Quando.*
Orta. *Syr. Fit. Arab. Cùm acciderit. Euth. Factâ. Vat. Coortâ.*
Tribulatione. *Syr. Oppreſſio. Arab. Anguſtia. Theoph. Afflictione.*
Et perſecutione. *Syr. Aut perſecutio.*
Confeſtim. *Euth. Repentè.*
Scandalizantur. *Vat. Offenduntur.*

Verſ. 18.

Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur: hi ſunt qui verbum audiunt.

Et alij ſ. q. *Syr. Illi verò, qui. Arab. Et, qui. Ar. M. Et hi ſunt, qui.*
In ſpinis. *Syr. Inter ſpinas. Theoph. In ſpinas.*
Seminantur. *Syr. Semen excipiunt. Arab Seminati ſunt. Theoph.Semen accipiunt. Ar.M.Seminati.*
Hi ſunt. *Arab. Sunt. Euth.* omittit. *Theoph.Ij ſunt. Vat. Hi inquam ſunt.*
Audiunt. *Euth. Audierunt. Ar.M. Audientes.*

Verſ. 19.

Et ærumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur.

Et ærumnæ. *Syr. At ſolicitudo. Arab. Et praualent in eis ærumna. Ar. M. Et cura. Caiet. Et ſolicitudines.*
Seculi. *Syr. Mundi huius. Euth. Seculi huius.*
Deceptio. *Syr. Fallacia.*
Circa r. c. *Syr. Reliquia cupiditatum aliarum. Arab. Reliquia concupiſcentia. Theoph. Cæterarumque rerum cupiditates. Ar. M. Circa reliquas cupiditates.*
Introeuntes. *Arab. Qui ſunt deambulantes in eas.*
Verbum. *Syr. Ipſum ſermonem.*
Sine f. e. *Syr. Infructuoſus fit. Arab. Non eſt fructus in eis. Euth. Eſt infructuoſum. Vat. Redditur infructifer.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 20.

Et hi ſunt, qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt verbum, & ſuſcipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum.

Et hi ſunt. *Syr. Iſti denique. Arab Et. Euth. Praterea hi ſunt. Theoph. Et alij ſunt.*
Super t. b. *Arab. In terrâ bonâ. Vat. In terram bonam. Ang. In terram pulchram.*
Seminati ſunt. *Syr. Semen exceperant. Arab. Seminatus eſt.*
Suſcipiunt. *Syr. Recipiunt. Arab. Suſcipiant illud*
Fructificant. *Syr. Edunt fructus. Euth. Fructum afferunt. Ar. M. Fructum ferunt.*
Vnum t. *Syr. In tricenis. Arab. Vnus triginta. Euth. Hoc triginta. Theoph. Ita vt aliud granum afferat triginta. Caiet. In triginta.*
Vnum ſ. *Syr. Et in ſexagenis. Arab. Et alius ſexaginta. Euth. Illud ſexaginta. Theoph. Aliud ſexaginta. Caiet. In ſexaginta.*
Vnum c. *Syr. In centenis. Arab. Alius centum. Euth. Illud verò centum. Theoph. Aliud centum. Caiet. In centum.*

Verſ. 21.

Et dicebat illis. Numquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper candelabrum ponatur?

Dicebat i. *Syr. Subdit eis.*
Numquid. *Euth. Num.*
Venit. *Arab. Aſcenditur. Vat. Incenditur.*
Nonne. *Syr. Non ne facta eſt.*
Super c. p. *Syr. Candelabro imponatur.*

Verſ. 22.

Non eſt enim aliquid abſconditum, quod non manifeſtetur: nec factum eſt occultum, ſed vt in palam veniat.

Non e. n. *Arab. Similiter non eſt.*
Aliquid. *Arab. Quid. Theoph. Quicquam.*
Abſconditum. *Euth. Occultum.*
Quod n. m. *Syr. Quod non reueletur. Arab. Quin videatur. Vat. Quod palam non futurum ſit.*
Nec f. e. o. *Syr. Nihilque fit in abſcondito. Arab. neque occultum Theoph. Neque fuit ſecretum.*
Sed vt. *Syr. Quin.*
In p. v. *Syr. Manifeſtetur. Arab. Reueletur. Caiet. In propatulum veniat. Fr. Luc. In manifeſtum veniat.*

Verſ. 23.

Si quis habet aures audiendi, audiat.

Si quis. *Arab. Cuicunque.*
Hab. *Arab. Sunt.*
Audiendi. *Arab. Audientes. Euth. Ad audiendum. Ar. M. Audire.*

Verſ. 24.

Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis.

Et d. i. *Syr. Porrò dixit eis.*
In qua. *Theoph. Qua.*
Menſi fueritis. *Caiet. Metimini.*
Remetietur. *Syr. Remenſum erit. Arab. Metietur. Theoph. Alij metientur. Vat. Menſura dabitur. Fr. Luc. Menſurabitur.*
Adiicietur v. *Syr. Adiicietur vobis illis, qui auditis. Arab. Incrementum habebitis, ô audientes. Euth. Addetur vobis. Ar. M. Adiicietur vobis audientibus.*

Verſ. 25.

Qui enim habet, dabitur illi: Et qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

Qui enim. *Arab. Quoniam quicunque.*
Habet. *Euth. Habueris.*
Et qui. *Arab. Et quicunque.*
Etiam q. h. *Arab. Et quod eſt apud illum.*
Auferetur. *Syr. Tolletur.*

Verſ. 26.

Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram.

Et. *Syr. Inſuper.*
Quemadmodum ſ. h. *Syr. Vt ſi quis. Arab. Quemadmodum homo, qui.*
Sementem. *Arab. Semen ſuum. Fr. Luc. Semen.*

Verſ. 27.

Et dormiat, & exurgat nocte, & die, &

Exurgat. *Euth. Excitetur ille. Ar. M. Excitetur. Al. Exurgat ille.*
Nocte e. d. *Syr. Noctu, & interdiu.*
Et ſemen. *Euth. Seges autem.*

ſemen

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille.

Increſcat. *Syr. Aſſurgat. Pagn. Surgat in altum. Ar. M. Augeatur.*
Dum n. i. *Vat. Ipſo inſcio.*

Verſ. 28.
Vltro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum fumentum in ſpica.

Vltro e. t. *Syr. Terra enim. Arab. Quia Terra ſola. Ar. M. Spontanea enim terra.*
Fructificat. *Syr. Producit fructus. Ar. M. Fructum Fert. Vat. Fructum gignit.*
Herbam. *Syr. Fit herba:*
Deinde. *Syr. Poſtremò autem. Arab. Et poſt Euth. Exinde.*
Plenum f. *Syr. Perfectum frumentum. Arab. Impletur.*
In ſpica. *Arab. Spica.*

Verſ. 29.
Et, cum produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

Et, cum. *Syr. Cur autem. Arab. Vt quando.*
Produxerit. *Syr. Pinguis eſt. Arab. Perfectus fit, Ar. M. Ediderit. Caiet. Productus fuerit.*
Statim. *Arab. Tunc.*
Mittit. *Arab. Ponatur. Vat. Immittit.*
Falcem. *Arab. Falx.*
Adeſt. *Syr. Aduenit.*

Verſ. 30.
Et dicebat: cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

Et. *Syr. Item.*
Cui a. *Syr. Cuinam comparabimus. Arab. Cui aſſimilabo. Fr. Luc. Cui aſſimilemus.*
Cui p. *Syr. Quanam collatione. Euth. Qua comparatione. Pagn. Aut cui parabola. Caiet. In qua parabolâ.*
Comparabimus. *Syr. Conferemus. Arab. Comparabo. Ar. M. Conuicemus. Pagn. Parabolicè efferemus illud. Fr. Luc. Parabolizemur.*

Verſ. 31.
Sicut granum ſinapis, quod cùm ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt in terra.

Sicut g. ſ. *Syr. Velut grano ſynapis illud ſimile eſt. Arab. Aſſimilatur grano ſynapis. Theoph. Eſt ſicut granum ſinapis. Ar. M. Sicut grano ſinapis.*
Cum ſ. f. *Syr. Satum eſt.*
Minus e. o. ſ. *Syr. Minimum eſt omnium ſeminum. Arab. Et ipſum minimum ſeminum omnium eorum.*
In terrà. *Syr. Super terram.*

Verſ. 32.
Et cùm ſeminatum fuerit in terra, aſcendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cæli habitare.

Et cùm. *Euth. Et poſtquam. Vat. Cùm verò*
Seminatum fuerit. *Syr. Satum eſt.*
Aſcendit. *Syr. Aſſurgit. Arab. Et aſcenderit. Euth. Exurgit.*
Fit m. o. o. *Syr. Euadit maximum omnium olerum.*
Facit. *Syr. Edit. Vat. Profert.*
Poſſint h. *Syr. Poſſit. Arab. Habitent. Ar. M. Poſſe nidulari. Caiet. Poſſint nidificare.*
Sub. *Syr. In.*
Eius. *Arab. Eorum.*
Aues c. *Syr. Volucris. Arab. Volucres cæli. Ar. M. Volatilia cæli.*

Verſ. 33.
Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.

Et talibus. *Syr. In hiſce e ſimilibus. Euth. Et huiuſmodi.*
Loquebatur e. *Syr. Alloquebatur eos Ieſus per ſimilitudines.*
Verbum. *Syr.* Omittit. *Theoph. Sermonem.*
Prout. *Arab. Iuxta facultatem, qua.*
Audire. *Arab. Audire eum.*

Verſ. 34.
Sine parabola autem non loquebatur

Sine p. a. n. l. *Syr. Nec abſque parabolis colloquebatur.*
Seorſum. *Syr. Inter ſe, & eos. Ar. M. Priuatim.*
Suis. *Euth.* Omittit.
Diſſerebat. *Syr Interpretabatur. Vat Exponebat.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

eis: ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Caiet. Diſſoluebat.
Omnia. *Arab.* Omittit.

Verſ. 35.

Et ait in illa die, cùm ſerò eſſet factum: Tranſeamus contra.

Et ait. *Syr. Porrò dixit.*
Illa. *Euth. Illo.*
Cum ſ. e. f. *Syr. Sub veſpera. Arab. Dum perueniſſent ad noctem. Theoph. Factâ veſperâ. Ar. M. Sero facto. Vat. Cum aduesperaniſſet. Al. Cùm facta eſſet veſpera.*
Tranſeamus. *Arab. Eamus.*
Contra. *Arab. Trans fretum. Ar. M. In vlterius. In vlteriorem ripam.*

Verſ. 36.

Et dimittentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo.

Dimittentes t. *Syr. Reliquerunt turbas. Arab. Dimiſerunt turbas. Theoph. Dimiſſâ turbâ.*
Aſſumunt. *Syr. Acceperunt. Arab. Et aſſumpſerunt.*
Ita v. e. *Syr. Cùm eſſet. Arab.* Omittit. *Ar. M. Vt erat.*
Naui. *Euth. Nauigio.*
Et a. n. *Syr. Nauicula autem alia. Vat ſed & alia nauicula. Fr. Luc. Et alia nauigiola.*
Illo. *Syr. Eis. Arab. Illis.*

Verſ. 37.

Et facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.

Facta eſt. *Syr. Factus eſt. Arab. Erant. Theoph. Oritur. Caiet. Fit.*
Procella m. v. *Syr. Turbo magnus, ventuſque. Arab. Venti validi magni.*
Et. *Ar. M. At.*
Mittebat. *Syr. Irruebant. Arab. Percutiebant. Ar. M. Iniiciebat. Caiet. Immittebant.*
In nauim. *Arab. Nauim. Ar. M. In nauigium.*
Ita v. *Syr. Ac prope. Arab. Et introibant in eam adeò vt propè. Euth. Ita vt iam. Ar. M. Vt iam.*
Impleretur. *Syr. Implebatur. Arab. Erat, vt impleretur. Ar. M. Impleri.*
Nauis. *Ar. M. Eum. Vat. Illa.*

Verſ. 38.

Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus?

Et e. d. *Syr. Dormiebat autem.*
Ipſe in puppi. *Syr. Ipſe Ieſus in poſteriori parte nauis.*
Excitant. *Syr. Venerunt, ac excitarunt. Arab. Excitauerunt. Orig. Et ab homine ſuſcitatur è ſomno.*
Dicunt. *Arab. Dixerunt.*
Magiſter. *Syr. Magiſter noſter. Vat. Præceptor.*
Non a. t. p. *Arab. Non eſt tibi cura de rebus noſtris.*
Quia. *Theoph. Quod.*

Verſ. 39.

Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari. Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt tranquillitas magna.

Et exurgens. *Syr. Surrexit itaque. Ar. M. Et excitatus.*
Comminatus e. v. *Syr. Et obiurgauit ventum. Vat. Increpauit ventum.*
Dixit. *Arab. Imperauit.*
Tace. *Syr. Quieſce. Arab. Quietem. Ar. M. Sile.*
Obmuteſce. *Arab.* omittit.
Ceſſauit. *Arab. Quieuit, & ceſſauit. Pagn. Conquieuit.*

Verſ. 40.

Et ait illis. Quid timidi eſtis? nec dum habetis fidem? & timuerũt timore magno,

Et ait. *Arab. Deinde dixit.*
Quid. *Arab. Quare.*
Timidi e. *Syr. Ita pauidi eſtis. Arab. Timetis. Theoph. Adeo timidi eſtis.*
Nec dum h. f. *Syr. Et quare nulla eſt in vobis fides. Arab. Non eſt vobis fides. Theoph. Quomodo fit vt non habeatis fiduciam. Ar. M. Quomodo non habetis fidem.*
Timuerunt. *Vat. Affecti ſunt.*
Timore magno. *Ar. M. Timorem magnum.*
Dicebant. *Arab. Dixit.*

&

Vulgata Editio.

& dicebant ad alterutrum: Quis putas, eſt iſte, quia & ventus & mare obediunt ei.

Lectionum Varietas.

Ad Alterutrum. *Syr. Vnus ad alterum. Arab. Alter ad alterum. Euth. Ad ſe inuicem. Theoph. Inter ſeſe.*

Quis p. e. i. *Syr. Quinam iſte eſt. Arab. Quis videtur iſte. Vat. Quiſnam eſt hic.*

Quia ventus. *Syr. Vt venti. Arab. Cui ventus. Vat. Quòd & ventus.*

Obediunt ei. *Syr. Obediant ei. Arab. Obediunt.*

CAPVT IV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Lucri cupiditas à Dei verbo audiendo homines auocat. 1504
Attentè Dei verba excipi, quanti referat. 1504
Propinqui ferè impedimento eſſe ſolent, magnum aliquid praeſtaturis. 1505
Praedicator, auditorum vtilitatem, non ſuam, quaerat. 1506
Doctor Euangelicus omnium curam habere debet, nullum contemnere. 1506
Diuinorum verborum neglectum obiicere fidelibus vt daemones ſtudeant. 1507
Daemones, inuidiâ correpti, Diuini verbi fructum in hominibus impedire ſatagunt. 1507
Nullius deſperanda ſalus. 1508.
Dei verbum in omnibus ſpargendum. 1508
Corporis morbi, ſi animae languoribus comparentur, vix morbi dici poſſunt. 1509
Verba concionatoris, Deum ſapiant: in Deum referantur. 1510
Beneficiorum ſemina ſemper in nos Deus ſpargit. 1510
A Dei verbis auocari, quanti ſit damni. 1511
Diaboli aſtutia, ne fructum ex Dei verbis feramus. 1511
Tribulatio & afflictio, vt ſol, quo virtutum germina creſcunt. 1512
Θλίψις, *quid ſignificet. Tribulationes, amoris ſignum.* 1512
Solicitudinum huius ſeculi & aerumnarum nexus. 1513
Suſcipere verbum, quid ſignificet. 1514

Iterum cœpit docere ad mare.

1504. ITerum cœpit, quia priùs etiam idem praeſtiterat. Ad mare docet, quò conſueuerat magna hominum turba mercaturae gratiâ concurrere. Magnum fuit, homines negotiationem relinquere, vt Chriſti audirent verba: ita nunc fieri non ſolet, cùm lucri cupiditas à Dei verbo audiendo homines ſoleat auocare.

Iterum cœpit docere ad mare. Ob confluentem auditorum multitudinem, ſpatium ſatis capax non inueniens, ſe confert ad mare, vt è naui praedicet: ſed cur vndis non vtitur pro ſuggeſtu, & cathedrâ? cur vndas non calcat, vt & miraculo doctrinae ſuae auctoritatem conciliaret. Poterat, quod aliàs fecit; ſed noluit. *Docet more ſuo*, inquit Victor Antiochenus, *ex naui, & non ex mari, cùm id alioquin potuiſſet; ne, ob rei ſtuporem & inſolentiam, auditorum attentionem impediat; magiſque admirabilium operum effectorem, quàm doctorem ſe probet.* Tanti refert attentè Dei verba excipi. Monetur & doctor, ne gloriam ſuam ſpectet; ſed auditorum vtilitatem.

Cœpit docere ad mare. De domo exiens, ad 1505.
mare ſe contulit, vt turbas doceret relictis propinquis, *qui ferè impedimento bonis operibus ſolent eſſe.* Propinquis non ſit propinquus, qui magna in Dei obſequio eſt praeſtaturus.

Et congregata eſt ad eum turba multa, ita vt nauim aſcendens ſederet in mari.

IN mari ſedere dicitur, id eſt in naui, quae ſita 1506.
erat in mari. Vnde & Syrus vertit: *Ita vt aſcenderet, ſederetque in naui in mare.* Potuiſſet proximè in mari ſedere, & ſuper vndas cathedram locare ſinè nauicula; nam & Petrus eius virtute ſuper vndas ſtetit, & mare inambulauit. Potuit, ſed abſtinuit ne gloriam ſuam miraculi editione quaerere videretur, non auditorum vtilitatem.

Nauim aſcendens. Naui vtitur Chriſtus pro ſuggeſtu: in mari ſtans turbas docet, vt auditores ſuos omnes conſpiceret, & nullus eſſet à tergo. Doctoris Euangelici haec conſignatio eſt, vt omnium curam agat, nullum contemnat, nullum poſt ſe reiiciat.

Ecce exiit ſeminans ad ſeminandum: &, dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres caeli, & comederunt illud.

PEnde, quòd non dixit: *Proiecit illud in viâ*, ſed, 1507.
Cecidit circa viam: quia, quantum in ſe erat, in terram bonam proiicere ſemen verbi volebat qui ſeminabat.

Et venerunt volucres cœli, & comederunt illud. Per caeli volucres aëreae poteſtates daemoneſque intelliguntur: ſed cur comedere Diuini verbi ſemen dicuntur, cùm ferre illud nequeant & tantam illis nauſeam afferat? An comedunt, quia ſeruant, vt, ſuo tempore, in noſtrae ſocordiae & negligentiae teſtimonium proferant? Quot in mortis articulo confuſi ſunt, quia daemones audita, & in eorum corde ſeminata Dei verba producunt; obiicientes, quòd fructum nullum ediderint ſed ea neglexerint.

Comedunt volucres ſemen diuinum non quod daemonibus placeat: ſed quia illis diſplicet in humani cordis humo ad fructum ſeminari. Ferunt comedere, quod adeò illorum (vt ita dicam) palato ingratum eſt dummodo fructum impediant quem producere in humani cordis humo ſatum poſſet:

poſſet: tantâ inuidiâ dæmones in homines feruntur.

Aliud verò cecidit ſuper petroſa.

1508. ET cur ſedulus prouiduſque ſeminator ſemen iecit, quod in petroſa caſurum ſciret? Non eſt hoc culpa ſeminantis eſt terræ recipientis. Præterea, *Materialis agricola*, vt ait Sanctus Chryſoſtomus, *hoc modo ſeminando, hoc modo incuſaretur; non enim ignorat lapidem aut terram ſpinoſam, terram pinguem non fieri: in rationabilibus verò non eſt ſic; petram enim poſſibile eſt fieri terram pinguem, & deſtrui ſpinas: quod ſi fieri non poſſet, non ibi ſeminaſſet.* atque adeò nullius deſperanda eſt ſalus, cùm ſeminis ipſius vi verti in terram pinguem poſſit, quæ lapidibus adſperſa & obruta fuit.

Omnibus tradendum doctrinæ ſemen eſt: ſolo omni committendum, adeò vt petram referat, qui, ne ſemen in petroſa feratur, iacere ſemen nec in pinguem terram vult.

Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.

1509. ALludit Euangeliſta ad Iſaiæ locum ex cap. 6. v. 10. *Ne fortè conuertatur, & ſanem eum.* Quemadmodum citat etiam Matthæus cap. 13. v. 15. Pro *ſanem eum*, quod habet Matthæus, id Marcus explicat, *& dimittantur eis peccata*: innuens, hominis ſanationem in peccatorum ſanatione inprimis conſiſtere; adeò vt inſanus ſit, qui corporis ſanitatem quærit, non quærit animæ, quæ propriè, cum peccatis obſidetur, morbo cruciatur. Corporis morbi ſi animæ languoribus conferantur, vix morbi dici queunt.

Qui ſeminat, verbum ſeminat.

1510. QVod verbum? quem ſermonem? Sanctus Matthæus id expreſſit, dum legit: *Verbum Regni.* Et Sanctus Lucas: *Dei.* Cur non expreſſit Sanctus Marcus? An, quia ſermonis nomen non meretur, qui Dei non ſit, non ſit de Deo? Idem Marcus ſignificauit, cùm dixit: *Verbum.* Ac ſignificauerit Matthæus, cùm addidit, *Regni*; & Lucas, *Dei*: innuens vix ſermonem dici debere, qui de cœleſti Regno non ſit, circa Deum verſetur, in Deum dirigatur. Igitur ſermonem verbumque non ſeminat ille doctor, qui inutilium rerum narrationibus auditores detinet, & multus eſt in verborum lenociniis, quibus auditorum auribus blandiatur.

Qui ſeminat. Græcè, *ὁ σπείρων ſeminans.* Vt videatur, non aliud agere, quàm ſeminare; non aliud eſſe, quàm ſeminator, cùm Dei noſtri ſit, *non vno aut altero tempore* (vt ille ait) *ſed perpetuò ſeminare.* Semper beneficiorum ſuorum ſemina in nos ſpargit, ſemina ſeminibus adiicit, dona donis cumulat, munera muneribus.

Hi autem ſunt, qui circa viam, vbi ſeminatur verbum; &, cùm audierint, confeſtim venit ſatanas, & aufert verbum, quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.

1511. COnfeſtim venit ſatanas. Matthæus, *malum*, vocat. Idem ſatanas, ac malus: vt diſceremus, & malum & malitiæ authorem ſatanam eſſe. Lucas, *diabolum*, vocat: quod nomen, *calumniatorem*, ſonat. Tunc maximè malus dicitur dæmon, nobiſque aduerſari, cùm verbum à nobis aufert: maius nobis damnum ita infert, quàm ſi in nos calamitatibus & cruciatibus ſæuiret.

Et aufert verbum. His verbis illud explicat, quod ſupra obſcurius dixerat: *Et venerunt volucres cæli, & comederunt illud.* Hîc comeſtionis nulla mentio, ſed ablationis duntaxat. *Et aufert* inquit, *verbum.* Neque Dei verba dæmon accipit, vt fructum ferat; ſed aufert, ne fructum aliquem nos feramus.

Deinde, ortâ tribulatione & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur.

ILlam parabolæ partem his verbis exponit, 1512.
quam ſuperiùs his verbis dederat: *Et, quando exortus eſt ſol, exæſtuauit; &, eo quòd non habebat radicem, exaruit.* Ergo tribulatio & afflictio ad Chriſti mentem vt ſol ſe habet; cuius influxu, luce, & motu terræ germina exurgunt, adoleſcunt, & quodammodo animantur, dummodo firmas humi radices figant: idem tribulatio, & afflictio poteſt; hâc quippè virtutum germina creſcunt, & ad maturitatem, ſi perſeuerantia adſit, perducuntur.

Ortâ tribulatione. Græcè, γινομένης θλίψεως. *Ortâ afflictione, preſſurâ.* θλῖψις, propriè colliſio & compreſſio dicitur, à verbo, θλίβω, quod ſignificat frangere, comprimere, collidere, & de oſculis plerùnque profertur, quæ labris infiguntur. Theocritus θλίβειν χείλεα *Oſcula figere labris.* Ac ſi oſculari nos videatur Deus in ſignum amoris, dum tribulationibus & aduerſitatibus nos premit. Noſtrum quoque eſt, virgam, quâ nos flagellat, oſculari; ſicut fecit Eſther, de quâ dicitur libro ab eius nomine ſumpto cap. 5. v. 3. *Oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.* Illa terreni regis virgam oſculata eſt: nos Cæleſtis oſculari debemus: quod fit, cùm gratias ei agimus; quia nos flagellat, & aduerſitatibus exercet.

Et ærumnæ ſeculi, & deceptio diuitiarum & circa reliqua concupiſcentiæ, introeuntes ſuffocant verbum, & ſinè fructu efficitur.

ÆRumnæ. Græcè αἱ μέριμναι. Hanc eandem 1513.
vocem idem interpres apud Matthæum cap. 13. v. 22. vertit, *ſolicitudines.* Hîc ærumnas, dixit, vt intelligeremus, Mundi huius ſolicitudinibus & curis huius ſeculi, ærumnas copulari; vt ærumnas expectare debeat, qui ſeculi ſolicitudinibus implicatur.

Introeuntes. Si ſeculi ſolicitudines, diuitiarum deceptio, & circa alia concupiſcentia animum ſubeant & mentem, verbum ſuffocant, vt exurgere & pullulare nequeat. Licèt itaque ab omni parte nos paſſiònes obſideant; ſaltem non permittantur, animum liberè ocupare.

Qui audiunt verbum & ſuſcipiunt, & fructificant.

ET ſuſcipiunt. Sanctus Matthæus cap. 13. v. 23. 1514.
iſtuc idem, intelligendi, verbo extulit, dum ait;

ait. *Qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert.* Ergo ſuſcipere eſt intelligere: quo explicare alia ſacræ Scripturæ loca poſſumus Prou.4.verſ.4. *Fili mi, ſi ſuſceperis verba mea cor tuum:* id eſt, intellexerit. Ecclеſ.a.verſ.a. *Suſcipe verba intellectûs,* eodem ſenſu.

Suſcipiunt. Græcè eſt, παραδέχονται. Quod verbum, non ſolùm ſignificat ſuſcipere, ſed etiam approbare. Quâ notione indicatur, Dei verba ita mente excipienda, verſanda, & intelligenda, vt approbentur, non reiiciantur: quod doctores mali præſtant: intelligere Dei verba ſtudent, vt reprobent, & ſaltem moribus reiiciant.

SECTIO II.

Prædicatio, rerum temporalium amore minimè abſcondenda. 1515
Minimè intumeſcat prædicator, quòd auditores fructificent. 1516
Paulatim ad magna exurgendum. 1516
Animarum lucra, ſua computat fidelis Dei ſeruus. 1517
Superbia periculum maximè vitandum. 1518
Eorum, qui corriguntur, nomini conſulendum. 1518
Chriſtus in illis quieſcit, qui tribulationibus percelluntur. 1519
Suorum profectui vbique inuigilat Chriſtus. 1519
Magnâ ad Deum fiduciâ nos ire, vt Deus ſtudeat. 1520
Superbiæ ventus comprimendus. 1520
Obedientiæ celeritas commendata. 1521
In amoliendis malis, iis primùm occurrendum, quæ aliorum cauſa. 1522
Miracula Diuinæ virtuti tribui, quàm ſtudioſè Chriſtus ſtuduerit. 1522
Inanis gloriæ tempeſtas quàm perículoſa. 1523
Magnorum eſt, ſe nihil eſſe, agnoſcere. 1523
Quò quis maiora à Deo accipit beneficia, maiori in eum reuerentiâ feratur. 1524
Timere quiſque debet, cùm perfectè Chriſto non obediat. 1524

Nunquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto.

1515. LVcerna neque ſub modio locari debet neque ſub lecto. Nemo igitur aut circa eſcas, gulæ ſeruiens, occupari debet; aut otio torpeſcere: nam lucerna ſub modio eſt, cùm doctrina deliciis ac voluptatibus carnis ſubiicitur: ſub lecto cùm otio & deſidiâ premitur, & tantùm non extinguitur. Lucernam ſub modio ponunt, qui prædicationem, rerum temporalium amore, quæ modio ſignificantur, premunt: nihil enim ſic Diuinorum verborum vim retundit, ac nimius rerum pereuntium affectus. *Lucernam ſub modio ponere, eſt, propter temporale commodum, gratiam prædicationis abſcondere: quod nemo vtique electorum facit:* ait Sanctus Gregorius.

Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpicâ.

1516. V*Ltrò terra fructificat.* Id eſt ſponte naturâ ſuâ, abſque aliâ agricolæ curâ, & ſolicitudine, dummodo ſemine grauida ſit, & ſolaris calor cæteræque cauſæ ſuperiores concurrant: ſic Dei verbum in corde ſeminatum naſcitur, dummodo Spiritus ſancti gratiâ foueatur, abſque ſubſequenti doctoris curâ & anxietate. Quibus verbis, & quâ ſimilitudine doctoribus aufertur gloriandi materia: nam, quòd fructificent auditores, non eorum ſolicitudini tribuendum eſt, ſed terræ bonitati, cæleſti virtute cultæ: ipſi ſpargunt ſemen duntaxat.

Primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpicâ. Non ſtatim, ac terræ mandatum ſemen fuerit, in ſegetem aſſurgit; ſed paulatim incrementis quibuſdam perficitur, & adoleſcit. Idem in verbis Dei, quæ in cordibus ſeminantur, accidit: paulatim proficere debet, qui ea excipit: nec prædicator deſpondere animum debet, aut ceſſare à Dei verbo prædicando, aut ſegniùs munus iſtuc obire, ſi fructus ſtatim non ſequatur & appareat.

Primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum. Neque enim ſatis eſt ad ſalutem, ſi viridis fœni more per obedientiam floreamus; ſed animi fortitudo opus eſt, quâ ventorum flatibus, id eſt tentationibus iactari, erecti culmi inſtar, conſiſtamus: ac denique vt, veluti vberes ariſtæ, fructuum, hoc eſt virtutum granis turgeamus, ac metentis impleamus manus. 1517.

Et, cùm produxerit fructum, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.

VBi regiones ad meſſem iam incanuerint, tùm demum bonus ille agricola mittit falcem ſuam, & metit, quò frumenta in horrea conuehantur: huc enim exantlatus labor ſpectauit. Sic & doctor, conſpecto fructu in auditoribus è verbo nato, quod in eorum cordibus prædicatione ſeminauit, gaudet, & in Domino exultat, non ſecùs, ac ſi fructus ille ſibi proueniſſet, in ſuum horreum ſuo commodo conuehendus. Hæc fidelis ſerui nota eſt: animarum lucra, ſua computat eſſe, quæ Domino facta ſunt.

Facta eſt procella.

FLuctibûs fluctibus occurrit, & vndis vndîs. Ne Apoſtoli ſuperbiæ æſtibus agerentur, permiſſi ſunt maris æſtu agitari. *Ne ſuperbirent diſcipuli,* ait hîc Sanctus Thomas, *quòd ſolos aſſumpſerit, periclitari eos permiſit.* Leue omne periculum eſt, alioquin graue, quo à ſuperbiæ diſcrimine quis ſubducitur. 1518.

Noluit, aliis præſentibus, Apoſtolos iactari: ſubduxit illos à multitudine, deinde oriri tempeſtatem fecit: *Ne infirma illorum fides,* ait Victor Antiochenus, *cæteris pateſieret; ipſéque ſeorſum meliùs inſtruere, & corrigere poſſet.* Tanto ſtudio aliorum nomini conſulendum: tantâ cautione cæterorum defectus corrigendi.

Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens.

DVm mare fluctuaret, Chriſtus dormit. Plerúnque ſuauiùs in ſuis quieſcit, cùm ſui non quieſcunt, cùm fluctibus aguntur, tribulationibus percelluntur. *In pleriſque Chriſtus fluctuat, quia ipſi non fluctuant; ſed dormiunt.* Alto ſegnitiei torpore correpti. 1519.

Dormiebat Dominus in naui, vt ad vigilantiam

excitaret

excitaret Apoſtolos. Quid vigilantia tanti Paſtoris poterit, ſi tantum ſomnus potuit? vt de illo iure dixerit Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus. *O ſomnium, quo fidem dormitantem ex mediâ maris tempeſtate Dominus excire parabat!* Dormiebat Chriſtus, vt interim in diſcipulorum ſuorum profectum vigilaret.

1520. Dormiebat Chriſtus in naui, vt feliciùs Apoſtolorum fiducia, celeriuſque nauigaret ad Chriſtum. *Si enim*, verba ſunt Victoris Antiocheni *Chriſto vigilante, ea tempeſtas accidiſſet, non ita expauiſſent, neque opem illius tam ardenter implorasſent*; Amat Deus auxilium eius quæri, ſed non remiſsè.

Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſce.

C*Omminatus eſt.* Græcè, ἐπετίμησε. Quod idem interpres apud Matthæum vertit, *imperauit vento.* Vt ſcilicet impetum ſiſteret. Poterat mari imperare, vt quieſceret, neuè commoueretur, licèt non quieſceret ventus: aut priùs mari quietem indicere, quàm vento. Poterat, ſed noluit: motûs ac tempeſtatis priùs cauſas amputauit: quo tacitè nos edocuit, vt in paſſionibus animique motibus, ne obruamur, motûs & paſſionum origines auferamus; vnde animum, mentemque occupet tranquillitas. Præcipuè ſuperbiæ ventus ſiſtere iubeatur, ne, fluctibus, mentis nauis abſorbeatur.

1521. *Tace, obmuteſce.* Silentium muto elemento indicit, & ſurdum alloquitur mare: vt virtutem ſuæ vocis oſtenderet in nuda quoque elementa penetrare; ac ne crederetur, mare à ſe quieuiſſe, non Chriſti imperio.

Obmuteſce. Græcè, πεφίμωσο. Additum augmentum verbo (vt alij notauere) celerem obedientiam ſignificat atque perfectam; quaſi diceret: Statim penitúſque obmuteſce, nec ſonitum vel modicum commotione edas. Vt nos quoque à muto elemento celerem perfectamque obedientiam diſceremus.

Et dixit mari: Tace, & obmuteſce. Et non eſt ſatis venti impetum ſiſtere, cùm hinc mari quies ſecutura eſſet. Non erat ſatis; nam moti ſemel fluctus, etiam quieſcente vento, non quieſcunt, niſi multo temporis ſpatio elapſo; Miraculi perfectione ſtuduit Chriſtus, ne aliis, quàm Diuinæ eius potentiæ, miraculum tribueretur. 1522.

Agitati tempeſtate Apoſtoli inquiunt: *Magiſter non ad te pertinet, quia perimus?* Quin maximè pertinebat: neuè arrogantiùs de ſe præſumerent, duxit illos ſecum in mari; vt ex maris tumore diſcerent non intumeſcere. *Ne diſcipuli*, ait Victor Antiochenus, *ob ea ſe efferant, quòd, cæteris miſſis, ſoli ipſi fuerunt aſſumpti; Dominus graui tempeſtate illos iactari ſinit.* Grauior adhuc tempeſtas atque periculoſior inanis gloria eſt, quâ ne fluctuarent, pelagi fluctibus percelluntur. 1523.

Ex eo quòd Chriſtus eximia miracula operabatur, & Apoſtoli ei familiariter adhærebant, factum eſt, vt & ipſi plurimi à turbis fierent, & ipſi ex hoc gloriarentur. *Vt ergo*, verba ſunt Abulenſis *non gloriarentur in ſeipſis, voluit eis propriam infirmitatem oſtendere, conſtituendo in periculo, de quo non poſſent ſe liberare; & ſic agnoſcerent, ſe nihil eſſe.*

Et timuerunt timore magno.

POſt fluctuum timorem timore alio corripiuntur: timor reuerentiæ ac religionis eos inuadit: 1524.
metuentes ſcilicet, ne eo, quo decebat, modo Chriſtum timuerint; neuè plùs maris minas, quàm Chriſti præſentiam fuerint reueriti. Nimirum, quò quis maiora à Deo accipit beneficia, maiori in Deum timore ferri debet, maiori reuerentiâ.

Sibi quoque timere diſcipuli potuêre; cùm ſcilicet viderent, & ventos & mare obedire Chriſto, cuius iuſſibus non adeò promptè ipſi aliique parerent.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. MARCI.

Verſ. 1.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum.

Et venerunt. *S. Epiph. Venit autem.*
Trans fretum m. *Syr. Vltra mare. S. Epiph.* omittit. *Euth. Traiecto mari. Ar. M. In vlterius maris. Caiet. In vlteriorem partem Gadarenorum.*
In regionem. *S. Epiph. In partes.*
Geraſenorum. *Theoph. Gadarenorum.*

Verſ. 2.

Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo.

Exeunti ei. *Syr. Quum exiret. Arab. Cum exiſſet. Fr. Luc. Egreſſo ei de mari.*
De naui. *Ar. M. Ex nauigio.*
Statim o. *Goth. Statim occurrit ei.*
De monumento. *Syr. De domo ſepulchrorum. Ar. M. Ex monumentis.*
In ſpiritu i. *Syr. Habens ſpiritum immundum. Arab. In eo erat ſpiritus immundus. S. Epiph. Dæmonium habens. Vat. Obnoxius ſpiritui immundo.*

Verſ. 3.

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare.

Qui domicilium h. *Arab. Et erat habitatio eius. S. Epiph. Et degebat.*
Ligare. *Syr. Vinciri.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 4.

Quoniam ſæpè compedibus,& catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare.

Quoniam. *Syr. Propterea quod. Ar.M. Propter.*
Sæpè. *Syr. Quoties. Arab. Multoties. Euth. Frequenter.*
Catenis. *S.Epiph. Catenis ferreis.*
Vinctus. *Syr. Vinctus fuerat. Arab. Ligatus fuerat. S.Epiph. Qui erat alligatus. Theoph. Cùm fuiſſet vinctus. Ar.M. Eum ligatum eſſe.*
Dirupiſſet. *Syr. Fregerat. Arab. Dirumpebat. Euth. Diſcerpſerat. Pagn. Diſceſpta eſſent ab illo. Ar. M. Diſruptas eſſe ab eo. Fr. Luc. Diſcerpſiſſet. Auct. Diſtraxiſſet.*
Compedes. *S.Epiph. Vincula. Ar.M. Pedicas.*
Comminuiſſet. *Syr. Abruperat. Arab. Frangebat. S. Epiph. Diſrumpebat. Euth. Comminuerat. Theoph. Eſſent comminuta. Ar. M. Contritas eſſe.*
Poterat. *Theoph. Valuiſſet. Fr.Luc. Valuerat.*
Domare. *Syr. Subiugare. Arab. Ligare.*

Verſ. 5.

Et ſemper die ac nocte in monumentis,& in montibus erat,clamans,& concidens ſe lapidibus.

Semper. *Arab. Omni tempore. Ar.M.* omittit.
Die ac nocte. *Syr. Noctu, & interdiu. Ar.M. Per omnem noctem & diem.*
Clamans. *Syr. Clamabátque.*
Concidens. *Syr. Allidebat. Arab. Concidebat.*
Se. *Theoph. Se ipſum.*

Verſ. 6.

Videns autem Ieſum à longè cucurrit, & adorauit eum.

Videns a. *Syr. Quam autem vidiſſet.*
A longè. *Syr. Procul. Vat. Eminus.*
Cucurrit. *Syr. Curſu contendit. Euth. Occurrit.*

Verſ. 7.

Et clamans voce magna dixit: Quid mihi,& tibi, Ieſu fili Dei altiſſimi adiuro te per Deum,ne me torqueas.

Clamans. *Syr. Exclamauit. Arab. Clamauit. S. Epiph. Vociferabatur.*
Quid. *S. Epiph. Sine: quid nobis. Euth. Quid rei mihi.*
Et tibi. *Theoph. Tecum eſt.*
Altiſſimi. *S. Epiph.* omittit. *Euth. Excelſi.*
Per Deum. *Ar.M. Deum.*
Torqueas. *Syr. Crucies.*

Verſ. 8.

Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine.

Dicebat enim. *Arab. Et dixit.*
Exi. *Syr. Egredere.*
Ab. *Vat. Ex.*

Verſ. 9.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? & dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.

Et interrogabat e. *Arab. Deinde dixit illi. S.Epiph. Et interrogauit ipſum Ieſus.*
Nomen eſt. *Ar.M. Nomen.*
Dicit. *Syr. Dixit. Fr.Luc. Reſpondit dicens.*
Mihi nomen e. *Syr. Eſt noſtrum nomen. Arab. Eſt nomen meum. Ar.M. Mihi nomen.*
Quia. *Syr. Siquidem.*
Multi. *Arab. Plures. S.Epiph. Multa dæmonia.*
Sumus. *Arab. Nos ſumus. S.Epiph. Intrauerant in ipſum.*

Verſ. 10.

Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem.

Deprecabatur e. *Syr. Efflagitabat ab eo. Arab. Deprecatus eſt eum. S.Epiph. Rogabant ipſum. Vat. Precabatur eum. Ar.M. Adpellabat eum.*
Multùm. *S. Epiph.* omittit. *Ar. M. Multa. Vat. Multùm.*
Ne. *Ar.M. Vt ne.*
Se expelleret. *Syr. Emitteret ipſam. Arab. Mitteret eos. S.Epiph. Emitterentur. Vat. Ipſos emitteret. Ar.M. Se mittat.*
Regionem. *Fr.Luc. Regionem illam.*

Verſ. 11.

Erat autem ibi circa montem grex por-

Erat autem i. *Arab. Et ibi. S. Epiph. Erat enim illic. Euth. Erat autem.*
Circa. *Syr. Ad. Theoph. Iuxta.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

corum magnus, paſcens.

Montem. *Vat. Montes.*
Magnus. *Arab. Multorum. S. Epiph.* omittit.
Paſcens. *Arab. Paſcebat. Vat. Qui paſcebantur.*

Verſ. 12.

Et deprecabantur eum ſpiritus dicentes: mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

Deprecabantur e. *Syr. Efflagitabant ab eo. Ar. M. Adpellabant eum. Fr. Luc. Deprecati ſunt.*
Spiritus. *Syr. Illi dæmones. Caiet. Omnes dæmones.*
Porcos. *Syr. Porcos iſtos.*
Introeamus. *Euth. Ingrediamur.*

Verſ. 13.

Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.

Conceſſit e. ſ. *Syr. Permiſit eis. Goth.* omittit. *S. Epih. Statim permiſit ipſis. Euth. Confeſtim permiſit eis.*
Ieſus. *Goth.* omittit.
Exeuntes. *Arab. Exierunt. Theoph. Egreſſi.*
Spiritus. *Syr. Spiritus illi.*
Introierunt. *Syr. Ingreſſi ſunt. S. Epiph. Ingredi.*
Magno i. *Syr. Excurrit ille grex in rupem. Arab. Venit ſuper rupem. S. Epiph. Per præceps. Ar. M. Per præcipitium.*
Grex. *Arab. Grex vniuerſa.*
Præcipitatus eſt. *Syr. Et ruit. Arab. Et cecidit. S. Epiph. Irruit. Vat. Et ferebatur.*
Ad. *Syr. Circiter. S. Epiph. Et erant quaſi. Ar. M. Erant enim vt. Vat. Erant autem eorum. Caiet. Erant autem fermè.*
Suffocati. *S. Epih. Suffocata.*
In mari. *Syr. Aquis.*

Verſ. 14.

Qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros, & egreſſi ſunt videre quid eſſet factum.

Qui autem p. *Arab. Et paſtores. S. Epiph. Et qui paſcebant. F. Luc. Paſcentes autem.*
Eos. *Arab.* omittit. *Ar. M.* Porcos.
Nuntiauerunt. *Syr. Dixerunt. Euth. Annuntiauerunt. Pagn. Renuntiauerunt.*
In ciuitatem. *Syr. In ciuitate. Arab. Eis, qui erant in ciuitate.*
Agros. *Syr. Pagis. Arab. Agro.*
Egreſſi ſunt. *Arab. Venerunt. Euth. Exierunt.*
Videre. *Syr. Vt viderent. Vat. Ad videndum.*
Quid eſſet f. *Syr. Id quod factum fuerat. Arab. Quod factum fuiſſet. Theoph. Quid eſſet, quod acciderat.*

Verſ. 15.

Et veniunt ad Ieſum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis, & timuerunt.

Veniunt.. *Arab. Venerunt.*
Vident. *Arab. Viderunt Ar. M. Spectant.*
Illum qui. a. d. v. *Syr. Eum, qui fuerat dæmoniacus. Ar. M. Dæmoniacum.*
Sanæ mentis. *Syr. Verecundum in quo fuerat Legio. Arab. Sana mentis, in quo erat Legio. Euth. Sanâ mente, eum inquam, qui habuerat Legionem.*
Timuerunt. *Syr. Perterriti ſunt. Vat. Extimuerunt.*

Verſ. 16.

Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis.

Et. *Arab. Deinde.*
Narrauerunt. *Syr. Renuntiauerunt.*
Qui v. *Arab. Qui viderunt. Ar. M. Videntes.*
Qualiter. *Syr. Quomodo. Vat. Qualia.*
Factum eſſet. *Syr. Actum eſſet. Arab. Facta eſſet res. Euth. Acciderat. Theoph. Accidiſſet. Vat. Eueniſſet.*
Ei qui d. h. *Syr. Cum ipſo dæmoniaco. Arab. Dæmoniaci. Ar. M. Dæmoniaco.*
Et de porcis. *Syr. Nec non de illis porcis. Arab. & porcorum.*

Verſ. 17.

Et rogare cœperunt eum vt diſcederet de finibus eorum.

Rogare. *Syr. Efflagitare ab eo. Euth. Deprecari Ar. M. Aduocare eum.*
Vt diſcederet. *Syr. Vt excederet. Ar. M. Abire.*
De finibus. *Euth. A finibus.*
Eorum *Theoph. Ipſorum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 18.

Cumque aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo.

Cumque a. *Syr. Qaum conſcendiſſet. Ar. M. Et aſcendente ipſo. Vat. Et cùm ingreſſus eſſet. Caiet. Et ingreſſo eo.*
Nauim. *Ar. M. In nauigium.*
Cœpit illum d. *Syr. Petebat ab eo. Arab. Deprecatus eſt eum. Euth. Deprecabatur illum. Ar. M. Aduocabat illum. Fr. Luc. Rogabat illum.*
Qui à dæmonio v. f. *Syr. Is, qui dæmoniacus fuerat. Arab. Qui erat dæmoniacus. Pagn. Qui à dæmonio correptus fuerat. Ar. M. Dæmoniacus.*

Verſ. 19.

Et non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

Et non a. e. *Syr. Nec permiſit ei. Euth. Ieſus autem dimiſit eum. Ar. M. At Ieſus non admiſit eum.*
Vade in d. *Syr. Abi domum. Al. Abi in domum.*
Ad tuos. *Syr. Ad homines tuos. Arab.* omittit.
Quanta f. *Syr. Quid fecerit. Arab. Operationem. Ar. M. Quanta fecit.*
Tibi. *Arab. Dominus in te.*
Et miſertus ſ. t. *Syr. Quodque tui miſertus fuerit. Arab. Et miſericordiam eius erga te. Ar. M. Et miſertus eſt tui.*

Verſ. 20.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Et. *Syr. Itaque.*
Cœpit prædicare. *Arab. Prædicauit.*
Quanta. *Syr. Quid. Arab. Et dixit quæcunque.*
Sibi. *Arab. In eo. Ar. M. Ei.*
Omnes. *Syr. Cuncti. Arab. Omnes illi.*
Mirabantur. *Arab. Mirati ſunt.*

Verſ. 21.

Et cum tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

Cùm tranſcendiſſet I. *Arab. Cùm veniſſet Ieſus. Ar. M. Traiiciente Ieſu. Fr. Luc. Cùm traieciſſet Ieſus. Aug. ex Pagn. Transfretaſſet.*
In naui. *Syr. Naui. Ar. M. Nauigio.*
Rurſum. *Syr.* omittit. *Arab. Iterum.*
Trans f. *Syr. In illam vlteriorem ripam. Ar. M. In vlterius.*
Conuenit. *Syr. Rurſus congregati ſunt. Arab. Secuta eſt. Euth. Congregata eſt. Ar. M. Coacta eſt.*
Turba. *Syr. Cœtus.*
Multa. *Syr. Plurimi. Arab. Magna.*
Ad eum. *Syr. Iuxta eum. Arab. Eum.*
Et erat. *Syr. Dum eſſet.*
Circa. *Syr. Iuxta. Arab. Secus. Fr. Luc. Ad.*
Mare. *Syr. Littus maris.*

Verſ. 22.

Et venit quidam de archiſynagogis nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.

Et venit. *Syr. Venit autem. Arab. Et venit ad eum. Caiet. Et ecce venit.*
Quidam. *Ar. M. Vnus.*
De Archiſynagogis. *Syr. Ex principibus ſynagogæ. Theoph. Principum ſynagogæ. Ar. M. Archiſynagogorum.*
Nomine. *Arab. Cuius nomen erat.*
Et videns e. *Syr. Et quum vidiſſet eum. Euth. At viſo eo. Vat. Qui cùm vidiſſet eum.*
Procidit. *Fr. Luc. Accidit.*

Verſ. 23.

Et deprecabatur eum multùm, dicens: Quoniam filia mea in extremis eſt, veni,

Deprecabatur eum. *Syr. Efflagitauit ab eo. Ar. M. Aduocabat eum. Vat. Precabatur eum.*
Dicens. *Syr. Ac dixit ei.*
Quoniam f. *Syr. Filia. Fr. Luc. Filiola.*
In extremis e. *Syr. Malè affecta eſt. Arab. Appropinquauit morti. Ar. M. Extremè habet.*
Veni. *Arab. Sed veni. Euth. Vt venias. Vat. Oro, vt venias.*
Impone. *Arab. Et pone. Euth. Imponeret. Vat. Et imponas.*
Manum. *Syr. Manum tuam. Caiet. Manus.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

impone manum ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat.

Supet e. *Theoph. Illi.*
Vt ſalua ſ. *Syr. Et ſanabitur. Arab. Et erit ſalua. Euth. Quò ſeruaretur. Ar. M. Vt ſeruetur. Vat. Salutem conſequatur.*
Viuat. *Euth. Viueret. Caiet. Viuet.*

Verſ. 24.

Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Abiit *Syr. Abiit Ieſus.*
Sequebatur e. *Syr. Se ſo adiunxerat ei. Arab. Secuta eſt.*
Turba. *Euth. Multitudo.*
Multa. *Arab. Magna.*

Verſ. 25.

Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim.

Et mulier. *Syr. Quadam autem mulier. Arab. Et ecce mulier.*
Quæ erat i. p. *Arab. Cui erat profluuium. Euth. Qua fluxu patiebatur. Theoph. Qua erat obnoxia profluuio. Vat. Qua laborauerat profluuio. Fr. Luc. Exiſtens in fluxione.*
Annis duodecim. *Syr. A duodecim annis. Ar. M. Annos duodecim.*

Verſ. 26.

Et fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis: & erogauerat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deteriùs habebat.

Et. *Syr. Que quidem. Arab. Iam.*
Fuerat multa p. *Arab. Erat perpeſſa. Euth. Paſſa erat multa. Ar. M. Multa perpeſſa.*
Compluribus. *Syr. Plurimis. Arab.* Omittit. *Ar. M. multis*
Erogauerat. *Syr. Expenderat. Euth. Comſumpſerat. Pagn. Inſumptis. Fr. Luc. Inſumpſerat.*
Omnia ſua. *Syr. Quidquid habebat. Arab. Omnia, qua erant ei. Ar. M. Que apud ſe omnibus. Vat. Omnes facultates ſuas.*
Nec quidqam. *Syr. Nihilque. Arab. Et non. Theoph. Neque quidquam.*
Profecerat. *Syr. Adiuta fuerat. Arab. Inuenit quietem. Theoph. Adiumenti ſenſerat. Ar. M. Adiuta.*
Sed. *Syr. Quin imo.*
Magis deterius h. *Syr. Magis angebatur. Arab. Addiderat dolorem. Ar. M. Magis in deterius veniens. Vat. Plus detrimenti acceperat. Fr. Luc. Magis in deterius venerat.*

Verſ. 27.

Cùm audiſſet de Ieſu, venit in turba retrò, & tetigit veſtimentum eius.

Cum a. *Arab. Cùm autem audiſſet. Ar. M. Audiens.*
Venit. *Ar. M. Et veniens.*
Turba. *Syr. Compreſſione turba. Arab. Turbam.*
Retrò. *Syr. A tergo eius. Arab. Retrò eum. Theoph. A tergo.*

Verſ. 28.

Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero.

Dicebat e. *Arab. Dicens.*
Quin ſi. *Syr. Si.*
Vel veſtimentum. *Arab. Veſtimentum. Fr. Luc. Vel veſtimenta.*
Salua ero. *Syr. Seruabor.*

Verſ. 29.

Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.

Confeſtim. *Syr. Statim. Euth. Continuò.*
Siccatus e. *Arab. Ceſſauit. Fr. Luc. Exaruit.*
Fons. *Arab. Curſus.*
Senſit. *Arab. Cognouit.*
Corpore. *Syr. Corpore ſuo. Arab. In ſuo corpore.*
Quia ſanata e. *Syr. Se ſanatam eſſe. Arab. Quia ipſa ſanata eſſet.*
Plagâ. *Syr. Plagâ ſuâ. Arab. Infirmitate ſuâ. Pagn. Eo flagello. Vat. Supplicio. Aug. Flagello.*

Verſ. 30.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cogno-

Et. *Syr. Autem.*
In ſemetipſo. *Syr. Apud ſe. Arab.* Omittit.
Cognoſcens. *Syr. Cognouit. Euth. Quum cognouiſſet.*

ſcens

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam, aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

Virtutem. *Ar. M. Efficacitatem.*
Quæ exierat. *Syr. Exiiſſe. Euth. Quæ egreſſa erat. Ar. M. Profectam. Pagn. Prodiiſſe.*
Do illo. *Syr. A ſemetipſo. Arab. Ab illo. Ar. M. A ſe. Pagn. Ex ſe ſe.*
Conuerſus. *Syr. & conuerſus. Arab. Conuerſus eſt.*
Ad turbam. *Fr. Luc. In turbâ.*
Aiebat. *Arab. Et dixit.*
Veſtimenta m. *Arab. Veſtimentum meum.*

Verſ. 31.
Et dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?

Et dicebant. *Syr. Dixerunt.*
Sui. *Arab. Eius. Theoph. Ipſius.*
Videt. *Arab. Non vides. Ar. M. Aſpicis.*
Turbam. *Syr. Turbas.*
Comprimentem. *Syr. Quæ opprimunt. Arab. Quæ comprimit. Vat. Vndique prementem. Fr. Luc. Opprimentem.*
Tetigit me. *Arab. Appropinquauit ad me.*

Verſ. 32.
Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.

Circumſpiciebat. *Arab. Circumſpexit.*
Videre. *Caiet. Vt videret.*
Eam. quæ h. f. *Syr. Quis hoc feciſſet. Ar. M. Hoc facientem.*

Verſ. 33.
Mulier verò timens, & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

Mulier v. *Syr. Tunc mulier illa. Ar. M. At mulier.*
Timens, & t. *Syr. Quum timeret, ac tremeret. Arab. Timuit & tremuit.*
Sciens. *Syr. Quippè quæ noſſet. Arab. Vbi cognouit. Euth. Quum vidiſſet.*
Factum eſt. *Syr. Actum fuiſſet. Euth. Contigerat. Vat. Accidiſſet.*
In ſe. *Syr. Cum eâ. Arab. In eâ.*
Venit. *Syr. Veniens. Arab. Et venit.*
Procidit. *Euth. Adorauit. Theoph. Accidit.*
Ante eum. *Syr. Coram eo. Arab. Ante pedes eius. Euth. Eum. Theoph. Ei.*
Omnem v. *Arab. Veritatem. Caiet. Cauſam ſuam.*

Verſ. 34.
Ille autem dixit ei: Filia fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.

Ille autem. *Arab. Et.*
Filia. *Syr. Filia mea.*
Saluam f. *Theoph. Seruauit.*
Vade in p. *Syr. Abi in pace. Arab. Vade. Vat. Vade cum pace.*
Eſto ſana. *Arab. Sis libera.*
A. *Syr. Ex.*
Plaga tua. *Arab. Morbo tuo. Vat. Supplicio tuo. Caiet. Flagello tuo.*

Verſ. 35.
Adhuc eo loquente, veniunt ab archiſynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua eſt: quid vltrà vexas Magiſtrum?

Adhuc. *Syr. Et adhuc. Arab. Et dum.*
Eo loquente. *Arab. Ipſe loqueretur.*
Veniunt. *Syr. Venerunt. Goth. Veniunt nuncij.*
Ab archiſynagogo. *Syr. E domo principis ſynagogæ. Arab. Ad archiſynagogum. Theoph. A principe ſynagogæ. Ar. M. Ab archiſynagoga.*
Dicentes. *Syr. Et inquiunt. Vat. Qui dicerent.*
Quia f. *Euth. Filia.*
Mortua eſt. *Arab. Iam mortua eſt. Euth. Defuncta eſt.*
Quid vltrà. *Syr. Quid ampliùs. Arab. Ne. Ar. M. Quid adhuc.*
Vexas. *Syr. Faceſſis negotium. Arab. Vexes.*
Magiſtrum. *Syr. Doctori.*

Verſ. 36.
Ieſus autem audito verbo, quod dice-

Ieſus a. *Ar. M. At Ieſus.*
Audito v. *Syr. Audiit ſermonem. Arab. Cùm audiſſet verbum. Vat. Protinus audito ſermone. Ar. M. Statim audiens ſermonem. Fr. Luc. Statim, vt audiit verbum.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

batur, ait archiſynagogo: Noli timere: tantummodò crede.

Quod dicebatur. *Syr. Quem dicebant. Arab.* omittit. *Ar. M. Dictum.*
Atchiſynagogo. *Syr. Illi principi ſynagegæ.*
Noli timere. *Theoph. Ne timeas. Ar. M. Ne metue. Al. Ne metuas.*
Tantummodo. *Euth. Solùm.*

Verſ. 37.

Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.

Et non admiſit. *Syr. Non permiſit.*
Quemquam. *Theoph. Vt quiſquam.*
Se ſequi. *Syr. Iret ſecum. Arab. Sequi eum. Theoph. Se ſequeretur. Ar. M. Se conſequi.*
Niſi. *Vat. Præter.*
Petrum. *Syr. Simonem Petrum.*

Verſ. 38.

Et veniunt in domum archiſynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ejulantes multùm.

Et. *Fr. Luc. Tunc.*
Veniunt. *Syr. Venerunt. Caiet. Venit.*
In domum. *Syr. Domum.*
Atchiſynagogi. *Syr. Illius principis ſynagogæ.*
Videt. *Arab. Vidit. Fr. Luc. Spectat.*
Tumultum. *Syr. Tumultuantes. Arab. Turbationem eorum.*
Eiulantes m. *Syr. Eiulantes. Arab. Eiulatum eorum multum. Fr. Luc. Tibicinas, & hiſtriones.*

Verſ. 39.

Et ingreſſus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit.

Ingreſſus. *Arab. Introïuit.*
Turbamini. *Syr. Perſtrepitis. Arab. Commouemini. Caiet. Tumultuamini.*
Ploratis. *Syr. Fletis. Euth. Plangitis.*
Dormit. *Arab. Eſt dormiens.*

Verſ. 40.

Et irridebant eum. Ipſe verò, eiectis omnibus, aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur vbi puella erat iacens.

Irridebant. *Syr. Subſannabant. Arab. Riderunt.*
Eum. *Arab. Propter hoc.*
Ipſe verò. *Syr. Ieſus verò. Arab. Et.*
Eiectis o. *Arab. Eiecit omnes eos. Fr. Luc. Poſtquam eieciſſet.*
Aſſumit. *Syr. Accepitque. Arab. Aſſumpſit ſecum.*
Patrem & matrem p. *Syr. Patrem puellæ, & matrem eius.*
Qui ſecum. *Theoph. Eos, qui cum ipſo. Ar. M. Qui cum ſe.*
Et ingreditur. *Arab. Deinde ingreſſus eſt.*
Vbi. *Arab. Locum, in quo. Vat. Eò vbi.*
Erat iacens. *Arab. Erat poſita. Euth. Iacebat. Ar. M. Iacens. Vat. Decumbebat.*

Verſ. 41.

Et tenens manum puellæ ait illi: Talitha cumi, quod eſt interpretatum: Puella (tibi dico) ſurge.

Et. *Fr. Luc. Cùm igitur,*
Tenens. *Syr. Prehendit. Arab. Apprehendit. Theoph. Apprehenſá. Ar. M. Prehendens. Vat. Prehenſâ. Fr. Luc. Cœpiſſet.*
Manum. *Theoph. Manu.*
Puellæ. *Arab. Eius.*
Talitha cumi. *Syr.* omittit.
Quod eſt i. *Syr.* omittit. *Arab. Cuius interpretatio. Euth. Si interpreteris. Theoph. Si quis interpretetur.*
Puella t. *Syr. Puella.*
Surge. *Ar. M. Excitare.*

Verſ. 42.

Et confeſtim ſurrexit puell[illegible] ambulabat; erat autem anno[illegible]odecim: & obſtu[illegible]

Confeſtim. *Syr. Eo momento. Euth. Statim.*
Ambulabat. *Arab. Ambulauit. Ar. M. Deambulabat.*
Erat a. *Syr. Erat enim filia. Vat. Habebat enim.*
Annorum. *Vat. Annos.*
Obſtupuerunt. *Syr. Mirati ſunt. Vat. Inuaſit eum ſtupor.*
Stupore magno. *Syr. Admiratione magnâ. Arab. Valde. Vat. Magnus.*

Verſ. 43.

Vulgata Editio.

Verſ. 43.

Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare.

Lectionum Varietas.

Et præcepit. *Syr. Præcepit autem. Euth. Ipſe verò præcepit. Vat. Et interminatus eſt.*
Vehementer. *Ar. M. Multa. Fr. Luc. Multum.*
Vt nemo. *Syr. Ne quis. Arab. Ne aliquem. Euth. Vt nullus. Theoph. Ne quiſquam.*
Id ſciret. *Syr. Id reſciſceret. Arab. Hoc docerent.*
Dixit. *Theoph. Iuſſit.*
Dari illi m. *Syr. Vt darent ei ad manducandum. Arab. Cibate eam. Theoph. Vt daretur, quod ederet.*

CAPVT V.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Mortis memoriâ non proficere, quàm noxium. 1526
Fallit dæmon, dum magna ſuis promittit. 1526.
Mortis memoria quàm vtilis. 1527
Ad Chriſtum in tribulationibus currere quiſque debet. 1528
Blaſphemi perſtricti. 1528
In homines quàm ſæuus dæmon ſit. 1519
Quantâ reuerentiâ, Dei nomen efferri debeat. 1530
Torquetur dæmon, quum torquendi homines facultas illi adimitur. 1530
Dæmones tunc concordes, quum in nos ſæuiunt. 1531
Legionis nomen cur ſibi vendicent dæmones. 1532
Ibi eſſe dæmones volunt, vbi magis nocendi ſpes. 1534
Chriſti præſentia quàm vtilis. 1534.
Chriſtum à ſuis dimitti, quærit omnibus artibus dæmon. 1535

Exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo.

1525. MATTHÆVS duos memorat: Marcus & Lucas vnum: eandem tamen hiſtoriam referunt. Matthæus de duobus mentionem facit, quia duo erant: Marcus & Lucas de vno tantùm, de nobiliore ſcilicet; maius enim miraculum fuit hominem nobilem ad Chriſtum ire, quàm ignobilem. Præterea vnius duntaxat Marcus & Lucas meminerunt, qui ſæuior eſſet, magiſque vexaretur; quippè qui ab integrâ legione dæmonum obſideretur. Quod ſingulare erat ſingulariter proſequuntur, & alterum ſilentio, breuitati & compendio ſtudentes, prætereunt.

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſque poterat eum ligare.

1526. QVi in monumentis habitat, qui mortuos ob oculos habet, nec Diuinæ legis vinculis & catenis ligari ſe ſinit, à dæmone ſe obſideri demonſtrat, dæmonum ludibrium factus; dæmonique in hoc eſt par.

Qui domicilium habebat in monumentis. Immundus hic ſpiritus, qui hunc hominem inuaſerat, cum ipſo morabatur in ſepulchris: quis deinceps diaboli promiſſis credat? Chriſto diabolus omnia Mundi regna pollicebatur: hunc, quem ſubierat, adiicit ſepulchro, iacetque ipſe cum ipſo: ergo fallit, dum promittit magna & eximia. *Ecce*, inquit ſanctus Petrus Chryſologus, *qui honores omnes regni promittebat & gloria Chriſto, habitare fœtidus corruptione cadauerum reperitur in tumulis. Sic iſte decipit, cùm promittit; vt ad infernum ſecum pertrahat, cùm de ſupernis ſe conſolantes fallax promiſſor illudit.*

Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus.

IN monumentis & in montibus. Reſpicit ad antiquum illius gentis & æui morem: Iudæi quippè, & qui Iudæorum terram olim occupabant, monumenta ſua ferè in montibus aut deſertis locis habebant, nequaquam in ciuitatibus, ne mortuorum ſepulturâ contaminarentur: vt enim cadauera tam hominum, quàm beſtiarum Iudæis lege contagioſa erant, ita & ſepulchra. Apud Iudæos ſepulchra in montibus fuerint: apud Chriſtianos aliter fit. In vrbibus hîc ſunt, vt mortis ac mortuorum frequentiùs recordentur. Vt monumenta in montibus apud Iudæos, nos ex monumenti mortiſque memoriâ ad perfectionis montem accedere debemus. 1527.

Videns Ieſum à longè, cucurrit, & adorauit eum. Dæmon à Chriſto vexatus cucurrit ad Chriſtum. Vel à dæmone diſcant, quid præſtare homines debeant, dum premuntur: currant ad Chriſtum, non timore duntaxat, ſed & amore. 1528.

Adorauit eum. Extorquent verbera, quod ſigna non extorquerent. *Dæmones, vbi tormenta ſenſerunt, ſciunt Dominum.* Et velut Deum vexati adorant, quem plerunque impij homines blaſphemant, in hôc dæmonibus peiores.

Quid mihi & tibi, Ieſu fili Dei altiſſimi.

ITa dæmon Chriſtum alloquitur & deprecatur. Vides, homines plerunque grauiores euomere blaſphemias, quam dæmones euomant. [illegible] lumniabantur Iudæi, quòd Chriſtus in [illegible] dæmoniorum eiiceret dæmonia: hîc [illegible] fatentur, ſe nihil cum Chriſto habere

Adiuro te per Deum, [illegible]

MAgnum tormentum [illegible] ab hominis tormento [illegible] ceſſare: ſed cur tam efficaciter [illegible] ; vt eum adiuret Deum [illegible] authoritate interpoſitâ?

An, quia tantò grauiùs dimittebat, quantò duriùs cruciabat? Quò homines grauiùs vexat dæmon, eò libentiùs cum illis eſt & in illis; & moleſtior ipſi diſceſſus eſt.

1530. *Adiuro te per Deum viuum.* Quoniam nouerat dæmon ſuis meritò precibus nihil tribuendum, tentat, ſi Diuini nominis interpoſitione, quam ſummæ virtutis eſſe ſciebat, conſequi poſſet, quòd volebat. Vel à dæmone diſcimus, quanto timore ac reuerentiâ efferre Dei nomen debeamus, quantæque virtutis & auctoritatis Dei nomen ſit.

Ne me torqueas. Plùs te inuidia tua torquet, quàm torqueat Chriſtus. Nimirum immitti ſibi pœnam putat dæmon, cùm ab homine, quem torquet, emittitur: *Emiſſionem, quippe* (vt ait hic Sanctus Thomas) *reputabat tormentum.* Torquetur dæmon, ſi torquendi hominis facultas illi præripiatur.

Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine.

1531. TOrmentum erat illi exire. *Spiritus immunde.* Multi erant in homine illo ſpiritus immundi: cur igitur Chriſtus vnum alloquitur? Quia ſciebat, quòd multi per vnum loquebantur, vt, vnus, vnanimi ſenſu omnes viderentur. Cùm in homines ſæuiunt dæmones, ita concordes ſunt, vt multi in vnius voluntatem coïre videantur.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? & dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.

INterrogat Dominus, non vt ipſe ſciret; ſed vt cæteri diſcerent, quantâ dæmonum multitudine ille homo corriperetur: ne ſi Chriſtus ipſe diceret: Multi ſunt. Incredibile hoc aliquis putaret. Multitudinem autem vult exprimi, vt beneficij & gratiæ magnitudo magis eluceſceret, & curantis virtus magis appareret.

1532. *Legio mihi nomen eſt.* Militare nomen vſurpant, vt ſe in noſtram perniciem bellum nobis aſſiduè inferre, & contra nos pugnare, vel nolentes, prodant.

Vel legionis nomen ſibi vendicant dæmones; vt Angelis ſe patient, quorum exercitibus Deus præeſt, & legiones dicuntur: hinc Matth. 26. v. 53. *Pluſquam duodecim legiones Angelorum.*

Et deprecabantur eum multùm, ne ſe expelleret extra regionem.

1533. FAtentur dæmones, vel inuiti, Chriſtum habere poteſtatem relegandi ipſos, quò voluerit: & nocendi libidine correpti poſtulant, ne extra illam regionem mittantur. Sed, nunquid nocere hominibus adhuc non poterant, etiamſi ab illâ regione eiecti in aliam relegarentur? Cur igitur quærunt, ne extra regionem illam fierent? An, quia loca illa, in quibus diu verſati fuerint, & mores hominum, propter longam conſuetudinem, magis perſpectos habent, magis amant dæmones, & difficiliùs deſerunt?

1534. Extra illam regionem eiici nolebant dæmones; quia ibi magna eis inerant nocendi occaſio & ſpes; multa enim moliti erant in hominum illorum damnum, quæ, ſi abirent, imperfecta relinquebantur. Nimirum, vbi nocendi ſpes maior adeſt, ibi adeſſe dæmones volunt.

Tandem abire ab illis locis nolebant; vt, quantùm Chriſti præſentia hominibus illis proficeret tantùm ipſi ſuis fraudibus & tentationibus nocerent; & fructum impedirent, qui ab eius verbis & vitâ naſci poterat.

Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens; & deprecabantur eum ſpiritus dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

DEprecabantur. Superiùs vnus, qui legatione pro aliis fungebatur, omnium vice loquebatur: hic plures deprecari perhibentur; vt intelligeremus, quod vnus loquebatur, omnes velle; nec inter ſe dæmones, cùm de hominis ruinâ agitur, diſſentire. 1535.

Cur in porcos mitti dæmones poſtulant? An, vt domini porcorum, damno affecti, Chriſtum non reciperent, & à ſuis finibus dimitterent, quod poſtea præſtiterunt. Omnibus artibus perſuadere hominibus dæmon ſtudet, vt Chriſtum dimittant.

Et conceſſit eis ſtatim.

PRæter alias cauſas, idcirco conceſſit, vt re ipsâ monſtraretur, verum eſſe, quod dixerant dæmones, magnam ſe eſſe in vno homine multitudinem. 1536.

Qui autem paſcebant eos, fugerunt.

CVt paſtores, porcos periiſſe, non conqueruntur, & coram Chriſto non expoſtulant? In fugam ſe proripiunt, ne eum porcis perirent. Vt vitæ ſuæ conſulant, ſtatim abeunt. Fors apud Chriſtum conqueſti eſſent, niſi timore correpti fugere coacti fuiſſent.

SECTIO II.

Dæmones nobiſcum pugnantes, nos peritiores conſtituunt. 1537
Plerunque rerum temporalium cauſâ aliqua homines præſtant, quæ non præſtant religionis. 1538
Παρακαλεῖν, *quid. Conſolationis & orationis nexus.* 1538
Qui ſub dæmonum imperio, culpa admiſſione, fuit; ne iterum ſit, valdè timeat. 1539
Fidimittendi, qui Chriſtum dimittunt. 1539
Aliorum ſalus omnibus modis quærenda. 1540
Iactantia maximo ſtudio declinanda. 1541
Deus plura nobis confert beneficia, quàm conferre videatur: Mundus contrà. 1542
Vera obedientia eſt, ſua imperfecta relinquere. 1543
Quàm vtilis Diuinorum beneficiorum recenſio. 1544

Et veniunt ad Ieſum, & vident illum, qui à dæmone vexabatur ſedentem, veſtitum, & ſana mentis; & timuerunt.

VIdent illum, qui à dæmone vexabatur. Græcè, θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον, ſpectant dæmoniacum, hoc 1537.

hoc eſt, qui dæmoniacus fuerat. *Veſtitum*: Nam quando à dæmone corripiebatur, nudus cogebatur incedere: quod habet Lucas cap.8.v.27. dæmon non ſolùm ludibrio homines habet; ſed eos haberi etiam ab aliis vult.

Et ſana mentis. Ac ſi inſanus fuerit cùm à dæmone agebatur. Videtur fuiſſe obnoxius inſanorum dæmonum legioni.

Qui à dæmonio vexabatur. Poterat Deus, dæmones omnes in abyſſum infernalem relegare, ne homini nocere poſſent; ſed noluit, ne pugnæ illi occaſio deeſſet, *permiſit* (ait hìc S. Thomas) *dæmones in terrâ eſſe, vt, nobiſcum pugnantes, nos peritiores conſtituant.* Prodeſſe tentatores poſſunt, niſi tentatos torpor corripiat.

Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus eorum.

1538. ROgare cœperunt. Ideſt blandè, ſine irâ, ſine tumultu, cauentes eum offendere, maioris damni metu. Plerùnque homines metu rerum temporalium amittendarum ab iis ſe abſtinent, à quibus religionis & pietatis Diuinique timoris causâ non abſtinerent.

Rogare cœperunt. Græcè, ἤρξαντο παρακαλεῖν *Obſecrare cœperunt.* Verbum, παρακαλεῖν, non ſolùm, *obſecrare*, *rogare*, ſignificat, ſed etiam conſolari; Orationi iuncta conſolatio eſt. Conſolationem videtur accipere Dominus, dum rogatur: conſolatione perfunditur, & qui rogat. Hinc in ſacris litteris conſolationis nomine oratio ipſa ſignificatur.

Vt diſcederet de finibus eorum. Chriſti virtutem plerique admirantur; ſed, ne vel leuiſſimarum rerum iacturam patiantur, ipſum abire volunt. Chriſti potiùs præſentiâ carere amant, quàm ſuis reculis, quas nimio affectu depereunt.

Cùmque aſcenderet nauim cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo.

1539. CVr, qui à dæmonibus fuerat liberatus, vt ſibi liceat cum Chriſto eſſe poſtulat? Ne, abſente Domino, iterum à dæmonibus corriperetur: non metuebat, dum eſſet præſens, ſed cùm abeſſet. Qui ſemel ſub dæmonum imperio fuit, iterum eſſe valdè timet: quod illi, qui Chriſtum dimittebant, non cogitabant.

Præterea comitari Chriſtum volebat, in amoris ſignum, quo ſanitatis ſuæ auctorem proſequebatur. Paratus erat, vel ingratos ciues ſuos relinquere, vt Chriſto adhæreret. Docemur, omnes deſerendos, qui Chriſtum dimittunt. Tutum eſſe vix poterat, cum iis conuerſari, qui, Chriſtum à ſuis finibus abire, poſtulauerant.

Et non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

1540. NOluit, vt ſecum iret, qui ſanatus fuerat; non reiiciens eum, veluti indignum; ſed vt cum maiori Dei gloriâ, & vberiore aliorum fructu apud ſuos maneret, qui, eius præſentia, editi miraculi recordatione proficerent.

Annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit. Dimiſſus à Geraſenis Dominus, illos quidem deſeruit. Quoniam autem nondum deſponderi ſalus eorum poruit, hominem ſanitati reſtitutum illis reliquit: vt hinc diſcamus, nullius ſalutem deſperandam eſſe; ſed eſſe modis omnibus quærendam.

Quanta tibi Dominus fecerit. Vide Chriſti hu- 1541.
militatem, qui miracula, quæ fecerat, non ſibi, ſed Deo patri adſcribit; vt nos quoque eius exemplo eidem adſcribere diſceremus. Non dixit, *quanta tibi feci*, iactantiæ declinandæ ſtudio, & ſolidæ humilitatis aſſerendæ.

Quanta. Græcè, ὅσα, ideſt quàm immenſa, & quàm admiranda; vt ad qualitatem potiùs reſpiciatur, quàm ad numerum. Niſi dicere velimus, vnum quidem fuiſſe miraculum, & vnum integrum beneficium: quod ſcilicet dæmonum legionem ab ipſo expulerit; ſed hoc vnum multa alia in ſe claudere: adeò, vt, ſicut præſentia dæmonis multa infert damna, ſic eiectio & expulſio multa inuehat bona.

Præterea, *quanta*, dixit; quia in vno benefi- 1542.
cio, quod hominum oculis apparebat, alia multa contulit, quæ videri non poterant. Deus plura nobis confert, quàm conferre videatur: Mundus, & dæmon pauciora, quàm videantur, ſi tamen conferunt aliqua.

Quanta. Non explicat, quæ fuerint; vt præter illud, quod manifeſtum erat, alia beneficia apud ſe conſideraret & volueret. Hoc enim veræ gratitudinis ſignum Deus exigit, vt beneficia cogitemus, quæ nobis contulit.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

ABiit ſtatim; non diſtulit: promptè paruit 1543.
& vel ipſum Ieſum reliquit, vt Ieſu obediret. Hæc vera obedientia: etiam ea, quæ bona videntur, deſerere, vt Deo perfectè pareamus. Non reliquit Chriſtum, qui reliquit, vt ei obediat. Nimirum iſte non ſe ipſum, ſed Dei quærebat voluntatem.

Cœpit prædicare. Dei gloriam ſuæ conſolationi præpoſuit. Chriſto adhærere ad guſtum ſuum erat; maxima quippè delectatione eius præſentiâ fruebatur: abire, & eius mirabilia prædicare, ad Diuinam ſpectabat gloriam. Benè res ſe habet: cùm propria delectatio Diuinæ gloriæ poſtponitur & cùm noſtri penè obliuiſcimur, vt aliorum ſaluti quærendæ, & Diuinæ gloriæ promouendæ laboremus.

Quanta ſibi feciſſet Ieſus. Iuſſus Domini in 1544.
ſe bonitatem prædicare, Ieſu memoriam facit; ne ingratus putaretur, qui Ieſu memoriam amiſerit.

Omnes mirabantur. Admiratio non ſine Chriſti laude erat. Vide prædicationis fructum: explicari non poteſt, quàm vtilis Diuinorum beneficiorum recenſio ſit. Narrabat iſte Chriſti beneficia ſibi collata; dum alij audiebant, admirabantur & laudabant. Diſce, beneficia Diuina commemorare: ingratus audies, ſi ſilentio ſupprimes.

SECTIO III

Nobiliores difficiliùs, faſtu poſito, ſe Chriſto ſubmittunt. 1545

Principes

Principes & primates ſæpe ſibi omnia deberi putant. 1545

Humilitas, Chriſti exemplo, ſectanda. 1546

Comprimi ſe ſinebat Chriſtus, vt vel tactu ſanctificaret. 1546

Magna exempli vis ad bonum. 1547

Cùm humana præſidia deſunt, tunc Deus libentiùs opitulatur. 1548

ἀλαλάζειν, quid ſignificet. 1550

Miraculorum ſuorum firmitatem probare, vt ſtuduerit Chriſtus. 1551

Et venit quidam de archiſynagogis nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.

1545. ET *venit.* Græcè additur, vox admiratiua, ἰδού. *Et ecce venit.* Et quidem admiratione dignum fuit, archiſynagogum, qui vnus de primatibus erat (vnde apud Matthæum cap. 9. v. 18. *princeps,* dicitur) primates autem Domino aduerſari ſolebant, tam humiliter Chriſto occurrere. Sic ferè fit, vt nobiliores primoreſque difficiliùs, faſtu poſito, Domino ſe ſubmittant.

Et deprecabatur eum multùm, dicens: Quoniam filia mea in extremis eſt: veni, impone manum ſuper eam.

DEprecabatur eum multùm, non ſolum ob imminens periculum; ſed quia metuebat, ne tanquam vnus ex primatibus, qui Domino aduerſabantur, reiiceretur: contrà, ac accidere ſoleat; principes enim & primates eò quòd tales ſint, exiſtimant, ſibi omnia deberi, & ob nobilitatem repulſam ſe non laturos; dignóſque, qui omnia, quæ poſtulant conſequantur.

Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

1546. VIde Domini humilitatem: adeò abſque omni faſtu inter vulgus cõuerſabatur, vt ſineret, ſe ab eo comprimi, cùm adeſſent maximè diſcipuli, qui cinctum à preſſurâ turbarum eximere eum potuiſſent. Noo erat ex faſtuoſis illis, quorum voces ſunt: *Noli me tangere.*

Et comprimebant eum. Græcè, καὶ συνέθλιβον αὐτὸν *Et conſtringebant, comprimebant eum.* συνθλίβειν, quia &, θλίβειν, eſt ita premere, vt opprimat: vnde tam grauiter à turbâ Chriſtus premebatur, vt penè opprimeretur. Cur ſinebat ſe comprimi? Non ſolùm in humilitatis ſignum; ſed vt tactu ipſo eos ſanctificaret, & veluti ſacraret, à quibus premebatur.

Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim.

1547. DUm iret Chriſtus ad archiſynagogi filiam ſanandam, occurrit in itinere hæc mulier, quæ ſanguinis profluuio laborabat. Non caſu hoc accidit, ſed Diuino conſilio: vt ſcilicet magna huius mulieris fides proderetur, quæ à ſolo fimbriæ contactu ſanitatem ſperabat; vnde hoc exemplo archiſynagogus ad confidentiam prouocaretur, qui ad filiæ ſanitatem vocans Ieſum, dixit: *Veni, impone manum ſuper eam.* Debebat dicere: *Dic tantùm verbo, & ſanabitur filia mea.* Sicut de ſeruo centurio. Prouocat ergo exemplo huius mulieris ad fiduciam, vt eius filiam, quæ iam obierat, reſuſcitaret. Magna exempli vis eſt: & magna fiduciæ neceſſitas, vt magna in nobis Deus operetur.

Et fuerat multa perpeſſa à pluribus medicis; & erogauerat omnia ſua, & nihil profecerat.

FVerat multa perpeſſa. Qui in medicorum ope 1548.
nimium fidit, multa patitur, multum cruciatur; & ſæpè noo aufertur morbus, medicamentorum & medicorum multiplicitate, ſed augetur: vt hîc quoque accidit.

Cùm audiſſet de Ieſu, venit in turbâ retrò, & tetigit veſtimentum eius.

POſteaquàm medicorum opem inutilem, imo potiùs noxiam mulier ſenſit; ad verum medicum ſe contulit, Chriſtum adiit, à quo ſanaretur: quòd obtinuit. Nimirum, humanis auxiliis mediciſque diffidens, cœpit eſſe ſanitati vicinior; Deus quippe nemini libentius opitulatur, quàm quem humana præſidia deſtituêre; vt ita ſalus, quam quis conſequutus eſt, acceptam ſoli Deo referat.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

TAcebat mulier ſanitatem conſequuta, veſti- 1549.
mentorum Chriſti contactu: noluit tamen Chriſtus, hoc celari: prodi in Dei gloriam voluit tam inſigne miraculum, prodi tam inſigne fidei exemplum: idcirco interrogat: *Quis tetigit veſtimenta mea?* Probè ſciebat, quis tetigiſſet; at voluit, in medium ipſam mulierem prodire, ne teſtis ipſe ſui eſſet miraculi; ſed eſſet mulier.

Et veniunt in domum archiſynagogi; & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multùm.

VEniunt. Ieſus ſcilicet cum tribus diſcipulis. *Et vidit.* Conſequens erat, vt diceret: *Et viderunt.* Sed ait: *Et vidit.* Quia ſingulariter omnia Chriſtus ſpectabat, quæ diſcipuli vix animaduertebant. *Et vidit.* Græcè, θεωρεῖ, *ſpectat.*

Et eiulantes multùm. Græcè, καὶ ἀλαλάζοντας 1550.
πολλά. Verbum, ἀλαλάζειν, propriè eſt perpetuò ſonitu tinnire, ac ſtrepere, ſonum ſono excipiente, quomodo in lebetibus fit: vt obſeruauit etiam Euthymius. Præterea ſignificat ſibilare & exultare, vt ſolent milites animo confirmati. Magnus exultationis nexus, & eiulatûs: ferè terrena omnis iubilatio & exultatio in eiulatum deſinit; vt non mirum ſit, ſi eodem verbo vtrunque ſignificetur: extrema quippe gaudij luctus occupat.

Et irridebant eum: ipſe verò, eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant; & ingreditur, vbi puella erat iacens.

PAucos adeſſe teſtes voluit, & vt vitaret oſtentatioois notam, & vt æmulorum declinaret inuidiam.

Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret,& dixit,dari illi manducare.

1551. SCiebat , id in omnium notitiam venturum: omnibus tacentibus ,ipſa puella , quæ mortua iam ſurrexerat,vel nolens, miraculum prodidiſſet. Rem tamen celari iuſſit , vt vitaret ipſe ſuſpicionem affectatæ gloriæ : id quod potiſſimùm apud ſynagogæ primorem faciendum erat ; quia huiuſmodi homines omnia faciebant , vt laudem humanam venarentur.Chriſti igitur humilitate opus erat,quò iactantiæ vitium ex archiſynagogi huius mente eraderetur : iubet itaque, vt ſaltem tantiſper taceant , dum ipſe inde diſcederet. Plauſum popularem non quærebat humilitatis magiſter.

Dixit,dari illi manducare. Hoc iuſſit, vt certiùs redderet ſuſcitatæ puellæ miraculum,ne videretur phantaſma eſſe : vnde & dare noluit ; ſed præcepit , vt parentes ipſi hoc facerent ; quò ab omni dubietatis nubilo eorum mentes eximeret. Studet Chriſtus , miraculorum ſuorum ſoliditatem ac firmitatem probari ; vt eò pleniùs ei gratias agamus,quò certiùs eius beneficia probata ſunt, & ab omni calumniæ occaſione vindicata.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT VI. MARCI.

Verſ. 1.

ET egreſſus inde, abiit in patriam ſuam:& ſequebantur eum diſcipuli eius.

Egreſſus. *Arab. Exiit. Euth. Exiuit.*
Inde. *Syr. Eſt illinc Ieſus.*
Abiit. *Theoph. Veniſque.*
Patriam. *Syr. Prouinciam. Arab. Regionem.*
Sequebantur. *Syr. Se ſe adiunxerant. Arab. Secuti ſunt. Caiet. Sequuntur.*
Eum. *Syr. Ei.*

Verſ. 2.

Et facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere : & multi audientes admirabantur in doctrina eius,dicentes : Vnde huic hæc omnia ? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi ; & virtutes tales,quæ per manus eius efficiuntur ?

Et facto. *Syr. Quùmque eſſet. Arab. Erat. Pagn. Cúmque adeſſet. Fr.Luc. Aduenisſet.*
Sabbato. *Syr. Sabbatum.*
Multi audientes. *Syr. Multique qui audierant. Arab. Audiebant.*
Admirabantur in d. e. *Syr. Admirati ſunt. Arab. Et admirabantur. Euth. Obſtupeſcebant. Pagn. Obſtupuerunt. Cerd. Percellebantur. Fr. Luc. Obſtupefiebant.*
Hæc omnia. *Arab. Hac doctrina tanta. Euth. Iſta. Vat. Hac.*
Quæ eſt. *Syr. Quanam eſt hac. Ar.M. Qua.*
Sapientia. *Fr.Luc. Sapientia hac.*
Quæ data e. i. *Arab. Qua donatus eſt. Ar.M. Data illi.*
Et. *Syr. Ve.*
Virtutes tales. *Arab. Virtutes. Ar.M. Efficacitates tales. Vat. Opera tam potentia.*
Quæ efficiuntur. *Syr. Fiant. Arab. Facta. Euth. Fiunt. Vat. Facta.*
Per manus e. *Vat.* omittit.

Verſ. 3.

Nonne hic eſt faber, filius Mariæ frater Iacobi,& Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? nónne & ſorores eius hîc nobiſcum ſunt? & ſcandalizabantur in illo.

Nonne hic. *Goth. Non hic.*
Faber. *Goth. Fabri. Aug. Faber ille.*
Filius Mariæ. *Goth. Filius & Maria.*
Frater. *Vat. Frater autem.*
Ioſeph. *Caiet. Ioſe.*
Iudæ. *Theoph. Iuda.*
Simonis. *Ar.M. Simonis.*
Nobiſcum. *Arab. Apud nos.*
Scandalizabantur. *Syr. Offendebantur.*
In illo. *Syr. In ipſo. Pagn. Per illum.*

Verſ. 4.

Et dicebat illis Ieſus : Quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua,&

Et. *Ar.M. Autem.*
Quia non. *Syr. Non.*
Eſt ſine h. *Syr. Deſpectus eſt. Arab. Vilipenditur. Theoph. Eſt contemptus. Caiet. Inhonoratus.*
Patriâ. *Syr. Prouinciâ. Arab. Regione.*
In domo ſua , & in c. ſ. *Syr. In ædibus cognatorum ſuorum,& in domo ſuâ. Arab. Et apud cognatos ſuos , & familiares ſuos. Theoph. Inter cognatos* in

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

in domo ſua, & in cognatione ſua.

ſuos & in familiâ ſuâ. Ar. M. In cognatis, & in domo ſuâ.

Verſ. 5.

Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit.

Non poterat f. *Arab. Non fecit. Euth. Nec potuit operari. Pagn. Non poterat edere.*
Virtutem v. *Syr. Ne vnam quidem virtutem.*
Niſi. *Arab. Præter. Vat. Niſi quod.*
Paucos i. *Syr. Ægrotis paucis. Vat. Paucos ægros.*
Impoſitis m. *Syr. Impoſuit manum ſuam. Arab. Super quos poſuit manum ſuam. Ar. M. Imponens manus.*
Curauit. *Arab. Curauit eos. Vat. Sanauit.*

Verſ. 6.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat caſtella in circuitu docens.

Mirabatur. *Arab. Miratus fuit. Vat. Tenebatur admiratione.*
Propter incredulitatem. *Syr. Ob defectum fidei. Arab. De incredulitate. Caiet. Propter infidelitatem.*
Circuibat. *Syr. Perluſtrabat. Arab. Sumpſit circuire. Pagn. Obambulabat.*
Caſtella in c. *Syr. Pagos. Arab. Caſtella circumſtantia. Theoph. Per vicos vndique circumiacentes. Ar. M. In orbem. Cerd. Vicos in orbem.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Et docere.*

Verſ. 7.

Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.

Et. *Fr. Luc. Tunc.*
Vocauit. *Syr. Aduocauit. Euth. Conuocat. Pagn. Accerſit. Fr. Luc. Aduocat.*
Duodecim. *Syr. Duodecim ſuos.*
Mittere. *Theoph. Emittere.*
Binos. *Fr. Luc. Duos, duos.*
Dabat. *Arab. Dedit.*
Poteſtatem. *Ar. M. Auctoritatem.*
Spirituum i. *Syr. Eiiciendi ſpiritus immundos. Arab. Super ſpiritus immundos. Vat. Aduersùs ſpiritus immundos.*

Verſ. 8.

Et præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm; non peram, non panem, neque in zona æs.

Ne quid. *Syr. Vt nihil. Arab. Ne.*
Tollerent. *Syr. Ferrent. Euth. Portarent.*
In viâ. *Syr. Ad iter. Euth. Per viam. Cerd. Ad viam. Fr. Luc. In viam.*
Virgam. *Euth. Baculum.*
Tantùm. *Vat. Solùm.*
Non peram, n. p. *Arab. Neque panem, neque peram, neque argentum.*
In zona æs. *Syr. Æs in ipſorum marſupiis. Arab. Æs in zonis ſuis. Euth. Æs ad zonam.*

Verſ. 9.

Sed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis.

Calceatos ſ. *Syr. Calcearent ſandalia. Arab. Calceos in pedibus ſuis. Theoph. Calcearentur ſandaliis.*
Induerentur. *Syr. Induerent. Ar. M. Induimini.*
Duabus tunicis. *Syr. Duas tunicas. Vat. Binis tunicis.*

Verſ. 10.

Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.

Quicunque. *Syr. In quamcunque. Arab. Vbicunque.*
Illic. *Arab. In eâ. Euth. Ibi.*
Manete. *Syr. Eſtote.*
Inde. *Arab. Ab eâ. Vat. Illinc.*

Verſ. 11.

Et quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite

Et quicunque. *Syr. Et quicunque. Arab. Et quicunque locus. Orig. Si quis.*
Receperint. *Arab. Receperit. Euth. Suſceperint. Orig. Suſceperit.*
Audierint. *Arab. Audierit.*
Exeuntes. *Syr. Quum egredimini. Arab. Quum exieritis.*
Puluerem. *Orig. Etiam puluerem.*

puluerem

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis.

De. *Syr. Qui ſubeſt. Vat. Qui eſt ſub. Quæ adhaſit. Cerd. Infernè.*
Pedibus veſtris. *Cerd. Pedum veſtrorum.*
Illis. *Syr. Ipſis. Equidem dico vobis tranquillius erit fore Sodomam, & Gomorrham in die iudicij ciuitate illâ.*

Verſ. 12.

Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent.

Et. *Arab. Autem.*
Exeuntes. *Syr. Egreſſi ſunt. Euth. Quum exiſſent. Theoph. Greſſi.*
Prædicabant. *Syr. Ac prædicarunt.*
Pœnitentiam a. *Arab. Pœnitentiam. Euth. Reſipiſcerent. Ar. M. Pœniterent.*

Verſ. 13.

Et dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.

Eiiciebant. *Arab. Eiecerunt.*
Vngebant. *Arab. Vnxerant.*
Multos. *Arab. Numeroſos.*
Ægros. *Syr. Infirmos.*
Sanabant. *Arab. Sanauerunt eos. Euth. Curabant.*

Verſ. 14.

Et audiuit rex Herodes, (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat: quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo.

Manifeſtum enim f. e. *Syr. Innotuerat enim ei. Arab. Cùm iam manifeſtum factum eſſet.*
Baptiſta. *Theoph. Ille qui baptizabat. Ar. M. Baptizans.*
Reſurrexit. *Syr. Surrexit. Euth. Excitatus eſt.*
A mortuis. *E domo mortuorum.*
Propterea. *Euth. Ideo. Ar. M. Propter hoc.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacitates.*
Operantur. *Pagn. Agunt.*

Verſ. 15.

Alij autem dicebant: Quia Elias eſt. Alij verò dicebant: Quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis.

Dicebat. *Arab. Dixerunt.*
Quia Elias. *Arab. Quia ipſe Elias.*
Quia propheta. *Syr. Propheta. Arab. Ipſe, propheta.*
Quaſi. *Syr. Sicut. Arab. Veluti. Vat. Vel tanquam.*
Ex prophetis. *Ar. M. Eſt prophetarum. Fr. Luc. Illorum prophetarum.*

Verſ. 16.

Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit.

Quo audito. *Arab. Cùm autem audiſſet.*
Quem Ioannem. *Syr. Ioannes eſt, cuius. Arab. Ioannis. Vat. Iſte eſt Ioannes, cui.*
Ego decollaui. *Syr. Amputaui caput. Arab. Truncaui caput. Vat. Præcidi caput.*
Hic à m. *Syr. Ipſe è domo mortuorum. Arab. Et ecce à mortuis. Ar. M. Ipſe ex mortuis.*
Reſurrexit. *Euth. Excitatus eſt. Vat. Surrexit.*

Verſ. 17.

Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.

Miſit. *Syr. Miſerat. Theoph. Miſſis ſatellitibus. Ar. M. Delegans. Fr. Luc. Cùm miſiſſet.*
Ac tenuit. *Syr. Prehenſum. Arab. Acceperat. Euth. Cepit. Theoph. Manus iniecerat. Vat. Prehenderat. Fr. Luc. Tenuerat.*
Ioannem. *Syr. In Ioannem.*
Vinxit. *Syr. Coniecerat. Arab. Tenuerat. Euth. Ligauit. Theoph. Vinxerut.*
In carcere. *Syr. In domo vinctorum. Arab. Carceribus. Ar. M. In cuſtodiâ.*
Quia duxerat e. *Syr. Quam duxerat. Arab. Quia ipſe duxerat eum. Theoph. Quia duxerat eam in vxorem.*

Verſ. 18.

Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Dicebat enim H. *Arab. Et dixerat ei.*
Non licet. *Ar. M. Quod non licet.*
Habere. *Syr. Ducere. Arab. Accipere.*

Verſ. 19.

Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.

Herodias a. *Syr. Ipſa autem Herodias. Ar. M. At Herodias.*
Volebat. *Vat. Cupiebat.*
Occidere e. *Syr. Eũ interficere. Arab. Occiſionẽ eius.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

impone manum ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat.

Super e. *Theoph. Illi.*
Vt ſalua ſ. *Syr. Et ſanabitur. Arab. Et erit ſalua. Euth. Quò ſeruaretur. Ar. M. Vt ſeruetur. Vat. Salutem conſequatur.*
Viuat. *Euth. Viueret. Caiet. Viuet.*

Verſ. 24.

Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Abiit *Syr. Abiit Ieſus.*
Sequebatur e. *Syr. Seſe adiunxerat ei. Arab. Secuta eſt.*
Turba. *Euth. Multitudo.*
Multa. *Arab. Magna.*

Verſ. 25.

Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim.

Et mulier. *Syr. Quædam autem mulier. Arab. Et ecce mulier.*
Quæ erat i. p. *Arab. Cui erat profluuium. Euth. Quæ fluxu patiebatur. Theoph. Quæ erat obnoxia profluuio. Vat. Quæ laborauerat profluuio. Fr. Luc. Exiſtens in fluxione.*
Annis duodecim. *Syr. A duodecim annis. Ar. M. Annos duodecim.*

Verſ. 26.

Et fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis: & erogauerat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deteriùs habebat.

Et. *Syr. Quæ quidem. Arab. Iam.*
Fuerat multa p. *Arab. Erat perpeſſa. Euth. Paſſa erat multa. Ar. M. Multa perpeſſa.*
Compluribus. *Syr. Plurimis. Arab.* Omittit. *Ar. M. multis*
Erogauerat. *Syr. Expenderat. Euth. Conſumpſerat. Pagn. Inſumpeis. Fr. Luc. Inſumpſerat.*
Omnia ſua. *Syr. Quidquid habebat. Arab. Omnia, quæ erant ei. Ar. M. Quæ apud ſe omnibus. Vat. Omnes facultates ſuas.*
Nec quidqam. *Syr Nihilque. Arab. Et non. Theoph. Neque quidquam.*
Profecerat. *Syr. Adiuta fuerat. Arab. Inuenit quietem. Theoph. Adiumenti ſenſerat. Ar. M. Adiuta.*
Sed. *Syr. Quin imo.*
Magis deterius h. *Syr. Magis augebatur. Arab. Addiderat dolorem. Ar. M. Magis in deterius veniens. Vat. Plus detrimenti acceperat. Fr. Luc. Magis in deterius venerat.*

Verſ. 27.

Cùm audiſſet de Ieſu, venit in turba retrò, & tetigit veſtimentum eius.

Cum a. *Arab. Cùm autem audiſſet. Ar. M. Audiens.*
Venit. *Ar. M. Et veniens.*
Turba. *Syr. Compreſſione turba. Arab. Turbam.*
Retrò. *Syr. A tergo eius. Arab. Retrò eum. Theoph. A tergo.*

Verſ. 28.

Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero.

Dicebat e. *Arab. Dicens.*
Quin ſi. *Syr. Si.*
Vel veſtimentum. *Arab. Veſtimentum. Fr. Luc. Vel veſtimenta.*
Salua ero. *Syr. Seruabor.*

Verſ. 29.

Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à plaga.

Confeſtim. *Syr. Statim. Euth. Continuò.*
Siccatus e. *Arab. Ceſſauit. Fr. Luc. Exaruit.*
Fons. *Arab. Curſus.*
Senſit. *Arab. Cognouit.*
Corpore. *Syr. Corpore ſuo. Arab. In ſuo corpore.*
Quia ſanata e. *Syr. Se ſanatam eſſe. Arab. Quia ipſa ſanata eſſet.*
Plagâ. *Syr. Plagâ ſuâ. Arab. Infirmitate ſuâ. Pagn. Eo flagello. Vat. Supplicio. Aug. Flagello.*

Verſ. 30.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cogno-

Et. *Syr. Autem.*
In ſemetipſo. *Syr. Apud ſe. Arab.* Omittit.
Cognoſcens. *Syr. Cognouit. Euth. Quum cognouiſſet.*

ſcens

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam, aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

Virtutem. *Ar. M. Efficacitatem.*
Quæ exierat. *Syr. Exiiſſe. Euth. Quæ egreſſa erat. Ar. M. Profectam. Pagn. Prodiiſſe.*
De illo. *Syr. A ſemetipſo. Arab. Ab illo. Ar. M. A ſe. Pagn. Ex ſe ſe.*
Conuerſus. *Syr. & conuerſus. Arab. Conuerſus eſt.*
Ad turbam. *Fr. Luc. In turbâ.*
Aiebat. *Arab. Et dixit.*
Veſtimenta m. *Arab. Veſtimentum meum.*

Verſ. 31.

Et dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?

Et dicebant. *Syr. Dixerunt.*
Sui. *Arab. Eius. Theoph. Ipſius.*
Videt. *Arab. Non vides. Ar. M. Aſpicis.*
Turbam. *Syr. Turbas.*
Comprimentem. *Syr. Quæ opprimunt. Arab. Quæ comprimit. Vat. Vndique prementem. Fr. Luc. Opprimentem.*
Tetigit me. *Arab. Appropinquauit ad me.*

Verſ. 32.

Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.

Circumſpiciebat. *Arab. Circumſpexit.*
Videre. *Caiet. Vt videret.*
Eam. quæ h. f. *Syr. Quis hoc feciſſet. Ar. M. Hoc facientem.*

Verſ. 33.

Mulier verò timens, & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

Mulier v. *Syr. Tunc mulier illa. Ar. M. At mulier.*
Timens, & t. *Syr. Quam timeret, ac tremeret. Arab. Timuit & tremuit.*
Sciens. *Syr. Quippè quæ noſſet. Arab. Vbi cognouit. Euth. Quum vidiſſet.*
Factum eſt. *Syr. Actum fuiſſet. Euth. Contigerat. Vat. Accidiſſet.*
In ſe. *Syr. Cum eâ. Arab. In eâ.*
Venit. *Syr. Veniens. Arab. Et venit.*
Procidit. *Euth. Adorauit. Theoph. Accidit.*
Ante eum. *Syr. Coram eo. Arab. Ante pedes eius. Euth. Eum. Theoph. Ei.*
Omnem v. *Arab. Veritatem. Caiet. Cauſam ſuam.*

Verſ. 34.

Ille autem dixit ei: Filia fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.

Ille autem. *Arab. Et.*
Filia. *Syr. Filia mea.*
Saluam f. *Theoph. Seruauit.*
Vade in p. *Syr. Abi in pace. Arab. Vade. Vat. Vade cum pace.*
Eſto ſana. *Arab. Sis libera.*
A. *Syr. Ex.*
Plaga tua. *Arab. Morbo tuo. Vat. Supplicio tuo. Caiet. Flagello tuo.*

Verſ. 35.

Adhuc eo loquente, veniunt ab archiſynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua eſt: quid vltrà vexas Magiſtrum?

Adhuc. *Syr. Et adhuc. Arab. Et dum.*
Eo loquente. *Arab. Ipſe loqueretur.*
Veniunt. *Syr. Venerant. Geth. Veniunt nuncij.*
Ab archiſynagogo. *Syr. E domo principis ſynagogæ. Arab. Ad archiſynagogum. Theoph. A principe ſynagogæ. Ar. M. Ab archiſynagoga.*
Dicentes. *Syr. Et inquiunt. Vat. Qui dicerent.*
Quia f. *Euth. Filia.*
Mortua eſt. *Arab. Iam mortua eſt. Euth. Defuncta eſt.*
Quid vltrà. *Syr. Quid ampliùs. Arab. Ne. Ar. M. Quid adhuc.*
Vexas. *Syr. Faceſſis negotium. Arab. Vexas.*
Magiſtrum. *Syr. Doctori.*

Verſ. 36.

Ieſus autem audito verbo, quod dice-

Ieſus a. *Ar. M. At Ieſus.*
Audito v. *Syr. Audiit ſermonem. Arab. Cùm audiſſet verbum. Vat. Protinus audito ſermone. Ar. M. Statim audiens ſermonem. Fr. Luc. Statim, vt audiit verbum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

batur, ait archiſynagogo: Noli timere: tantummodò crede.

Quod dicebatur. *Syr. Quem dicebant. Arab.* omittit. *Ar. M. Dictum.*
Archiſynagogo. *Syr. Illi principi ſynagogæ.*
Noli timere. *Theoph. Ne timeas. Ar. M. Ne metue. Al. Ne metuas.*
Tantummodo. *Euth. Solùm.*

Verſ. 37.

Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.

Et non admiſit. *Syr. Non permiſit.*
Quemquam. *Theoph. Vt quiſquam.*
Se ſequi. *Syr. Iret ſecum. Arab. Sequi eum. Theoph. Se ſequeretur. Ar. M. Se conſequi.*
Niſi. *Vat. Præter.*
Petrum. *Syr. Simonem Petrum.*

Verſ. 38.

Et veniunt in domum archiſynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ejulantes multùm.

Et. *Fr. Luc. Tunc.*
Veniunt. *Syr. Venerunt. Caiet. Venit.*
In domum. *Syr. Domum.*
Archiſynagogi. *Syr. Illius principis ſynagogæ.*
Videt. *Arab. Vidit. Fr. Luc. Spectat.*
Tumultum. *Syr. Tumultuantes. Arab. Turbationem eorum.*
Eiulantes m. *Syr. Eiulantes. Arab. Eiulatum eorum multum. Fr. Luc. Tibicinas, & hiſtriones.*

Verſ. 39.

Et ingreſſus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit.

Ingreſſus. *Arab. Introïuit.*
Turbamini. *Syr. Perſtrepitis. Arab. Commouemini. Caiet. Tumultuamini.*
Ploratis. *Syr. Fletis. Euth. Plangitis.*
Dormit. *Arab. Eſt dormiens.*

Verſ. 40.

Et irridebant eum. Ipſe verò, eiectis omnibus, aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur vbi puella erat iacens.

Irridebant. *Syr. Subſannabant. Arab. Riſerunt.*
Eum. *Arab. Propter hoc.*
Ipſe verò. *Syr. Ieſus verò. Arab. Et.*
Eiectis o. *Arab. Eiecit omnes eos. Fr. Luc. Poſtquam eieciſſet.*
Aſſumit. *Syr. Accepitque. Arab. Aſſumpſit ſecum.*
Patrem & matrem p. *Syr. Patrem puellæ, & matrem eius.*
Qui ſecum. *Theoph. Eos, qui cum ipſo. Ar. M. Qui cum ſe.*
Et ingreditur. *Arab. Deinde ingreſſus eſt.*
Vbi. *Arab. Locum, in quo. Vat. Eò vbi.*
Erat iacens. *Arab. Erat poſita. Euth. Iacebat. Ar. M. Iacens. Vat. Decumbebat.*

Verſ. 41.

Et tenens manum puellæ ait illi: Talitha cumi, quod eſt interpretatum: Puella (tibi dico) ſurge.

Et. *Fr. Luc. Cùm igitur,*
Tenens. *Syr. Prehendit. Arab. Apprehendit. Theoph. Apprehensá. Ar. M. Prehendens. Vat. Prehensâ. Fr. Luc. Cœpiſſet.*
Manum. *Theoph. Manu.*
Puellæ. *Arab. Eius.*
Talitha cumi. *Syr.* omittit.
Quod eſt i. *Syr.* omittit. *Arab. Cuius interpretatio. Euth. Si interpreteris. Theoph. Si quis interpretetur.*
Puella t. *Syr. Puella.*
Surge. *Ar. M. Excitare.*

Verſ. 42.

Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat; erat autem annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtupore magno.

Confeſtim. *Syr. Eo momento. Euth. Statim.*
Ambulabat. *Arab. Ambulauit. Ar. M. Deambulabat.*
Erat a. *Syr. Erat enim filia. Vat. Habebat enim.*
Annorum. *Vat. Annos.*
Obſtupuerunt. *Syr. Mirati ſunt. Vat. Inuaſit eum ſtupor.*
Stupore magno. *Syr. Admiratione magnâ. Arab. Valde. Vat. Magnus.*

Verſ. 43.

Vulgata Editio.

Verſ. 43.

Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret:& dixit dari illi manducare.

Lectionum Varietas.

Et præcepit. *Syr. Præcepit autem. Euth. Ipſe verò præcepit. Vat. Et interminatus eſt.*
Vehementer. *Ar. M. Mulsa. Fr. Luc. Multum.*
Vt nemo. *Syr. Ne quis. Arab. Ne aliquem. Euth. Vt nullus. Theoph. Ne quiſquam.*
Id ſciret. *Syr. Id reſciſceret. Arab. Hoc docerent.*
Dixit. *Theoph. Iuſſit.*
Dari illi m. *Syr. Vt darent ei ad manducandum. Arab. Cibate eam. Theoph. Vt daretur, quod ederet.*

CAPVT V.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Mortis memoriâ non proficere, quàm noxium. 1526
Fallit dæmon, dum magna ſuis promittit. 1526.
Mortis memoria quàm vtilis. 1527
Ad Chriſtum in tribulationibus currere quiſque debet. 1528
Blaſphemi perſtricti. 1528
In homines quàm ſæuus dæmon ſit. 1529
Quantâ reuerentiâ, Dei nomen efferri debeat. 1530
Torquetur dæmon, quum torquendi homines facultas illi adimitur. 1530
Dæmones tunc concordes, quum in nos ſæuiunt. 1531
Legionis nomen cur ſibi vendicent dæmones. 1532
Ibi eſſe dæmones volunt, vbi magis nocendi ſpes. 1534
Chriſti præſentia quàm vtilis. 1534.
Chriſtum à ſuis dimitti, quærit omnibus artibus dæmon. 1535

Exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo.

1525. MATTHÆVS duos memorat: Marcus & Lucas vnum: eandem tamen hiſtoriam referunt. Matthæus de duobus mentionem facit, quia duo erant: Marcus & Lucas de vno tantùm, de nobiliore ſcilicet; maius enim miraculum fuit hominem nobilem ad Chriſtum ire, quàm ignobilem. Præterea vnius duntaxat Marcus & Lucas meminerunt, qui ſæuior eſſet, magiſque vexaretur; quippè qui ab integrâ legione dæmonum obſideretur. Quod ſingulare erat ſingulariter proſequuntur, & alterum ſilentio, breuitati & compendio ſtudentes, prætereunt.

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſque poterat eum ligare.

1526. QVi in monumentis habitat, qui mortuos ob oculos habet, nec Diuinæ legis vinculis & catenis ligari ſe ſinit, à dæmone ſe obſideri demonſtrat, dæmonum ludibrium factus; dæmonique io hoc eſt par.

Qui domicilium habebat in monumentis. Immundus hic ſpiritus, qui hunc hominem inuaſerat, cum ipſo morabatur in ſepulchris: quis deinceps diaboli promiſſis credat? Chriſto diabolus omnia Mundi regna pollicebatur: hunc, quem ſubiecat, adiicit ſepulchro, iacetque ipſe cum ipſo: ergo fallit, dum promittit magna & eximia. *Ecce*, inquit ſanctus Petrus Chryſologus, *qui honores omnes regni promittebat & gloria Chriſto, habitaro fœtidis corruptione cadauerum reperitur in tumulis. Sic iſte decipit, cùm promittit; vt ad infernum ſecum pertrahat, cùm de ſupernis ſe conſolantes fallax promiſſor illudit.*

Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus.

IN *monumentis & in montibus.* Reſpicit ad an- 1527.
tiquum illius gentis & æui morem: Iudæi quippè, & qui Iudæorum terram olim occupabant, monumenta ſua ferè in montibus aut deſertis locis habebant, nequaquam in ciuitatibus, ne mortuorum ſepulturâ contaminarentur: vt enim cadauera tam hominum, quàm beſtiarum Iudæis lege contagioſa erant, ita & ſepulchra. Apud Iudæos ſepulchra in montibus fuerint: apud Chriſtianos aliter fit. In vrbibus hic ſunt, vt mortis ac mortuorum frequentiùs recordentur. Vt monumenta in montibus apud Iudæos, nos ex monumenti mortiſque memoriâ ad perfectionis montem accedere debemus.

Videns Iesum à longè, cucurrit, & adorauit 1528.
eum. Dæmon à Chriſto vexatus cucurrit ad Chriſtum. Vel à dæmone diſcant, quid præſtare homines debeant, dum premuntur: currant ad Chriſtum, non timore duntaxat, ſed & amore.

Adorauit eum. Extorquent verbera, quod ſigna non extorquerent. *Dæmones, vbi tormenta ſenſerunt, ſciunt Dominum.* Et velut Deum vexati adorant, quem plerunque impij homines blaſphemant, in hôc dæmonibus peiores.

Quid mihi & tibi, Ieſu fili Dei altiſſimi.

ITa dæmon Chriſtum alloquitur & deprecatur. 1529.
Vides, homines plerunque grauiores euomere blaſphemias, quàm dæmones euomant. Calumniabantur Iudæi, quòd Chriſtus in principe dæmoniorum eiiceret dæmonia: hîc dæmonia ipſa fatentur, ſe nihil cum Chriſto habere.

Adiuro te per Deum, ne me torqueas.

MAgnum tormentum dæmoni erat ab hominis tormento, quem inuaſerat, ceſſare: ſed cur tam efficaciter petit, ne torqueatur; vt eum adiuret Diuini nominis auctoritate interpoſitâ?

An, quia tantò grauiùs dimittebat, quantò duriùs cruciabat? Quò homines grauiùs vexat dæmon, eò libentiùs cum illis eſt & in illis; & moleſtior ipſi diſceſſus eſt.

1530. *Adiuro te per Deum viuum.* Quoniam nouerat dæmon ſuis meritù precibus nihil tribuendum, tentat, ſi Diuini nominis interpoſitione, quam ſummæ virtutis eſſe ſciebat, conſequi poſſet, quòd volebat. Vel à dæmone diſcimus, quanto timore ac teuerentiâ efferre Dei nomen debeamus, quantæque virtutis & auctoritatis Dei nomen ſit.

Ne me torqueas. Plùs te inuidia tua torquet, quàm torqueat Chriſtus. Nimirum immitti ſibi pœnam putat dæmon, cùm ab homine, quem torquet, emittitur: *Emiſſionem, quippe* (vt ait hîc Sanctus Thomas) *reputabat tormentum.* Torquetur dæmon, ſi torquendi hominis facultas illi præripiatur.

Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine.

1531. TOrmentum erat illi exire. *Spiritus immunde.* Multi erant in homine illo ſpiritus immundi: cur igitur Chriſtus vnum alloquitur? Quia ſciebat, quòd multi per vnum loquebantur, vt, vnus, vnanimi ſenſu omnes viderentur. Cùm in homines ſæuiunt dæmones, ita concordes ſunt, vt multi in vnius voluntatem coire videantur.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? & dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.

INterrogat Dominus, non vt ipſe ſciret; ſed vt cæteri diſcerent, quantâ dæmonum multitudine ille homo corriperetur: ne ſi Chriſtus ipſe diceret: Multi ſunt. Incredibile hoc aliquis putaret. Multitudinem autem vult exprimi, vt beneficij & gratiæ magnitudo magis eluceſceret, & curantis virtus magis appareret.

1532. *Legio mihi nomen eſt.* Militare nomen vſurpant, vt ſe in noſtram perniciem bellum nobis aſſiduè inferre, & contra nos pugnare, vel nolentes, prodant.

Vel legionis nomen ſibi vendicant dæmones; vt Angelis ſe patiant, quorum exercitibus Deus præeſt, & legiones dicuntur: hinc Matth. 26. v. 53. *Pluſquam duodecim legiones Angelorum.*

Et deprecabantur eum multùm, ne ſe expelleret extra regionem.

1533. FAtentur dæmones, vel inuiti, Chriſtum habere poteſtatem relegandi ipſos, quò voluerit: & nocendi libidine correpti poſtulant, ne extra illam regionem mittantur. Sed, nonquid nocere hominibus adhuc non poterant, etiamſi ab illâ regione eiecti in aliam relegarentur? Cur igitur quærunt, ne extra regionem illam fierent? An, quia loca illa, in quibus diu verſati fuerint, & mores hominum, propter longam conſuetudinem, magis perſpectos habent, magis amant dæmones, & difficiliùs deſerunt?

1534. Extra illam regionem eiici nolebant dæmones; quia ibi magna eis inerant nocendi occaſio & ſpes; multa enim moliti erant in hominum illorum damnum, quæ, ſi abirent, imperfecta relinquebantur. Nimirum, vbi nocendi ſpes maior adeſt, ibi adeſſe dæmones volunt.

Tandem abire ab illis locis nolebant; vt, quantùm Chriſti præſentia hominibus illis proficeret tantùm ipſi ſuis fraudibus & tentationibus nocerent; & fructum impedirent, qui ab eius verbis & vitâ naſci poterat.

Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens; & deprecabantur eum ſpiritus dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

DEprecabantur. Superiùs vnus, qui legatione pro aliis fungebatur, omnium vice loquebatur: hîc plures deprecari perhibentur; vt intelligeremus, quod vnus loquebatur, omnes velle; nec inter ſe dæmones, cùm de hominis ruinâ agitur, diſſentire. 1535.

Cur in porcos mitti dæmones poſtulant? An, vt domini porcorum, damno affecti, Chriſtum non reciperent, & à ſuis finibus dimitterent? quod poſtea præſtiterunt. Omnibus artibus perſuadere hominibus dæmon ſtudet, vt Chriſtum dimittant.

Et conceſſit eis ſtatim.

PRæter alias cauſas, idcirco conceſſit, vt re ipſâ monſtraretur, verum eſſe, quod dixerant dæmones, magnam ſe eſſe in vno homine multitudinem. 1536.

Qui autem paſcebant eos, fugerunt.

CVr paſtores, porcos periiſſe, non conqueruntur, & coram Chriſto non expoſtulant? In fugam ſe proripiunt, ne cum porcis perirent. Vt vitæ ſuæ conſulant, ſtatim abeunt. Fors apud Chriſtum conqueſti eſſent, niſi timore correpti fugere coacti fuiſſent.

SECTIO II.

Dæmones nobiſcum pugnantes, nos peritiores conſtituunt. 1537

Plerunque rerum temporalium cauſâ aliqua homines præſtant, quæ non præſtant religionis. 1538

Παρακαλεῖν, *quid. Conſolationis & orationis nexus.* 1538

Qui ſub dæmonum imperio, culpa admiſſione, fuit; ne iterum ſit, valdè timeat. 1539

Dimittendi, qui Chriſtum dimittunt. 1539

Aliorum ſalus omnibus modis quærenda. 1540

Iactantia maximo ſtudio declinanda. 1541

Deus plura nobis confert beneficia, quàm conferre videatur: Mundus contrà. 1542

Vera obedientia eſt, ſua imperfecta relinquere. 1543

Quàm vtilis Diuinorum beneficiorum recenſio. 1544

Et veniunt ad Ieſum, & vident illum, qui à dæmone vexabatur ſedentem, veſtitum, & ſana mentis; & timuerunt.

VIdent illum, qui à dæmone vexabatur. Græcè, θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον, *ſpectant dæmoniacum,* 1537.

hoc

hoc eſt, qui dæmoniacus fuerat. *Veſtitum*: Nam quando à dæmone corripiebatur, nudus cogebatur incedere: quod habet Lucas cap.8.v.27. dæmon non ſolùm ludibrio homines habet; ſed eos haberi etiam ab aliis vult.

Et ſanæ mentis. Ac ſi inſanus fuerit cùm à dæmone agebatur. Videtur fuiſſe obnoxius inſanorum dæmonum legioni.

Qui à dæmonio vexabatur. Poterat Deus, dæmones omnes in abyſſum infernalem relegare, ne homini nocere poſſent; ſed noluit, ne pugnæ illi occaſio deeſſet, *permiſit* (ait hîc S. Thomas) *dæmones in terrâ eſſe, vt, nobiſcum pugnantes, nos peritiores conſtituant*. Prodeſſe tentatores poſſunt, niſi tentatos torpor corripiat.

Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus eorum.

1538. ROgare cœperunt. Ideſt blandè, ſine irâ, ſine tumultu, cauentes eum offendere, maioris damni metu. Plerùnque homines metu rerum temporalium amittendarum ab iis ſe abſtinent, à quibus religionis & pietatis Diuinique timoris causâ non abſtinerent.

Rogare cœperunt. Græcè, ἤρξαντο παρακαλεῖν *Obſecrare cœperunt*. Verbum, παρακαλῶ, non ſolùm, *obſecrare*, *rogare*, ſignificat, ſed etiam conſolari: Orationi iuncta conſolatio eſt. Conſolationem videtur accipere Dominus, dum rogatur: conſolatione perfunditur, & qui rogat. Hinc in ſacris litteris conſolationis nomine oratio ipſa ſignificatur.

Vt diſcederet de finibus eorum. Chriſti virtutem plerique admirantur; ſed, ne vel leuiſſimarum rerum iacturam patiantur, ipſum abire volunt. Chriſti potiùs præſentiâ carere amant, quàm ſuis reculis, quas nimio affectu depereunt.

Cùmque aſcenderet nauim cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo.

1539. CVr, qui à dæmonibus fuerat liberatus, vt ſibi liceat cum Chriſto eſſe poſtulat? Ne, abſente Domino, iterum à dæmonibus corriperetur: non metuebat, dum eſſet præſens, ſed cùm abeſſet. Qui ſemel ſub dæmonum imperio fuit, iterum eſſe valdè timet: quod illi, qui Chriſtum dimittebant, non cogitabant.

Præterea comitari Chriſtum volebat, in amoris ſignum, quo ſanitatis ſuæ auctorem proſequebatur. Paratus erat, vel ingratos ciues ſuos relinquere, vt Chriſto adhæreret. Docemur, omnes deſerendos, qui Chriſtum dimittunt. Tutum eſſe vix poterat, cum iis conuerſari, qui, Chriſtum à ſuis finibus abire, poſtulauerant.

Et non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

1540. NOluit, vt ſecum iret, qui ſanatus fuerat; non reiiciens eum, veluti indignum; ſed vt cum maiori Dei gloriâ, & vberiore aliorum fructu apud ſuos maneret, qui, eius præſentia, editi miraculi recordatione proficerent.

Annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit. Dimiſſus à Geraſenis Dominus, illos quidem deſeruit. Quoniam autem nondum deſponderi ſalus eorum potuit, hominem ſanitati reſtitutum illis reliquit: vt hinc diſcamus, nullius ſalutem deſperandam eſſe; ſed eſſe modis omnibus quærendam.

Quanta tibi Dominus fecerit. Vide Chriſti hu- 1541.
militatem, qui miracula, quæ fecerat, non ſibi, ſed Deo patri adſcribit; vt nos quoque eius exemplo eidem adſcribere diſceremus. Non dixit, *quanta tibi feci*, iactantiæ declinandæ ſtudio, & ſolidæ humilitatis aſſerendæ.

Quanta. Græcè, ὅσα, ideſt quàm immenſa, & quàm admiranda; vt ad qualitatem potiùs reſpiciatur, quàm ad numerum. Niſi dicere velimus, vnum quidem fuiſſe miraculum, & vnum integrum beneficium: quod ſcilicet dæmonum legionem ab ipſo expulerit; ſed hoc vnum multa alia in ſe claudere: adeò, vt, ſicut præſentia dæmonis multa infert damna, ſic eiectio & expulſio multa inuehat bona.

Præterea, *quanta*, dixit; quia in vno benefi- 1542.
cio, quod hominum oculis apparebat, alia multa contulit, quæ videri non poterant. Deus plura nobis confert, quàm conferre videatur: Mundus, & dæmon pauciora, quàm videantur, ſi tamen conferunt aliqua.

Quanta. Non explicat, quæ fuerint; vt præter illud, quod manifeſtum erat, alia beneficia apud ſe conſideraret & volueret. Hoc enim veræ gratitudinis ſignum Deus exigit, vt beneficia cogitemus, quæ nobis contulit.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

ABiit ſtatim; non diſtulit: promptè paruit 1543.
& vel ipſum Ieſum reliquit, vt Ieſu obediret. Hæc vera obedientia: etiam ea, quæ bona videntur, deſerere, vt Deo perfectè pareamus. Non reliquit Chriſtum, qui reliquit, vt ei obediat. Nimirum iſte non ſe ipſum, ſed Dei quærebat voluntatem.

Cœpit prædicare. Dei gloriam ſuæ conſolationi præpoſuit. Chriſto adhærere ad guſtum ſuum erat; maxima quippè delectatione eius præſentiâ fruebatur: abire, & eius mirabilia prædicare, ad Diuinam ſpectabat gloriam. Benè res ſe habet: cùm propria delectatio Diuinæ gloriæ poſtponitur & cùm noſtri penè obliuiſcimur, vt aliorum ſaluti quærendæ, & Diuinæ gloriæ promouendæ laboremus.

Quanta ſibi feciſſet Ieſus. Iuſſus Domini in 1544.
ſe bonitatem prædicare, Ieſu memoriam facit; ne ingratus putaretur, qui Ieſu memoriam amiſerit.

Omnes mirabantur. Admiratio non ſine Chriſti laude erat. Vide prædicationis fructum: explicari non poteſt, quàm vtilis Diuinorum beneficiorum recenſio ſit. Narrabat iſte Chriſti beneficia ſibi collata; dum alij audiebant, admirabantur & laudabant. Diſce, beneficia Diuina commemorare: ingratus audies, ſi ſilentio ſupprimes.

SECTIO III

Nobiliores difficiliùs, faſtu poſito, ſe Chriſto ſubmittunt. 1545

Principes

Principes & primates ſæpe ſibi omnia deberi putant. 1545
Humilitas, Chriſti exemplo, ſectanda. 1546
Comprimi ſe ſinebat Chriſtus, vt vel tactu ſanctificaret. 1546
Magna exempli vis ad bonum. 1547
Cùm humana præſidia deſunt, tunc Deus libentiùs opitulatur. 1548
ἀλαλάζειν, quid ſignificet. 1550
Miraculorum ſuorum firmitatem probare, vt ſtuduerit Chriſtus. 1551

Et venit quidam de archiſynagogis nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.

1545. ET *venit.* Græcè additur, vox admiratiua, *ἰδού.* *Et ecce venit.* Et quidem admiratione dignum fuit, archiſynagogum, qui vnus de primatibus erat (vnde apud Matthæum cap. 9. v. 18. *princeps*, dicitur) primates autem Domino aduerſari ſolebant, tam humiliter Chriſto occurrere. Sic ferè fit, vt nobiliores primoteſque difficiliùs, faſtu poſito, Domino ſe ſubmittant.

Et deprecabatur eum multùm, dicens: Quoniam filia mea in extremis eſt: veni, impone manum ſuper eam.

DEprecabatur eum multùm, non ſolum ob imminens periculum; ſed quia metuebat, ne tanquam vnus ex primatibus, qui Domino aduerſabantur, reiiceretur: contrà, ac accidere ſoleat; principes enim & primates eò quòd tales ſint, exiſtimant, ſibi omnia deberi, & ob nobilitatem repulſam ſe non laturos; dignóſque, qui omnia, quæ poſtulant conſequantur.

Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

1546. VIde Domini humilitatem: adeò abſque omni faſtu inter vulgus cõuerſabatur, vt ſineret, ſe ab eo comprimi, cùm adeſſent maximè diſcipuli, qui cinctum à preſſurà turbarum eximere eum potuiſſent. Non erat ex faſtuoſis illis, quorum voces ſunt: *Noli me tangere.*

Et comprimebant eum. Græcè, *καὶ συνέθλιβον αὐτόν* *Et conſtringebant, comprimebant eum.* *συνθλίβειν*, quia &, *θλίβειν*, eſt ita premere, vt opprimat: vnde tam greuiter à turbà Chriſtus premebatur, vt penè opprimeretur. Cur ſinebat ſe comprimi? Non ſolùm in humilitatis ſignum; ſed vt tactu ipſo eos ſanctificaret, & veluti ſacraret, à quibus premebatur.

Et mulier, quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim.

1547. DUm iret Chriſtus ad archiſynagogi filiam ſanandam, occurrit in itinere hæc mulier, quæ ſanguinis profluuio laborabat. Non caſu hoc accidit, ſed Diuino conſilio: vt ſcilicet magna huius mulieris fides proderetur, quæ à ſolo fimbriæ contactu ſanitatem ſperabat; vnde hoc exemplo archiſynagogus ad confidentiam prouocaretur, qui ad filiæ ſanitatem vocans Ieſum, dixit: *Veni, impone manum ſuper eam.* Debebat dicere: *Dic tantùm verbo, & ſanabitur filia mea.* Sicut de ſeruo centurio. Prouocat ergo exemplo huius mulieris ad fiduciam, vt eius filiam, quæ iam obierat, reſuſcitaret. Magna exempli vis eſt: & magna fiduciæ neceſſitas, vt magna in nobis Deus operetur.

Et fuerat multa perpeſſa à pluribus medicis; & erogauerat omnia ſua, & nihil profecerat.

FVerat multa perpeſſa. Qui in medicorum ope nimium fidit, multa patitur, multum cruciatur; & ſæpè non aufertur morbus, medicamentorum & medicorum multiplicitate, ſed augetur: vt hîc quoque accidit, 1548.

Cùm audiſſet de Ieſu, venit in turbâ retrò, & tetigit veſtimentum eius.

POſtea quàm medicorum opem inutilem, imo potiùs noxiam mulier ſenſit; ad verum medicum ſe contulit, Chriſtum adiit, à quo ſanaretur: quòd obtinuit. Nimirum, humanis auxiliis mediciſque diffidens, cœpit eſſe ſanitati vicinior: Deus quippe nemini libentius opitulatur, quàm quem humana præſidia deſtituêre; vt ita ſalus, quam quis conſequutus eſt, acceptam ſoli Deo referat.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

TAcebat mulier ſanitatem conſequuta, veſtimentorum Chriſti contactu: noluit tamen Chriſtus, hoc celari: prodi in Dei gloriam voluit tam inſigne miraculum, prodi tam inſigne fidei exemplum: idcirco interrogat: *Quis tetigit veſtimenta mea?* Probè ſciebat, quis tetigiſſet; at voluit, in medium ipſam mulierem prodire, ne teſtis ipſe ſui eſſet miraculi; ſed eſſet mulier. 1549.

Et veniunt in domum archiſynagogi; & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multùm.

VEniunt. Ieſus ſcilicet cum tribus diſcipulis. *Et vidit.* Conſequens erat, vt diceret: *Et viderunt.* Sed ait: *Et vidit.* Quia ſingulariter omnia Chriſtus ſpectabat, quæ diſcipuli vix animaduertebant. *Et vidit.* Græcè, *θεωρεῖ*, *ſpectat.*

Et eiulantes multùm. Græcè, *καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.* Verbum, *ἀλαλάζειν*, propriè eſt perpetuò ſonitu tinnire, ac ſtrepere, ſonum ſono excipiente, 1550.
quomodo in lebetibus fit: vt obſeruauit etiam Euthymius. Præterea ſignificat ſibilare & exultare, vt ſolent milites animo confirmati. Magnus exultationis nexus, & eiulatûs: ferè terrena omnis iubilatio & exultatio in eiulatum deſinit; vt non mirum ſit, ſi eodem verbo vtrunque ſignificetur: extrema quippe gaudij luctus occupat.

Et irridebant eum: ipſe verò, eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant; & ingreditur, vbi puella erat iacens.

PAucos adeſſe teſtes voluit, & vt vitaret oſtentationis notam, & vt æmulorum declinaret inuidiam.

Et

Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret, & dixit, dari illi manducare.

1551. Sciebat, id in omnium notitiam venturum: omnibus tacentibus, ipſa puella, quæ mortua iam ſurrexerat, vel nolens, miraculum prodidiſſet. Rem tamen celari iuſſit, vt vitaret ipſe ſuſpicionem affectatæ gloriæ: id quod potiſſimùm apud ſynagogæ primorem faciendum erat; quia huiuſmodi homines omnia faciebant, vt laudem humanam venarentur. Chriſti igitur humilitate opus erat, quò iactantiæ vitium ex archiſynagogi huius mente eraderetur: iubet itaque, vt ſaltem tantiſpet taceant, dum ipſe inde diſcederet. Plauſum popularem non quærebat humilitatis magiſter.

Dixit, dari illi manducare. Hoc iuſſit, vt certiùs redderet ſuſcitatæ puellæ miraculum, ne videretur phantaſma eſſe: vnde & dare noluit; ſed præcepit, vt parentes ipſi hoc facerent; quò ab omni dubietatis nubilo eorum mentes eximeret. Studet Chriſtus, miraculorum ſuorum ſoliditatem ac firmitatem probari; vt eò pleniùs ei gratias agamus, quò certiùs eius beneficia probata ſunt, & ab omni calumniæ occaſione vindicata.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VI. MARCI.

Verſ. 1.

Et egreſſus inde, abiit in patriam ſuam: & ſequebantur eum diſcipuli eius.

Egreſſus. *Arab. Exiit. Euth. Exiuit.*
Inde. *Syr. Eſt illinc Ieſus.*
Abiit. *Theoph. Venitque.*
Patriam. *Syr. Prouinciam. Arab. Regionem.*
Sequebantur. *Syr Se ſe adiunxerant. Arab. Secuti ſunt. Caiet. Sequuntur.*
Eum. *Syr. Ei.*

Verſ. 2.

Et facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi; & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?

Et facto. *Syr. Quùmque eſſet. Arab. Erat. Pagn. Cùmque adeſſet. Fr. Luc. Adueniſſet.*
Sabbato. *Syr. Sabbatum.*
Multi audientes. *Syr. Multique qui audierant. Arab. Audiebant.*
Admirabantur in d. e. *Syr. Admirati ſunt. Arab. Et admirabantur. Euth. Obſtupeſcebant. Pagn. Obſtupuerunt. Cerd. Percellebantur. Fr. Luc. Obſtupefiebant.*
Hæc omnia. *Arab. Hac doctrina tanta. Euth. Iſta. Vat. Hæc.*
Quæ eſt. *Syr. Quænam eſt hæc. Ar. M. Qua.*
Sapientia. *Fr. Luc. Sapientia hæc.*
Quæ data e. i. *Arab. Qua donatus eſt. Ar. M. Data illi.*
Et. *Syr. Vt.*
Virtutes tales. *Arab. Virtutes. Ar. M. Efficacitates tales. Vat. Opera tam potentia.*
Quæ efficiuntur. *Syr. Fiant. Arab. Facta. Euth. Fiunt. Vat. Facta.*
Per manus e. *Vat.* omittit.

Verſ. 3.

Nonne hic eſt faber, filius Mariæ frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? nónne & ſorores eius hîc nobiſcum ſunt? & ſcandalizabantur in illo.

Nonne hic. *Goth. Non hic.*
Faber. *Goth. Fabri. Ang. Faber ille.*
Filius Mariæ. *Goth. Filius & Mariæ.*
Frater. *Vat. Frater autem.*
Ioſeph. *Caiet. Ioſe.*
Iudæ. *Theoph. Iuda.*
Simonis. *Ar. M. Simonis.*
Nobiſcum. *Arab. Apud nos.*
Scandalizabantur. *Syr. Offendebantur.*
In illo. *Syr. In ipſo. Pagn. Per illum.*

Verſ. 4.

Et dicebat illis Ieſus: Quia non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, &

Et. *Ar. M. Autem.*
Quia non. *Syr. Non.*
Eſt ſine h. *Syr. Deſpectus eſt. Arab. Vilipenditur. Theoph. Eſt contemptus. Caiet. Inhonoratus.*
Patria. *Syr. Prouinciâ. Arab. Regione.*
In domo ſua, & in c. ſ. *Syr. In ædibus cognatorum ſuorum, & in domo ſuâ. Arab. Et apud cognatos ſuos, & familiares ſuos. Theoph. Inter cognatos*
in

Vulgata Editio.

in domo ſua,& in cognatione ſua.

Verſ. 5.

Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit.

Verſ. 6.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat caſtella in circuitu docens.

Verſ. 7.

Et vocauit duodecim:& cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.

Verſ. 8.

Et præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantùm ; non peram, non panem, neque in zona æs.

Verſ. 9.

Sed calceatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis.

Verſ. 10.

Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.

Verſ. 11.

Et quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite

Lectionum Varietas.

ſuos & in familiâ ſuâ. Ar. M. In cognatis, & in domo ſuâ.

Non poterat f. *Arab. Non fecit. Euth. Nec potuit operari. Pagn. Non poterat edere.*
Virtutem v. *Syr. Ne vnam quidem virtutem.*
Niſi. *Arab. Præter. Vat. Niſi quod.*
Paucos i. *Syr. Ægrotis paucis. Vat. Paucos ægros.*
Impoſitis m. *Syr. Impoſuit manum ſuam. Arab. Super quos poſuit manum ſuam. Ar. M. Imponens manus.*
Curauit. *Arab. Curauit eos. Vat. Sanauit.*

Mirabatur. *Arab. Miratus fuit. Vat. Tenebatur admiratione.*
Propter incredulitatem. *Syr. Ob defectum fidei. Arab. De incredulitate. Caiet. Propter infidelitatem.*
Circuibat. *Syr. Perluſtrabat. Arab. Sumpſit circuire. Pagn. Obambulabat.*
Caſtella in c. *Syr. Pagos. Arab. Caſtella circumſtantia. Theoph. Per vicos vndique circumiacentes. Ar. M. In orbem. Cerd. Vicos in orbem.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Et docere.*

Et. *Fr. Luc. Tunc.*
Vocauit. *Syr. Aduocauit. Euth. Conuocat. Pagn. Accerſit. Fr. Luc. Aduocat.*
Duodecim. *Syr. Duodecim ſuos.*
Mittere. *Theoph. Emittere.*
Binos. *Fr. Luc. Duos, duos.*
Dabat. *Arab. Dedit.*
Poteſtatem. *Ar, M. Auctoritatem.*
Spirituum i. *Syr. Eiiciendi ſpiritus immundos. Arab. Super ſpiritus immundos. Vat. Aduersùs ſpiritus immundos.*

Ne quid. *Syr. Vt nihil. Arab. Ne.*
Tollerent. *Syr. Ferrent. Euth. Portarent.*
In viâ. *Syr. Ad iter. Euth. Per viam. Cerd. Ad viam. Fr. Luc. In viam.*
Virgam. *Euth. Baculum.*
Tantùm. *Vat. Solùm.*
Non peram, n. p. *Arab. Neque panem, neque peram, neque argentum.*
In zona æs. *Syr. Æs in ipſorum marſupiis. Arab. Æs in zonis ſuis. Euth. Æs ad zonam.*

Calceatos ſ. *Syr. Calcearent ſandalia. Arab. Calceos in pedibus ſuis. Theoph. Calcearentur ſandaliis.*
Induerentur. *Syr. Induerent. Ar. M. Induimini.*
Duabus tunicis. *Syr. Duas tunicas. Vat. Binis tunicis.*

Quicunque. *Syr. In quamcunque. Arab. Vbicunque.*
Illic. *Arab. In eâ. Euth. Ibi.*
Manete. *Syr. Eſtote.*
Inde. *Arab. Ab eâ. Vat. Illinc.*

Et quicunque. *Syr. Et quicunque. Arab. Et quicunque locus. Orig. Si quis.*
Receperint. *Arab. Receperit. Euth. Suſceperint. Orig. Suſceperit.*
Audierint. *Arab. Audierit.*
Exeuntes. *Syr. Quum egredimini. Arab. Quum exeuntis.*
Puluerem. *Orig. Etiam puluerem.*

puluerem

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis.

De. *Syr. Qui ſubeſt. Vat. Qui eſt ſub. Qua adhæſit. Cerd. Infernè.*
Pedibus veſtris. *Cerd. Pedum veſtrorum.*
Illis. *Syr. Ipſis. Equidem dico vobis tranquilliorem fore Sodomam, & Gomorrham in die iudicij ciuitate illâ.*

Verſ. 12.

Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent.

Et. *Arab. Autem.*
Exeuntes. *Syr. Egreſſi ſunt. Euth. Quum exiſſent. Theoph. Greſſi.*
Prædicabant. *Syr. Ac prædicarunt.*
Pœnitentiam a. *Arab. Pœnitentiam. Euth. Reſipiſcerent. Ar. M. Pœniterent.*

Verſ. 13.

Et dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.

Eiiciebant. *Arab. Eiecerunt.*
Vngebant. *Arab. Vnxerant.*
Multos. *Arab. Numeroſos.*
Ægros. *Syr. Infirmos.*
Sanabant. *Arab. Sanauerunt eos. Euth. Curabant.*

Verſ. 14.

Et audiuit rex Herodes, (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat: quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortois: & propterea virtutes operantur in illo.

Manifeſtum enim f. e. *Syr. Innotuerat enim ei. Arab. Cùm iam manifeſtum factum eſſet.*
Baptiſta. *Theoph. Ille qui baptizabat. Ar. M. Baptizans.*
Reſurrexit. *Syr. Surrexit. Euth. Excitatus eſt.*
A mortuis. *E domo mortuorum.*
Propterea. *Euth. Ideo. Ar. M. Propter hoc.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacitates.*
Operantur. *Pagn. Agunt.*

Verſ. 15.

Alij autem dicebant: Quia Elias eſt. Alij verò dicebant: Quia propheta eſt, quaſi vnus ex prophetis.

Dicebat. *Arab. Dixerunt.*
Quia Elias. *Arab. Quia ipſe Elias.*
Quia propheta. *Syr. Propheta. Arab. Ipſe, propheta.*
Quaſi. *Syr. Sicut. Arab. Veluti. Vat. Vel tanquam.*
Ex prophetis. *Ar. M. Eſt prophetarum. Fr. Luc. Illorum prophetarum.*

Verſ. 16.

Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit.

Quo audito. *Arab. Cùm autem audiſſet.*
Quem Ioannem. *Syr. Ioannes eſt, cuius. Arab. Ioannis. Vat. Iſte eſt Ioannes, cui.*
Ego decollaui. *Syr. Amputaui caput. Arab. Truncaui caput. Vat. Præcidi caput.*
Hic à m. *Syr. Ipſe è domo mortuorum. Arab. Et ecce à mortuis. Ar. M. Ipſe ex mortuis.*
Reſurrexit. *Euth. Excitatus eſt. Vat. Surrexit.*

Verſ. 17.

Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.

Miſit. *Syr. Miſerat. Theoph. Miſſis ſatellitibus. Ar. M. Delegans. Fr. Luc. Cum miſiſſet.*
Ac tenuit. *Syr. Prehenſum. Arab. Acceperat. Euth. Cepit. Theoph. Manus iniecerat. Vat. Prehenderat. Fr. Luc. Tenuerat.*
Ioannem. *Syr. In Ioannem.*
Vinxit. *Syr. Coniecerat. Arab. Tenuerat. Euth. Ligauit. Theoph. Vinxerat.*
In carcere. *Syr. In domo vinctorum. Arab. Carceribus. Ar. M. In cuſtodiâ.*
Quia duxerat e. *Syr. Quam duxerat. Arab. Quia ipſe duxerat eam. Theoph. Quia duxerat eam in vxorem.*

Verſ. 18.

Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Dicebat enim H. *Arab. Et dixerat ei.*
Non licet. *Ar. M. Quod non licet.*
Habere. *Syr. Ducere. Arab. Accipere.*

Verſ. 19.

Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.

Herodias a. *Syr. Ipſa autem Herodias. Ar. M. Ac Herodias.*
Volebat. *Vat. Cupiebat.*
Occidere e. *Syr. Eũ interficere. Arab. Occiſionẽ eius.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 20.

Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum: & cuſtodiebat eum & audito eo multa faciebat,& libenter eum audiebat.

Metuebat. *Syr. Timebat.*
Sciens eum. *Syr. Propterea quòd ſciebat eum eſſe.*
Cuſtodiebat. *Theoph. Obſeruabat. Pagn. Conſeruabat.*
Audito eo. *Syr. Multa audierat ab eo. Ar. M. Audiens eum.*
Multa f. *Syr. Feceràtque. Arab.* omittit.
Libenter. *Arab. Cum voluptate. Cerd. Suauiter.*

Verſ. 21.

Et eum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus,& tribunis,& primis Galilææ.

Cum accidiſſet. *Syr. Factus eſt. Arab. Fuit. Ar. M. Factâ. Fr. Luc. Adeſſet.*
Dies o. *Syr. Dies notabilis. Arab. Dies temperis. Ar. M. Die opportunâ.*
Herodes. *Syr. Dum Herodes. Arab. Quo venit ad Herodem. Vat. Quum Herodes.*
Natalis ſui c. f. *Syr. In domo natiuitatis ſuæ cœnam faceret. Arab. Natale. Euth. Et fecit conuiuium. Euth. In natalibus ſuis cœnam præbebat. Ar. M. Natalibus ſuis cœnam faciebat.*
Principibus. *Syr. Magiſtratibus ſuis. Arab. Principibus ſuis. Caiet. Primatibus.*
Tribunis. *Syr. Chiliarchis. Arab. Maioribus ſuis. Euth. Centurioribus.*
Primis. *Syr. Principibus. Pagn. Primoribus.*

Verſ. 22.

Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis,& ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúlque recumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quod vis,& dabo tibi.

Cumque i. *Syr. Et ingreſſa. Arab. Et introiuit. Ar. M. Et ingreſsâ.*
Saltaſſet. *Syr. Saltauit. Ar. M. Saltante.*
Placuiſſet. *Syr. Placuit. Arab. Placuit illud. Ar. M. Placente.*
Simulque r. *Syr. Iiſque qui accumbebant cum eo. Arab. Et recumbentibus ſuis. Euth. Simul diſcumbentibus. Ar. M. Et vnà recumbentibus. Vat. Ac ſimul accumbentibus. Fr. Luc. Et iis, qui menſa ſimul accumbebant.*
Quod vis. *Syr. Quicquid volueris. Ar. M. Quod velis.*

Verſ. 23.

Et iurauit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi,licet dimidium regni mei.

Et iurauit i. *Syr. Ac iureiurando ſpopondit ei.*
Quia quidquid p. *Syr. Quodcunque petieris à me.*
Licèt. *Arab. Etiam ſi fuerit. Ar. M. Vſque. Vat. Vſque ad.*

Verſ. 24.

Quæ cùm exiſſet,dixit matri ſuæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ.

Quæ cum e. *Syr. Tunc exiit. Theoph. At illa egreſſa ſtatim.*
Petam. *Syr. Petam ab eo.*

Verſ. 25.

Cúmque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.

Cumque i. *Syr. Et ingreſſa eſt. Arab. Et reuerſa eſt. Theoph. Et ingreſſa.*
Statim. *Euth. Protinus.*
Cum feſtinatione. *Syr. Cum cupiditate. Arab. Feſtinans. Fr. Luc. Studioſè. Cerd. Cum ſtudio.*
Petiuit d. *Syr. Et dixit ei.*
Volo. *Syr. Ego volo. Fr. Luc. Cupio.*
Protinus. *Syr. Hac horâ. Euth. Confeſtim. Ar. M. Ex ipsâ. Fr. Luc. Iam nunc.*
Diſco. *Theoph. Lance.*

Verſ. 26.

Et contriſtatus eſt rex: propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare.

Et contriſtatus e. *Syr. Ægrè autem admodum id tulit. Ar. M. Et contriſtatus factus. Pagn. Et dolore affectus. Fr. Luc. Et valdè triſtis factus.*
Propter. *Syr. Tamen propter. Arab. Et propter.*
Iuſiurandum. *Ar. M. Iuramenta.*
Simul d. *Syr. Accumbentes. Vat. Eos, qui ſimul accumbebant.*
Noluit. *Ar. M. Non voluit.*
Eam c. *Syr. Et denegare. Arab. Negare ei. Euth. Repellere eam. Caiet. Eam reiicere. Fr. Luc. Eam deponere.*

Verſ. 27.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 27.

Sed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere.

Sed miſſo. *Syr. Sed confeſtim miſit. Arab. Et miſit ex illâ horâ. Euth. Sed miſſo ſtatim. Ar. M. Et ſtatim legans. Caiet. Et protinus miſſo.*
Spiculatore. *Syr. Carnificem.*
Præcepit. *Syr. Præcepitque ei. Ar. M. Iniunxit. Vat. Rex iuſſit.*
Afferri. *Arab. Vt afferret. Pagn. Inferri.*
Eius in diſco. *Syr. Ioannis.*
Et. *Syr. Profectus itaque. Euth. Qui egreſſus. Ar. M. Ille autem abiens. Vat. At ille abiit.*
Decollauit e. *Syr. Amputauit caput Ioannis. Arab. Et truncauit caput eius.*
Carcere. *Syr. Domo vinctorum.*

Verſ. 28.

Et attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.

Attulit caput e. *Syr. Attulit. Arab. Attulit illud. Euth. Tulit caput ipſius.*
Diſco. *Theoph. Lance.*
Puella. *Syr. Puella ipſa. Arab. Puella accepit illud.*
Dedit. *Arab. Et dedit. Vat. Dedit illud.*

Verſ. 29.

Quo audito diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento.

Quo audito. *Arab. Et audierunt. Euth. Et quum audiſſent. Ar. M. Et audientes.*
Tulerunt. *Pagn. Suſtulerunt.*
Corpus. *Syr. Truncum. Caiet. Cadauer.*
Monumento. *Syr. Domo ſepulchri.*

Verſ. 30.

Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.

Conuenientes. *Syr. Congregati ſunt. Arab. Conuenerunt. Theoph. Congregantur. Ar. M. Coguntur.*
Renunciauerunt. *Syr. Et dixerunt. Arab. Et nunciauerunt. Fr. Luc. Et annunciauerunt.*
Omnia quæ. *Syr. Quæcunque. Ar. M. Omnia, & quanta.*
Egerant. *Syr. Fecerant. Theoph. Feciſſent.*
Docuerant. *Syr. Quæcunque docuerant. Theoph. Quæque docuiſſent. Ar. M. Quanta docuerant.*

Verſ. 31.

Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant, & redibant multi: & nec ſpatium manducandi habebant.

Venite ſeorſum. *Syr. Venite vos. Euth. Venite vos ſoli ſeorſum. Ar. M. Venite vos ipſi priuatim.*
In deſertum l. *Syr. Ibimus in deſertum locum nos ſoli. Arab. In deſertum.*
Requieſcite. *Syr. Quieſcite. Arab. Vt quieſcatis.*
Puſillum. *Euth. Paulisper. Vat. Paululum.*
Qui veniebant & v. *Syr. Qui ibant, veniebántque. Theoph. Qui venirent, & abirent. Ar. M. Venientes, & abeuntes. Fr. Luc. Qui veniebant, & abibant ope impetratâ.*
Nec ſpatium habebant. *Syr. Nec erat ei locus. Arab. Non poterant. Euth. Sicut nec vacaret. Theoph. Nec vacabat. Ar. M. Nec opportunitatem habebant. Fr. Luc. Ne quidem tempus opportunũ.*
Manducandi. *Syr. Comedendi quidem. Arab. Manducare. Euth. Comedere. Theoph. Cibum quidem capere. Ar. M. Edere.*

Verſ. 32.

Et aſcendentes in nauim, abierunt in deſertum locum ſeorſum.

Aſcendentes in n. a. *Syr. Nauigio abierunt. Euth. Egreſſi ſunt nauigio, & abierunt. Theoph. Abiit nauigio. Vat. Nauigio contulit ſe.*
In deſertum l. *Arab. In deſertum.*
Seorſum. *Syr. Solitarij. Arab.* omittit.

Verſ. 33.

Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ci-

Viderunt. *Syr. Viderunt plurimi. Arab. Cùm vidiſſent. Vat. Cùm vidiſſent turba.*
Abeuntes. *Syr. Dum proficiſcerentur.*
Et cognouerunt m. *Syr. Agniti ſunt illi. Arab. Cognouerunt eos multi. Theoph. Agnouerunt eũ multi.*
Pedeſtres. *Syr. In aridam. Arab.* omittit. *Vat. Itinere pedeſtri.*
De omnibus c. *Arab. Ex omni ciuitate.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

uitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

Concurrerunt. *Caiet. Concurrerunt.*
Et præuenerunt e. *Syr. Coram eo. Euth.* omittit. *Theoph. Et præuenerũt eos, conueneruntque ad illũ. Ar. M. Et præuenerunt eos, & venerunt ad eum.*

Verſ. 34.

Et exiens vidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit illos docere multa.

Exiens. *Arab. Cùm exiiſſet. Vat. Egreſſus.*
Turbam m. *Syr. Coëtus multos.*
Miſertus eſt ſ. e. *Syr. Miſertus eſt eorum. Euth. Miſericordiâ motus eſt ſuper eos. Theoph. Affectu miſericordiæ tactus eſt erga eos. Ar. M. Viſceribus cõmotus eſt ſuper eos. Vat. Intimè miſertus eſt eorũ.*
Quia erãt. *Sy. Quippe qui eſſent. Arab. Quia illi erãt.*
Sicut o. *Syr. Similes ouibus. Euth. Tanquam oues. Theoph. Velut oues.*
Non habent. p. *Syr. Non habentibus paſtorem. Arab. Quibus non eſt paſtor.*

Verſ. 35.

Et cum iam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus hic, & iam hora præteriit.

Cum iam fieret. *Syr. Quum præteriiſſet. Arab. Poſt. Ar. M. Iam factâ. Caiet. Facta eſſet.*
Hora multa. *Syr. Multum temporis. Arab. Multas horas. Euth. Multum diei. Ar. M. Horá multâ.*
Acceſſerunt. *Syr. Adierũt eum. Arab. Venerũt ad eũ. Euth. Accedentes ad eum. Ar. M. Aduenientes ei.*
Iam hora p. *Syr. Multum temporis. Arab. Hora appropinquauit. Euth. Longum tempus præteriit. Theoph. Multum iam temporis eſt. Ar. M. Iam hora multa. Vat. Iam multum tempus effluxit.*

Verſ. 36.

Dimitte illos, vt euntes in proximas villas, & vicos, emant ſibi cibos, quos manducent.

Dimitte. *Ar. M. Abſolue.*
Euntes. *Syr. Eant. Euth. Abeuntes. Theoph. Abeant.*
In. *Arab. Ad.*
Proximas. *Arab. Quæ circa nos ſunt. Euth. Proximos. Ar. M. Per gyrum. Caiet. Circumeuntes.*
Villas. *Fr. Luc. Agros.*
Vicos. *Arab. Ciuitates.*
Emant. *Syr. Et comparent. Ar. M. Mercentur.*
Sibi. *Vat. Sibi ipſis.*
Cibos. *Arab. Panem. Caiet. Panes.*
Quos m. *Syr. Nihil enim habent ad manducandum. Arab. Quia non eſt eis, quod manducent. Theoph. Nam, quod edant, non habent.*

Verſ. 37.

Et reſpondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare.

Et reſpondens a. *Arab. Ipſe verò dixit.*
Manducare. *Syr. Ad comedendum. Arab. Vt manducent. Euth. Ad edendum. Theoph. Quod. Edant.*
Euntes. *Syr. Eamus. Euth. Egreſſi.*
Emamus. *Syr. Empturi. Arab. Ememus. Ar. M. Mercabimur.*
Ducentis d. *Ar. M. Ducentorum denariorum.*
Panes. *Syr. Panem.*
Dabimus. *Vat. Demus.*
Manducare. *Syr. Comeſturis. Arab. Vt manducent. Euth. Ad comedendum. Theoph. Quod edant.*

Verſ. 38.

Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognouiſſent dicunt: Quinque, & duos piſces.

Et dicit. *Syr. Is autem dixit. Theoph. At ille dicit.*
Quot panes h. i. e. v. *Syr. Ite, videte, quot panes habeatis hîc. Arab. Quot apud vos ſunt panes? ite & videte.*
Dicunt. *Goth. Dicunt ei. Arab. Dixerunt.*
Quinque. *Arab. Ar. M. Quinque panes.*

Verſ. 39.

Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundùm contubernia ſuper viride fœnum.

Præcepit. *Ar. M. Adordinauit.*
Vt accumbere f. *Arab. Vt facerent ſedere. Euth. Vt facerent diſcumbere. Ar. M. Recumbere. Vat. Vt diſcumberent.*
Omnes. *Arab. Turbam.*
Secundũ c. *Syr. Per ordines. Arab. Per turmas. Euth. Per conuiuia. Theoph. Diſtributis conuiuiis.*
Super v. f. *Syr. Super gramine. Ar. M. Super viridi fœno. Vat. In viridi gramine. Caiet. Super viridem herbam.*

Verſ. 40.

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 40.

Et diſcumbuerunt in partes per centenos, & quinquagenos.

Et diſcubuerunt. *Syr. Diſcubuerunt itaque. Arab. Et ſederunt.*
In partes. *Syr. Per ordines. Arab. Secundum contubernia. Euth. Diſtributi in areolas. Theoph. Diuiſim in areolas. Ar. M. Areâ area. Vat. Diuiſi per viridaria.*
Per centenos, e. q. *Syr. Centeni, & quinquageni. Ar. M. Per centum, & per quinquaginta.*

Verſ. 41.

Et acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus.

Acceptis. *Syr. Accepit. Ar. M. Accipiens. Vat. Quum accepiſſet.*
Quinque p. *Syr. Illos quinque panes.*
Duobus p. *Syr. Duos piſces.*
Intuens. *Syr. Et ſuſpexit. Arab. Et aſpexit. Theoph. Sublatis oculis. Ar. M. Reſpiciēs. Fr. Luc. Suſpiciēs.*
Panes. *Arab. Panem. Fr. Luc. Panes illos.*
Dedit. *Euth. Dabat.*
Ponerent a. e. *Theoph. Apponerent illis.*
Duos. *Syr. Duos illos.*
Diuiſit. *Syr. Partiti ſunt. Fr. Luc. Partitus eſt.*

Verſ. 42.

Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

Manducauerunt. *Vat. Comederunt.*
Saturati. *Syr. Expleti.*

Verſ. 43.

Et ſuſtulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.

Suſtulerunt. *Euth. Tulerunt.*
Reliquias, f. *Syr. Fragmentorū. Arab. Ex fragmentis.*
Cophinos plenos. *Arab. Cophinos.*
De. *Syr. Ex.*

Verſ. 44.

Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum.

Erant autem. *Ar. M. Et erant.*
Qui manducauerunt. *Syr. Qui comederunt panem. Arab. Comedentium. Euth. Qui comederunt ipſos panes. Ar. M. Edētes panes. F. Luc. Qui comederūt.*
Quinque millia v. *Syr. Quinquies mille viri. Vat. Circiter quinque millia virorum.*

Verſ. 45.

Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum.

Coëgit. *Euth. Compulit.*
Aſcendere. *Theoph. Conſcendere.*
Nauim. *Ar. M. In nauigium.*
Vt præcederent. *Syr. Et traiicere. Fr. Luc. Et præcedere.*
Eum. *Syr. Ante ipſum. Ar. M.* omittit.
Trans fretum. *Euth. In vlteriorem ripam. Theoph. Tranſmiſſo mari. Ar. M. In vlterius.*
Ad Bethſaidam. *Vat. Bethſaidam.*
Dum. *Syr. Donec. Arab. Vt.*
Dimitteret. *Ar. M. Abſolueret.*
Populum. *Syr. Turbas. Caiet. Turbam.*

Verſ. 46.

Et cum dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.

Cum dimiſiſſet. *Syr. Quum ablegaſſet. Ar. M. Dimittens.*
Abiit. *Syr. Profectus eſt.*
Orare. *Theoph. Ad orandum. Caiet. Vt oraret.*

Verſ. 47.

Et cum ſerò eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

Et cum ſ. e. *Syr. Quum autem eſſet veſpera. Euth. veſperâ autem factâ. Theoph. Et cùm veſpera aduenisset. Ar. M. Et ſero facto. Vat. Cumque aduesperauiſſet. Fr. Luc. Et cum ſerum eſſet diei.*
Nauis. *Ar. M. Nauigium.*
Mari. *Arab. Mare.*

Verſ. 48.

Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad

Videns. *Arab. Cùm vidiſſet. Euth. Vidit.*
Laborantes. *Fr. Luc. Vexatos.*
In remigando. *Syr. Dum ſulcarent mare. Arab.* omittit. *Fr. Luc. In prouehendo.*
Contrarius eis. *Arab. Contra eos. Euth. Contrarius. Vat. Aduerſus eis.*
Et circa q. v. *Syr. Vigiliâ verò quartâ. Arab. In vi-*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

eos ambulans ſuper mare : & volebat præterire eos.

gilia quartâ. Ar. M. Et circa quartam cuſtodiam.
Ambulans. *Syr. Ieſus, dum ambularet. Ar. M. Circumambulans.*
Supra mare. *Syr. Super aquas.*

Verſ. 49.

At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt.

Vt viderunt. *Syr. Viderunt. Euth. Quum vidiſſent. Ar. M. Videntes.*
Ambulantem. *Arab. Ambulare Ar. M. Circumambulantem.*
Supra m. *Syr. Super aquas.*
Putauerunt. *Syr. Et reputauerunt apud ſe.*
Phantaſma. *Syr. Viſionem fallacem. Pagn. Spectrum.*
Exclamauerunt. *Euth. Clamauerunt.*

Verſ. 50.

Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis : Confidite, ego ſum, nolite timere.

Viderunt. *Theoph. Videbant.*
Conturbati ſ. *Syr. Timuerunt. Arab. Conturbati fuerunt. Euth. Conterriti ſunt.*
Confidite. *Arab. Eſtote fortes. Vat. Bono animo eſtote. Fr. Luc. Habete fiduciam.*
Nolite t. *Syr. Ne timeatis. Theoph. Ne terreamini. Ar. M. Ne metuite.*

Verſ. 51.

Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant.

Nauim. *Ar. M. Nauigium.*
Ceſſauit. *Arab. Quieuit. Euth. Conquieuit.*
Plus magis. *Syr. Vehementer. Arab.* omittit. *Theoph. Vehementer ſuper modum. Caiet. Valde ſuper modum. Fr. Luc. Valde ex abundanti.*
Inter ſe. *Syr. Apud ſe. Arab.* omittit. *Ar. M. In ſe ipſis. Vat. Apud ſeſe.*
Stupebant. *Syr. Admirabantur, ac obſtupeſcebant. Arab. Stupuerunt, & mirati ſunt. Vat. Stupeſcebant, & admirabantur.*

Verſ. 52.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Intellexerunt. *Teoph. Intellexerant. Vat. Meminerant.*
De panibus. *Syr. De pane illo. Vat. Panum.*
Erat enim. *Syr. Propterea quod erat. Arab. Quoniam erant.*
Cor. *Arab. Corda.*
Obcæcatum. *Syr. Offuſum nube. Arab. Grauata. Ar. M. Obſallitum. Fr. Luc. Obduratum.*

Verſ. 53.

Et cum transfretaſſent, venerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt.

Cum transfretaſſent. *Theoph. Cùm traieciſſent. Ar. M. Pertranſeuntes.*
Applicuerunt. *Euth. Applicuerunt in portum. Fr. Luc. Appulerunt ad littus.*

Verſ. 54.

Cúmque egreſſi eſſent de naui, continuò cognouerunt eum.

Cumque egreſſi eſſent. *Syr. Et quum exiiſſent. Arab. Exeuntibus illis.*
De naui. *Ar. M. E nauigio.*
Continuò. *Syr. Eo momento. Euth. Statim.*
Cognouerunt. *Ar. M. Cognoſcentes. Caiet. Agnouerunt.*
Eum. *Syr. Eum viri regionis illius. Arab. Eum Incolæ illius regionis omnes.*

Verſ. 55.

Et percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui ſe ma-

Percurrentes. *Syr. Percurrerunt. Arab. Concurrerunt. Ar. M. Circumcurrentes. Fr. Luc. Quum percurriſſent.*
Vniuerſam. *Arab.* omittit. *Ar. M. Omnem. Theoph. Totam vndique.*
Regionem. *Syr. Terram. Arab.* omittit. *Ar. M. Circumuiciniam.*
Cœperunt circumferre. *Syr. Cœperunt adducere. Arab.* omittit. *Vat. Cœperunt eò circumferre.*
In grabatis. *Syr. Baiulantes in grabatis. Theoph. In lectis.*
Eos, qui ſ. m. h. *Syr. Eos qui malè, malè affecti*

lè

Vulgata Editio.

lè habebant, circumferre, vbi audiebant eum eſſe.

Verſ. 56.

Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

Lectionum varietas.

erant. Arab. Cum infirmis. Ar. M. Mali habentes.

Vbi audiebant e. e. *Syr. Quò loci audiebant, eum eſſe. Euth. Audito, quòd ibi eſſet. Theoph. Cùm audiſſent, illic eſſe.*

Et quocumque. *Arab.* omittit.

Introibat. *Syr. Ingrederetur. Arab.* omittit. *Theoph. Introiſſet.*

In vicos, vel i. v. a. c. *Syr. In pagos, & vrbes. Arab. De caſtellis, vel ciuitatibus, vel agris. Ar. M. In vicos, vel vrbes, vel agros*

Plateis. *Fr. Luc. Foris.*

Ponebant. *Arab. Et ponebant.*

Infirmos. *Vat. Ægros.*

Deprecabantur e. *Syr. Efflagitabant ab eo. Vat. Præcabantur eum. Cerd. Aduocabant eum.*

Quotquot. *Syr. Ij omnes, qui. Arab. Quicunque*

Tangebant. *Arab. Tetigit.*

Salui fiebant. *Syr. Sanabantur. Arab. Saluus factus eſt. Vat. Salutem conſequebantur. Cerd. Seruabantur.*

CAPVT VI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Otij & torporis hoſtis quàm fuerit Chriſtus, quàm laboris amicus. 1552

Cur fabrilem artem Chriſtus amauerit, non curioſiorem. 1552

Humana induſtria tribui non debet, quod eſt humana virtutis. 1553

Increduli, Diuina bonitatis fontem ſibi claudunt. 1553

Θαυμάζειν, quid ſignificet. 1554

Exemplo ſæpè obtinetur, quod verbis non poteſt. 1555

Plerunque magis idiota magis ad credendum idonei. 1555

Suos mutuo exemplo feruentiores reddi ſtudet Chriſtus. 1556.

A diuitiarum amore alienus doctor ſit, 1557

Pœnitentia & regni nexus. 1558

Mali plerunque peiores, quum maioribus donantur beneficiis. 1559

Quàm liberè alios arguere poſſit, qui terrenis rebus non eſt addictus. 1560

Qui oblatos honores ſpernit, minas poteſt contemnere. 1560

Sanctorum innocens vita, quantum in impios poſſit. 1561

Perfectè Deo pareat, ne quis pereat. 1562

Quàm cæcus, qui luxuria litat. 1562

Nonne hic eſt faber, filius Mariæ?

1552. FAndem, quam pater ſuus putatiuus Ioſeph, exercebat Chriſtus artem: fabrilem ſcilicet; cur ita? An, ne alicui otioſitatis præberet exemplum? Ad laborem alios erat inhortaturus, labori ſe priùs mancipat, fabrili arte occupatus. Multas calumnias Phariſæi in Chriſtum, eiuſque diſcipulos euomuerunt: notam inurendi occaſiones vndique arripiebant: non facilè tamen repetias, Chriſtum aut Chriſti diſcipulos, otii atque deſidiæ inſimulatos, cùm laborioſam, exercitámque vitam agerent; & ab otio atque torpore procul abhorrerent. Laboris itaque exemplum daturus, artem, quæ laborem quæreret, exercuit.

Nonne hic eſt faber. Cur nobiliorem artem non exercuit, quæ minus haberet laboris; maioris eſſet induſtriæ ingeniique? Ne curioſis artibus in adoleſcentiâ fuiſſe deditus dici poſſet, & plerique rebus curioſis miniméque neceſſariis operam dandi occaſionem arriperent.

Sed aliquis hîc reponat: Poterat, licèt opus non haberet, in aliorum exemplum, & in humi- 1553.
litatis ſignum, ſcholas Chriſtus frequentare in ſuâ adoleſcentiâ. Poterat, ſed reſpuit. Cur, inquies, abſtinuit? Ne in Diuino negotio aliquid humanæ induſtriæ attribueretur: quod factum, ſi litteras diſcere viſus eſſet, & ſcholas adiiſſet. Nimirum, in negotiis Diuinis pertractandis ſtudere debemus, ne aliquid induſtriæ noſtræ tribuatur, ſed totum Deo, Diuinoque auxilio.

Et non poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos infirmos, impoſitis manibus, curauit.

CIues Vrbis Nazareth ſe ipſos indignos Diuinis beneficiis, & ſuâ incredulitate ac contumaciâ obſtaculum Chriſti beneficentiæ obiecerant. Nimirum increduli, quantùm in ipſis eſt, vinciunt Dei manum, vt ad dona largienda extendere vix queat; & illorum malitia impedit, ne Diuinæ bonitatis riuus in ipſos diffluat.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat caſtella in circuitu docens.

MIrabatur tantam ſuorum ciuium incredulitatis peruicaciam: cur in ipſos [illegible] 1554
cur non ſeuerè caſtigat? cur & [illegible]
non abſumit? Poterat, ſed [illegible]

voluit vt eis reſipiſcendi tempus concederet, & aliis ſignis, alibi edendis, ad fidem eos allicetet & prouocaret.

Mirabatur. Græcè, *ἐθαύμαζε. Obſtupebat, admirabatur.* Hoc enim propriè ſignificat verbum, *θαυμάζειν*. Sed cur & ſuperiùs, cùm, multos audientes Chriſti doctrinam in admirationem raptos dicitur, idem verbum non eſt adhibitum; ſed aliud? nam vbi interpres ait: *Multi audientes admirabantur in doctrinâ eius.* In Græco non eſt, *ἐθαύμαζον*. Sed, *ἐξεπλήσσοντο*. Verbi diuerſitas, diuerſam admirationem fuiſſe, prodit, & à diuerſâ causâ natam: hoc enim verbum non oudè admirari ſignificat, ſed percelli, vexari, ac veluti aliquâ calamitate premi. Inuidi iſti, Chriſti ſublimem doctrinam audientes, adeò percellebantur, vt veluti cæderentur, & flagellis vexarentur. alterius quippè excellentia, inuidi ſupplicium eſt & cruciatus. Ab omni inuidiâ aberat Chriſtus: admirabatur tantam in ſuis ciuibus duritiam ac incredulitatem.

Et circuibat caſtella in circuitu docens. Circuitus iſte indicat, quanto deſiderio Chriſtus ſuorum ſalutem quæreret: nam circumiacentes pagos perluſtrabat, ſi quo modo aliorum, qui credebant exemplo ſuos ad æmulandum prouocaret: docens nullius ſalutem ita eſſe deſperandam, vt penitùs deſeratur.

Exemplo ciues ad fidem prouocat. Plerunque exemplo obtinemus, quod verbis & ſuaſu non poſſumus.

Vicos & pagos vicinos circuibat Chriſtus; ſimpliciores homines magis obſequentes reperiens, quàm repererat, qui in vrbe degebant, ſic ferè accidit, vt magis idiotæ magis ad credendum idonei ſint.

1556. Non ſolùm in ciuitatibus prædicabat Dominus, ſed etiam in caſtellis & vicis: vt diſceremus, parua non ſpernere, nec magnas ſemper quærendas ciuitates; cùm Dei verbum, Chriſti exemplo, etiam in vicis abiectis & vilibus ſit ſeminandum. Haud tarò maior in his fructus colligitur, quàm in vrbibus, in quibus, vt maior hominum multitudo ſit, minor tamen ſæpè fructus videtur.

Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos.

Binos Apoſtolos mittit oon ſolùm ob concordiam & vnitatem; ſed vt promptiores fierent, & alter alteri exemplo eſſet, feruentiórque alterius alacritate alter redderetur.

Et præcepit eis, ne quid tollerent in viâ, niſi virgam tantùm.

1557. Omnem ſolicitudinem à doctotis mente Chriſtus abradit; ne, dum mens occupatur ad temporalia, minùs aliis prouideat æterna. Hoc etiam egit Dominus, vt Apoſtoli habitu ipſo proderent, quàm longè à diuitiarum amore eſſent

Rebus omnibus deſtitutos ad prædicandum ire iubet; vt auditores audientes eos prædicare paupertatem, eorum monitis acquieſcerent; Apoſtolos intuentes, qui nihil haberent.

Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent.

1558. Matthæus pœnitentiæ non meminit, ſed Regni Cœlorum? nam cap. 10. v. 7. ita Chriſtum, diſcipulos alloquentem inducit: *Euntes autem prædicate, quia appropinquauit Regnum Cælorum.* Lucas quoque cap. 9. v. 3. Regni Dei meminit, non pœnitentiæ. *Et miſit*, inquit, *illos prædicare Regnum Dei.* Marcus pœnitentiæ ſolius meminit, non Regni Dei: cur ita? An, quia alterum exaltero colligi poterat? ac ſi pœnitentiæ Regnum Cælorum adnexum eſſet, vt illam ſemper comitaretur; ideoque pœnitentiâ recenſitâ, Regnum Dei aduenisse conſequens eſſet. Ad ius quippè Regni Cœlorum ſuos pœnitentia admittit, ad Deique Regnum eos tranſmittit.

Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioannem, ac vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui; quia duxerat eam.

Miſit. Græcè, *ἀποστείλας*. *Quum miſiſſet*, ſci- 1559.
licet ſatellites. De Apoſtolorum miſſione hoc idem verbum ſuperiùs vſurpatur: *Cœpit eos mittere binos.* In fonte: *ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο*. Cùm Chriſtus Apoſtolos ſuos vt omnium ſalutem quærerent, miſiſſet, miſit ſatellites Herodes vt Ioannem carceri adiiceret. Hoc plerùnque fit, vt nequiores homines ſint, cùm Deus maioribus eos beneficiis donat, & impietate Diuinis muneribus reſpondeant. Herodes audiet, qui ad hunc modum ſe gerit; & Herodis pœnam ſubibit.

Vinctum tenebat Ioannem impius Herodes. Quàm ſæuus, quàm immanis. Vinctum tenet eum Herodes, qui Herodem à peccati vinculis ſoluere ſtudebat. Iurè inclamat Sanctus Chryſoſtomus: *O rem prodigioſam! Ioannes vinctam eius animam peccati catenâ reprehenſione ſuâ ſoluere conabatur; ille autem ſalutem vinciebat.*

Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi, habere vxorem fratris tui.

Multi tunc erant doctores: ſolus Ioannes
Herodem arguit; quia ſcilicet, nec diuitiis 1560.
addictus erat, nec deliciarum amore tenebatur aut vitæ præſentis affectu nimio minimè corripiebatur Nil mirum, ſi ab his vinculis ſolutus, teneri non potuit, quin liberè Herodem reprehenderet. Terrenis rebus addictus, præſtare iſtuc non poteſt.

Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Illicitas nuptias ſeuerè arguit Ioannes: terreri nullis minis potuit. Nihil mirum ſi duris non frangatur qui flecti mollibus nequiuit. Qui auræ popularis fauore allici non eſt paſſus, vt tanquam Meſſias coleretur, regis ſæui ſæuitiem non timet. Audiendus hìc Guarricus, qui ait: *Iraſcatur Herodes, inſidietur Herodias: de interioribus eorum ebulliat tempeſtas; ac nequam ſpiritus procellarum, qui in abyſſis cordium cubat, omnes vires ſuas, & argumenta malitiæ commoueat: nihil illum terrebit, nihil à ſententiâ mouebit, quominus liberè nuptias eorum inceſtas arguat. Quomodo enim flecterent aduerſa, quem mollire non potuerant proſpera? Flauerunt ſiquidem aliquando & molles atque blandientes venti, auræ ſcilicet fauoris popularis; ſed nec illis à rectitudine ſuâ potuit inclinari.* Nimirum minas poteſt non timere, qui poteſt oblati honoris blanditias non amare.

Volebat occidere eum, nec poterat: Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum.

1561. PRimò, cum carceri eſſet mancipatus Ioannes, occidere eum, cogitabat Herodes; ſed timore populi reuocatus eſt: poſtea verò, dum occaſione vicini carceris frequenter eum audiret; & ex miniſtris ſuis, quorum cuſtodiæ Ioannem commiſerat, vitæ illius auſteritatem, integritatem & ſanctitatem didiciſſet; illum reuereri cœpit, ac colere. Tantum ſanctorum vita etiam in impiorum mentibus poteſt, vt plerumque vitâ conſequantur, quod verbis & prædicatione non obtinuere. Arguebat acriter Ioannes Herodem; ſed nihil proficiebat: quin miſit illum in carcerem; ſed, vitæ eius auſteritatem ac innocentiam experientiâ diſcens, flecti demum cœpit, ac Ioannem obſeruare, cogitans quî eum ab Herodiadis inſidiis vindicaret. Vide, quid vitæ ſanctitas, etiam in impium Regem, poſſit.

1562. *Et, audito eo, multa faciebat.* Feciſſet omnia In multis Ioannis monitis obtemperabat Herodes ſed, quia non in omnibus, tandem fœdiſſimè lapſus eſt; vt ſalticæ puellæ eius caput in præmium dederit. Nemo ſibi placeat, ſi multis Dei conſilijs obediat; donec integrè ſe Diuinæ voluntati ſubijciat, per omnia iubenti Deo pareat. Timeat, qui ſemiplenè paret, ne pereat, vt Herodes.

Libenter eum audiebat. Reuerebatur Herodes Ioannem: Ioannem ſuſpiciebat: libenter eius verba audiebat: à nece tamen eius non abſtinuit. Tanta eſt libidinis rabies, tanta eorum cæcitas, qui ab impudicitiæ flammis corripiuntur, vt vel in ſanctiſſimum quenque ſæuiant improbéntque ea, quæ alioquin probant. Nimirum ſibi ipſi contrarius fit, qui luxuriæ litat; & arma contra illos ſumit, pro quibus eſſent ſumenda.

SECTIO II.

Reges deſinunt eſſe reges, cùm luxui ſeruiunt. 1563
Inter fœminea caſtra degere, quàm periculoſum. 1564
Parentum mores facilè ebibunt filij. 1565
Contemni ſeculi dignitates debent. 1566
Regni gloria citò perit. 1566
Συνδῆ, quid ſignificet. 1567
Cupiditatis & feſtinationis nexus. 1568
Imperium & libido vix cohærent. 1569.
Vnius iuſti perditio totius regni ruina. 1570
Deus non ex quanto tempore, ſed quo corde illi ſeruiatur, pondet. 1572
Vitanda conuiuia, in quibus Chriſti membra dilaniantur. 1574
Doctorum inter ſe concordia probatur. 1575
Quàm fatui, qui ſua opera probari ab omnibus curant; non à Chriſto. 1575
Omnis gloria Chriſto deferenda. 1576.

Et cùm dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ.

1563. DIes opportunus. Sed cui? Herodiadi: quæ, cùm diu exitium Ioanni machinata fuiſſet, opportunitatem ſe perficiendi propoſitum nactam putauit, quum natalitius Herodis dies ageretur, nouerat enim, Herodem illum diem in luxu, effrænique lætitiâ traducturum, adeò vt allici non difficilè potuerit ad magnum illud ſcelus admittendum. Nimirum, nihil eſt, quod à Magnis quis non obtineat, cùm, deliciis obruti, luxui ſeruiunt, qui hominibus imperant; iam quippe non ſunt reges, ſed ſerui.

Natalis ſui cœnam fecit. Feciſſet prandium. Cœnam fecit: vnde vel tempore diſceremus, tenebras impiorum natalitiis admiſceri: vt tenebris, non luci, nati videantur.

Cúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet.

NEc filia igitur nec mater menſæ accumbebat: ſed cur aberant? An, vt à luxu abſtinerent, à deliciis? Minimè. Quæ luxuriæ & libidinis erant mancipia, non poterant abſtinentiæ ac temperantiæ litare. Non accumbebat menſæ mater, vt commodiùs liberiúſque cum filiâ agere poſſet de Ioannis nece procurandâ, & conſilij inter ſe capiendi gratiâ: quod non ita commodè præſtare potuiſſent, ſi menſæ cum aliis accubuiſſent. Nimirum à ferculis tantiſper aberant, donec caput Ioannis tanquam ſapidum ferculum offerri ſibi per filiam impia mater obtineret. 1564.

Ioannes ſanctus, Ioannes, qui adeò ſeparatus à fœminis vixit, in eremo viuens; fœminarum tamen pericula non euaſit: quis ergo eſt, qui, inter fœminas viuens, euaſurum ſe putet? ſecurum ſe eſſe confidat? Deſipit, qui, inter muliebria caſtra tutum ſe eſſe, putat; & ab earum fraudibus ab earum ſpiculis immunem. Intuta hîc omnis ſecuritas eſt; & magis fit ſecurus, qui minus ſecurum ſe credit.

Cùm introiſſet filia Herodiadis, & ſaltaſſet. 1565.
Non caſu addit Euangeliſta puellam impudicam & ſaltatricem, Herodiadis filiam fuiſſe: Oſtendere voluit à quo fonte tam malos mores hauſerit; nimirum à matre adulterâ, à qua non minùs eſſe accepit, quàm crimina: magiſtra ſimul extitit & mater. Scilicet facilè parentum mores ebibunt filij, & à parentum criminibus liberi vix liberi ſunt.

Et placuiſſet Herodi. Placuit; quia patris impudentiam referebat. *Reuerà,* inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *ſuam credidit tunc Herodes, cùm talem vidit: nam putaſſet alienam, ſi pudicam, vel aliquantulum, prauidiſſet*; alienam credidiſſet, ſi ab impudicitiâ vidiſſet alienam.

Et iurauit illi, quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

SAltauit Herodiadis filia, & Herodi placuit, & in ſaltationis præmium & regni dimidium pollicetur. Vel à rege impio diſce, quàm contemni ſeculi dignitates debeant: quàm benè ſeculares de ſecularibus iudicent poteſtatibus; vt etiam pro ſaltatione regna donentur, nec plus valeant regna, quàm ſaltatio. 1566.

Congruit regnum cum ſaltatione; & dignum pretium ſaltationis regnum eſt: vt enim poſt ſaltationem nihil remanet, niſi labor & laſſitudo; ita, poſtquàm regni gloria citò abiit & diſperiit nihil relinquitur, niſi curæ & afflictiones.

Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit dicens: Volo, vt protinùs des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.

1567. VIx vel dimidiam regni ſui partem ſaltatriculæ puellæ præmium Herodes obtulerat, vt ipſa, ſic ab impiâ matre edocta, caput Ioannis peterit; etſi nolens, indicans vnius iuſti caput dimidiæ regni totius parti non ſolùm conferri, ſed etiam præponderare.

Noluit filia oblatam occaſionem perdere, ac adeò expoſitâ & porrectâ Regis liberalitate noo vti. Statim, quòd animo deſtinauerat, poſtulat. *Cum feſtinatione.* Græcè μετὰ σπουδῆς. Ad verbum, *cum ſtudio, ſtudioſè, σπουδὴ*, eſt aſſidua, ac vehemens applicatio voluntatis ad rem aliquam peragendam. Interpres, *cum feſtinatione*, vertit; quia, qui ſtudioſè aliquid, & ſummâ diligentiâ agit, longa neſcit molimina, longas amolitur moras. Vt ergo quis probet, ſe ſtudioſè, & magno affectu virtutibus ac ſpitituali profectui operam dare, cunctationes auferat, res cum feſtinatione exequatur; vt in bono ita ſe habeat, ſicut mali in malo ſe habeot.

1568. *Cum feſtinatione.* Syrus: *Cum cupiditate.* Cohærent, quia ad illod quis feſtinat, quod cupit: ingens quippè cupiditas & deſiderium, impedimenta omoia tollit, tollit moras. Quod hîc vides in malo factum, nobis in bono faciendum eſt, vt ſcilicet feſtinatiooe, ac celeritate probemus, nos ſalutis noſtræ; & virtutum omnium cupiditate teneri. Qui diu pœnitentiam differt, ſe pœnitentiam non cupere, nec ſalutem, vel nolens, prodit.

Volo, vt protinùs des mihi. Moras omnes vult auferri, ferri protinùs caput Ioannis. *Timebat enim, ne Herodes reſipiſceret*: ait Sanctus Thomas. Tam grande ſcelus illud erat, vt vel Herodes Herodem ab eo auertere potuiſſet, ſi cogitandi tempus habuiſſet.

1569. *Vt protinus des mihi.* Cur non petit Ioannem ipſum viuum ſiſti? An, quia eius, etſi perimendi, vocem impudica timebat? neque enim ſiluiſſet Ioannes moriturus, vt in impudicæ pectore impudicitia moreretur. *Non poſtulat*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vt coram producatur, atque interficiatur: nec enim etiam ad mortem euntis libertatem ferre potuiſſet; ſed exhorruiſſet etiam, dum necaretur, vocem illius; non enim in extremo vitæ tempore ſiluiſſet: ideo da mihi hic, inquit, in diſco; magnâ enim cupiditate inflammata ſum videndi illam linguam ſilentem.* Tolli à vita Ioannes potuit, non potuit à Ioanne tolli, impudicitiæ odium, puritatis amor.

Caput Ioannis quæſiuit, non dimidiam regni partem: ô fœminæ nequitia! Contempſit honorem, vt ſanguinem lucraretur. Non cogitat de imperio, quæ libidini ſeruiebat. Nimirum imperium ac libido non cohærent; in hoc tantùm ſapuit, regnum non eligens nihil ei profuturum, quæ libidinis mancipium erat.

1570. Non tenebatur iuramento Herodes: dimidium regni pollicitus fuerat puellæ ſaltanti; ſed ipſa caput Ioannis petiit, toto ipſo regno maius. Plus poſtulabat puella, quàm ſpoponderit Herodes, qui excuſare ſe ita poterat, vt ait Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus: *Ego dimidiatum regnum pollicebar, tu verò Baptiſtæ caput exquiris, toto meo regno longè pretioſius, quodque ſceptris meis clarius emicat, ac dignitate meâ longe eſt excelſius: nam aut alterum Baptiſtam monſtra, aut (quod obſcurum non eſt) toto regno me ſpoliare aues.* Nam vnius iuſti perditio totius regni ruina, & exitium eſt.

Et propter ſimul diſcumbentes. Omnes fuerunt 1571.
participes homicidij: adeò quippe Herodem ab iniuſtâ Ioannis nece non auocarunt, vt vrgerent potiùs. *Omnes enim*, ait Sanctus Thomas, *rogabant pro puellâ*, quorum gratiam impudicâ ſaltatione inierat. Nimirum, qualis princeps & rex, tales & regis familiares ſunt. Caput ſaltatricis tripudio Herodes eſt: imitantur regem, qui cum rege diſcumbebant, & vna laſciua puella in omnes dominatur.

Miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco: & decollauit eum in carcere.

PRoh nefas! ſaltatricis puellæ præmium caput Ioannis fit? Excedit impodentis promiſſionis ſuæ terminos Herodes; vſque ad regni ſui dimidium ſe eius promiſſio porrexerat, nunc caput illud offert, quod amplius, quàm regnum integrum totuſque Mundus valeat, valet.

Decollauit eum in carcere. Impij Herodis ma- 1572.
num effugere Ioannes non potuit, quem ad necem vrgebat adultera. Moritur Ioannes in carcere occumbit caſtitatis victima: qui carnem & carnis paſſiones, diſciplinæ carcere continebat, in carcere occiditur. Sed hîc aliquis quærat, cur voluerit Deus, eum, quo inter natos mulierum maior non ſurrexit, tam immaturè abire. Cur tam magnæ ſanctitati temporis diuturnitas non reſpondit, vt mereri plùs poſſet? Hinc illud Sancti Algeri: *Ipſius Præcurſoris vita, quo nemo maior ſurrexit, triginta duorum & ſemis annorum eſſe voluit, vt, quia curat, non ex quanto tempore, ſed ex quanto corde ſibi ſeruiatur, perfectionem meriti, non tempori aſcriberet, ſed virtuti.*

Herodes, cùm veritatem iugulare non potuerit, 1573.
veritatis præconem iugulat, Ioannem perimit. Vt luxurietur Herodes, necatur Ioannes. Vbi Magnorum incontinentia liberè damnatur, ſtatim odio efferantur, ſæuiunt in monitores.

Non licet tibi. Si dixiſſet tantùm, *non licet*; putaſſet impius Herodes, cæteris non licuiſſe; vni ſibi licere: ſic enim plerunque principes viri omnia ſibi licita putant, quæ in aliis damnant; ac ſi principatus à Dei eos lege eximeret, quos magis Deo ſubditos facit.

Herodis conuiuium, in quo Ioannes morti 1574.
adiicitur, ad quod affertur mortui Ioannis caput, omnes exhorrent; cauendum tamen, ne quis conuiuium iſtuc conuiuio ſimili referat: quod, quî fiat, indicat Sanctus Chryſoſtomus, dum ait: *Lachrymis dignam putemus Herodiadem, & omnes illius imitatores: multa enim etiam nunc huiuſmodi ſympoſia celebrantur, in quibus, etſi Ioannes non interficitur, Chriſti tamen membra dilaniantur, multoque grauiora committuntur: non enim caput Ioannis, qui modò tripudiant, ſed animas recumbentium petunt.*

Conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant.

APoſtoli, ad Euangelium prædicandum egreſ- 1575.
ſi, in varias Iudææ partes ſe contulerant: nunc concorditer redeunt. Cur omnes ſimul? An,
quia

Digitized by Google

quia vno ſpiritu agebantur, vt omnes in vnam mentem coiuiſſe viderentur? Proba hæc doctorum conſignatio, vt in Chriſti verbis diſſeminandis inter ſe non diſcrepent, non diſſentiant; ſed vno ſpiritu ducantur, concordes vbique ſint.

Renuntiauerunt. Græcè, ἀπήγγειλαν. *Annunciauerunt, retulerunt*, ea, quæ feliciter geſſerant, cupientes à Chriſto approbari, quod geſtum erat. Non aliis hominibus narrant, quod geſſerant, ne humanas laudes quærere viderentur. Chriſto referunt, vt ſcitent, an officio ſuo ſatisfeciſſent. Fatui, qui ſua opera ab hominibus probari curant, non curant probari à Chriſto.

1576. *Quæ egerant, & docuerant.* Græcè, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν. *Et quæ fecerant, & quæ docuerant.* Non ſolùm verba, ſed etiam doctoris opera probari à Chriſto debent. Quid proderit, ſi bona docuerit, & mala commiſerit?

Ad Chriſtum, à quo dimiſſi, redeunt Apoſtoli; vt nos eorum exemplo diſceremus, ad Chriſtum ſemper eſſe recurrendum, eique nos & noſtra probanda: nam, qui vel docent vel agunt, quæ Chriſto non probantur, doctores cæci ſunt

Tandem ad Chriſtum poſt prædicationem reuertuntur; vt docerent omnem, boni operis laudem, omnemque gloriam Chriſto deferendam; nihilque noſtris viribus tribuendum.

SECTIO III.

Subditi nimio labore non ſunt premendi. 1577
Pauperum miſereri vt quis debeat. 1578
Ne nimis ſoliciti ſimus de his, quæ ad carnis curam ſpectant. 1579
Diuina beneficia ſummâ quiete cogitanda. 1580
Vel diſcordiæ ſignum ab Euchariſticâ menſâ abeſſe debet. 1580
Minora beneficia à perfectis perfectè diſcutienda. 1581
Apoſtolici ſpiritûs eſt minima non negligere. 1581
Mulierum conſortium vitandum. 1582
Tutius ſe mari committere, quàm mulieri. 1583
Cur ſuis tentationes & aduerſitates Chriſtus permittat. 1584
Quàm vtilis tribulatio & aduerſitas. 1585
Ferè obliuiſcimur eorum, quæ alios tangunt. 1586.

Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & quieſcite puſillùm. Erant enim, qui veniebant, & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant.

1577. SVos Apoſtolos quieſcere Chriſtus facit; vt prælati ac ſuperiores diſcerent, ſuos nimio labore non premere, quum qui laborant in opere & ſermone requiem aliquam promereantur, nec debeant aſſiduè laborare; vt interpoſita quiete, nouo ſe præparent labori.

Sed in deſertum locum ſe contulit, quietis quærendæ gratiâ: cur non potiùs in diuitis alicuius domum, vineamque. Ne delicias ſequi viderentur non fatigationis & laboris intermiſſionem. Caueat Chriſti ſeruus ne, cùm quietem quærit, ſectari delicias videatur. Terrenas delicias ſectari quies non eſt; ſed magnus labor,

1578. In deſertum abeunt, vt à turbis ſe ſubducerent, quæ quieſcendi tempus illis non relinquebant: ne fors aliquis, cùm quieſcere puſillum Apoſtolos videret, otij eos inſimularet, ac torpori ſegnitieíque breuem quietem tribueret.

Et exiens vidit turbam multam Ieſus, & miſertus eſt ſuper eos; & cœpit illos docere multa.

SAnctus Matthæus cap. 9. Sanationis meminit & curationis: Sanctus Marcus doctrinæ. Vtrunque fecit Chriſtus: & ſanauit infirmos, & docuit ignorantes. Hoc verè eſt pauperum miſereri: veritatis viam illis docendo aperire, & corporales moleſtias curatione auferre.

Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos emant ſibi cibos, quos manducent.

CVm turbæ Chriſtum ſequerentur, & diei multum præteriiſſet, nec haberent, quid manducarent; adeunt diſcipuli Chriſtum, & vt turbas dimittat, hortantur, quò ſcilicet cibos ſibi in vicinis villis vicisque emerent. Dum turbæ ſui non eſſent ſolicitæ, nec cibum quærerent; fuerunt diſcipuli, fuit Chriſtus. Nimirum, quantò minus de iis, quæ ad carnis curam ſpectant, erimus ſoliciti, maiori Diuinæ prouidentiæ effectu perfruemur. 1579.

Emant ſibi cibos. Græcus habet, ἄρτους, *panes.* Eodem modo & Syrus: ſed frequens in ſacris litteris eſt, vt, panis nomine, cibus omnis intelligatur.

Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundùm, contubernia ſuper viride fœnum.

NOn promiſcuè ſimul omnes accumbere voluit, ſed ordinatè per conuiuia & contubernia. Græcè eſt, συμπόσια συμπόσια. *Conuiuia, conuiuia.* Ideſt per ſingula & diuerſa conuiuia. Syrus eâdem ratione ſic extulit: *ordines, ordines.* Cur non promiſcuè, ſed diſtinctè? Vt ordinatè & compoſitè omnia fierent, & tumultus atque confuſio vitaretur; ac magis conſpicuum eſſet miraculum, dum alij alios reſpicientes ſibi inuicem teſtes eſſent cœleſtis beneficentiæ: Tumultus & promiſcua omnium coitio ne miraculi & beneficij magnitudinem probè videre, & mente verſare poſſent impediuiſſet. Quò monemur, ſedate ac quietè Diuina beneficia expendenda & recogitanda eſſe. 1580.

Fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos.

DAt panem diſcipulis, vt diſcipuli turbis apponerent; ſicque diſcipuli à turbis honorarentur & magnî fierent. Præterea, vt diſcipuli panum contrectatione miraculi certitudinem proderent, & ab omni dubio atque calumniâ vindicarent. 1581.

Benedixit, & fregit panes. Vt multiplicaret panes, panes fregit; *eos propriis manibus melius ſcindendo, quàm gladio.* Inquit hîc Caietanus. Non vſus cultro eſt, vt ſcinderet; ſed manibus, vt frangeret. Fors, quia hæc multiplicatio, Euchariſtici ſacramenti figura quædam erat, à quo abeſſe vel effundendi ſanguinis inſtrumentum debet; cùm pacis & concordiæ ſacramentum ſit.

Et

Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos.

QVod turbis ſupereſt, à diſcipulis colligitur; quia minora beneficia, Deique dona, quæ ab imperfectis negliguntur, à perfectis perfectius diſcutienda ſunt; & ſecretiora myſteria, quæ à rudibus capi nequeunt à doctoribus colligenda, & expendenda ſunt.

Vel minima reliquiarum fragmenta colligunt Apoſtoli: nihil negligunt; nihil perire ſinunt, licèt minimum videatur: vt diſceremus, verè Apoſtolici ſpiritus eſſe, minima non negligere.

Et ſtatim coëgit, diſcipulos ſuos aſcendere nauim.

1582. CVt coëgit diſcipulos, vt deſcenderent? nonne poterant illâ nocte cum turbis illis morari? Noluit Chriſtus: cauens, ne diſcipuli, nocte illâ, cum turbâ, in quâ mulieres erant, morarentur. In nocturno mulierum conſortio nec tuti fuiſſent, nec benè audiſſent Apoſtoli; & tamen Chriſtus aderat: quid, ſi abfuiſſet?

Cùm dimiſiſſet. Græcè, ἀποταξάμενος. Verbum, ἀποτάσσεσθαι, non ſignificat ſimpliciter dimittere; ſed cum ſingularis beneuolentiæ ſignis, quo pacto amicis à nobis diſcedentibus vale dicimus, ac benè precamur.

1583. *Coegit diſcipulos ſuos aſcendere.* Cur ita coëgit? Videtur Ieſus (vt ſenſit Theophylactus) diſcipulos ſuos, poſt illud conuiuium Diuinitùs ex panibus multiplicatis ſtructum, cum mulieribus quibuſdam piis conuerſari, quæ ſimul in hoc epulo ſe reficiebant: quare iuſſit, eos nauigare trans fretum, tanquam tutius eſſet, alto ſe mari committere, quàm cum muliere, licèt etiam ſanctâ, conuerſari.

Et, cùm dimiſſet eos, abiit in montem orare.

E*T, cùm dimiſiſſet eos.* Elucet hîc Chriſti comitas & benignitas, qui conuiuas benigno, hilarique vultu à ſe dimiſit; ac ſi beneficium accepiſſet, qui contulerat. Non exculpſit ab illis laudem, non coram conuiuis beneficentiæ ſuæ largitatem extulit, non miraculi magnitudinem.

Et videns eos laborantes in remigando, circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans ſupra mare, & volebat præterire eos.

1584. PErmiſit Dominus, ſuos diſcipulos periclitari, vt patientes fierent: vnde non ſtatim eis adſtitit; ſed per totam ferè noctem laborare in remigando tulit: vt doceret, patienter Dei auxilium in tribulationibus expectandum: vt nullus deſperet, ſi ſtatim Deus non accurrat.

Et volebat præterire eos. Cùm pericula compeſcere deberet, maiorem Chriſtus diſcipulis timorem incuſſit; volens eos præterire, à quibus ita non agnoſcebatur, vt phantaſma putarent. Hæc omnia fecit, vt gratior illis eius præſentia eſſet pleniuſque illorum, poſt timorem, gaudium & conſolatio. Nimirum, tentationes plerunque, aduerſitates timoréſque Chriſtus ſuis permittit, vt maiori poſteà lætitiâ eorum animus perfundatur, cùm timor expulſus fuerit, tentatio & aduerſitas abierit.

Volebat præterire eos. Vt ſcilicet clamorem eliceret, & orationis vocem veluti ex eis exculperet.

Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plùs magis intra ſe ſtupebant: non enim intellexerunt de panibus; erat enim cor eorum obcæcatum.

CVm vidiſſent diſcipuli, Ieſum mare inambu- 1585.
lantem & ſubitam venti ceſſationem, eumque iam præſentem viderent, ſtupebant & admirabantur; miraculi magnitudine capti; vt venirent ac dicerent: *Vere Filius Dei es.* Quod narrat Matthæus cap. 14. v. 32. Sed quæſtio hîc mentem pulſat; cur diſcipuli tam grande illud miraculum quod panum multiplicatione editum à Chriſto fuerat, non ritè, nec eâ admiratione, ſtupore ac reuerentiâ exceperint: ſicut iſtuc, quum mare calcauit, & ipſos à tempeſtate liberauit: & tamen illud maius erat; hoc ſiquidem & Petro conceſſum. Cur igitur etiam ibi non exclamarunt: *Vere Filius Dei es.* Sicut hîc fecerunt? Miraculum panum ferè ex diſcipulorum memoriâ fluxerat; vt ob id arguantur. Quòd ventus ceſſauerit, quieuerit Chriſti præſentiâ tempeſtas, tanto ſtupore, tantâ reuerentiâ excipiunt, vt exclament: *Verè Filius Dei es.* Et non Dei Filium ſe prodidit, cùm paucis panibus, Diuinitùs multiplicatis, ingentem multitudinem ſatiauit? Vide, quid tribulatio poſſit, quàm vtilis aduerſitas ſit. Aduerſis citiùs erudiri homines ſolent, quàm proſperis: ideo diſcipuli magis hoc miraculo capti maiorem reuerentiam Chriſto exhibent, quàm fecerint in panum multiplicatione; quia hîc maris fluctibus iactabantur, & mortis periculum imminebat, à quo in primo illo miraculo erant immunes.

Præterea hîc ſtupent, hîc reuerentur, cùm tar- 1586.
ditatem quandam ac obliuionem præſeferant in primo illo miraculo multiplicationis panum; quia hîc res propria agebatur, ibi alienæ neceſſitati occurrebatur. Nimirum, eorum, quæ alios tangunt, ferè obliuiſcimur: eorum, quæ nos & noſtra, recordamur. Miraculoſam ſui ab imminenti periculo liberationem attentiùs mente reuoluerunt Apoſtoli, quàm quòd turbæ innumeræ paucis panibus à Chriſto nutritæ fuerint.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. MARCI.

Verſ. 1.

ET conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam de ſcribis, venientes ab Ieroſolymis.

Et. *Arab. Deinde.*
Conueniunt. *Mald. Congregantur.*
De ſcribis. *Euth. Scribarum.*
Venientes. *Theoph. Qui venerant.*

Verſ. 2.

Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius, communibus manibus, id eſt non lotis, manducare panes vituperauerunt.

Cùm vidiſſent. *Syr. Viderunt. Ar. M. Videntes.*
Ex diſcipulis. *Ar. M. Diſcipulorum.*
Communibus manibus i. n. l. *Syr. Illotis ipſorum manibus. Arab. Abſque lotione manuum eorum.*
Manducare. *Syr. Edentes. Arab. Comedere. Theoph. Edere.*
Panes. *Syr. Panem, Arab. Cibum.*
Vituperauerunt. *Syr. Et conſequuti ſunt. Arab.* omittit. *Euth. Reprehendebant. Vat. Incuſabant. Mald. Incuſauerunt.*

Verſ. 3.

Phariſæi enim, & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum.

Phariſæi enim, & o. I. *Syr. Omnes enim Iudæi, & Phariſæi.*
Crebrò. *Syr. Curioſè. Arab.* omittit. *Theoph. Cubitaliter. Ar. M. Pugillatim. Fr. Luc. Certatim.*
Lauerint m. *Syr. Abluerint manus ſuas. Arab. Cum lotione manuum ſuarum.*
Manducant. *Syr. Comedunt. Vat. Capiunt cibum.*
Tenentes. *Syr. Propterea quòd tenent. Euth. Mordicus obſeruantes. Fr. Luc. Studioſè, ac pro viribus obſeruantes.*
Traditionem. *Arab. Doctrinam. Pagn. Inſtituta.*
Seniorum. *Arab. Seniorum ſuorum. Vat. Maiorum.*

Verſ. 4.

Et à foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.

A foro. *Syr. A plateis redeuntes. Arab. Quod emunt à plateis. Euth. Reuertentes à foro. Theoph. Venientes à foro.*
Baptizentur. *Syr. Intincti. Arab. Lauerint illud. Euth. Aſpergantur. Vat. Loti fuerint.*
Comedunt. *Arab. Comedunt illud. Vat. Edunt.*
Alia multa ſ. *Arab. Res alias multas.*
Quæ tradita ſ. i. ſ. *Syr. Ea, quæ receperunt obſeruanda. Arab. Tenuerunt eas. Euth. Quæ ſeruanda acceperunt. Pagn. Quæ ſuſceperunt tenenda. Ar. M. Quæ aſſumpſerunt prehendere.*
Baptiſmata. *Arab. Ex lotione. Theoph. Nempe lotiones. Vat. Nempè ablutiones.*
Calicum. *Fr. Luc. Poculorum.*
Vrceorum. *Syr. Oenophororum. Fr. Luc. Sextariorum.*
Æramentorum. *Syr. Vaſorum aneorum. Arab. Paropſidum.*

Verſ. 5.

Et interrogabant eum Phariſæi, & ſcribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed communibus manibus manducant panem?

Et interrogabant. *Arab. Interrogauerunt. Caiet. Deinde interrogant.*
Phariſæi, & ſ. *Syr. Scribæ & Phariſæi.*
Ambulant. *Euth. Incedunt. Vat. Viuunt.*
Traditionem. *Arab. Illud quod tradiderunt. Vat. Ritum traditum.*
Seniorum. *Arab. Seniores. Vat. A maioribus.*
Communibus m. *Syr. Quum non abluerint manus ſuas. Arab. Abſque lotione manuum ſuarum. Pagn. Illotis manibus.*
Manducant. *Arab. Comedunt. Theoph. Edunt.*
Panem. *Arab.* Omittit.

Vulgata Editio.	Lectionum Varietas.
uitatibus concurrerunt illuc, & præueoerunt eos.	Concurrerunt. *Caiet. Concurrerunt.* Et præuenerunt e. *Syr. Coram eo. Euth.* omittit. *Theoph. Et præuenerũt eos, conuenerunt que ad illũ. Ar. M. Et præuenerunt eos, & venerunt ad eum.*
Verſ. 34. Et exiens vidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit illos docere multa,	Exiens. *Arab. Cùm exiiſſet. Vat. Egreſſus.* Turbam m. *Syr. Cœtus multos.* Miſertus eſt ſ. e. *Syr. Miſertus eſt eorum. Euth. Miſericordiâ motus eſt ſuper eos. Theoph. Affectu miſericordia tactus eſt erga eos. Ar. M. Viſceribus cõmotus eſt ſuper eos. Vat. Intimè miſertus eſt eorũ.* Quia erãt. *Sy. Quippe qui eſſent. Arab. Quia illi erãt.* Sicut o. *Syr. Similes ouibus. Euth. Tanquam oues. Theoph. Velut oues.* Non habent. p. *Syr. Non habentibus paſtorem. Arab. Quibus non eſt paſtor.*
Verſ. 35. Et eum iam hora multa fieret, acceſſeruot diſcipuli eius, diceotes: Deſertus eſt locus hic, & iam hora præteriit.	Cum iam fieret. *Syr. Quum prateriiſſet. Arab. Poſt. Ar. M. Iam factâ. Caiet. Facta eſſet.* Hora multa. *Syr. Multum temporis. Arab. Multas horas. Euth. Multum diei. Ar. M. Horá multâ.* Acceſſerunt. *Syr. Adierũt eum. Arab. Venerũt ad eũ. Euth. Accedentes ad eum. Ar. M. Aduenientes ei.* Iam hora p. *Syr. Multum temporis. Arab. Hora appropinquauit. Euth. Longum tempus præteriit. Theoph. Multum iam temporis eſt. Ar. M. Iam hora multa. Vat. Iam multum tempus effluxit.*
Verſ. 36. Dimitte illos, vt euntes in proximas villas, & vicos, emant ſibi cibos, quos manducent.	Dimitte. *Ar. M. Abſolue.* Euntes. *Syr. Eant. Euth. Abeuntes. Theoph. Abeant.* In. *Arab. Ad.* Proximas. *Arab. Quæ circa uos ſunt. Euth. Proximos. Ar. M. Per gyrum. Caiet. Circumeuntes.* Villas. *Fr. Luc. Agros.* Vicos. *Arab. Ciuitates.* Emant. *Syr. Et comparent. Ar. M. Mercentur.* Sibi. *Vat. Sibi ipſis.* Cibos. *Arab. Panem. Caiet. Panes.* Quos m. *Syr. Nihil enim habent ad manducandum. Arab. Quia non eſt eis, quod manducent. Theoph. Nam, quod edant, non habent.*
Verſ. 37. Et reſpondeos ait illis: Date illis vos manducare. Et dixeruot ei: Euntes emamus duceotis deoariis panes, & dabimus illis manducare.	Et reſpondens a. *Arab. Ipſe verò dixit.* Manducare. *Syr. Ad comedendum. Arab. Vt manducent. Euth. Ad edendum. Theoph. Quod. Edant.* Euntes. *Syr. Eamus. Euth. Egreſſi.* Emamus. *Syr. Empturi. Arab. Ememus. Ar. M. Mercabimur.* Ducentis d. *Ar. M. Ducentorum denariorum.* Panes. *Syr. Panem.* Dabimus. *Vat. Demus.* Manducare. *Syr. Comeſturis. Arab. Vt manducent. Euth. Ad comedendum. Theoph. Quod edant.*
Verſ. 38. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognouiſſent dicuot: Quinque, & duos piſces.	Et dicit. *Syr. Is autem dixit. Theoph. At ille dicit.* Quot panes h. i. e. v. *Syr. Ite, videte, quot panes habeatis hîc. Arab. Quot apud vos ſunt panes? ite & videte.* Dicunt. *Goth. Dicunt ei. Arab. Dixerunt.* Quinque. *Arab. Ar. M. Quinque panes.*
Verſ. 39. Et præcepit illis, vt accumbere facereot omnes ſecundùm contubernia ſuper viride fœnum.	Præcepit. *Ar. M. Adordinauit.* Vt accumbere f. *Arab. Vt facerent ſedere. Euth. Vt facerent diſcumbere. Ar. M. Recumbere. Vat. Vt diſcumberent.* Omnes. *Arab. Turbam.* Secundũ c. *Syr. Per ordines. Arab. Per turmas. Euth. Per conuiuia. Theoph. Diſtributis conuiuiis.* Super v. f. *Syr. Super gramine. Ar. M. Super viridi fœno. Vat. In viridi gramine. Caiet. Super viridem herbam.*

Verſ. 40.

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 40.

Et diſcumbuerunt in partes per centenos, & quinquagenos.

Et diſcubuerunt. *Syr. Diſcubuerunt itaque. Arab. Et ſederunt.*
In partes. *Syr. Per ordines. Arab. Secundum contubernia. Euth. Diſtributi in areolas. Theoph. Diuiſim in areolas. Ar. M. Areâ area. Vat. Diuiſi per viridaria.*
Per centenos, e. q. *Syr. Centeni, & quinquageni. Ar. M. Per centum, & per quinquaginta.*

Verſ. 41.

Et acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus.

Acceptis. *Syr. Accepit. Ar. M. Accipiens. Vat. Quum accepiſſet.*
Quinque p. *Syr. Illos quinque panes.*
Duobus p. *Syr. Duos piſces.*
Intuens. *Syr. Et ſuſpexit. Arab. Et aſpexit. Theoph. Sublatis oculis. Ar. M. Reſpiciẽs. Fr. Luc. Suſpiciẽs.*
Panes. *Arab. Panem. Fr. Luc. Panes illos.*
Dedit. *Euth. Dabat.*
Ponerent a. e. *Theoph. Apponerent illis.*
Duos. *Syr. Duos illos.*
Diuiſit. *Syr. Partiti ſunt. Fr. Luc. Partitus eſt.*

Verſ. 42.

Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

Manducauerunt. *Vat. Comederunt.*
Saturati. *Syr. Expleti.*

Verſ. 43.

Et ſuſtulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.

Suſtulerunt. *Euth. Tulerunt.*
Reliquias, f. *Syr. Fragmentorũ. Arab. Ex fragmentis.*
Cophinos plenos. *Arab. Cophinos.*
De. *Syr. Ex.*

Verſ. 44.

Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum.

Erant autem. *Ar. M. Et erant.*
Qui manducauerunt. *Syr. Qui comederunt panem. Arab. Comedentium. Euth. Qui comederunt ipſos panes. Ar. M. Edẽtes panes. F. Luc. Qui comederũt.*
Quinque millia v. *Syr. Quinque mille viri. Vat. Circiter quinque millia virorum.*

Verſ. 45.

Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum.

Coëgit. *Euth. Compulit.*
Aſcendere. *Theoph. Conſcendere.*
Nauim. *Ar. M. In nauigium.*
Vt præcederent. *Syr. Et traiicere.* [illegible]*. Luc. Et præcedere.*
Eum. *Syr. Ante ipſum. Ar. M.* omittit.
Trans fretum. *Euth. In vlteriorem ripam. Theoph. Transmiſſo mari. Ar. M. In vlterius.*
Ad Bethſaidam. *Vat. Bethſaidam.*
Dum. *Syr. Donec. Arab. Vt.*
Dimitteret. *Ar. M. Abſolueret.*
Populum. *Syr. Turbas. Caiet. Turbam.*

Verſ. 46.

Et cum dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.

Cum dimiſiſſet. *Syr. Quum ablegaſſet. Ar. M. Dimittens.*
Abiit. *Syr. Profectus eſt.*
Orare. *Theoph. Ad orandum. Caiet. Vt oraret.*

Verſ. 47.

Et cum ſerò eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.

Et cum ſ. e. *Syr. Quum autem eſſet veſpera. Euth. veſperâ autem factâ. Theoph. Et cùm veſpera aduenisset. Ar. M. Et ſero facto. Vat. Cumque aduesperauiſſet. Fr. Luc. Et cum ſerum eſſet diei.*
Nauis. *Ar. M. Nauigium.*
Mari. *Arab. Mari.*

Verſ. 48.

Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad

Videns. *Arab. Cùm vidiſſet. Euth. Vidit.*
Laborantes. *Fr. Luc. Vexatos.*
In remigando. *Syr. Dum ſulcarent mare. Arab.* omittit. *Fr. Luc. In prouehendo.*
Contrarius eis. *Arab. Contra eos. Euth. Contrarius. Vat. Aduerſus eis.*
Et circa q. v. *Syr. Vigiliâ verò quartâ. Arab. In vi-*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

eos ambulans ſuper mare: & volebat præterire eos.

gilia quarta. Ar. M. Et circa quartam cuſtodiam.
Ambulans. *Syr. Ieſus, dum ambularet. Ar. M. Circumambulans.*
Supra mare. *Syr. Super aquas.*

Verſ. 49.

At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt.

Vt viderunt. *Syr. Viderunt. Euth. Quum vidiſſent. Ar. M. Videntes.*
Ambulantem. *Arab. Ambulare Ar. M. Circumambulantem.*
Supra m. *Syr. Super aquas.*
Putauerunt. *Syr. Et reputauerunt apud ſe.*
Phantaſma. *Syr. Viſionem fallacem. Pagn. Spectrum.*
Exclamauerunt, *Euth. Clamauerunt.*

Verſ. 50.

Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis: Confidite, ego ſum, nolite timere.

Viderunt. *Theoph. Videbant.*
Conturbati ſ. *Syr. Timuerunt. Arab. Conturbati fuerunt. Euth. Conterriti ſunt.*
Confidite. *Arab. Eſtote fortes. Vat. Bono animo eſtote. Fr. Luc. Habete fiduciam.*
Nolite t. *Syr. Ne timeatis. Theoph. Ne terreamini. Ar. M. Ne metuite,*

Verſ. 51.

Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plus magis intra ſe ſtupebant.

Nauim. *Ar. M. Nauigium.*
Ceſſauit. *Arab. Quieuit. Euth. Conquieuit.*
Plus magis. *Syr. Vehementer. Arab.* omittit. *Theoph. Vehementer ſuper modum. Caiet. Valde ſuper modum. Fr. Luc. Valde ex abundanti.*
Inter ſe. *Syr. Apud ſe. Arab.* omittit. *Ar. M. In ſe ipſis. Vat. Apud ſeſe.*
Stupebant. *Syr. Admirabantur, ac obſtupeſcebant. Arab. Stupuerunt, & mirati ſunt. Vat. Stupeſcebant, & admirabantur.*

Verſ. 52.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Intellexerunt. *Teoph. Intellexerant. Vat. Meminerant.*
De panibus, *Syr. De pane illo. Vat. Panum.*
Erat enim. *Syr. Propterea quod erat. Arab. Quoniam erant,*
Cor. *Arab. Corda.*
Obcæcatum. *Syr. Offuſum nube. Arab. Grauata. Ar. M. Obſallitum. Fr. Luc. Obduratum.*

Verſ. 53.

Et cum transfretaſſent, venerunt in terram Geneſareth, & applicuerunt.

Cum transfretaſſent. *Theoph. Cùm traiecissent. Ar. M. Pertranſeuntes.*
Applicuerunt. *Euth. Applicuerunt in portum. Fr. Luc. Appulerunt ad littus.*

Verſ. 54.

Cùmque egreſſi eſſent de naui, continuò cognouerunt eum.

Cumque egreſſi eſſent. *Syr. Et quum exiiſſent. Arab. Exeuntibus illis.*
De naui. *Ar. M. E nauigio.*
Continuò. *Syr. Eo momento. Euth. Statim.*
Cognouerunt. *Ar. M. Cognoſcentes. Caiet. Agnouerunt.*
Eum. *Syr. Eum viri regionis illius. Arab. Eum Incolæ illius regionis omnes.*

Verſ. 55.

Et percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui ſe ma-

Percurrentes. *Syr. Percurrerunt. Arab. Concurrerunt. Ar. M. Circumcurrentes. Fr. Luc. Quum percurriſſent.*
Vniuerſam. *Arab.* omittit. *Ar. M. Omnem. Theoph. Totam vndique.*
Regionem. *Syr. Terram. Arab.* omittit. *Ar. M. Circumuiciniam.*
Cœperunt circumferre. *Syr. Cœperunt adducere. Arab.* omittit. *Vat. Cœperunt eò circumferre.*
In grabatis. *Syr. Baiulantes in grabatis. Theoph. In lectu.*
Eos, qui ſ. m. h. *Syr. Eos qui malè, malè affecti*

lè

Vulgata Editio.

lè habebant, circumferre, vbi audiebant eum eſſe.

Verſ. 56.

Et quocunque introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

Lectionum varietas.

erant. Arab. Cum infirmis. Ar. M. Male habentes.

Vbi audiebant e. e. *Syr. Quò loci audiebant, eum eſſe. Euth. Audito, quòd ibi eſſet. Theoph. Cùm audiſſent, illic eſſe.*

Et quocumque. *Arab.* omittit.

Introibat. *Syr. Ingrederetur. Arab.* omittit. *Theoph. Introiſſet.*

In vicos, vel i. v. a. c. *Syr. In pagos, & vrbes. Arab. De caſtellis, vel ciuitatibus, vel agris. Ar. M. In vicos, vel vrbes, vel agros*

Plateis. *Fr. Luc. Foris.*

Ponebant. *Arab. Et ponebant.*

Infirmos. *Vat. Ægros.*

Deprecabantur e. *Syr. Efflagitabant ab eo. Vat. Precabantur eum. Cerd. Aduocabant eum.*

Quotquot. *Syr. Ij omnes, qui. Arab. Quicunque*

Tangebant. *Arab. Tetigit.*

Salui fiebant. *Syr. Sanabantur. Arab. Saluus factus eſt. Vat. Salutem conſequebantur. Cerd. Seruabantur.*

CAPVT VI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Otij & torporis hoſtis quàm fuerit Chriſtus, quàm laboris amicus. 1552
Cur fabrilem artem Chriſtus amauerit, non curioſiorem. 1552
Humana induſtria tribui non debet, quod eſt humana virtutis. 1553
Increduli, Diuina bonitatis fontem ſibi claudunt. 1553
Θαυμάζειν, quid ſignificet. 1554
Exemplo ſæpè obtinetur, quod verbis non poteſt. 1555
Plerunque magis idiota magis ad credendum idonei. 1555
Suos mutuo exemplo feruentiores reddi ſtudet Chriſtus. 1556.
A diuitiarum amore alienus doctor ſit, 1557
Pœnitentia & regni nexus. 1558
Mali plerunque peiores, quum maioribus donantur beneficiis. 1559
Quàm liberè alios arguere poſſit, qui terrenis rebus non eſt addictus. 1560
Qui oblatos honores ſpernit, minas poteſt contemnere. 1560
Sanctorum innocens vita, quantum in impios poſſit. 1561
Perfectè Deo pareat, ne quis pereat. 1562
Quam cacus, qui luxuria litat. 1562

Nonne hic eſt faber, filius Mariæ?

1552. EANDEM, quam pater ſuus putatiuus Ioſeph, exercebat Chriſtus artem: fabrilem ſcilicet: cur ita? An, ne alicui otioſitatis præbeſet exemplum? Ad laborem alios erat inhortaturus, labori ſe priùs mancipat, fabrili arte occupatus. Multas calumnias Phariſæi in Chriſtum, eiuſque diſcipulos euomuerunt: notam inurendi occaſiones vndique arripiebant: non facilè tamen reperias, Chriſtum aut Chriſti diſcipulos, otii atque deſidiæ inſimulatos, cùm laborioſam, exercitámque vitam agerent; & ab otio atque torpore procul abhorrerent. Laboris itaque exemplum daturus, artem, quæ laborem quæreret, exercuit.

Nonne hic eſt faber. Cur nobiliorem artem non exercuit, quæ minus haberet laboris; maioris eſſet induſtriæ ingeniique? Ne curioſis artibus in adoleſcentiâ fuiſſe deditus dici poſſet, & plerique rebus curioſis miniméque neceſſariis operam dandi occaſionem arriperent.

Sed aliquis hîc reponat: Poterat, licèt opus non haberet, in aliorum exemplum, & in humilitatis ſignum, ſcholas Chriſtus frequentare in ſuâ adoleſcentiâ. Poterat, ſed reſpuit. Cur, inquies, abſtinuit? Ne in Diuino negotio aliquid humanæ induſtriæ attribueretur: quod factum, ſi litteras diſcere viſus eſſet, & ſcholas adiiſſet. Nimirum, in negotiis Diuinis pertractandis ſtudere debemus, ne aliquid induſtriæ noſtræ tribuatur, ſed totum Deo, Diuinoque auxilio. 1553.

Et non poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos infirmos, impoſitis manibus, curauit.

CIues Vrbis Nazareth ſe ipſos indignos Diuinis beneficiis, & ſuâ incredulitate ac contumaciâ obſtaculum Chriſti beneficentiæ obiecerant. Nimirum increduli, quantùm in ipſis eſt, vinciunt Dei manum, vt ad dona largienda extendere vix queat; & illorum malitia impedit, ne Diuinæ bonitatis riuus in ipſos diffluat.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat caſtella in circuitu docens.

MIrabatur tantam ſuorum ciuium incredulitatis peruicaciam: cur in ipſos non inſurgit? 1554.
cur non ſeuerè caſtigat? cur & vrbem ipſam igne non abſumit? Poterat, ſed abſtinuit. Ei ſpectare

voluit vt eis reſipiſcendi tempus concederet, & aliis ſignis, alibi edendis, ad fidem eos alliceret & prouocaret.

Mirabatur. Græcè, ἐθαύμαζε. *Obſtupebat, admirabatur.* Hoc enim propriè ſignificat verbum, θαυμάζειν. Sed cur & ſuperiùs, cùm, multos audientes Chriſti doctrinam in admirationem raptos dicitur, idem verbum non eſt adhibitum; ſed aliud? nam vbi interpres ait: *Multi audientes admirabantur in doctrinâ eius.* In Græco non eſt, ἐθαύμαζον. Sed, ἐξεπλήσσοντο. Verbi diuerſitas, diuerſam admirationem fuiſſe, prodit, & à diuersâ causâ natam: hoc enim verbum non nudè admirari ſignificat, ſed percelli, vexari, ac veluti aliquâ calamitate premi. Inuidi iſti, Chriſti ſublimem doctrinam audientes, adeò percellebantur, vt veluti cæderentur, & flagellis vexarentur. alterius quippè excellentia, inuidi ſupplicium eſt & cruciatus. Ab omni inuidiâ aberat Chriſtus: admirabatur tantam in ſuis ciuibus duritiam ac incredulitatem.

Et circuibat caſtella in circuitu docens. Circuitus iſte indicat, quanto deſiderio Chriſtus ſuorum ſalutem quæreret: nam circuniacentes pagos perluſtrabat, ſi quo modo aliorum, qui credebant exemplo ſuos ad æmulandum prouocaret: docens nullius ſalutem ita eſſe deſperandam, vt penitùs deſeratur.

Exemplo ciues ad fidem prouocat. Plerunque exemplo obtinemus, quod verbis & ſuaſu non poſſumus.

Vicos & pagos vicinos circuibat Chriſtus; ſimpliciores homines magis obſequentes reperiens, quàm reperetat, qui in vrbe degebant, ſic ferè accidit, vt magis idiotæ magis ad credendum idonei ſint.

1556. Non ſolùm in ciuitatibus prædicabat Dominus, ſed etiam in caſtellis & vicis: vt diſceremus, parua non ſpernere, nec magnas ſemper quærendas ciuitates; cùm Dei verbum, Chriſti exemplo, etiam in vicis abiectis & vilibus ſit ſeminandum. Haud rarò maior in his fructus colligitur, quàm in vrbibus, in quibus, vt maior hominum multitudo ſit, minor tamen ſæpè fructus videtur.

Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos.

BInos Apoſtolos mittit non ſolùm ob concordiam & vnitatem; ſed vt promptiores fierent, & alter alteri exemplo eſſet, feruentiórque alterius alacritate alter redderetur.

Et præcepit eis, ne quid tollerent in viâ, niſi virgam tantùm.

1557. OMnem ſolicitudinem à doctoris mente Chriſtus abradit; ne, dum mens occupatur ad temporalia, minùs aliis prouideat æterna. Hoc etiam egit Dominus, vt Apoſtoli habitu ipſo proderent, quàm longè à diuitiarum amore eſſent

Rebus omnibus deſtitutos ad prædicandum ire iubet; vt auditores audientes eos prædicare paupertatem, eorum monitis acquieſcerent; Apoſtolos intuentes, qui nihil haberent.

Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent.

1558. MAtthæus pœnitentiæ non meminit, ſed Regni Cœlorum? nam cap. 10. v. 7. ita Chriſtum, diſcipulos alloquentem inducit: *Euntes autem prædicate, quia appropinquauit Regnum Cœlorum.* Lucas quoque cap. 9. v. 3. Regni Dei meminit, non pœnitentiæ. *Et miſit*, inquit, *illos prædicare Regnum Dei.* Marcus pœnitentiæ ſolius meminit, non Regni Dei: cur ita? An, quia alterum exaltero colligi poterat? ac ſi pœnitentiæ Regnum Cælorum adnexum eſſet, vt illam ſemper comitaretur; ideoque pœnitentiâ recenſitâ, Regnum Dei aduenisse conſequens eſſet. Ad ius quippè Regni Cœlorum ſuos pœnitentia admittit, ad Deique Regnum eos tranſmittit.

Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioannem, ac vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui; quia duxerat eam.

MIſit. Græcè, ἀποστείλας. *Quum miſiſſet*, ſcilicet ſatellites. De Apoſtolorum miſſione hoc idem verbum ſuperiùs vſurpatur: *Cœpit eos mittere binos.* In fonte: ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο. Cùm Chriſtus Apoſtolos ſuos vt omnium ſalutem quærerent, miſiſſet, miſit ſatellites Herodes vt Ioannem carceri adiiceret. Hoc plerùnque fit, vt nequiores homines ſint, cùm Deus maioribus eos beneficiis donat, & impietate Diuinis muneribus reſpondeant. Herodes audiet, qui ad hunc modum ſe gerit; & Herodis pœnam ſubibit. 1559.

Vinctum tenebat Ioannem impius Herodes. Quàm ſæuus, quàm immanis. Vinctum tenet eum Herodes, qui Herodem à peccati vinculis ſoluere ſtudebat. Iurè inclamat Sanctus Chryſoſtomus: *O rem prodigioſam! Ioannes vinctam eius animam peccati catenâ reprehenſione ſuâ ſoluere conabatur; ille autem ſalutem vinciebat.*

Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi, habere vxorem fratris tui.

MVlti tunc erant doctores: ſolus Ioannes Herodem arguit; quia ſcilicet, nec diuitiis 1560.
addictus erat, nec deliciarum amore tenebatur aut vitæ præſentis affectu nimio minimè corripiebatur Nil mirum, ſi ab his vinculis ſolutus, teneri non potuit, quin liberè Herodem reprehenderet. Terrenis rebus addictus, præſtare iſtuc non poteſt.

Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Illicitas nuptias ſeuerè arguit Ioannes: terreri nullis minis potuit. Nihil mirum ſi duris non frangatur qui flecti mollibus nequiuit. Qui auræ popularis fauore allici non eſt paſſus, vt tanquam Meſſias coleretur, regis ſæui ſæuitiem non timet. Audiendus hîc Guarricus, qui ait: *Iraſcatur Herodes, inſidietur Herodias: de interioribus eorum ebulliat tempeſtas; ac nequam ſpiritus procellarum, qui in abyſſis cordium cubat, omnes vires ſuas, & argumenta malitiæ commoueat: nihil illum terrebit, nihil à ſententiâ mouebit, quominus liberè nuptias eorum inceſtas arguat. Quomodo enim flecterent aduerſa, quem mollire non potuerant proſpera? Flauerunt ſiquidem aliquando & molles atque blandientes venti, aura ſcilicet fauoris popularis; ſed nec illis à rectitudine ſuâ potuit inclinari.* Nimirum minas poteſt non timere, qui poteſt oblati honoris blanditias non amare.

Volebat

Volebat occidere eum, nec poterat: Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum.

1561. PRimò, cum carceri eſſet mancipatus Ioannes, occidere eum, cogitabat Herodes; ſed timore populi reuocatus eſt: poſtea verò, dum occaſione vicini carceris frequenter eum audiret; & ex miniſtris ſuis, quorum cuſtodiæ Ioannem commiſerat, vitæ illius auſteritatem, integritatem & ſanctitatem didiciſſet; illum reuereri cœpit, ac colere. Tantum ſanctorum vita etiam in impiorum mentibus poteſt, vt plerunque vitâ conſequantur, quod verbis & prædicatione non obtinuere. Arguebat acriter Ioannes Herodem; ſed nihil proficiebat: quin miſit illum in carcerem; ſed, vitæ eius auſteritatem ac innocentiam experientiâ diſcens, flecti demum cœpit, ac Ioannem obſeruare. cogitans quî eum ab Herodiadis inſidiis vindicaret. Vide, quid vitæ ſanctitas, etiam in impium Regem, poſſit.

1562. *Et, audito eo, multa faciebat.* Feciſſet omnia In multis Ioannis monitis obtemperabat Herodes ſed, quia non in omnibus, tandem fœdiſſimè lapſus eſt; vt ſalticæ puellæ eius caput in præmium dederit. Nemo ſibi placeat, ſi multis Dei conſilijs obediat; donec integrè ſe Diuinæ voluntati ſubiiciat, per omnia iubenti Deo pareat. Timeat, qui ſemiplenè paret, ne pereat, vt Herodes.

Libenter eum audiebat. Reuerebatur Herodes Ioannem: Ioannem ſuſpiciebat: libenter eius verba audiebat: à nece tamen eius non abſtinuit. Tanta eſt libidinis rabies, tanta eorum cæcitas, qui ab impudicitiæ flammis corripiuntur, vt vel in ſanctiſſimum quenque ſæuiant improbéntque ea, quæ alioquin probant. Nimirum ſibi ipſi contrarius fit, qui luxuriæ litat; & arma contra illos ſumit, pro quibus eſſent ſumenda.

SECTIO II.

Reges deſinunt eſſe reges, cùm luxui ſeruiunt. 1563
Inter fœminea caſtra degere, quàm periculoſum. 1564
Parentum mores facilè ebibunt filij. 1565
Contemni ſeculi dignitates debent. 1566
Regni gloria citò perit. 1566
Σπουδῇ, quid ſignificet. 1567
Cupiditatis & feſtinationis nexus. 1568
Imperium & libido vix cohærent. 1569.
Vnius iuſti perditio totius regni ruina. 1570
Deus non ex quanto tempore, ſed quo corde illi ſeruiatur, pendet. 1572
Vitanda conuiuia, in quibus Chriſti membra dilaniantur. 1574
Doctorum inter ſe concordia probatur. 1575
Quàm fatui, qui ſua opera probari ab omnibus curant; non à Chriſto. 1575
Omnis gloria Chriſto deferenda. 1576.

Et cùm dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ.

1563. DIes opportunus. Sed cui? Herodiadi: quæ, cùm diu exitium Ioanni machinata fuiſſet, opportunitatem ſe perficiendi propoſitum nactam putauit, quum natalitius Herodis dies ageretur, nouerat enim, Herodem illum diem in luxu, effrænique lætitiâ traducturum, adeò vt allici non difficilè potuerit ad magnum illud ſcelus admittendum. Nimirum, nihil eſt, quod à Magnis quis non obtineat, cùm, deliciis obruti, luxui ſeruiunt, qui hominibus imperant; iam quippe non ſunt reges, ſed ſerui.

Natalis ſui cœnam fecit. Feciſſet prandium. Cœnam fecit: vnde vel tempore diſceremus, tenebras impiorum natalitiis admiſceri: vt tenebris; non luci, nati videantur.

Cúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet.

NEc filia igitur nec mater menſæ accumbebat: 1564.
ſed cur aberant? An, vt à luxu abſtinerent, à deliciis? Minimè. Quæ luxuriæ & libidinis erant mancipia, non poterant abſtinentiæ ac temperantiæ litare. Non accumbebat menſæ mater, vt commodiùs liberiúſque cum filiâ agere poſſet de Ioannis nece procurandâ, & conſilij inter ſe capiendi gratiâ: quod non ita commodè præſtare potuiſſent, ſi menſæ cum aliis accubuiſſent. Nimirum à ferculis tantiſper aberant, donec caput Ioannis tanquam ſapidum ferculum offerri ſibi per filiam impia mater obtineret.

Ioannes ſanctus, Ioannes, qui adeò ſeparatus à fœminis vixit, in eremo viuens; fœminarum tamen pericula non euaſit: quis ergo eſt, qui, inter fœminas viuens, euaſurum ſe putet? ſecurum ſe eſſe confidat? Deſipit, qui, inter muliebria caſtra tutum ſe eſſe, putat; & ab earum fraudibus ab earum ſpiculis immunem. Intuta hîc omnis ſecuritas eſt; & magis fit ſecurus, qui minus ſecurum ſe credit.

Cùm introiſſet filia Herodiadis, & ſaltaſſet. 1565.
Non caſu addit Euangeliſta puellam impudicam & ſaltatricem, Herodiadis filiam fuiſſe: Oſtendere voluit à quo fonte tam malos mores hauſerit; nimirum à matre adulterâ, à qua non minùs eſſe accepit, quàm crimina: magiſtra ſimul extitit & mater. Scilicet facilè parentum mores ebibunt filij, & à parentum criminibus liberi vix liberi ſunt.

Et placuiſſet Herodi. Placuit; quia patris impudentiam referebat. *Reuerà*, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, *ſuam credidit tunc Herodes, cùm talem vidit: nam putaſſet alienam, ſi pudicam, vel aliquantulùm, prauidiſſet*; alienam crediidiſſet, ſi ab impudicitiâ vidiſſet alienam.

Et iurauit illi; quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

SAltauit Herodiadis filia, & Herodi placuit, & 1566.
in ſaltationis præmium & regni dimidium pollicetur. Vel à rege impio diſce, quàm contemni ſeculi dignitates debeant: quàm benè ſeculares de ſecularibus iudicent poteſtatibus; vt etiam pro ſaltatione regna donentur, nec plus valeant regna, quàm ſaltatio.

Congruit regnum cum ſaltatione; & dignum pretium ſaltationis regnum eſt: vt enim poſt ſaltationem nihil remanet, niſi labor & laſſitudo; ita, poſtquàm regni gloria citò abiit & diſperiit nihil relinquitur, niſi curæ & afflictiones.

Cúmque

Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit dicens: Volo, vt protinùs des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.

1567. VIx vel dimidiam regni ſui partem ſaltatriculæ puellæ præmium Herodes obtulerat, vt ipſa, ſic ab impiâ matre edocta, caput Ioannis petierit; etſi nolens, indicans vnius iuſti caput dimidiæ regni totius parti non ſolùm conferri, ſed etiam præponderare.

Noluit filia oblatam occaſionem perdere, ac adeò expoſitâ & porrectâ Regis liberalitate non vti. Statim, quòd animo deſtinauerat, poſtulat. *Cum feſtinatione.* Græcè μετὰ σπουδῆς. Ad verbum, *cum ſtudio, ſtudioſè,* σπουδὴ, eſt aſſidua, ac vehemens applicatio voluntatis ad rem aliquam peragendam. Interpres, *cum feſtinatione*, vertit; quia, qui ſtudioſè aliquid, & ſummâ diligentiâ agit, longa neſcit molimina, longas amolitur moras. Vt ergo quis probet, ſe ſtudioſè, & magno affectu virtutibus ac ſpirituali profectui operam dare, cunctationes auferat, res cum feſtinatione exequatur; vt in bono ita ſe habeat, ſicut mali in malo ſe habent.

1568. *Cum feſtinatione.* Sytus: *Cum cupiditate.* Cohærent, quia ad illud quis feſtinat, quod cupit: ingens quippè cupiditas & deſiderium, impedimenta omnia tollit, tollit moras. Quod hîc vides in malo factum, nobis in bono faciendum eſt, vt ſcilicet feſtinatione, ac celeritate probemus, nos ſalutis noſtræ, & virtutum omnium cupiditate teneri. Qui diu pœnitentiam differt, ſe pœnitentiam non cupere, nec ſalutem, vel nolens, prodit.

Volo, vt protinùs des mihi. Moras omnes vult auferri, ferri protinùs caput Ioannis. *Timebat enim, ne Herodes reſipiſceret*: ait Sanctus Thomas. Tam grande ſcelus illud erat, vt vel Herodes Herodem ab eo auertere potuiſſet, ſi cogitandi tempus habuiſſet.

1569. *Vt protinus des mihi.* Cur non petit Ioannem ipſum viuum ſiſti? An, quia eius, etſi perimendi, vocem impudica timebat? neque enim ſiluiſſet Ioannes moriturus, vt in impudicæ pectore impudicitia moreretur. *Non poſtulat*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vt coram producatur, atque interficiatur: nec enim etiam ad mortem euntis libertatem ferre potuiſſet; ſed exhorruiſſet etiam, dum necaretur, vocem illius; non enim in extremo vitæ tempore ſiluiſſet: ideo da mihi hîc, inquit, in diſco; magnâ enim cupiditate inflammata ſum videndi illam linguam ſilentem.* Tolli à vita Ioannes potuit, non potuit à Ioanne tolli impudicitiæ odium, puritatis amor.

Caput Ioannis quæſiuit, non dimidiam regni partem: ô fœminæ nequitia! Contempſit honorem, vt ſanguinem lucraretur. Non cogitat de imperio, quæ libidini ſeruiebat. Nimirum imperium ac libido non cohærent; in hoc tantùm ſapuit, regnum non eligens nihil ei profuturum, quæ libidinis mancipium erat.

1570. Non tenebatur iuramento Herodes: dimidium regni pollicitus fuerat puellæ ſaltanti; ſed ipſa caput Ioannis petiit, toto ipſo regno maius. Plus poſtulabat puella, quàm ſpoponderit Herodes, qui excuſare ſe ita poterat, vt ait Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus: *Ego dimidiatum regnum pollicebar, tu verò Baptiſtæ caput exquiris, toto meo regno longè pretioſius, quodque ſceptris meis clarius emicat, ac dignitate meâ longe eſt excelſius: nam aut alterum Baptiſtam monſtra, aut (quod obſcurum non eſt) toto regno me ſpoliare aues.* Nam vnius iuſti perditio totius regni ruina, & exitium eſt.

Et propter ſimul diſcumbentes. Omnes fuerunt 1571.
participes homicidij: adeò quippe Herodem ab iniuſtâ Ioannis nece non auocarunt, vt vrgerent potiùs. *Omnes enim*, ait Sanctus Thomas, *rogabant pro puellâ*, quorum gratiam impudicâ ſaltatione inierat. Nimirum, qualis princeps & rex, tales & regis familiares ſunt. Captus ſaltatricis tripudio Herodes eſt: imitantur regem, qui cum rege diſcumbebant, & vna laſciua puella in omnes dominatur.

Miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco: & decollauit eum in carcere.

PRoh nefas! ſaltatricis puellæ præmium caput Ioannis fit? Excedit impudentis promiſſionis ſuæ terminos Herodes; vſque ad regni ſui dimidium ſe eius promiſſio porrexerat, nunc caput illud offert, quod amplius, quàm regnum integrum totuſque Mundus valeat, valet.

Decollauit eum in carcere. Impij Herodis ma- 1572.
num effugere Ioannes non potuit, quem ad necem vrgebat adultera. Moritur Ioannes in carcere occumbit caſtitatis victima: qui carnem & carnis paſſiones, diſciplinæ carcere continebat, in carcere occiditur. Sed hîc aliquis quærat, cur voluerit Deus, eum, quo inter natos mulierum maior non ſurrexit, tam immaturè abire. Cur tam magnæ ſanctitati temporis diuturnitas non reſpondit, vt mereri plùs poſſet? Hinc illud Sancti Algeri: *Ipſius Præcurſoris vitam, quo nemo maior ſurrexit, triginta duorum & ſemis annorum eſſe voluit, vt, quia curat, non ex quanto tempore, ſed ex quanto corde ſibi ſeruiatur, perfectionem meriti, non tempori aſcriberes, ſed virtuti.*

Herodes, cùm veritatem iugulare non potuerit, 1573.
veritatis præconem iugulat, Ioannem perimit. Vt luxurietur Herodes, necatur Ioannes. Vbi Magnorum incontinentia liberè damnatur, ſtatim odio efferantur, ſæuiunt in monitores.

Non licet tibi. Si dixiſſet tantùm, *non licet*; putaſſet impius Herodes, cæteris non licuiſſe; vni ſibi licere: ſic enim plerunque principes viri omnia ſibi licita putant, quæ in aliis damnant; ac ſi principatus à Dei eos lege eximeret, quos magis Deo ſubditos facit.

Herodis conuiuium, in quo Ioannes morti 1574.
adiicitur, ad quod affertur mortui Ioannis caput, omnes exhorrent; cauendum tamen, ne quis conuiuium iſtuc conuiuio ſimili referat: quod, quî fiat, indicat Sanctus Chryſoſtomus, dum ait: *Lachrymis dignam putemus Herodiadem, & omnes illius imitatores: multa enim etiam nunc huiuſmodi sympoſia celebrantur, in quibus, etſi Ioannes non interficiuntur, Chriſti tamen membra dilaniantur, multaque grauiora committuntur: non enim caput Ioannis, quæ modò tripudiant, ſed animas recumbentium petunt.*

Conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant & docuerant.

APoſtoli, ad Euangelium prædicandum egreſſi, in varias Iudææ partes ſe contulerant: 1575.
nunc concorditer redeunt. Cur omnes ſimul? An,

quia

quia vno ſpiritu agebantur, vt omnes in vnam mentem coiuiſſe viderentur? Proba hæc doctorum conſignatio, vt in Chriſti verbis diſſeminandis inter ſe non diſcrepent, non diſſentiant; ſed vno ſpiritu ducantur, concordes vbique ſint.

Renuntiauerunt. Græcè, ἀπήγγειλαν. *Annunciauerunt, retulerunt*, ea, quæ feliciter geſſerant, cupientes à Chriſto approbari, quod geſtum erat. Non aliis hominibus narrant, quod geſſerant, ne humanas laudes quærere viderentur. Chriſto referunt, vt ſcirent, an officio ſoo ſatisfeciſſent. Farui, qui ſua opera ab hominibus probari curant, non curant probari à Chriſto.

1576. *Quæ egerant, & docuerant.* Græcè, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν. *Et quæ fecerant, & quæ docuerant.* Non ſolùm verba, ſed etiam doctoris opera probari à Chriſto debent. Quid proderit, ſi bona docuerit, & mala commiſerit?

Ad Chriſtum, à quo dimiſſi, redeunt Apoſtoſtoli; vt nus eorum exemplo diſceremus, ad Chriſtum ſemper eſſe recurrendum, eique nos & noſtra probanda: nam, qui vel docent vel agunt, quæ Chriſto non probantur, doctores cæci ſunt

Tandem ad Chriſtum poſt prædicationem reuertuntur; vt docereot omnem, boni operis laudem, omnemque gloriam Chriſto deferendam; nihilque noſtris viribus tribuendum.

SECTIO III.

Subditi nimio labore non ſunt premendi. 1577
Pauperum miſereri vt quis debeat. 1578
Ne nimis ſoliciti ſimus de his, quæ ad carnis curam ſpectant. 1579
Diuina beneficia ſummâ quiete cogitanda. 1580
Vel diſcordiæ ſignum ab Eucharisticâ menſâ abeſſe debet. 1580
Minora beneficia à perfectis perfectè diſcutienda. 1581
Apoſtolici ſpiritûs eſt minima non negligere. 1581
Mulierum conſortium vitandum. 1582
Tutius ſe mari committere, quàm mulieri. 1583
Cur ſuis tentationes & aduerſitates Chriſtus permittat. 1584
Quàm vtilis tribulatio & aduerſitas. 1585
Ferè obliuiſcimur eorum, quæ alios tangunt. 1586.

Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & quieſcite puſillùm. Erant enim, qui veniebant, & redibant multi, & nec ſpatium manducandi habebant.

1577. SVos Apoſtolos quieſcere Chriſtus facit; vt prælati ac ſuperiores diſcerent, ſuos nimio labore non premere, quum qui laborant in opere & ſermone requiem aliquam promereantur, nec debeant aſſiduè laborare; vt interpoſita quiete, nouo ſe præparent labori.

Sed in deſertum locum ſe contulit, quietis quærendæ gratiâ: cur non potiùs in diuitis alicuius domum, vineamque. Ne delicias ſequi viderentur non fatigationis & laboris intermiſſionem. Caueat Chriſti ſeruus ne, cùm quietem quærit, ſectari delicias videatur. Terrenas delicias ſectari quies non eſt; ſed magnus labor,

1578. In deſertum abeunt, vt à turbis ſe ſubducerent, quæ quieſcendi tempus illis non relinquebant: ne fors aliquis, cùm quieſcere puſillum Apoſtolos videret, otij eos inſimularet, ac torpori ſegnitieique breuem quietem tribueret.

Et exiens vidit turbam multam Ieſus, & miſertus eſt ſuper eos; & cœpit illos docere multa.

SAnctus Matthæus cap. 9. Sanatioois meminit & curationis: Sanctus Marcus doctrinæ. Vtrunque fecit Chriſtus: & ſanauit infirmos, & docuit ignorantes. Hoc verè eſt pauperum miſereri: veritatis viam illis docendo aperire, & corporales moleſtias curatione auferre.

Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos emant ſibi cibos, quos manducent.

CVm turbæ Chriſtum ſequerentur, & diei multum prætériiſſet, nec haberent, quid manducarent; adeunt diſcipuli Chriſtum, & vt turbas dimittat, hortantur, quò ſcilicet cibos ſibi in vicinis villis vicisque emerent. Dum turbæ ſui non eſſent ſolicitæ, nec cibum quærerent; fuerunt diſcipuli, fuit Chriſtus. Nimirum, quantò minus de iis, quæ ad carnis curam ſpectant, erimus ſoliciti, maiori Diuioæ prouidentiæ effectu perfruemur. 1579.

Emant ſibi cibos. Græcus habet, ἄρτους, *panes.* Eodem modo & Syrus: ſed frequens in ſacris litteris eſt, vt, panis nomine, cibus omnis intelligatur.

Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecundùm, contubernia ſuper viride fœnum.

NOn promiſcuè ſimul omnes accumbere voluit, ſed ordinatè per conuiuia & contubernia. Græcè eſt, συμπόσια συμπόσια. *Conuiuia, conuiuia.* Ideſt per ſingula & diuerſa conuiuia. Syrus eâdem ratione ſic extulit: *ordines, ordines.* Cur non promiſcuè, ſed diſtinctè? Vt ordinatè & compoſitè omnia fierent, & tumultus atque confuſio vitaretur; ac magis conſpicuum eſſet miraculum, dum alij aliòs reſpicientes ſibi inuicem teſtes eſſent cœleſtis beneficentiæ: Tumultus & promiſcua omnium coitio ne miraculi & beneficij magnitudinem probè videre, & mente verſare poſſent impediuiſſet. Quò monemor, ſedatè ac quietè Diuina beneficia expendenda & recogitanda eſſe. 1580.

Fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos.

DAt panem diſcipulis, vt diſcipuli turbis apponerent; ſicque diſcipuli à turbis honorarentur & magnî fierent. Prætetea, vt diſcipuli panum contrectatione miraculi certitudinem proderent, & ab omni dubio atque calumniâ vindicarent. 1581.

Benedixit, & fregit panes. Vt multiplicaret panes, panes fregit; *eos propriis manibus melius ſcindendo, quàm gladio.* Inquit hîc Caietanus. Non vſus cultro eſt, vt ſcinderet; ſed manibus, vt frangeret. Fors, quia hæc multiplicatio, Euchariſtici ſacramenti figura quædam erat, à quo abeſſe vel effundendi ſanguinis inſtrumentum debet; cùm pacis & concordiæ ſacrameotum ſit.

Et

Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos.

QVod turbis ſupereſt, à diſcipulis colligitur; quia minora beneficia, Deique dona, quæ ab imperfectis negliguntur, à perfectis perfectius diſcutienda ſunt; & ſecretiora myſteria, quæ à rudibus capi nequeunt à doctoribus colligenda, & expendenda ſunt.

Vel minima reliquiarum fragmenta colligunt Apoſtoli: nihil negligunt; nihil perire ſinunt, licèt minimum videatur: vt diſceremus, verè Apoſtolici ſpiritus eſſe, minima non negligere.

Et ſtatim coëgit, diſcipulos ſuos aſcendere nauim.

1582. CVr coëgit diſcipulos, vt deſcenderent? nonne poterant illâ nocte cum turbis illis morari? Noluit Chriſtus: cauens, ne diſcipuli, nocte illâ, cum turbâ, in quâ mulieres erant, morarentur. In nocturno mulierum conſortio nec tuti fuiſſent, nec benè audiſſent Apoſtoli; & tamen Chriſtus aderat: quid, ſi abfuiſſet?

Cùm dimiſiſſet. Græcè, ἀποταξάμενος. Verbum, ἀποτάσσεσθαι, non ſignificat ſimpliciter dimittere; ſed cum ſingularis beneuolentiæ ſignis, quo pacto amicis à nobis diſcedentibus vale dicimus, ac benè precamur.

1583. *Coegit diſcipulos ſuos aſcendere.* Cur ita coëgit? Viderat Ieſus (vt ſcribit Theophylactus) diſcipulos ſuos, poſt illud conuiuium Diuinitùs ex panibus multiplicatis ſtructum, cum mulieribus quibuſdam piis conuerſari, quæ ſimul in hoc epulo ſe reficiebant: quare iuſſit, eos nauigare trans fretum, tanquam tutius eſſet, alto ſe mari committere, quàm cum muliere, licèt etiam ſanctâ, conuerſari.

Et, cùm dimiſſet eos, abiit in montem orare.

E*T, cùm dimiſiſſet eos.* Elucet hîc Chriſti comitas & benignitas, qui conuiuas benigno, hilarique vultu à ſe dimiſit; ac ſi beneficium accepiſſet, qui contulerat. Non exculpſit ab illis laudem, non coram conuiuis beneficentiæ ſuæ largitatem extulit, non miraculi magnitudinem.

Et videns eos laborantes in remigando, circa quartam vigiliam noctis; venit ad eos ambulans ſupra mare, & volebat præterire eos.

1584. PErmiſit Dominus, ſuos diſcipulos periclitari, vt patientes fierent: vnde non ſtatim eis adſtitit; ſed per totam ferè noctem laborare in remigando tulit: vt doceret, patienter Dei auxilium in tribulationibus expectandum: vt nullus deſperet, ſi ſtatim Deus non adcurrat.

Et volebat præterire eos. Cùm pericula compeſcere deberet, maiorem Chriſtus diſcipulis timorem incuſſit; volens eos præterire, à quibus ita non agnoſcebatur, vt phantaſma putarent. Hæc omnia fecit, vt gratior illis eius præſentia eſſet pleniuſque illorum, poſt timorem, gaudium & conſolatio. Nimirum, tentationes plerunque, aduerſitates timoréſque Chriſtus ſuis permittit, vt maiori poſteà lætitiâ eorum animus perfundatur, cùm timor expulſus fuerit, tentatio & aduerſitas abierit.

Volebat præterire eos. Vt ſcilicet clamorem eliceret, & orationis vocem veluti ex eis exculperet.

Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus, & plùs magis intra ſe ſtupebant: non enim intellexerunt de panibus; erat enim cor eorum obcæcatum.

CVm vidiſſent diſcipuli, Ieſum mare inambu- 1585.
lantem & ſubitam venti ceſſationem, eumque iam præſentem viderent, ſtupebant & admirabantur; miraculi magnitudine capti; vt venirent ac dicerent: *Vere Filius Dei es.* Quod narrat Matthæus cap. 14. v.32. Sed quæſtio hîc mentem pulſat; cur diſcipuli tam grande illud miraculum quod panum multiplicatione editum à Chriſto fuerat, non ritè, nec eâ admiratione, ſtupore ac reuerentiâ exceperint: ſicut iſtuc, quum mare calcauit, & ipſos à tempeſtate liberauit: & tamen illud maius erat; hoc ſiquidem & Petro conceſſum. Cur igitur etiam ibi non exclamarunt: *Vere Filius Dei es.* Sicut hîc fecerunt? Miraculum panum ferè ex diſcipulorum memoriâ fluxerat; vt ob id arguantur. Quòd ventus ceſſauerit, quieuerit Chriſti præſentiâ tempeſtas, tanto ſtupore, tantâ reuerentiâ excipiunt, vt exclament: *Verè Filius Dei es.* Et non Dei Filium ſe prodidit, cùm paucis panibus, Diuinitùs multiplicatis, ingentem multitudinem ſatiauit? Vide, quid tribulatio poſſit, quàm vtilis aduerſitas ſit. Aduerſis citiùs erudiri homines ſolent, quàm proſperis: ideo diſcipuli magis hoc miraculo capti maiorem reuerentiam Chriſto exhibent, quàm fecerint in panum multiplicatione; quia hîc maris fluctibus iactabantur, & mortis periculum imminebat, à quo in primo illo miraculo erant immunes.

Præterea hîc ſtupent, hîc reuerentur, cùm tar- 1586.
ditatem quandam ac obliuionem præſeferant in primo illo miraculo multiplicationis panum; quia hîc res propria agebatur, ibi alienæ neceſſitati occurrebatur. Nimirum, eorum, quæ alios tangunt, ferè obliuiſcimur: eorum, quæ nos & noſtra, recordamur. Miraculoſam ſui ab imminenti periculo liberationem attentiùs mente reuoluerunt Apoſtoli, quàm quòd turbæ innumeræ paucis panibus à Chriſto nutritæ fuerint.

Vulgata

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. MARCI.

Verſ. 1.

ET conueniunt ad eum Phariſæi,& quidam de ſcribis, venientes ab Ieroſolymis.

Et. *Arab. Deinde.*
Conueniunt. *Mald. Congregantur.*
De ſcribis. *Euth. Scribarum.*
Venientes. *Theoph, Qui venerant.*

Verſ. 2.

Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius, communibus manibus, id eſt non lotis, manducare panes vituperauerunt.

Cùm vidiſſent. *Syr. Viderunt. Ar. M. Videntes.*
Ex diſcipulis. *Ar. M. Diſcipulorum.*
Communibus manibus i. n. l. *Syr. Illotis ipſorum manibus. Arab. Abſque lotione manuum eorum.*
Manducare. *Syr. Edentes. Arab. Comedere. Theoph. Edere.*
Panes. *Syr. Panem. Arab. Cibum.*
Vituperauerunt. *Syr. Et conſequuti ſunt. Arab.* omittit. *Euth. Reprehendebant. Vat. Incuſabant. Mald. Incuſauerunt.*

Verſ. 3.

Phariſæi enim,& omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum.

Phariſæi enim, & o. I. *Syr. Omnes enim Iudai, & Phariſai.*
Crebrò. *Syr. Curioſè. Arab.* omittit. *Theoph. Cubitaliter. Ar. M. Pugillatim. Fr. Luc Certatim.*
Lauerint m. *Syr. Abluerint manus ſuas. Arab. Cum lotione manuum ſuarum.*
Manducant. *Syr. Comedunt. Vat. Capiunt cibum.*
Tenentes. *Syr. Propterea quòd tenent. Euth. Mordicus obſeruantes. Fr. Luc. Studioſè, ac pro viribus obſeruantes.*
Traditionem. *Arab. Doctrinam. Pagn Inſtituta.*
Seniorum. *Arab. Seniorum ſuorum. Vat. Maiorum.*

Verſ. 4.

Et à foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum,& vrceorum,& æramentorum,& lectorum.

A foro. *Syr. A plateis redeuntes. Arab. Quod emunt à plateis. Euth. Reuertentes à foro. Theoph. Venientes à foro.*
Baptizentur. *Syr. Intincti. Arab. Lauerint illud. Euth. Aſpergantur. Vat. Loti fuerint.*
Comedunt. *Arab. Comedunt illud. Vat. Edunt.*
Alia multa ſ. *Arab. Res alias multas.*
Quæ tradita ſ. i. ſ. *Syr. Ea, quæ receperunt obſeruanda. Arab. Tenuerunt eas. Euth. Quæ ſeruanda acceperunt. Pagn. Quæ ſuſceperunt tenenda. Ar. M. Quæ aſſumpſerunt prehendere.*
Baptiſmata. *Arab. Ex lotione. Theoph. Nempe lotiones. Vat. Nempè ablutiones.*
Calicum. *Fr. Luc. Poculorum.*
Vrceorum. *Syr. Oenophororum. Fr. Luc. Sextariorum.*
Æramentorum. *Syr. Vaſorum aneorum. Arab. Paropſidum.*

Verſ. 5.

Et interrogabant eum Phariſæi,& ſcribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed communibus manibus manducant panem?

Et interrogabant. *Arab. Interrogauerunt. Caiet. Deinde interrogant.*
Phariſæi, & ſ. *Syr. Scribæ & Phariſæi.*
Ambulant. *Euth. Incedunt. Vat. Viuunt.*
Traditionem. *Arab. Illud quod tradiderunt. Vat. Ritum traditum.*
Seniorum. *Arab. Seniores. Vat. A maioribus.*
Communibus m. *Syr. Quum non abluerint manus ſuas. Arab. Abſque lotione manuum ſuarum. Pagn Illotis manibus.*
Manducant. *Arab. Comedunt. Theoph. Edunt.*
Panem. *Arab.* Omittit.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

At ille reſpondens, dixit eis: Benè prophetauit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

At ille. *Arab. Ieſus autem.*
Reſpondens dixit. *Syr: Dixit.*
Benè. *Syr. Pulchrè. Ar.M. Quod Pulchrè.*
Prophetauit. *Vat. Vaticinatus eſt.*
Iſaias. *Arab. Iſaias propheta.*
De vobis. *Syr. Contra vos.*
Hypocritis. *Syr. O acceptores vultûs. Arab. O hypocritæ.*
Populus hic. *Arab. Quia populus hic. S. Hilar. Plebs hæc. Clem. Alex. Et populus hic.* vel: *Alius enim populus.*
Labiis. *Arab. Labiis ſuis.*
Eorum. *Arab. Eius. Clem. Alex. Ipſorum.*
Longè. *Syr. Admodum elongatum. Clem. Alex. Procul.*
Eſt à me. *Clem. Alex. Abeſt à Domino.*

Verſ. 7.

In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.

In vanum a. *Syr. Fruſtraque.*
Colunt. *Syr. Reuerentur.*
Docentes. *Syr. Quum docent.*
Doctrinas. *Arab. Doctrinam.*
Et præcepta. *Syr. Quæ ſunt præcepta filiorum. Arab. Præcepta.*

Verſ. 8.

Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptiſmata vrceorum, & calicum, & alia ſimilia his facitis multa.

Relinquentes e. *Syr. Quum omittatis enim. Arab. Et reliquiſtis. Theoph. Nam omiſſo.*
Mandatum. *Arab. Mandata. Theoph. Præcepto.*
Tenetis. *Syr. Et teneatis. Ar.M. Prehenditis. Vat. Seruatis.*
Traditionem. *Arab. Præcepta. Euth. Conſtitutiones. Theoph. Conſtitutionem.*
Vrceorum. *Syr. Cenophorum. Ar. M. Sextariorum.*
Calicum. *Euth. Poculorum.*
Et alia ſ. h. f. m. *Syr. Illaque multa his ſimilia. Arab. Res alias multas, quæ ſimilia ſunt his, facitis. Fr. Luc. Et alia, aſſimilia his, facitis multa.*

Verſ. 9.

Et dicebat illis: Benè irritum facitis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis.

Benè. *Syr. Bellè. Ang. Pulchrè.*
Irritum facitis. *Syr. Peruertitis. Arab. Reliquiſtis. Caiet. Reſcitis. Fr. Luc. Repellitis. Ang. Abrogaſtis.*
Præceptum. *Syr. Mandatum. Arab. Mandata.*
Vt traditionem v. *Arab. Et ſtatuta veſtra. Vat. Vt conſtitutionem veſtram.*
Seruetis. *Syr. Confirmetis. Arab. Seruaſtis.*

Verſ. 10.

Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

Qui maledixerit. *Arab. Quicunque dixerit verbum malum. Ar. M. Maledicens.*
Patri. *Arab. In patrem ſuum.*
Vel matri. *Arab. Et matrem ſuam.*
Moriatur. *Ar.M. Finiatur.*

Verſ. 11.

Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit.

Si dixerit h. *S. Epiph. Qui dixerit.*
Patri, aut m. *Syr. Patri ſuo, aut matri ſuæ.*
Corban (quod eſt donum) *Syr. Donum. Arab. Quodcunque donum. Vat. Corban, quod eſt, dono.*
Quodcunque ex me. *Syr. Meum eſt id, quod ex me. Arab. Quod eſt ex me. S. Epiph. Nihil.*
Tibi profuerit. *Syr. Abundabis. Arab. Tibi proderit. S. Epiph. Ipſi proderit. Euth. In tuum vertetur commodum. Theoph. In tuum cedet commodum. Vat. Tu iuuaberis.*

Verſ. 12.

Et vltra non dimittitis eum quidquam

Et vltra n. d. *Syr. Nec permittitis. Theoph. Et præterea non ſinitis. Fr. Luc. Et amplius non permittitis.*
Eum. *Syr. Ei.*

facere

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

facere patri ſuo,aut matri.

Quidquam f. *Syr. Vt quicquam faciat. Arab. Facere illud.*
Matri. *Arab. Matri ſua.*

Verſ. 13.

Reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis,& ſimilia huiuſmodi multa facitis.

Reſcindentes. *Syr. Et abrogatis. Arab. Et vanum feciſtis. Ar. M. Irritum facientes. Caiet. Abrogantes. Fr.Luc. Irritum reddentes.*
Verbum. *Syr. Sermonem.*
Dei. *Arab. Dei, quo donati eſtis.*
Per traditionem v. *Syr. Propter traditionem. Ar. M. Traditione veſtrâ. Vat. Per conſtitutionem veſtram.*
Similia. *Fr.Luc. Aſſimilia.*

Verſ. 14.

Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes,& intelligite.

Et aduocans i. *Syr. Et aduocauit Ieſus. Arab. Deinde vocauit. Theoph. Et cùm aduocaſſet ad ſe.*
Turbam. *Syr. Turbam vniuerſam. Arab. Turbam magnam. Ar. M. Turbam omnem. Vat. Turbam totam.*
Omnes. *Arab. Omnes ſuos.*

Verſ. 15.

Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ communicant hominem.

Eſt. *Syr. Quod ſit.*
Et introiens. *Syr. Et intret. Arab. Quod intrat.*
In eum. *Arab. Os eius.*
Poſſit. *Ar. M. Poteſt.*
Coinquinare. *Syr. Contaminare. Theoph. Inquinare. Ar.M. Communicare.*
Quæ de h. *Syr. Quod ab eo. Tertul. Quæ ex ore. Ar.M. Ab eo.*
Procedunt. *Syr. Exiit. Arab. Exeunt. Tertul. Prodeunt. Euth. Egrediuntur. Euth. Exeuntia.*
Illa ſunt. *Syr. Illud.*
Quæ communicant. *Syr. Contaminat. Tertul. Quæ coinquinant. Ar.M. Communicantia. Pagn. Quæ inquinant.*

Verſ. 16.

Si quis habet aures audiendi, audiat.

Si quis habet. *Syr. Cui ſunt.*
Audiendi. *Arab. Audientes. Euth. Ad audiendum.*

Verſ. 17.

Et cùm introiſſet in domum à turba, Interrogabant eum diſcipuli eius parabolam.

Cùm introiiſſet. *Syr. Quum autem ingreſſus eſſet Ieſus. Theoph. Et cùm intraſſet.*
In domum. *Syr. Domum.*
A turbâ. *Syr. Præ turba. Semotus à turbâ.*
Interrogabant. *Arab. Interrogauerunt.*
Parabolam. *Theoph. De parabolâ. Vat. De ſimilitudine.*

Verſ. 18.

Et ait illis: Sic & vos imprudentes eſtis? Non intelligitis, quia omne extrinſecus introiens in hominem non poteſt eum communicare.

Sic & vos. *Syr. Itanè & vos. Arab. Et vos quoque. Theoph. Adeò & vos. Vat. Siccine & vos.*
Imprudentes e. *Syr. Deſipitis. Arab.* Omittit. *Euth. Rudes eſtis. Vat. Intelligentiâ caretis. Caiet. ſine intelligentiâ eſtis. Fr. Luc. Sine intellectu eſtis.*
Non i. *Syr. Vt non cognoſcatis. Arab. Non intellexiſtis. Theoph. Nondum intelligitis. Ar. M. Non conſideratis.*
Quia omne. *Syr. Quodcunque. Euth. Quòd quicquid.*
Extrinſecus. *Arab. Quòd eſt extra. Ar. M. Foris.*
Introiens. *Syr. Ingreditur. Arab. Quod intrat.*
In hominem. *Arab. In os hominis.*
Poteſt. *Syr. Poſſe. Vat. Poſſit.*
Communicare. *Syr. Contaminare. Arab. Coinquinare. Theoph. Inquinare.*

Verſ. 19.

Quia non intrat in cor eius, ſed in ven-

Quia non i. *Syr. Quippè quod non intret. Arab. Quoniam non pertingit. Euth. Quia non ingreditur.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

trem vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas.

In cor e. *Arab. Ad cor.*
Ventrem v. *Syr. Ventrem eius.*
In ſeceſſum e. *Syr. Egeritur per purgationem. Arab. Vadit foras. Euth. In ſeceſſum egreditur.*
Purgans. *Arab. Et mundat. Euth. Quod purgat. Theoph. Repurgans. Vat. Expurgans.*
Omnes eſcas. *Syr. Omnem cibum.*

Verſ. 20.

Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.

Dicebat autem q. q. *Syr. Quod autem. Arab. Et dixit, quod.*
De homine. *Arab. Ab ore hominis. Fr. Luc. Ex homine.*
Exeunt. *Syr. Egreditur. Arab. Exit. Ar. M. Egreſſum.*
Illa communicant. *Syr. Illud contaminat. Arab. Eſt, quod coinquinat. Vat. Illud inquinat. Fr. Luc. Illud polluit.*

Verſ. 21.

Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia.

Ab intus. *Syr. Intrinſecùs. Euth. Ab interioribus. Ar. M. Intus.*
De corde h. *Syr. Ex corde hominis. Arab. Cordis eius.*
Cogitationes. *Ar. M. Ratiocinationes.*
Procedunt. *Ar. M. Egrediuntur. Fr. Luc. Exeunt.*
Adulteria. *Syr. Adulterium. Arab. Peccata.*
Fornicationes. *Syr. Scortatio. Arab. Fornicatio. Theoph. Stupra.*
Homicidia. *Syr. Cædes. Arab. Homicidium.*

Verſ. 22.

Furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.

Furta. *Arab. Furtum.*
Auaritiæ. *Syr. Auaritia. Arab.* Omittit.
Nequitiæ. *Syr. Iniuria. Arab. Nequitia. Vat. Fraudes. Fr. Luc. Malitia.*
Dolus. *Syr. Scelus doloſi.*
Impudicitiæ. *Syr. Proteruia. Arab. Adulterium. Theoph. Impudicitia. Ar. M. Laſciuia.*
Malus. *Euth. Prauus.*
Blaſphemia. *Vat. Conuicia.*
Superbia. *Syr. Elatio.*
Stultitia. *Fr. Luc. Amentia.*

Verſ. 23.

Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem.

Mala. *Syr. Scelera.*
Ab intus. *Syr. Intrinſecus. Vat. Ab interius.*
Procedunt. *Syr. Exeunt. Ar. M. Egrediuntur.*
Communicant. *Syr. Contaminant. Euth. Coinquinant. Theoph. Inquinant.*

Verſ. 24.

Et inde ſurgens abiit in fines Tyri, & Sidonis: & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere.

Et ſurgens. *Syr. Et ſurrexit Ieſus. Arab. Deinde ſurrexit.*
Abiit. *Syr. Venitque.*
Fines. *Fr. Luc. Confinia.*
Ingreſſus domum. *Syr. Introiit in domum quandam.*
Neminem v. ſ. *Syr. Nolebatque vt quiſquam ipſum sciret. Arab. Ne ſciret illud aliquis.*

Verſ. 25.

Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia habebat ſpiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius.

Mulier. *Syr. Mulier quædam.*
Statim vt a. *Arab. Cùm audiſſet.*
De eo. *Syr. Perfectionem eius. Arab. Famam eius.*
Cuius filia. *Syr. In cuius filiâ. Arab. Et eius filia. Theoph. Cuius filiola.*
Habebat. *Syr. Erat. Arab. Haberet.*
Spiritum i. *Syr. Spiritus immundus.*
Intrauit. *Arab. Venit ad eum. Euth. Ingreſſa. Fr. Luc. Cùm veniſſet.*
Procidit. *Vat. Accidit.*
Ad pedes eius. *Syr. Ante pedes.*

Verſ. 26.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 26.

Erat enim mulier Gentilis, Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius:

Erat enim m. *Syr. Illa autem mulier erat.*
Gentilis. *Pagn. Græca.*
Syrophœniſſa genere. *Syr. Ex Phœnicia Syria. Arab. Syriaca, & genus eius ex Phœniciâ. Euth. Syra Phœniciſſa.*
Rogabat e. *Syr. Efflagitabat ab eo. Arab. Rogauit eum.*
De filia e. *Syr. Ex filiâ ſuâ.*

Verſ. 27.

Qui dixit illi: Sine priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

Qui dixit. *Euth. Ieſus autem ait.*
Sine. *Syr. Permitte.*
Priùs. *Euth. Primum.*
Saturari filios. *Arab. Filios, vt ſaturentur.*
Bonum. *Syr. Decorum. Euth. Decens. Ar.M. Pulchrum. Vat. Honeſtum.*
Sumere p. *Syr. Accipere panem. Arab. Vt ſumatur panis.*
Mittere. *Arab. Mittatur. Pagn. Proiicere. Vat. Obiicere.*
Canibus. *Ar.M. Catellis.*

Verſ. 28.

At illa reſpondit, & dixit illi. Vtique Domine, nam & catelli comedunt ſub menſa de micis puerorum.

Vtique Domine. *Syr. Etiam Domine mi,*
Nam & c. *Syr. Sed & catelli. Arab. Etiam canes.*
Sub m. *Syr. Sub menſis.*
De micis. *Syr. Micas. Arab. Quod cadit de micis.*
Puerorum. *Euth. Filiorum. Vat. Puellorum. Fr. Luc. Liberorum.*

Verſ. 29.

Et ait illi. Propter hunc ſermonem vade, exiit dæmonium à filia tua.

Illi. *Syr. Ei Ieſus.*
Propter hunc ſ. v. exiit. *Syr. Abi: propter hunc ſermonem exiit. Arab. Propter hoc verbum vade, iam exiit.*
A filia. *Syr. Ex filiâ.*

Verſ. 30.

Et cùm abiiſſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæmonium exiiſſe.

Et cùm a. *Syr. Abiit itaque. Eth. Et regreſſa.*
Inuenit. *Theoph. Reperit.*
Puellam iacentem ſ. l. e. d. e. *Syr. Filiam ſuam, dum iaceret in lecto, & eiectum ab eo dæmonium eius fuiſſe. Ar.M. Dæmonium egreſſum, & filiam coniectam ſuper lectum.*

Verſ. 31.

Et iterùm exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

Exiens. *Syr. Ieſus exiit.*
De finibus. *Syr. A confinio. Ar.M. Finibus.*
Per Sidonem. *Arab. In Sidonem. Caiet. Et Sidonis.*
Inter medios f. *Syr. Ad confinium. Ar. M. Per medium finium. Fr. Luc. In medium finium.*

Verſ. 32.

Et adducunt ei ſurdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

Adducunt. *Arab. Adduxerunt. Euth. Adferunt. Ar.M. Ferunt.*
Surdum. *Syr. Surdum quendam.*
Mutum. *Ar.M. Ægrè loquentem. Vat. Impeditum ad loquendum. Caiet. Impedita lingua. Fr. Luc. Difficulter loquentem.*
Deprecabantur e. *Syr. Efflagitabant ab eo. Arab. Deprecati ſunt eum. Ar.M. Inuocant eum. Vat. Precantur eum. Fr.Luc. Rogant eum.*
Imponat. *Syr. Imponeret.*
Illi. *Arab. Super eum.*
Manum. *Arab. Manum ſuam.*

Verſ. 33.

Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: &

Et apprehendens. *Syr. Abduxit autem. Arab. Et eduxit. Theoph. Et cùm apprehendiſſet. Ar.M. Et aſſumens. Vat. Et cùm ſeduxiſſet. Fr.Luc. Et accipiens.*
Turba. *Arab. Populo.*
Seorſum. *Ar.M. Priuatim.*

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
expuens, tetigit linguam eius.	Miſit. *Syr. Et immiſit. Arab. Et poſuit. Ar. M. Iecit.* Auriculas. *Vat. Aures.* Expuens. *Arab. Expuit. Euth. Vbi ſpuiſſet. Theoph. Sputo emiſſo. Fr. Luc. Spuens.*
Verſ. 34. Et ſuſpiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod eſt adaperire.	Suſpiciens. *Syr. Suſpexit. Arab. Aſpexit. Fr. Luc. Poſt quam ſuſpexiſſet.* Ingemuit. *Syr. Ac ſuſpirauit.* Ephphetha, quod eſt a. *Syr. Adaperitor.*
Verſ. 35. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.	Statim. *Syr. In illâ horâ.* Apertæ ſunt. *Arab. Apertus eſt. Fr. Luc. Adapertæ ſunt.* Aures e. *Syr. Auricula eius. Arab. Auditus eius, & audiuit.* Vinculum. *Arab. Ligantem.* Loquebatur r. *Syr. Locutus eſt facillimè.*
Verſ. 36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant.	Præcepit i. *Syr. Admonuit eos. Vat. Interdixit eis.* Ne cui. *Syr. Ne id cuiquam. Arab. Ne alicui quicquam.* Quantò autem. *Syr. Sed quanto magis ipſe.* Præcipiebat. *Syr. Interdixerat. Ar. M. Præceperat.* Tantò magis plus. *Euth. Tanti potius amplius. Theoph. Hoc amplius.*
Verſ. 37. Et eò ampliùs admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.	Et eò a. *Syr. Magiſque. Arab. Et valdè. Vat. Et ſupra modum. Fr. Luc. Et ſuperabundanter.* Admirabantur. *Syr. Obſtupeſcebant. Ar. M. Percellebantur. Caiet. Stupebant. Fr. Luc. Obſtupeſiebant.* Benè. *Syr. Pulchrè. Arab. Quàm benè.* Fecit. *Caiet. Facit.* Surdos fecit a. *Vat. Facit vt ſurdi audiant.* Mutos. *Vat. Muti. Fr. Luc. Non loquentes.* Loqui. *Vat. Loquantur.*

CAPVT VII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Doctiores plerúnque in quærendâ ſalute ab idiotis vincuntur. 1587
Impiorum mos, vt vniuerſis tribuant lapſum, qui fuit ab vno. 1588
Diſcipulorum Chriſti abſtinentia. 1589
Etiam in menſâ ſe quiſque Chriſti diſcipulum oſtendere debet. 1589
Superſtitioſa Iudæorum ablutio. 1590
Maledici, aliorum lapſus ſemper augent. 1591.
Furti nexus & auaritia. 1592.
Πονηρὸς, *de quo dicatur. Afflictionis & ſceleris nexus.* 1592.
Peccata vt ex quâdam amentiâ oriantur. 1593
Mali relinquendi quum volunt reſipiſcere. 1594

Et conueniunt ad eum phariſæi, & quidam de ſcribis venientes ab Ieroſolymis.

1587. HOmines terræ Geneſareth infirmos ſuos duxerunt ad Chriſtum: non ducunt ſcribæ, ac phariſæi. Nimirum qui minus docti videbantur, & veniebant ipſi, & infirmos ſuos ducebant, qui vel fimbriam Chriſti tangerent & ſanarentur. At phariſæi & ſcribæ, qui aliorum doctores, non veniunt ad quærendam ſuorum morborum medelam multis enim vitiis obſidebantur: ſed, vt diſcipulorum facta calumniarentur. Ita plerunque accidit, vt, qui doctiores habentur, in quærendâ ſalute ab idiotis ac ſimplicibus vincantur.

Non ducunt infirmos ſuos ſcribæ & phariſæi ad Chriſtum. Superbia ab humili hoc charitatis obſequio eos auocauit: & inuidia, ne gloriæ materiam exhiberent oblatis infirmis, qui à Chriſto ſanarentur, id eis non permiſit. Si infirmi ducendi ad Chriſtum eſſent, duci phariſæi debebant, qui graui inuidiæ ac ſuperbiæ morbo laborabant.

Et cùm vidiſſent, quoſdam ex diſcipulis eius communibus manibus, ideſt non lotis, manducare panes, vituperauerunt.

NOn legimus phariſæos & ſcribas Chriſti diſcipulis notam inuſſiſſe, quod comedentes 1588.
benedictionem & gratiarum actionem, vt fit, prætermitterent: cur ita? An, quia id diſcipuli, licèt lauare manus negligerent, non negligebant? An, quia phariſæis & ſcribis ſolùm curæ erat, vt ſeniorum

ſeniorum traditiones obſeruarentur? Quòd verò gratiæ ob beneficia & laudes Deo agerentur, non curabant. Quò multorum euadit religio, qui mandata, quæ ab hominibus ſunt, cautè cuſtodiri ſtudent: quæ Dei honorem laudemque tangunt, eorum haud curâ tanguntur.

Cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius. Pende ſcribarum & phariſæorum malitiam. Ex Chriſti diſcipulis aliquos vident, manuum abluendarum cæremoniam negligere, & ſtatim omnes tanquam tranſgreſſores & (quod magis eſt) tanquam contemptores accuſant; ac vniuersè quærunt: *Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum?* Dixiſſent: *Quare quidam ex diſcipulis tuis.* Omnes inſimulant, omnes accuſant, & indefinitâ oratione nullum excludunt. Hic impiorum hominum mos, vt, cùm quempiam religioſæ vnius familiæ aut ſodalitij viderint delinquentem, ſtatim errorem & lapſum in omnes phariſaicâ malitiâ tranſmittant, & vnius defectum in plures reiiciant.

1589. *Vituperauerunt.* In diſcipulorum laudem reſilit quòd vituperantur à ſcribis ac phariſæis. Laudantur, quia non laudantur. Diſcipulos arguunt, quia illotis manibus manducarent: non habebant grauius crimen, quod illis obiicerent, non nimias ferculorum delicias, non nimiam in comedendo auiditatem opponunt. Nihil aliud notare in Chriſti diſcipulis potuerunt, cùm menſæ accumberent, niſi quòd nimis religioſâ ſuperſtitione manus non abluerent: quod erat Iudæis familiare. Laudis ergo materiam accuſatio iſta offert? & euehunt phariſæi, quos deprimere ſtudent

Quoſdam ex diſcipulis eius. Etiam in menſâ quiſque ſe Chriſti diſcipulum debet oſtendere; vt modeſtia in comedendo, ferculorum vilitas, deliciarum neglectus, & temperantia exertè clament, talem eſſe, qui menſæ accumbit; non ſatanici hoſtis, qui extra modeſtiæ ac temperantiæ limites rapere ſtudet ſuos.

Phariſæi enim & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant.

1590. ABluunt Iudæi diligenter manus, ſed non cor. Cordi illis ablutio manuum eſt: non eſt cordi ablutio cordis. *Niſi crebrò lauerint.* In Græco pro, *crebrò*, eſt vox, πυγμῇ, quam quidam vertunt, *certatim*: quaſi dicas, pugilatim, metaphorâ à pugilibus ſumpta; vt lauandi ſummum ſtudium ac veluti certamen ſignificetur.

A foro, niſi baptizentur, non comedunt.

A Foro reuertentes ſe abluebant: forum quippè rerum venalium locus erat, ad eorum meotem communis & immundus: quò nimirum res omnis generis adferebantur mundæ atque immundæ; & conueniebant omnis generis homines, puri atque impuri.

1591. *Non comedunt.* Ne ſcilicet contactu cibum immundum redderent, ipſis longè mundiorem: ſed ſuperſtitioſa iſta puritatis cura impuriores eos reddebat. Minùs impuri fuiſſent, ſi minùs in extima puritate ſectandâ religioſiores.

Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum?

GRauius in diſcipulos ſcribæ, & phariſæi inuehunt, quàm videantur. Non ſolùm in eis abluendarum manuum neglectum damnant; ſed & contemptum, ac violandæ obſeruationis conſuetudinem. *Non ambulant*, inquiunt, ac ſi dicerent: Non ſemel ac iterum peccauerunt in hanc conſuetudinem manuum abluendarum, ſed, violandi conſuetudine, conſuetudinem hanc violauerunt. Hic maledicorum mos augere aliorum lapſus, cùm deberent eleuare.

Ab intùs de corde hominum malæ cogitationes procedunt: auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, ſuperbia, ſtultitia.

HÆc nempè ſunt, quæ homines polluunt, non autem illotis manibus manducare. *Auaritia.* 1592.
Huius vitij Matthæus non meminit: ſed Marcus diſtinctiùs & explicatiùs rem narrauit; & aliquorum vitiorum hîc meminit, quæ prætermiſit Matthæus. At, cùm *furta* dixerit, etiam auaritiæ meminiſſe videtur? etenim furta ab auaritiâ velut à matre prodeunt.

Nequitia. Græcè, πονηρίας. Græci, πονηρὸν, hominem vocant ad malè agendum exercitatum & aſſuetum: vnde &, πονηρία, inueteratam malitiam declarat. Præterea πονηρὸς, ambiguum verbum eſt ad afflictum & ſceleratum: quæ duæ notiones, vt in vnam coëunt vocem; ita & afflictio & ſcelus in vnum hominem: adeò vt, qui ſceleratus & malitioſus eſt, ſinè afflictione non ſit.

Stultitia. Græcè ἀφροσύνη, amentia. Cùm quis 1593.
ea agit, quæ à ratione aliena ſunt. Amentiæ Matthæus, non meminit: ſed fors ſub aliis ſceleribus incluſit; omnia ſiquidem peccata ex amentiâ & ſtultitiâ quadam proficiſcuntur, vt, cùm pleraque peccata recenſuerit, ſtultitiam non nominauerit, quæ ab aliis peccatis vix, aut ne vix quidem ſeparari poteſt. Amens enim eſt, qui, contempto ſummo bono, vitiorum, atque adeò ſatanæ ſeruus delinquendo fit. Stultitiam omiſit Matthæus tanquam eam, quæ alia peccata euadit.

De corde hominum. Eorum errorem damnat, 1594.
qui cogitationes malas oriri tantùm à dæmone credunt; non ab homine. Nemo adeò dæmonem accuſet, vt crimen in illum omne reiiciat. Non eleuat culpam, ſed grauat, qui, inani falsâque excuſatione, culpæ totius cauſam tentatori adſcribit.

Et inde ſurgens abiit in fines Tyri & Sydonis.

INde ſurgens, abiit. Scilicet abiit ab illis Ieſus à quibus pietas abierat: & Chriſti monitis ab incredulitate, quâ corripiebantur, auerti nolebant Mali, cùm reſipiſcere nolunt, relinquendi ſunt.

SECTIO II.

Aduerſa nos ad Deum vrgent. 1595
Matrem ſe prodit, quæ filiorum curam habet. 1596
Carnis ſenſus in oratione ablegandus. 1596
Mens ab omni iactantiâ reuocanda. 1597
Promptior quiſque ſit ad audiendum, quàm ad loquendum. 1597
Bona eſt ſanitas, quæ mentem ad Cœlum excitat. 1598.
Quicquid loquimur, Cœlum ſapiat. 1599

Lachrymæ vt fundendæ Chriſti exemplo. 1599
Beneficia danda, non vendenda. 1600
Inuidorum impietas quàm immanis. 1601
Inuidus coarctat Dei beneficia: gratus contrà. 1601

Mulier enim ſtatim, vt audiuit de eo, cuius filius habebat ſpiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius.

1595. NOn longas moras traxit: ſtatim cucurrit ad Ieſum. Hoc boni habent quæ putantur mala; vt ad Ieſum eos vrgeant, quos vrgent. Mala videntur bona, cùm ire ad omnis boni auctorem nos faciunt.

Statim hæc mulier ad Chriſtũ iuit. In hoc quoque ſexum ſuum viſa eſt exuiſſe, quòd excolendi poliendique ſtudio ſe diu domi non detinuit; vt probè ornatam ſe Chriſto ſiſteret. Aptiùs fuit exornata, quia nimio cultu ornata non fuit.

1596. *Cuius filia habebat ſpiritum immundum*; matrem verè ſe prodit, cum adeò ſedulam filiæ curam habet; exuit matrem, quæ filiâ in diſcrimine poſitâ ad Chriſtum non it; matrem non refert, quæ ad cœleſtem medicum non ſe confert, dum filia periclitatur.

Non eſt enim bonum ſumere panem filiorum.

N*On eſt enim bonum ſumere panem filiorum.* Cur tam durus in mulierem Chriſtus, qui tam facilem ſe præbuit centurioni? An, quia iſte pro ſeruo poſtulauit, illa pro filiâ? In matre ſe maternus affectus orationi miſcuit: in domino ſola charitas poſtulauit: *Herus pro famulo rogans, exorator fuit*, inquit Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus: *mater pro filiâ rogitans, tulit repulſam* vt omnem carnis ſenſum, omnem ſanguinis amorem ablegaremus, dum orationem Deo ſternimus.

Et apprehendens eum de turbâ ſeorſum miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius.

1597. SEorſum accipit, & à turbâ, quem ſanaturus erat ſeiungit; ne ad oſtentationem ſigna & miracula efficere videretur: & vt nos hoc facto admoneret, in omnibus, quæ agimus, mentem ab omni faſtu atque iactantiâ alienam circumferre.

Et expuens tetigit linguam eius. Priùs auditum reſtituit, deinde loquelam: ne ſcilicet, ſi priùs linguam ſanaret, loqueretur priùſquam audiret. Hoc ordine docere voluit, priùs audiendum eſſe, quàm loquendum; & promptiores nos eſſe debere ad Dei verba excipienda quàm ad noſtra effundenda.

Tetigit linguam eius. Sed priùs in eius auriculas
1598. digitos miſerat. Priùs aperiuntur aures, deinde linguæ vinculum ſoluitur: quò tacitè moneret, rectè loquuturum bene priùs audire debere; vt ab aliorum doctrinâ excipiat, quod ipſe loquatur.

Suſpiciens cælum ingemuit.

ÆGros ſanaturus cælum ſuſpicit: vt vel corporis habitu doceret, in cælum ſpectare debere, qui quærit ſanitatem. Bona eſt ſanitas, quæ ad cælum excitat: alioquin bona valetudo non eſt bona, cùm ille non cælo hæret, ſed terræ; qui eâ fruitur.

In cælum ſuſpicit, loquelam daturus mutis, 1599.
ſurdis auditum; vt cælum ſaperet quicquid loqueremur; quicquid audiremus, mentem in cœlum erigeret.

Ingemuit. Non quia gemitu opus ille haberet, vt obtineret à Patre, quod petebat: ſed, quia tali exemplo indigebamus. *Ingemuit*, inquit hîc Sanctus Thomas, *vt nobis gemendi daret exempla, cùm vel pro noſtri, vel pro noſtrorum erratibus proximorum ſupernæ pietatis præſidia inuocamus.*

Et praecepit illis, ne cui dicerent: quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant.

NImirum inhibitione ad rem prædicandam 1600.
prouocabantur. Docemur hoc loco: quòd, quando aliis benefacturi ſumus, plauſus ex beneficiis non quæramus; hoc quippè vendere beneficium eſt, non eſt dare. Quum autem beneficia acceperimus, licet ipſi, qui exhibent, recuſent, eos laudemus & prædicemus.

Hinc quoque diſcis: quòd, quantò minus quis gloriam appetit, tantò magis habet: & quantò magis appetit quis humanæ laudis auram, tantò magis ipſa fugit. Igitur, vt illam habeas, abi; & eam, ne te fugiat, fuge.

Ne cui dicerent. Occultari miraculum iubet
non in humilitatis ſignum duntaxat: *ſed ne ante* 1601.
tempus Iudæos accenderet, ait Sanctus Chryſoſtomus *ad homicidium per inuidiam perpetrandum.* Inuidorum hoc proprium, vt in Deum efferentur, cùm efferre Deum deberent.

Bene omnia fecit; & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

VNi auditum reſtituerat Chriſtus, vni linguæ impedimentum abſtulerat, vt loqui poſſet; adſtantes tamen pluraliter loquuntur: *ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Quia mens illorum erat non ſolùm ea commemorare, quæ nunc geſta à Chriſto fuerant; ſed etiam alia, quæ aliàs. Nimirum in vnius beneficij commemoratione etiam aliorum recordari debemus, quæ alij acceperint & pro omnibus Deum laudare. Inuidus coarctat Dei beneficia, dum narrat: grata mens ita præſentia recenſet, vt in præterita etiam oculos flectat.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VIII. MARCI.

Verſ. 1.

IN diebus illis iterum cùm turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent, conuocatis diſcipulis, ait illis.

Cùm turba m. e. *Syr. Omninè multâ turbâ exiſtente. Arab. Venerunt ad eum multa turba. Euth. Cùm plurima turba eſſet. Theoph. Cùm turba admodum multa eſſet.*
Nec haberent. *Arab. Non erat eis.*
Quod manducarent. *Syr. Quicquam, quod ederent. Ar. M. Quid comederent.*
Conuocatis. *Syr. Aduocauit. Arab. Et vocauit. Ar. M. Aduocans Ieſus. Pagn. Accerſitis.*
Diſcipulis. *Syr. Diſcipulos ſuos. Goth. Diſcipulis ſuis.*

Verſ. 2.

Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.

Miſereor. *Syr. Miſericordiâ commoueor. Theoph. Miſericordiâ tangor. Ar. M. Viſceribus commoueor. Vat. Intimè miſereor.*
Super t. *Arab. Super turbam hanc. Theoph. Erga turbam. Vat. Turba.*
Quia ecce. *Syr. Quippe qui.*
Triduum. *Arab. Tribus diebus. Ar. M. Dies tres.*
Suſtinent me. *Syr. Congregati ſunt apud me. Arab. Ipſi ſunt mecum ſtantes. Caiet. Manent apud me.*
Nec habent. *Syr. Nihilque habeant. Arab. Et non eſt eis.*
Manducent. *Syr. Comedant. Euth. Edant.*

Verſ. 3.

Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.

Dimiſero. *Syr. Abſoluam. Arab. Ego dimiſero.*
Ieiunos. *Syr. Cùm ieiuni ſint. Arab. Sine cibo.*
In domum ſ. *Syr. Ad domum ſuam. Arab. In manſiones ſuas.*
Deficient. *Syr. Exeluentur.*
Ex eis. *Ar. M. Eorum.*
De longè. *Vat. E longinquo.*

Verſ. 4.

Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?

Vnde illos. *Syr. Vndenam illos omnes.*
Quis poterit h. *Syr. Poteſt aliquis hic in deſerto.*
Saturare. *Theoph. Satiare.*
Panibus in ſ. *Syr. Pane.*

Verſ. 5.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

Interrogauit. *Vat. Interrogabat.*
Habetis. *Syr. Haberent.*
Qui dixerunt. *Ar. M. Illi verò dixerunt.*

Verſ. 6.

Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent, & appoſuerunt turbæ.

Præcepit. *Fr. Luc. Denunciauit.*
Turbæ. *Syr. Turbas.*
Diſcumbere. *Euth. Vt diſcumberent.*
Super t. *Vat. Humi.*
Accipiens. *Arab. Accepit. Theoph. Acceptis.*
Panes. *Syr. Illos panes Theoph. Panibus.*
Gratias a. *Arab. Et benedixit. Euth. Quum benedixiſſet.*
Dabat. *Vat. Dedit.*
Appoſuerunt. *Arab. Et relinquerent.*
Turbæ. *Arab. Turbis.*

Verſ. 7.

Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſſit apponi.

Habebant. *Syr. Erant &. Arab. Erant cum eis etiam.*
Piſciculos p. *Syr Piſciculi pauci Arab. Piſces pauci.*
Iuſſit. *Arab. Præcepit. Euth. Dedit. Fr. Luc. Dixit.*
Apponi. *Syr. Vt & eos apponerent. Fr. Luc. Apponere.*

Verſ. 8.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 8.

Et manducauerunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas.

Et manducauerunt. *Theoph. Comederunt autem.*
Suſtulerunt. *Syr. Caterùm ſuſtulerunt. Arab. Collegerunt.*
Quod ſuperauerat d. f. *Syr. Reliquias fragmentorum. Arab. De fragmentis. Ar. M. Redundantia fragmentorum. Vat. Quæ ſuperfuerant fragmentorum.*

Verſ. 9.

Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos.

Qui manducauerant. *Syr. Homines, qui comederunt. Ar. M. Comedentes.*
Quaſi. *Syr. Circiter. Arab.* omittit. *Caiet. Fermè.*
Dimiſit. *Syr. Abſoluit.*

Verſ. 10.

Et ſtatim aſcendens nauim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.

Statim. *Theoph. Mox.*
Aſcendens. *Syr. Conſcendit. Euth. Ingreſſus. Fr. Luc. Inſcendit.*
Nauim. *Ar. M. In nauigium. Vat. In nauim.*
Partes. *Syr. Regionem.*

Verſ. 11.

Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo tentantes eum.

Exierunt. *Theoph. Egreſſi ſunt.*
Conquirere. *Syr. Diſceptare. Arab. Interrogare. Pagn. Diſputare.*
Cum eo. *Ar. M. Eo.*
Quærentes ab i. *Syr. Rogabant eum.*
Tentantes. *Syr. Quum tentarent. Arab. Vt tentarent.*

Verſ. 12.

Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum.

Ingemiſcens ſ. *Syr. Ingemuit ſpiritui ſuo. Euth. Cùm ingemuiſſet ſpiritu ſuo.*
Quid. *Theoph. Cur.*
Generatio i. *Vat. Natio hac.*
Quærit. *Syr. Poſtulat. Euth. Requirit. Vat. Inquirit.*
Si dabitur. *Arab. Non dabitur.*

Verſ. 13.

Et dimittens eos, aſcendit iterum nauim, & abiit trans fretum.

Dimittens. *Syr. Reliquit. Theoph. Relictis.*
Eos. *Theoph. Illis.*
Aſcendit. *Syr. Conſcendit. Vat. Ingreſſus.*
Abiit. *Syr. Abierunt. Vat. Diſceſſit.*
Trans fretum. *Euth. In illam vlteriorem ripam. Theoph. Traiecto lacu. Ar. M. In vlterius. Fr. Luc. In vlteriorem.*

Verſ. 14.

Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi vnum panem non habebant ſecum in naui.

Sunt. *Syr. Fuerant.*
Sumere. *Syr. Aſſumere Arab. Accipere.*
Panes. *Syr. Panem ſecum.*
Et niſi. *Theoph. Nec prater.*
Vnum panem. *Syr. Vnam placentam.*
Habebant ſ. *Arab. Erat cum eis quicquam.*

Verſ. 15.

Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.

Præcipiebat. *Euth. Pracepit:*
Cauete. *Arab. Diſcernite. Ar. M. Aſpicite. Fr. Luc. Cernite.*
A fermento. *Arab. Fermentum.*
Et fermento. *Arab. Et fermentum.*
Herodis. *Goth. Herodianorum.*

Verſ. 16.

Et cogitabant ad alterutrum, dicentes. Quia panes non habemus.

Et cogitabant. *Syr. Diſceptabant itaque. Arab. Et poſuerunt cogitare. Euth. Et conferebant. Ar. M. Et Ratiocinabantur. Caiet. Et diſputabant.*
Ad alterutrum. *Syr. Vnus cum alio. Arab.* omittit. *Theoph. Inter ſeſe. Ar. M. Ad inuicem.*
Quia panes. *Syr. Nempe panem. Arab. Quia panis.*
Habemus. *Arab. Erat cum eis.*

Verſ. 17.

Quo cognito, ait illis Ieſus: Quid co-

Quo cognito. *Syr. Ieſus autem cognouit. Vat. Qua re cognità. Fr. Luc. Et cùm id noſcet.*

gitatis

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

gitatis quia panes non habetis? nondum cognoſcitis, nec intelligitis? adhuc cœcatum habetis cor veſtrum?

Illos Ieſus. *Syr. Illis.*
Cogitatis. *Syr. Diſcertatis. Euth. Confertis. Theoph. Diſputatis.*
Panes. *Syr. Panem. Arab. Panis.*
Habetis. *Arab. Eſt Nobiſcum.*
Cognoſcitis. *Arab. Scitis. Euth. Animaduertitis.*
Cœcatum. *Syr. Durum. Arab. Grauata. Euth. Excacatum. Ar. M. Calloſum. Vat. Obcacatum.*
Habetis cor. v. *Syr. Cor eſt vobis. Arab. Sunt corda veſtra.*

Verſ. 18.

Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? Nec recordamini.

Oculos h. *Syr. Et ſunt vobis oculi. Arab. Oculi veſtri.*
Non videtis? *Syr. No videtis. Arab. Non vident. Theoph. Non cernitis. Ar. M. Non aſpicitis.*
Et aures h. *Syr. Sunt & aures vobis. Arab. Vobis eſt auditus.*
Non auditis. *Syr. Nec auditis.*
Recordamini. *Vat. Non meminiſtis.*

Verſ. 19.

Quando quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim.

Quando q. p. *Syr. Quum illos quinque panes. Arab. Quinque panum.*
Fregi. *Arab. Quos fregi. Theoph. Fregiſſem.*
In quinque m. *Syr. Pro quinque millibus. Arab. Quinque millibus. Ar. M. In quinque ies mille. Vat. In hominum quinque millia.*
Cophinos plenos. *Arab. Cophinos.*
Fragmentorum. *Theoph. Fragmentis.*

Verſ. 20.

Quando & ſeptem panes in quatuor millia: quot ſportas fagmentorum tuliſtis? Et dicunt ei: ſeptem.

Quando & ſeptem p. *Syr. Subdit eis. Et quum ſeptem. Arab. Et ſeptem.*
In quatuor millia. *Syr. Pro quatuor millibus. Arab. Quatuor millibus.*
Sportas. *Syr. Sportas plenos. Arab. Cophinos. Ar. M. Sportarum complementa. Fr. Luc. Sportarum plenitudines.*
Fragmentorum. *Euth. Ex reliquiis fragmentorum.*
Tuliſtis. *Syr. Suſtuliſtis. Arab. Sumpſiſtis.*

Verſ. 21.

Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?

Quomodo. *Arab. Quare. Theoph. Quî fit.*
Nondum i. *Euth. Non conſideratis. Theoph. Vt non intelligatis.*

Verſ. 22.

Et veniunt Bethſaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

Et veniunt. *Syr. Venit autem. Arab. Deinde veniunt.*
Adducunt. *Arab. Obtulerunt. Euth. Adferunt. Ar. M. Ferrent.*
Rogabant e. *Syr. Efflagitabant ab eo. Euth. Deprecantur. Pagn. Obſecrabant eum. Ar. M. Inuocabant eum. Fr. Luc. Rogant.*
Tangeret. *Fr. Luc. Tangat.*

Verſ. 23.

Et apprehenſa manu cœci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impoſitis manibus ſuis, interrogauit eum ſi quid videret.

Apprehenſâ m. *Syr. Prehendit manum. Arab. Accepit manum Ar. M Adſumens manum.*
Vicum. *Arab. Villam. Fr. Luc. Pagum.*
Expuens. *Syr. Expuit. Euth. Quum expuiſſet. Fr. Luc. Spuens.*
Impoſitis. *Syr. Ac impoſuit. Arab. Et poſuit. Fr. Luc. Et poſtquam impoſuiſſet.*
Manibus ſuis. *Arab. Manum ſuam ſuper eum. Ar. M. Manus ei.*
Interrogauit. *Euth. Interrogabat.*
Si quid. *Syr. Ecquid. Arab. Quid. Vat. An quid.*
Videret. *Arab. Vides.*

Verſ. 24.

Et aſpiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes.

Et aſpiciens. *Syr. Surrexit itaque. Arab. Et. Euth. Reſpiciens. Caiet. Et recepto viſu. Fr. Luc. Cum autem ille aſpexiſſet.*
Video. *Euth. Quoniam cerno.*
Velut arbores a. *Syr. Inſtar arborum ambulantium.*

Verſ. 25.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 25.

Deinde iterùm impoſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit videre, & reſtitutus eſt ita vt clarè videret omnia.

Manus. *Arab. Manum ſuam.*
Super o. c. *Syr. Oculis ipſius.*
Cœpit videre. *Arab. Vidit benè. Euth. Fecit eum reſpicere. Theoph. Fecit vt viſum reciperet. Fr. Luc. Cœpit adſpicere.*
Reſtitutus. *Arab. Sanatus.*
Ita vt c. *Arab. Et. Theoph. Ac denuò dilucidè. Ar. M. Perlucidè. Fr. Luc. Eminùs.*
Videret. *Arab. Reſpexit. Theoph. Videbat. Ar. M. Aſpexit. Vat. Diſcernebat. Caiet. Vidit.*
Omnia. *Euth. Omnes. Caiet. Omnes homines.*

Verſ. 26.

Et miſit illum in domum ſuam, dicens. Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

Miſit. *Syr. Dimiſit.*
In domum. *Syr. Ad domum.*
Dicens. *Euth. Præcepitque ei dicens.*
Vade in d. t. &. ſ. in. v. *Syr. Nec in pagum illum introieris. Arab. Ne ingrediaris villam.*
Nemini. *Syr. Nec cuiquam in pago. Arab. Nec alicui de villâ quicquam.*
Dixeris. *Arab. Dicas.*

Verſ. 27.

Et egreſſus eſt Ieſus, & diſcipuli eius, in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis: Quem me dicunt eſſe homines?

Et egreſſus e. *Syr. Prodiit autem. Euth. Et exiuit. Theoph. Et regreſſus eſt.*
Caſtella. *Pagn. Vicos.*
Philippi. *Theoph. Quæ cognominantur Philippi.*

Verſ. 28.

Qui reſponderunt illi, dicentes: Ioannem Baptiſtam, alij Eliam, alij verò quaſi vnum de prophetis.

Alij verò. *Syr. Alij denique.*
Quaſi vnum de p. *Ar. M. Vnum prophetarum. Vat. Vnum de numero prophetarum.*

Verſ. 29.

Tunc dicit illis: Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus, ait ei: Tu es Chriſtus.

Tunc dicit. *Syr. Dixit Ieſus.*
Petrus. *Syr. Simon Petrus.*
Chriſtus. *Syr. Meſſias Filius Dei viuentis. Fr. Luc. Ille Chriſtus.*

Verſ. 30.

Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo.

Comminatus eſt. *Syr. Inhibuit. Arab. Prohibuit. Vat. Interminatus eſt.*
Ne cui. *Syr. Vt nemini id. Arab. Alicui quicquam.*
Dicerent. *Arab. Dicere.*

Verſ. 31.

Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari, à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere.

Quoniam oportet. *Syr. Nempe. Arab. Quia. Euth. Quod oporteret.*
Filium. *Arab. Filius.*
Pati. *Syr. Perpeſſurum. Arab. Paſſurus erat.*
Reprobari. *Syr. Reprobatum iri. Arab. Reprobaturus.*
Summis ſ. *Euth. Principibus ſacerdotum.*
Et occidi. *Syr. Interficiendum denique. Arab. Et quia occident eum.*
Poſt tres d. *Syr. Tertio die. Arab. In die tertiâ.*
Reſurgere. *Syr. Surrecturum. Arab. Reſurget.*

Verſ. 32.

Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.

Palam. *Theoph. Apertè. Ar. M. Libertate. Caiet. Liberè.*
Verbum l. *Arab. Hoc dicebat. Vat. Sermonem loquebatur. Fr. Luc. Verbum iſtud loquebatur.*
Apprehendens. *Syr. Prehendit. Ar. M. Aſſumens.*
Increpare e. *Syr. Obiurgare eum. Arab. Contradicere ei.*

Verſ. 33.

Qui conuerſus, & videns diſcipulos ſuos comminatus eſt Petro, dicens: Vade

Qui. *Syr. Ipſe verò. Theoph. At ille.*
Videns. *Syr. Conſpicatus. Arab. Reſpexit. Euth. Intuitus.*
Diſcipulos. *Arab. In diſcipulos.*
Comminatus eſt. *Syr. Obiurgauit. Caiet. Increpauit.*

tro

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

retto me ſatana , quoniam non ſapis quæ Dei ſunt,ſed quæ ſunt hominum.

Petro. *Syr. Simenem. Caiet. Petrum.*
Vade. *Syr. Abi.*
Retto me. *Syr. Retrorſum à me. Tueoph. Poſt me.*
Quoniam non ſ. *Syr. Quippe qui non mediteris. Arab. Quia non cogitas.*
Quæ Dei ſunt, ſ. q. h. *Ar. M. Quæ Dei, ſed quæ hominum.*

Verſ. 34.

Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis: ſi quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Et conuocata t. *Syr. Porrò aduocauit Ieſus Turbas. Theoph. Et quum vocaſſet turbam ad ſe. Ar.M. Et aduocans turbam.*
Cum. *Arab. Et. Vat. Vnà cum.*
Si quis. *Theoph. Quiſquis. Vat. Quicunque. Fr. Luc. Quis.*
Vult. *Arab. Voluerit.*
Me ſequi. *Syr. Venire poſt me. Fr. Luc. Sequi poſt me.*
Deneget. *Caiet. Abneget.*
Tollat. *Syr. Baiulet. Arab. Portet.*
Sequatur m. *Syr. Veniat poſt me.*

Verſ. 35.

Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, & Euangelium ſaluam faciet eam.

Qui. *Vat. Quiſquis. Caiet. Quicunque.*
Saluum f. *Theoph. Seruare.*
Perdet. *Arab. Ipſe perdet.*
Qui. *Euth. Quicunque. Vat. Quiſquis.*
Propter me. *Theoph. Causâ meâ. Ar. M. Causâ mei.*
Euangelium. *Ar. M. Euangelij.*
Saluum f. *Euth. Hic ſeruabit. Fr. Luc. Saluabit.*

Verſ. 36.

Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum, & detrimentum animæ ſuæ faciat?

Proderit. *Syr. Vtilitatis percipiet. Vat. Profuerit.*
Homini. *Syr. Homo.*
Lucretur. *Euth. Lucrifaciat. Theoph. Lucratus fuerit.*
Mundum t. *Syr. Vniuerſum orbem.*
Detrimentum f. *Syr. Detrimentum faciat. Arab. Perdiderit. Theoph. Iacturam fecerit. Ar. M. Multetur.*
Animæ ſuæ. *Arab. Et. Ar. M. Animam ſuam.*

Verſ. 37.

Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua?

Quid dabit. *Syr. Quam dabit. Theoph. Quid daturus eſt.*
Commutationis pro. a. ſ. *Syr. Compenſationem animæ ſuæ. Theoph. Quo repenſet animam ſuam.*

Verſ. 38.

Qui enim me confuſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera, & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria patris ſui cum Angelis Sanctis.

Qui. *Pagn. Quemcunque. Fr. Luc. Quicunque.*
Me confuſus fuerit. *Arab. Confuſus fuerit confiteri me. Goth. Confeſſus fuerit me. Pagn. Puduerit mei. Ar. M. Erubuerit me.*
Verba m. *Fr. Luc. Sermones meos.*
Adulterâ, & p. *Syr. Sceleratâ, & adulterâ.*
Filius. *Euth. Filium quoque.*
Confundetur e. *Arab. Opprobrio dabit eum. Goth. Confitebitur eum. Euth. Huius pudebit. Caiet. Erubeſcet eum.*
Cùm. *Theoph Vbi.*
Gloria. *Syr. Gloriam.*
Angelis ſ. *Syr. Angelis ſuis ſacroſanctis.*

Verſ. 39.

Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

Et. *Syr. Porrò.*
De hîc ſ. *Syr. Adſtantes. Vat. Inter eos, qui hîc ſtant.*
Videant. *Theoph. Viderint.*
Regnum Dei. *S. Epiph. Filium hominis.*
Veniens. *S. Epiph. Venientem Fr. Luc. Veniſſe.*
In virtute. *Syr. Cum virtute. Ar. M. In efficaciâ. Pagn. Cum potentiâ.*

CAPVT VIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

De ferculis ne eſſemus ſoliciti, vt docuerit Chriſtus. 1602
Chriſti præſentia & verba ab omni terrenarum rerum ſolicitudine auocabat. 1603
Spes in Chriſtum iactanda. 1603
Quò quis maior, eò diligentius minima quæque cuſtodiat. 1605
Frugalitas commendata. 1605
Nudus panis quàm ſuauis, quem Chriſti præſentia condit. 1605
Vbi malum eſt incorrigibile, inde eſt recedendum 1607
Sui ferè obliuiſcitur, qui Chriſtum ſequitur. 1608
Carnis delicias quærere, ab Apoſtolico ſpiritu ſit alienum. 1608
Multorum doctorum inſtar, vnius principis vita. 1609
Deliciis deditus in quàm ingentia mala ruat. 1609
Politica agendi ratio quàm noxia. 1610

Miſereor ſuper turbam; quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent.

1602. RARO circa alimenta faciebat Dominus miracula: nec modò turbas, quæ eum ſequebantur, multiplicatis Diuinitùs panibus ſatiaſſet; niſi vrgens ac imminens fuiſſet periculum & neceſſitas ſed, cur, qui adeò frequens in aliis miraculis erat, tam rarus ad edenda ſigna in eſculentis fuit? An, vt oſtenderet, ne nimis de cibis eſſemus ſoliciti? An, ne aliquis eum ob cibos ſequi videretur? Ex vero non ſequitur Chriſtum, qui ſequitur ob cibum.

1603. *Ecce iam triduo ſuſtinent me.* Græcè pro, *ſuſtinent*, eſt, προσμένουσι. Quod idem interpres vertit Matth. 15. v. 52. *Perſeuerant mecum.* Nimirum, cum Chriſto non perſeuerat, qui Chriſtum non ſuſtinet.

Meruerunt hæ turbæ, vt præcipuam earum curam Chriſtus haberet, quia ipſæ nullam habuere ſui. Non lego, aliquem cibi indigentiâ in expoſtulationem erupiſſe, & (quod magis mirum) nec poſtulationem. Fame laborabant, & nullus cibos poſtulat: nuda Chriſti præſentia, mellei Chriſti ſermones omni cibo ſuauiores ſunt, omnibus epulis iucundiores.

Vnde illos quis poterit hîc ſaturare panibus in ſolitudine?

NOn iis, qui otioſam in ciuitatibus vitam agunt non iis, qui in dignitatibus reſidebant: ſed iis, qui in ſolitudine eum ſequebantur Diuinitùs Chriſtus alimenta parat. In ſolitudine homines erant non erat in hominibus rerum terrenarum ſolicitudo. Bona ſolitudo, quæ ſine ſolicitudine eſt. Qui ſpem in Chriſtum iactauerant, iactari rerum indigentiâ vix potuere.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis?

1604. NOn eos arguit, non ſeuerè increpat, quòd exiguam in ſuis verbis fidem præſetulerint diſcipuli, quaſi dubitauerint, quòd Chriſtus tantam hominum multitudinem ſatiare non poſſet. Blandè interrogat, & paulatim ad miraculi futuram editionem allicit, eam interrogationem præmittens, quam, cùm ſimile miraculum edidit præmiſit. Doctores & ſuperiores inſtruens, ne ignorantibus, & non intelligentibus ſtatim grauiter iraſcantur; ſed eorum ignorantiæ compatiantur.

Quot panes habetis. Non interrogauit, quia neſciret; ſed, vt, dum illi reſpondent: *Septem.* quò pauciores eſſent, eò magis miraculum innoteſceret.

Et ſuſtulerunt, quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas.

1605. TVrbæ comederunt, & ſaturatæ ſunt: non ſuſtulerunt tamen ipſæ reliquias fragmentorum: ſuſtulerunt Apoſtoli, ſicut etiam in ſimili miraculo ſuperiùs præſtiterunt. Cur id agunt diſcipuli? An, vt diſceremus, iis, quæ nobis exhibentur, eſſe contentos, nec vltrà quærendum? An, quia, quò quis maior, eò diligentiùs minima quæque cuſtodire debet.

Panes multiplicat: non carnes è cælo exhibet, vt olim Iudæis, qui *petierunt, & venit coturnix*, vt ait regius Pſaltes. Cur hîc quoque coturnices de cælo non cadunt? Poterat iſtuc miraculum Chriſtus præſtare, ſed noluit; vt vel hinc probaret, frugaliores antiquîs Iudæis debere Euangelij cultores eſſe, & à deliciis magis abhorrentes.

Quid quærerent coturnices, qui Chriſtum ſequebantur? Nudus panis eſculis eſt omnibus ſuauior, quem Chriſti præſentia condit: exuit vilitatem omnem cibus, quem Chriſtus nobilitat, dum parat, & paratum offert.

Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo; quærentes ab eo ſignum de cælo, tentantes eum.

1606. EXierunt Phariſæi. Hoc eſt, venerunt ad eum. Eâ mente à locis ſuis egreſſi ſunt, vt ad Ieſum ſe conferrent. Egredi à locis ſuis potuerunt, noluerunt à ſe aut à perfidiâ ſuâ. Phariſæi, vbique phariſæi.

Cœperunt conquirere cum eo. Scilicet cœperunt conquirere cum eo, quia, eum ex corde nunquam cœperunt quærere. In Græco pro, *conquirere*, eſt, συζητεῖν. ideſt, *altercari, diſputare*, & falſa fingere argumenta, quibus eius auctoritatem apud plebem imminuerent, & miraculorum eius veritatem tollerent.

1607. *Quærentes ab illo ſignum de cælo, tentantes eum.* Signum de cælo quærunt, non cælo inhiantes, ſed hærentes terræ. Nollem in hôc fideles vinci à phariſæis, vt ſigna in terrâ quærant: quod rectè videntur præſtare, qui terrenorum amore tacti, terrena, extra naturæ ordinem, vellent augeri exhibita, & non exhibita exhiberi.

Et,

Et, dimittens eos, aſcendit iterum in nauim.

DImittit eos Chriſtus, qui, improbitatem à ſe dimittere, Chriſti exemplo monitiſque nolebant. *Dimittit Dominus Phariſæos*, inquit hîc Sanctus Thomas, *quaſi incorrectos: nam, vbi eſt ſpes correctionis, ibi morandum eſt: vbi verò malum incorrigibile eſt, inde recedendum.*

Et obliti ſunt, panes ſumere; & niſi vnum panem non habebant ſecum in naui.

1608. OBliuio iſta prodit, quàm modicam in rebus aliis carnis curam haberent Apoſtoli, quibus ipſa reficiendi corporis neceſſitas, intentione comitatûs Domini, à mente abierat. Qui ardenter Chriſtum ſequitur, & Chriſto adhærere cupit, non tantùm rerum temporalium obliuiſcitur, ſed etiam ſui. Felix obliuio, quæ Domini memoriam fouet.

In multis diſcipulos à Chriſto legimus reprehenſos; vix inuenias Chriſti reprehenſione coërcitos, quòd deliciis inhiarent, & corporis commodis nimium indulgerent. Nimirum, nihil Apoſtolico ſpiritu tam abeſſe debet, quàm curem curare, ventri indulgere, & carnis delicias quærere.

Et præcipiebat eis dicens: Videte, & cauete à fermento phariſæorum.

1609. ALiter hoc idem extulit Sanctus Matthæus cap. 16. v. 11. *Cauete à fermento phariſæorum & ſadducæorum.* Sanctus Marcus pro ſadducæis Herodem poſuit. Quid Herodes cum ſadducæis? An Herodis Marcus meminit quia ſadducæorum vita maximè in Herode relucebat? quodque in ſadducæis erat ſparſum in vno Herode cumulatum reperiebatur? Nimirum, vnus princeps pro ſectâ integrâ ponitur: vt colligeremus, vnius regis mores, multorum motibus præponderare; ac multorum doctorum inſtar, vnius principis vitam eſſe.

Sed cur ſadducæorum vitam agebat Herodes? An, quia illorum doctrina maximè ſuis motibus congruebat? Non grauatè ſadducæorum fautorem ſe Herodes præbuit; nam, cùm in deliciis viueret, cùm voluptatibus eſſet immerſus, ſadducæorum cenſio & error, quo, poſt mortalem hanc vitam, nullam aliam remanere putabant, ſuo viuendi generi optimè congruebat. Nimirum, nimiis deliciis deditus, facilè nullam aliam vitam eſſe, ſibi perſuaderi ſinit.

1610. Reponat hîc aliquis: At Herodes ſupra cap. 6. v. 16. de Ioannis reſurrectione philoſophabatur: non ergo animæ mortalitatem probabat. Reſpondere poſſumus: non à fide, ſed à metu illam confeſſionem extortam fuiſſe; &, vt extimè verbis reſurrectionem aſtruxerit, mente & motibus ſadducæorum errori fauebat; & religionis res tantum curabat, quantùm ad regni, & politicæ vitæ adminiſtrationem facere nouerat: quod vtinam ab omnium principum mentibus eſſet alienum.

SECTIO II.

Oculorum cuſtodia commendata. 1611
Noſtrorum operum perfectio vnde collecta. 1611
Moribus & exemplis vera doctrinæ lumen, auditorum mentibus immittendum, non verbis tantùm. 1612
Otij & deſidiæ fuga probatur. 1613
Curioſè aliena non ſcrutanda. 1613
Dei beneficia ſeriò cogitanda. 1614
Mali ſi fieri poſſet, nec videndi. 1614
Oculi, hoſtis munus exercent, ni cuſtodiantur. 1615
Adulationis vitium fugiendum. 1616
Tota vita, crux quædam videtur. 1614
Imitatores Chriſti, virtutis amore, non præmij, boni ſunt. 1617

Et aſpiciens ait: video homines, velut arbores; ambulantes.

VIderat cæcus iſte aliquando qui nouerat, quæ 1611.
eſſet inter homines & arbores ſimilitudo. Huic non ſtatim forſan perfectus viſus eſt à Domino reſtitutus ob imperfectam eius fidem, imperfectam diſpoſitionem: fors magis diſpoſitus fuiſſet, ſi nunquam oculis vſus eſſet. Homo iſte non adeò imperfectus fuiſſet, ſi viſum nunquam habuiſſet: alias, cùm cæcis lumen Chriſtus redderet, ſtatim, perfectéque præſtitit. Explicari non poteſt, quanta inuehant damna oculi non cuſtoditi.

Video homines velut arbores; ambulantes. Imperfectè ſe videre prodit iſte, qui cæcus fuerat: ſed tandem perfectum viſum recepit. Quærat hîc aliquis: Cur imperfectam hanc curationem non reliquit? Non facilè reperias, alicui Chriſtum ſanitatem contuliſſe, quin integram perfectamque contulerit; vt illius exemplo ad operum noſtrorum perfectionem integritatemque alliceremur.

Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius; & cæpit videre.

DOcemur hîc, non vnam doctoris & prædi- 1612.
catoris inſtitutionem ad tollendam ignorantiæ cæcitatem ſufficere: alias & alias adhibendas, vt tandem claram myſteriorum cognitionem idiotæ aſſequantur.

Manibus oculorum cæcitatem ſanat. Poterat verbo, ſed manibus vtitur? vt vel ita diſceremus non ſolùm verbo, ſed moribus & exemplis veræ doctrinæ lumen auditorum mentibus immittendum. Non ſpiritu duntaxat, ſed etiam manuum impoſitione cæcum Chriſtus ſanat; vt doctrinæ lumen non ſolùm ab ore, & verbis, ſed etiam ab operibus eſſe colligeremus.

Paulatim viſum cæco iſti Chriſtus reſtituit, qui ſolitus erat temporis momento ægros ſanare. Non caſu iſtuc factum, ſed Diuino conſilio: ne ſcilicet putaretur, ſe vno tantùm modo poſſe ſanare, ſicque proderet, non fuiſſe neceſſitatis, quòd operabatur; ſed liberæ diſpenſationis.

Et miſit illum in domum ſuam, dicens: Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.

CVr cæcum in domum ſuam mittit? An ne 1613.
miraculi affectationem affectare videretur? Famiriare hoc Chriſto, vt & familiaris humilitas. Præterea iuſſit, vt domum abiret, quò quietus ibi operi ſe traderet, ac labore manuum victum ſibi quæreret; nec ampliùs vagus ſtipem mendicaret, vt ſolent cæci. Inſtruimur, operi laborique vacandum pauperi, vbi ſanitatem indeptus fuerit;

nec, otio ac deſidiæ deditum: ſtipem mendicare debere, qui manuum labore victum quærere ſibi poteſt.

In domom ſuam cæcum Chriſtus miſit, poſtquam viſum receperat; vt diſceret, ſua ſpectare; non in alieoa, ſuis neglectis, oculos figere, & curioſè ſcrutari: quod multi faciunt. Cùm cæcus eſſet, permiſſus eſt vagus ire, quia nec ſua nec aliena videre poterat: ſed, vbi oculorum vſum recepit, in propriam domum ire iubetur, ne in alios, & in aliena oculos coniiceret, ſe, & ſua contemnens.

1614. Hominem, cui viſum reſtituerat, ad domum ſuam mittit: cur ad amœna non miſit loca, vt beneficij accepti magnitudinem ex obiectarum rerum viſione, viſioniſque iucunditate colligeret? An, quia tarò homines, camporum, montiumque amœnitate in Deum rapiuntur? ſæpe per illa mente vagantur, quæ ſpectant. Satiùs fuit ad domum ſuam illum ire, vt mentis oculis meliùs ſpectaret beneficium, quod in corporis oculis acceperat.

In domum ſuam mittitur. Benè ille videt, qui alios nec videre quærit, nec videri ab aliis. Qui oculorum viſum recepit, maiori indiget cautione; minuſque videre debet, qui videre poteſt.

Nemini dixeris. Qui corporeos oculos reſtituerat, ſolicitus & de mentis oculis eſt. Monet Chriſtus, vt ab hominibus illis ſe ſanatus ſubduceret: *Quia*, vt inquit Sanctus Thomas, *infideles erant; ne fortè ab eis in animâ læderetur.* Impij, ſi fieri poſſet, nec videndi eſſent.

1615. Tutò inter homines verſari poſſe non videtur, qui oculis, quibus videat, non caret; quàm qui illis eſt deſtitutus: hinc hominem, cui viſum Chriſtus reddiderat, in domum ſuam mittit; probè ſciens; oculos hoſtis munus exercere, ſi probè non cuſtodiantur.

Probus nexus & luminis reſtituti & domus propriæ incolendæ: quo rectè monemur, oculos non eſſe datos aliorum rebus curioſè inueſtigandis; ſed videndis tantùm ſuis. Non eſt permiſſus donatus oculis ire alienis rebus acutè videndis, ne totus foras iret, menſque ab accepti beneficij memoria: curioſâ variarum rerum inſpectione, auocaretur.

Tunc dicit illis: Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus ait ei: Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo.

QVàm paucis expedit Marcus, quod pluribus Matthæus narrat. Laudauit Chriſtus Petrum, dixitque beatum: *Beatus es*, inquit, *Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi; ſed Pater meus qui in Cælis eſt.* Matth. 16. v. 17. Hæc & alia, quæ ad Petri laudem faciebant, omiſit Marcus compendio vſus: cur ita? Ne quid in Petri magiſtri ſui gratiam dicere videretur. Errant, qui nimij in ſuorum laudibus ſunt, vt adulationis incurrant notam. 1616.

Et palam verbum loquebatur.

QVod verbum? Græcè ponitur articulus, *τὸν λόγον, iſtud verbum, hunc ſermonem.* Quo ſcilicet ſuam paſſionem ac mortem prædixerat: ſed quomodo loquebatur? *Palàm.* Apertè, ſine inuolucris. Græcè eſt, *παῤῥησίᾳ*, quòd ſignificat, *liberè & intrepidè.* Nec enim triſti dolentique animo de futura paſſione ſuâ loquebatur; ſed conſtanti, nulloque timore correptus.

Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

NEganti ſemetipſum ſe Deus non negat. Se ſibi aſſerit, qui ſe ad Chriſti mentem denegat. 1617.
Tollat crucem ſuam. Pleríque tolluntur in crucem. Nobis crux tollenda eſt, vt totum ſpontaneum ſit, quod patimur.

Crucem ſuam: Cur vnius crucis ſit mentio non multarum? An, quia tota vita crux vna videtur, propter cruces perpetuo inter ſe vinculo nexas.

Deneget ſemetipſum, & ſequatur me. Nulla hîc præmij, nulla coronarum merces. Nimirum *Imitatores Chriſti*, ait Sanctus Ambroſius, *non, propter ſpem, boni ſunt; ſed amore virtutis.* Chriſtum amanti Crux ipſa, & ſui ipſius abnegatio ſingularis beneficij loco eſt.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT IX. MARCI.

Verſ. 1.

ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis.

Aſſumit. *Syr. Accepit.*
Ducit. *Arab. Et fecit aſcendere. Euth. Subduxit.*
Seorſum. *Syr. Solos.*
Transfiguratus. *Arab. Apparuit, glorioſus. Caiet. Transformatus.*
Coram ipſis. *Syr. Ante oculos eorum.*

Verſ. 2.

Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis velut nix, qualia

Veſtimenta. *Syr. Veſtimentum.*
Facta ſunt ſ. *Syr. Coruſcabat. Arab. Splendebant. Orig. Splendida fiunt. Theoph. Facta ſunt ſplendida. Ar. M. Facta ſunt coruſcantia.*
Caodida. *Syr. Et factum eſt candidum. Fr. Luc. Alba.*
Nimis. *Syr. Benè. Euth. Admodum. Vat. Valdè.*
Velut nix. *Arab.* omittit. *Euth. Quaſi nix.*

fullo

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

fullo non poteſt ſuper terram candida facere.

Qualia. *Syr. Quale. Arab. Quæ Theoph. Quam.*
Fullo non p. *Syr. Homines non poſſunt.*
Super terram. *Euth. In terrâ.*
Candida f. *Syr. Dealbare. Arab. Albifacere ſimiliter. Euth. Alba reddere.*

Verſ. 3.

Et apparuit illis Elias cum Moyſe: & erant loquentes cum Ieſu.

Apparuit. *Syr. Apparuerunt. Theoph. Conſpectus eſt. Caiet. Viſus eſt.*
Elias cum Moyſe. *Syr. Moyſes, & Elias.*
Et erant l. *Syr. Dum loquerentur. Ar.M. Et erant colloquentes. Vat. Colloquebantur.*
Cum Ieſu. *Ar.M. Ieſu.*

Verſ. 4.

Et reſpondens Petrus ait Ieſu: Rabbi, bonum eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacula. Tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

Reſpondens Petrus a. I. *Syr. Dixit ei Petrus.*
Rabbi. *Euth. Magiſter.*
Bonum. *Ar.M. Pulchrum.*
Nos. *Arab. Nobis.*
Eſſe. *Arab. Vt ſtemus.*
Faciamus. *Syr. Faciemus.*
Tabernacula. *Ar.M. Vmbracula.*

Verſ. 5.

Non enim ſciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.

Non enim ſ. *Syr. Neſciebat autem. Arab. Et neſciebat. Theoph. Non enim nouerat.*
Diceret. *Arab. Reſpondiſſet. Euth. Dicturus eſſet. Vat. Loqueretur.*
Timore e. *Syr. In timore. Arab. Exterriti. S.Chryſ. Timore exterritus. Pagn. Expauefacti.*

Verſ. 6.

Et facta eſt nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus chariſſimus: audite illum.

Facta eſt o. *Syr. Extitit, obumbrauitque. Arab. Obumbrauerat.*
Venit. *Syr. Edita eſt. Arab. Facta eſt.*
Chariſſimus. *Pagn. Dilectiſſimus. Caiet. Dilectus.*
Illum. *Euth. Ipſum.*

Verſ. 7.

Et ſtatim circumſpicientes, neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantùm ſecum.

Statim. *Syr. E veſtigio. Fr.Luc. Repentè.*
Circumſpicientes. *Syr. Cùm circumſpexiſſent diſcipuli. Arab. Reſpexerunt.*
Niſi Ieſum t. ſ. *Theoph. Sed ſolum Ieſum eſſe ſecum.*

Verſ. 8.

Et deſcendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidiſſent, narrarent: niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit.

Deſcendentibus illis. *Arab. Dum eſſent deſcendentes.*
Præcepit. *Syr. Præcipiebat. Ar.M. Cauit.*
Narrarent. *Vat. Dicerent.*
Quæ v. *Arab. Quicquam de eo, quod viderant.*
Niſi cùm. *Euth. Niſi poſtquam. Theoph. Donec.*
A mortuis. *Arab. De medio mortuorum. Ar.M. Ex mortuis.*
Reſurrexerit. *Syr. Surrexiſſet. Theoph. Reſurrexiſſet.*

Verſ. 9.

Et verbum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet: Cum à mortuis reſurrexerit.

Et verbum. *Syr. Illum itaque ſermonem.*
Continuerunt. *Theoph. Detinuerunt. Pagn. Tenuerunt.*
Apud ſe. *Arab. In ſe. Euth. Apud ſeſe. Vat. Inter ſe.*
Conquirentes. *Syr. Et quærebant. Arab. Dicentes. Theoph. Inter ſeſe diſputantes. Fr. Luc. Inter ſe mutuò quærentes.*
Eſſet. *Syr. Eſſet hic ſermo. Arab. Eſt. Theoph. Eſſet hoc quod dixerat.*
Cum a. m. r. *Syr. Quum ſurrexiſſet è domo mortuorum. Arab. Hæc reſurrectio de medio mortuorum. Fr.Luc. Illud reſurgere.*

Verſ. 10.

Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt Phariſæi & ſcribæ, quia Eliam oportet venire primùm?

Quid ergo. *Arab. Quare. Euth. Quid eſt, quod.*
Phariſæi & ſ. *Theoph. Scribæ.*
Eliam oportet v. p. *Arab. Elias veniet priùs.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 11. Qui reſpondens, ait illis: Elias, cùm venerit primò reſtituet omnia: & quomodo ſcriptum eſt in Filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur.	Cum venerit p. *Syr. Venturus eſt prius. Arab. Iam venit prius. Theoph. Vbi aduenit prius. Ar.M. Quidem veniens primum.* Reſtituet. *Syr. Vt reparet. Arab. Et adaquabit.* Quomodo. *Syr. Sicut. Arab. Quid eſt.* Scriptum. *Arab. Quod ſcriptum.* Io Filium. *Caiet. De filio.* Vt multa p. *Arab. Quia ipſe doloribus afficeretur multis.* Cootemnatur. *Syr. Reprobetur. Arab. Contemnetur. Fr.Luc. Nihil fiat.*
Verſ. 12. Sed dico vobis qnia & Elias venit (& fecerunt illi quæcunque voluerunt) ſicut ſcriptum eſt de eo.	Venit. *Arab. Iam venit.* Fecerunt illi q. *Syr. Egerunt in illum quicquid.* Eſt. *Vat. Erat.*
Verſ. 13. Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis.	Magnam. *Arab.Plurimam. Euth.* omittit. *Theoph. Multam.* Circa eos. *Syr. Cum illis.* Conquirentes cum i. *Syr. Diſceptantes cum illis. Arab. Qui conquirebant cum illis. Ar. M. Conquirentes illis. Vat. Diſputantes cum eis.*
Verſ. 14. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt, & accurrentes ſalutabant eum.	Confeſtim. *Syr. Eo momento. Arab.* omittit. *Theoph. Protinus.* Omnis p. *Arab. Turba. Vat. Vniuerſa turba. Fr. Luc. Omnis turba illa.* Videns. *Syr. Reſpexit eum. Vat. Quum vidiſſet eum. Fr.Luc. Vt vidit Ieſum.* Stupefactus eſt, & c. *Syr. Et obſtupuit. Arab. Timuerunt.* Accurrentes. *Arab. Concurrerunt ad eum. Vat. Occurrentes.* Salutabant eum. *Syr. Poſtularunt pacem eius. Arab. Vt ſalutareat eum. Euth. Salutauerunt.*
Verſ. 15. Et interrogauit eos. Qnid inter vos conquiritis?	Interrogauit eos. *Syr. Interrogabat ſcribas.* Quid inter v. c. *Arab. Quid quæritis ab eis. Theoph. Quid diſceptatis cum illis. Ar.M. Quid conquiritis apud vos ipſos. Caiet. Quid coaquiritis aduerſus illos.*
Verſ. 16. Et reſpondens vnus de turba, dixit: Magiſter, attuli filium menm ad te habentem ſpiritum mutum.	De turbâ. *Syr. Ex turbâ.* Magiſter. *Syr. Doctor. Theoph. Preceptor.* Attuli. *Vat. Adduxi.* Habentem. *Syr. In quo eſt. Arab. Et in eo eſt.* Spiritum mutum. *Syr. Spiritus non loquens. Arab. Spiritus mutus. Ar.M. Spiritum ſine locutione.*
Verſ. 17. Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illum, & non potuerunt.	Vbicunque. *Theoph. Quandocunque.* Apprehenderit. *Syr. Conculcauerit. Pagn. Corripuerit.* Allidit. i. *Syr. Conterit eum. Pagn. Lacerat illam. Fr.Luc. Conuellit membra.* Spumat. *Syr. Diſcerpit. Arab. Spumare facit eum. Euth. Ille ſpumat.* Stridet dentibus. *Syr. Frendit dentibus ſuis Arab. Stridere facit dentes eius. Ar. M. Stridet dentes ſuos.* Areſcit. *Syr. Exareſcit. Arab. Derelinquit eum aridum.* Potuerunt. *Fr.Luc. Valuerunt.*
Verſ. 18. Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quam-	O generatio. *Syr. O vos generatio. Theoph. O natio.* Quamdiu. *Syr. Quouſque tandem.* Apud vos. *Arab. Vobiſcum.* Quandiu. *Syr. Quouſque tandem. Arab. Et vſque quando.*

diu

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

diu vos patiar? afferte illum ad me.

Patiar. *Syr. Suſtinebo. Ar. M. Tolerabo.*
Afferte. *Euth. Affer. Ar. M. Ferte. Vat. Adducite.*

Verſ. 19.

Et attulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum: Et eliſus in terram, volutabatur ſpumans.

Et attulerunt e. *Syr. Adduxerunt itaque ad eum. Ar. M. Et attulerunt eum ad ipſum.*
Et cùm v. e. *Theoph. At viſo illo. Ar. M. Et videns eum.*
Statim. *Syr. Eo momento. Vat. Continuò.*
Spiritus. *Fr. Luc. Spiritus ille malus.*
Conturbauit. *Syr. Contriuit. Arab. Alliſit. Caiet. Diſcerpſit. Fr. Luc. Conuulſit.*
Eum. *Fr. Luc. Corpus eius totum.*
Et eliſus. *Syr. Cecidítque. Euth. Et prolapſus. Ar. M. Et cadens. Et lapſus. Fr. Luc. Et cùm cecidiſſet puer.*
In terram. *Theoph. In terrâ.*
Volutabatur. *Arab. Percutiens. Vat. Voluebatur.*
Spumans *Syr. Atque diſcerpebat.*

Verſ. 20.

Et interrogauit patrem eius: quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia.

Ex quo ei. h. a. *Syr. Iam ex quo ita eſt. Ar. M. Vt hoc factum eſt ei.*
Ab infantiâ. *Syr. A pueritiâ ſuâ. Theoph. A puero. Fr. Luc. Ab infante.*

Verſ. 21.

Et frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, vt eum perderet; ſed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.

Frequenter. *Syr. Pluries. Arab. Multoties. Euth. Sæpiùs.*
Aquas. *Euth. Aquam.*
Miſit. *Euth. Deiecit. Ar. M. Iecit. Pagn. Abiecit. Fr. Luc. Proiecit.*
Sed. *Vat. Agè.*
Adiuua nos. *Syr. Adiuua me. Ar. M. Succurre nobis. Pagn. Subuem nobis.*
Miſertus n. *Syr. Et miſerere mei. Arab. Et miſerere ſuper nos. Ar. M. Viſceribus commotus ſuper nos.*

Verſ. 22.

Ieſus autem ait illi: ſi potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.

Si potes credere: *Syr. Si tu potes credere. Arab. Quod eſt verbum tuum, ſi potes ſuper eum. Vat. Si potes credere illud.*
Poſſibilia ſunt. *Syr. Poſſunt fieri.*

Verſ. 23.

Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.

Exclamans. *Syr. Clamans. Arab. Exclamauit.*
Cum lacrymis. *Syr. Flens.*
Credo, Domine. *Arab. Ego credo.*
Adiuua incredulitatem m. *Syr. Succurre defectui fidei meæ. Arab. Adiuua debilitatem fidei meæ. Euth. Auxiliare incredulitati meæ. Vat. Succurre incredulitati meæ.*

Verſ. 24.

Et cùm videret Ieſus concurrentem turbam comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi: Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.

Concurrentem t. *Syr. Accurrentem populum, & congregatum ad ſe. Arab. Multitudinem turbæ.*
Comminatus eſt ſ. i. *Syr. Obiurgauit ſpiritum immundum. Euth. Imperauit ſpiritui immundo. Caiet. Increpauit ſpiritum immundum.*
Surde & mute. *Syr. Surde, & non loquens. Ar. M. Sine locutione, & ſurde.*
Spiritus. *Arab. O ſpiritus. Fr. Luc. In ſpiritu.*
Præcipio. *Ar. M. Impero.*
Exi. *Arab. Vt exeas.*
Amplius i. *Arab. Intres. Theoph. Poſthac ingrediaris.*

Verſ. 25.

Et exclamans, & multum diſcerpens eum, exiit ab eo, & factus eſt ſicut mor-

Exclamans. *Syr. Clamauit dæmonium illud multùm. Euth. Cum clamaſſet ſpiritus.*
Et multùm d. *Syr. Atque contudit.*
Factus eſt. *Vat. Euaſit.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

tuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus eſt.

Sicut mortuus. *Syr. Inſtar mortui. Euth. Quaſi mortuus. Theoph. Tanquam mortuus. Vat. Similis mortuo.*

Verſ. 26.

Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & ſurrexit.

Tenens m. *Syr. Prehendit manum. Theoph. Correptâ manu. Fr. Luc. Apprehensâ manu.*
Eleuauit. *Euth. Erexit. Ar. M. Excitauit.*
Et ſurrexit. *Syr.* omittit. *Arab. Et ſtetit, & introiuit in domum ſuam.*

Verſ. 27.

Et cum introiiſſet in domum, diſcipuli eius ſecretò interrogabant eum: Quare nos non potuimus eiicere eum.

Et cum i. î. d. *Syr. Quum autem Ieſus ingreſſus eſſet domum. Ar. M. Et introeuntem eum in domum.*
Secretò. *Vat. Seorſum. Fr. Luc. Priuatim.*
Potuimus. *Vat. Quiuimus.*

Verſ. 28.

Et dixit illis: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio.

Genus. *Euth. Genus dæmoniorum.*
In nullo. *Syr. Nullo modo. Arab. Non in aliquo. Euth. Per nihil. Theoph. Nullâ re.*
Exire. *Arab. Eiici.*
In oratione, & i. *Syr. Ieiunio, & oratione. Vat. Per precationem, & ieiunium.*

Verſ. 29.

Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam ſcire.

Profecti. *Theoph. Digreſſi. Ar. M. Exeuntesq. Fr. Luc. Egreſſi.*
Prætergrediebantur. *Vat. Iter fecerunt. Mald. Tranſibant.*
Galilæam. *Mald. Per Galilaam.*
Scire. *Syr. Scire id.*

Verſ. 30.

Docebat autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget.

Docebat autem. *Syr. Docebat enim. Arab. Et docuit.*
Tradetur. *Syr. Tradendus eſt. Theoph. Traditur.*
In manus. *Arab. In membris.*
Occident. *Syr. Interiment.*
Et occiſus. *Syr. Quúmque interemptus fuerit. Arab. Et. Euth. Ac mortuus.*
Tertiâ. *Arab. In tertiâ. Vat. Tertio.*

Verſ. 31.

At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

Ignorabant. *Syr. Neſciebant. Vat. Non intelligebant.*
Verbum. *Syr. Hunc ſermonem. Theoph. Hoc verbum.*
Timebant. *Syr. Timuerunt.*

Verſ. 32.

Et venerunt Capharnaum. Qui cùm domi eſſent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?

Venerunt. *Euth. Venit.*
Qui cùm d. e. *Syr. Quumque domum ingreſſi fuiſſent. Ar. M. Et in domo factus. Vat. Et cùm veniſſet in ædes.*
In viâ. *Euth. Per viam. Theoph. In viâ.*
Tractabatis. *Arab. Cogitabatis. Ar. M. Ad vos ipſos ratiocinabamini. Caiet. Diſputabatis. Fr. Luc. Diſceptabatis.*

Verſ. 33.

At illi tacebant. Siquidem in via inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet.

Tacebant. *Arab. Tacuerunt. Vat. Silebant.*
In viâ. *Euth. Per viam. Theoph. Inter viam.*
Inter ſe. *Syr. Vnus cum alio. Arab.* omittit. *Ar. M. Ad inuicem.*
Diſputauerant. *Syr. Contenderant. Arab. Dicebant. Ar. M. Ratiocinati ſunt.*
Quis eorum m. e. *Syr. Quis eſſet maximus eorum. Arab. Quis eſſet maior inter eos. Fr. Luc. Quis maior.*

Verſ. 34.

Et reſidens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit omnium

Reſidens. *Euth. Quum ſediſſet. Vat. Quum conſediſſet.*
Vocauit. *Theoph. Accerſiuit.*
Si quis v. *Arab. Qui voluerit. Orig. Qui vult in* nouiſſimus,

Digitized by Google

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
nouiſſimus,& omnium miniſter.	*vobis. Euth. Si quis cupit.* Erit. *Euth. Sit.* Nouiſſimus. *Arab. Vltimus. Vat. Poſtremus.* Miniſter. *Euth. Seruus.*
Verſ.35. Et accipiens puerum, ſtatuit eum in medio eorum: quem cùm complexus eſſet,ait illis?	Accipiens. *Euth. Sumpto. Theoph. Arreptum. Vat. Apprehenſum. Fr.Luc. Cùm accepiſſet.* Puerum. *Syr. Puerulum quendam. Arab. Paruulum. Euth. Puerulo.* Statuit. *Arab. Conſtituit.* Eorum. *Orig. Diſcipulorum.* Quem cum c. e. *Syr. Et cùm recepiſſet eum ſuper brachia ſua. Arab. Et tenuit eum. Euth. Et amplexatus illum. Theoph. Et cepiſſet illum in vlnas ſuas. Caiet. Quem cum poſuiſſet in vlnis.*
Verſ.36. Quiſquis voum ex huiuſmodi pueris receperit in nomioe meo, me recipit: & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum,qui miſit me.	Quiſquis. *Orig. Si quis.* Vnum ex h. p. *Syr. Quaſi hunc puerulum. Arab. Similem huic paruulo. Ar. M. Vnum huiuſmodi puerulorum. Vat. Vnum ex talibus puerulis. Orig. Vnum puerum talem.* Receperit. *Syr. Exceperit. Euth. Suſcipit.* Non me. *Arab. Non me tantùm.* Sed eum, q. m. *Arab. Sed & qui miſit. Ar. M. Sed legantem.*
Verſ.37. Reſpondit illi Ioanoes, dicens: Magiſter, vidimus quoedam in nomine tuo eiicientem dæmooia, qui noo ſequitur nos, & prohibuimus eum.	Magiſter. *Syr. Magiſter mi. Vat. Præceptor.* Quendam. *Syr. Hominem.* In nomine t. *Euth. Per nomen tuum. Vat. Nomine tuo.* Eiicientem. *Arab. Qui eiicit.* Qui non ſ. n. &. p. e. *Syr. Et prohibuimus eum, propter quod non adhæreat nobis. Arab. Et prohibuimus eum, quia ipſe non ſequebatur nos. Ar. M. Qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nos.*
Verſ.38. Ieſus autem ait: Nolite prohibere eum, oemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſſit citò malè loqui de me.	Nolite prohibere. *Euth. Ne prohibueritis. Fr. Luc. Ne prohibeatis.* Faciat. *Euth. Edat. Theoph. Si fecerit. Vat. Si ediderit.* Virtutem. *Syr. Virtutes. Arab. Efficaciam.* In nomine m. *Vat. Per nomen meum.* Citò. *Euth. Facilè.* Malè loqui. *Syr. Malè dicere. Arab. Malum loqui.* De me. *Arab. Contra me.*
Verſ.39. Qui enim non eſt aduerſùm vos, pro vobis eſt.	Qui enim non e. a. *Syr. Quicunque ergo non fuerit contra.* Vos p. v. *Vat. Nos, pro nobis.*
Verſ.40. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.	Potum d. *Syr. Propinauerit. Theoph. Dedit ad bibendum. Ar.M. Potauerit.* Vobis. *Ar.M. Vos.* Calicem. *Vat. Poculum.* Aquæ. *Goth. Aqua frigida.* In nomine m. *Syr. Eo nomine. Arab. Nomine. Vat. Nomine meo.* Quia Chriſti e. *Syr. Quòd ipſius Meſſiæ ſitis.* Non perdet. *Arab. Quia non perdetur. Theoph. Nequaquam perditurus eſt.* Mercedem ſ. *Arab. Merces eius.*
Verſ.41. Et quiſquis ſcaodalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt	Scandalizauerit. *Syr. Offendiculo fuerit. Vat. Offenderit. Caiet. Scandalizat.* Vnum. *Syr. Vni.* Ex his p. *Syr. Ex iſtis paruulis. Arab. Illorum paruulorum. Fr.Luc. Paruorum.*

ei

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ei magis ſi circumdaretur mola aſinaria collo eius,& in mare mitteretur.

Credentibus. *Theoph. Qui confidunt.*
Bonum eſt e. m. *Syr. Satius ei fuiſſet. Arab. Bonum eſt ei. Euth. Melius foret ei. Ar.M. Pulchrum eſt ei magis.*
Si circumdaretur. *Syr. Si impoſita fuiſſet. Arab. Si ſuſpendatur. Ar. M. Si circumponeretur. Al. Si circundaretur.*
Mola a. *Syr. Mola aſini. Euth. Lapis molaris. Caiet. Saxum molare.*
Collo. *Arab. In collo. Theoph. Circa ceruicem. Vat. Ceruici. Fr. Luc. Circa collum.*
Mitteretur. *Syr. Fuiſſet proiectus. Arab. Proiiceretur. Euth. Deiiceretur. Ar. M. Iactretur. Vat. Abiiceretur.*

Verſ. 42.

Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illam: bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem.

Scandalizauerit te. *Syr. Offendiculo tibi fuerit. Euth. Offenderit. Theoph. Tibi fuerit obſtaculo. Vat. Tibi offenſioni fuerit.*
Abſcinde. *Euth. Amputa.*
Bonum. *Syr. Satius. Arab. Melius enim. Ar. M. Pulchrum.*
Debilem. *Arab. Et tu aridus. Pagn. Mutilum. Caiet. Mancum.*
Introire in v. *Vat. Ingredi ad vitam.*
Duas manus h. *Arab. Eſſe tibi manus duas.*
Ire. *Arab. Et introeas. Fr. Luc. Abire.*
In ignem i. *Arab. In ignem, vbi non extinguitur ignis eius.*

Verſ. 43.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Eorum. *Arab. Eius.*
Moritur. *Ar. M. Finitur.*
Ignis. *Vat. Ignis eorum.*

Verſ. 44.

Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illum, bonum eſt tibi clandum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis.

Scandalizat. *Syr. Offendiculo tibi fuerit. Euth. Offenderit. Theoph. Fuerit tibi obſtaculo. Vat. Tibi offenſioni fuerit.*
Amputa. *Arab. Abſcinde.*
Bonum. *Ar. M. Pulchrum. Vat. Melius.*
Introire. *Syr. Ingredi.*
In vitam æ. *Arab. Vitam. Theoph. Ad vitam.*
Quàm. *Euth. Potiùs quàm.*
Habentem. *Syr. Quum habueris. Arab. Tibi eſſe.*
Mitti. *Syr. Cadas. Arab. Et proiici. Ar. M. Iaci.*
Ignis i. *Vat. In ignem inextinguibilem. Caiet. Ignem inextinguibilem.*

Verſ. 45.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Moritur. *Ar. M. Finitur.*
Ignis. *Syr. Ignis eorum.*

Verſ. 46.

Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, eiice eum: bonum eſt tibi luſcum introite in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Quod ſi. *Arab. Denique ſi.*
Scandalizat t. *Syr. Offendiculo tibi fuerit. Euth. Te offenderit. Theoph. Tibi obſtaculo eſt. Vat. Tibi offenſioni fuerit.*
Eiice. *Syr. Effodito. Theoph. Erue.*
Bonum eſt. *Syr. Satius fuerit. Arab. Melius enim eſt. Ar. M. Pulchrum eſt.*
Luſcum. *Arab. Cum vno oculo. Vat. Vt luſcus. Pagn. Vt vnoculus.*
Introire. *Tat. Introeas.*
In regnum. *Arab. Ad regnum.*
Quàm. *Theoph. Potiùs quàm.*
Habentem. *Syr. Quum habueris. Arab. Eſſe tibi.*
Mitti. *Syr. Cadas. Arab. Proiici. Ar. M. Iaci.*

Verſ. 47.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Moritur. *Ar. M. Finitur.*
Ignis. *Syr. Ignis eorum.*

Verſ. 48.

Vulgata Editio.

Verſ. 48.

Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur.

Verſ. 49.

Bonum eſt ſal: quòd ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.

Lectionum Varietas.

Omnis. *Syr. Quilibet. Arab. Omnia. Theoph. Omnis homo. Vat. Vnuſquiſque.*
Salietur. *Arab. Salientur.*
Omnis. *Syr. Omne. Vat. Vnaquaque.*
Victima. *Syr. Sacrificium. Euth. Hoſtia.*

Bonum. *Syr. Bonus. Theoph. Bona res. Ar. M. Pulchrum.*
Inſulſum. *Syr. Inſipidus. Arab. Abſque ſalſedine. Fr. Luc. Sine ſale.*
Fuerit. *Euth. Fiat.*
In quo i. c. *Syr. Quonam ſalietur. Arab. In quo condietur. Theoph. Per quid ipſum condietis.*
Habete. *Arab. Sit igitur.*
Vobis. *Vat. Vobis ipſis.*
Sal. *Theoph. Salem.*
Pacem habete i. v. *Syr. In pace eſtote vnus cum alio. Arab. Pacem habeat alter ex vobis cum altero. Ar. M. Pacem habete in inuicem. Vat. Pacem habete inter vos inuicem.*

CAPVT IX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Terrena contemnenda. 1618
Omnia deſeras, orationem fuſurus. 1618
Qui gloriam ſperas, crucem ne fugiat. 1619
Peccatorum ſalus quærenda. 1620
Omnium amat eſſe Chriſtus. 1621
Euehit eos Deus, qui ſe humiliter demittunt. 1622
Chriſtus ſolus ſufficit, ſuorum vota ſatiare. 1623
A fraudolentibus hominibus circumueniri, quàm ſit periculoſum. 1624
Ad Chriſtum acceſſuris, quàm infeſtus ſit dæmon. 1625
Parentum in filios indulgentia damnata. 1625
Quò quis maior, humilius de ſe ſentit. 1626

Et poſt ſex dies aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem; & ducit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis.

1618. ET *poſt ſex dies aſſumit Ieſus.* Nec dierum numerus myſterio viduus eſt. Poſt ſex dies ad videndam Chriſti gloriam aſſumuntur Apoſtoli: cur ooo antè? *Cum ſex diebus,* inquit Geometra, *perfecto numero totus abſolutus ſit Mundus; is, qui vniuerſas res Mundi tranſcendit, conſiderat autem illa duntaxat, quæ ſtabilia ſunt & æterna; hic poſt ſex dies quoque à Ieſu aſſumi ſignificatur: hac enim qui tranſcendit, videt Ieſum ante ſe transfiguratum, configuratum nemini;* ô felix, qui mentem ita in ſublimia eleuat, vt terrena non cogitet, terrena contemnat & peritura.

Ad orationem transferre hoc poſſumus; ait quippe Sanctus Lucas, aſcendiſſe Chriſtum in montem, vt oraret: id autem poſt ſex dies fit, vt omnia creata deſerat, qui orationem fuſurus eſt.

1619. Poſt mentionem crucis, gloriam reſurrectionis oſtendit: vt, qui gloriam ſperat, crucem non fugiat.

Poſt ſex dies. Poſt Regni promiſſionem, ſex dies diſtulit; vt ſe ad illud videndum omnes pararent. Sed, cur non plures dies huic præparationi ſtatuit? An, quia, qui gloriam cogitat, & eam ſperat ſe videre, tam perfectè & tanto ardore ſe parare debet, vt paucis diebus illud præſtet, quod alius ſine hac cogitatione & ſine hoc fine, multis diebus non præſtitiſſet.

Et transfiguratus eſt coram ipſis. Syrus, *Ante oculos eorum.* Vt altius gloriæ cogitatio eorum cordibus inſideret; nec facilè ab eorum memoriâ laberetur, quod coram ipſis teſtibus actum fuerat.

Et apparuit illis Elias cum Moſe: & erant loquentes cum Ieſu.

HI duo præcipuè cum Chriſto apparent in 1620.
gloriâ; quia vterque pro peccatoribus orabat, vt de Moſe ſcribitur Num. 16. de Eliâ 3. Reg. 18. Nimirum, in Chriſti Regno magnus erit, qui peccatorum ſalutem quærit, & feruenter pro illis precatur.

Moſes i.m obierat: nondum Elias morti ſuccubuerat. Vterque ergo apparent; vt vel hinc colligeretur, eum & vitæ & mortis habuiſſe poteſtatem.

Turbæ dicebant, Chriſtum, Eliam eſſe, aut vnum ex prophetis: iutè ideo cum Eliâ apparet, vt Dominus à ſeruis ſecerneretur.

Non enim ſciebat, quid diceret.

NOn enim ſciebat, quid diceret. Errabat, dum 1621.
Ieſu tabernaculum vnum tribuit, vnum Moyſi, vnum Eliæ: *quaſi non eos caperet.* ait Sanctus Paſchaſius, *vnum tabernaculum, nec in vno ſimul conſiſtere poſſent.* Priuatum tabernaculum malè Chriſto aſſignatur, qui omnia ſua nobis eſſe vult communia, qui omnium amat eſſe.

Erras Petre, & neſcis quid dicis, dum vno claudis tabernaculo Chriſtum, & te alioſque verâ beatitudine frui ſperas: ſinè Ieſu, Ieſuque viſione, plena gloria eſſe ooo poteſt.

Et

Et venit vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus chariſſimus: audite illum. Et ſtatim circunſpicientes neminem ampliùs viderunt, niſi Ieſum tantùm ſecum.

1622. H*Ic eſt filius meus chariſſimus.* Quem cum & Elia, tabernaculorum paritate, confuderat Petrus. Ab illis Pater his vocibus diſcriminat; vt diſceret Petrus; vnicum Patris Filium puris hominibus non pariare. *Quoniam* (verba ſunt Sancti Ambroſij) *vel tabernaculorum numerum deferendum tribus ſimpliciter æſtimauit, emendatur Dei Patris auctoritate dicentis: Hic eſt Filius meus dilectus, ideſt: Quid conſeruos cum Domino ſocias tuo?* quid æquali cum ſeruis honore Dominum Deumque proſequeris?

Emendat Petrum Pater, non emendat Chriſtus: poterat enim dicere: *Ego ſum filius Dei Patris dilectus.* Abſtinuit humilitatis doctor: ſed quò humiliùs pertulit, ſe cum ſeruis numerari, & æquali honore cum illis cumulari, à Patre ſic extollitur, & tanquam dilectus Filius declaratur. Nimirum, euehit Deus eos, qui ſe demittunt, & humilitatis amatores extollit in ſublime.

1623. *Neminem ampliùs viderunt, niſi Ieſum tantùm.* Ieſus ſolus ſufficit: explere ſolus intuentium vota poteſt, ſolus ſatiare. Loquebatur Pater: Moyſes & Elias abierunt, dum loqueretur. Solus illos poterat Ieſus beare, ſolus ad Patrem ducere. *Dum loquitur Pater, illi ſubtrahuntur duo, qui ſolus ad Patrem nobis præbet acceſſum:* inquit Sanctus Chyſoſtomus.

Duo apparuerunt cum Ieſu: Moſes & Elias; ſed remanſit ſolus Ieſus; vt ſignificaretur, legem ac prophetiam in Euangelium immigraſſe, *Attollentes oculos*, ait Geometra, *viderunt ſolum Ieſum. Exiſtimo enim Moyſem, ideſt legem; & Eliam, ideſt prophetiam cum Ieſu, hoc eſt Euangelio, quid vnum eſſe facta.*

Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis.

1624. SCribæ, tanquam docti, non auſi cum præceptore congredi: ſimplices & idiotas diſcipulos aggrediuntur, & tanquam rudes altercationibus vexare non verentur, quò vel ſpeciem victoriæ, apud imperitam plebem, obtineant; & ſtrepitu, clamore, ac tumultu conſequerentur, quod veritate non poſſent.

Statim adfuit Chriſtus? vt diſcipulos à ſcribarum fraudibus eximeret, & ab illorum altercationibus liberaret. Quàm periculoſum eſt, à doctis ſed fraudolentis hominibus, circunueniri? Cùm diſcipuli in mari periclitarentur, per totam noctem permiſit eos Chriſtus luctari cum fluctibus, & in remigando laborare; hic ſtatim adeſt, nec diù à ſcribis vexari ſinit. Nimirum, maius ab impiorum hominum perſuaſionibus & fallacibus verbis imminet nobis diſcrimen, quàm à maris fluctibus; vt non mirum, ſi hîc accurrere, opem laturus, Chriſtus non diſtulerit; quia ſcribæ diſcipulos altercationibus premebant: cùm verò maris tempeſtatibus affligtarentur, præſentiam ſuam & auxilium exhibere diſtulit? quia ſæuior, ac periculoſior quâcunque tempeſtate mali hominis ſermo.

Et, cùm vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum, & eliſus in terram volutabatur ſpumans.

CHriſto ſiſtitur, qui à dæmonio corripiebatur: runcque diabolus in eum ſæuire magis cœpit. Nimirum, quò propinquior ſalus eſt, quam à Chriſto quis expectat, eò magis dæmon furit, æſtuat, vireſque omnes exerit, vt reſiſtat. Sæpè, dum conuerti ad Deum poſt peccata cogitamus, maioribus antiqui hoſtis petimur inſidiis, vt à ſalute nos auocet, & odium virtutis inducat. 1625.

Si quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.

ITa pater pro filio Chriſtum orat: *Adiuua nos* filij ſcilicet malum, ſuum ducit. Verus pater filij ſui malum, vt ſuum ſentit; & torquetur in filio, in filio cruciatur. Præſtet id in malis culpæ adeò vt filij delictum, ſuum puter eſſe pater, cùm etiam ita plerunque ſit: parentum quippe conniuentiâ ac indulgentiâ peccant filij; & filiorum peccatum in patres ipſos quodammodo reſilit.

Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

CLamat, ſe credere, & incredulum ſe fatetur: ſi incredulitatem ſuam nouit, quomodo, ſe credere, dicit. Num ſine credulitate credere quis poteſt? Credebat, ſed imperfectè; adeò vt metueret, ne eius credulitas fidei nomen mereretur. Idcirco *incredulitatem* vocauit; cupiebat enim à Domino perfici fidem ſuam. Nimirum, quò maiùs quis ſupero illuſtratur lumine, eò humiliùs de ſe ſentit, & coniicit potiùs oculos in illud, quod ſibi deeſt, quàm in illud, quod iam habet. 1626.

SECTIO II.

Mortem ſuam quàm ſeriò Chriſtus cogitarit. 1627
Regni & principatus inſtabilitas. 5628
Principes à quiete ſæpè immunes. 1628
Ambitionis peſtis facilè mentem inuadit. 1629
Chriſti contactus quàm vtilis. 5630
Gehenna ignis quàm ſalutaris ſeriò cogitanti. 1631
Pœnarum Gehennæ æternitas vt collecta. 1632
In inferno omnia pœna augenda deſeruiunt. 1632
Inſulſa ſapientia, quam vnitas non condit. 1633
Correctio qualis. 1633
Prudentiæ ſal qui habet, facilè concordiam fouebit. 6134

Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi: exi ab eo, & ampliùs ne introeas in eum.

SAtanæ ingenium eſt, vt libenter eò reuertatur, vnde fuerat expulſus; ideo ei Chriſtus præcepit, ne ampliùs in puerum introiret. Timeat, qui liberatus à dæmone eſt, ne iterum per peccatum dæmonis mancipium fiat. 1627.

Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum

T*Radetur.* Græcè, παραδίδοται. *Traditur.* Præſenti tempore vtens ſignificat rem breui futuram: ad mortem quippè adeò Chriſtus feſtinabat, & tam altè eius menti inſidebat; vt videre eam

re eam quodammodo videretur; & ob oculos habere quod erat futurum.

In viâ inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet.

1628. IN viâ diſputant de principatu. Congruit diſputatio loco: vt vel motu proderetur, nihil firmum ſtabiléque in terrenis dignitatibus eſſe; ſed principatus motu ſemper ferri, vt nunquam quieſcant & conſiſtant. De principatu agitur in via, quia facilè labitur, citò finit.

Euntes diſcipuli agunt de principatu: ſedens Chriſtus, & domo quieſcens humilitatem docet; ſubdit enim: *Et reſidens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus.* Græcè pro, *reſidens*, eſt, *καθίσας*, *Cùm ſediſſet.* Humilitas in quiete docetur: de principatu in viâ & motu diſputatur: vt vel habitu diſceremus, quia principes ſemper laborant, nunquam quieſcunt: humiles verò à labore immunes, verâ quiete fruuntur.

Et reſidens vocauit duodecim, & ait illis: ſi quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus.

1629. OMnes diſcipulos Chriſtus aduocat, licèt fors non omnes peccarint: ab omnibus tamen audiri voluit admonitionem omnibus vtilem: quia ſcilicet facile erat ambitionis peſtem etiam aliis, qui ab illa immunes, aliquorum exemplo affricari. Ambitio, vbi aliquos infecerit, alios facilè corripit, alios inuadit.

Reſidens. Græcè *καθίσας.* *Cùm ſediſſet.* Sedit tanquam ſerium aliquid, magnique momenti ſuis traditurus. De re magnâ agitur, cùm aliqui ab ambitione ſunt auocandi. Sedens Chriſtus curat, ne ambitio diſcipulorum ſuorum mentibus inſideret.

Et accipiens puerum ſtatuit eum in medio eorum: quem cùm complexus eſſet, ait illis.

1630. NÆ felix iſte puer, quem ſuſcepit Ieſus, & vlnis ſuis, amplexus eſt. *Nihil dubium*, inquit, ille, *quin copioſam illi benedictionem inſpirarit.* Puerum iſtum quem amplexus eſt Ieſus, amplexum fuiſſe ſanctitatem, facilè crediderim.

Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me ſuſcipit.

BOnum eſt pueros in Chriſti nomine recipere; ſed Chriſto gratius erit, ſi quis puerorum ſimplicitatem puritatémque in ſe recipiat.

Omnis enim igne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur.

1631. CVm de iis egerit, qui in gehennam eſſent mittendi, dixeritque eorum vermem nunquam moriturum, nec ignem extinctum iri; rationem ſubiicit: *Omnis enim igne ſalietur.* Inſolens loquutio: igne res non ſaliuntur, ſed abſumuntur: ſaliuntur ſale, non igne. Cur ergo dixit: *Omnis igne ſalietur?* Non caret ſuo pondere iſta phraſis: ignis ſolet abſumere ea, quæ corripit; ſed ignis ille gehennalis erit damnatis tanquam ſal: ſic enim eos cruciabit, vt incorruptos eos ſeruet, & veluti condiat; & ita aduret, vt aduſtioni perpetuæ aptus relinquat: nec extinguetur ipſe, nec extinguet damnatos aut abſumet.

1632. Ignis gehennæ condit damnatos, vt ſal: & tamen antea dixerat: *Vermis eorum non moritur*, Corpora ſale condiri ſolent, ne vermes generent. In gehennâ ignis ad modum ſalis ita ſe habebit, vt vermem potiùs nutriat, quàm impediat naſci. Nimirum, in inferno omnia augendæ pœnæ deſeruient, etiam ea, quæ alioquin mitigare illas aut imminuere poſſe videbantur.

Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.

1633. REctus ſalis & pacis nexus: vbi mortificationis ſale caro conſtringitur, & rationi ſubiicitur, naſcitur deinde pax, in mente regnat. Præterea ſal paci iungitur; quia, niſi ſapientiæ ſal annexam habeat charitatis vnionem, per ſuperbiam euaneſcit. Cùm igitur ſapientiam quis poſſidet, caueat ne aliorum contemptu ſuper alios ſe efferat, ſcindátque concordiam ac pacem. Inſulſa ſapientia eſt, quam vnio non comitatur & pax. Abeunt ab hoc nexu illi, *quos*, (inquit Sanctus Gregorius) *dum maior ſcientia erigit, à cæterorum ſocietate disiungit: &, quò plùs ſapiunt, eò magis à concordia virtute reſiliunt.*

Salem & pacem miſcent prælati, qui correptionis rigorem lenitate temperant, & lenitatem iuſtitiæ rigore acuunt, *vt ſalſedinem correctionis amor proximi temperet, & dilectionem proximi ſalſedo iuſtitia condiat:* ait Sanctus Hieronymus.

1634. Bona harum ſententiarum connexio: & ſal in nobis habere debemus, & pacem cum aliis. Nam inſipidi & fatui videntur, qui vtilia alios edocent, ipſi verò inter ſe de primatu ambitioſè contendunt, de vitæ huius commodis lucriſque terrenis digladiantur. Prudentiæ ſapientiæque ſale deſtituitur, qui de honore rebúſque terrenis cum aliis altercatur.

Habete pacem inter vos. Priùs ſal habere Chriſti diſcipuli debent, deinde pacem. Prudentiæ ſal qui tenet, facilè concordiam fouebit. Pacem cum pace ægrè habet, qui ſale caret, prudentiam non habet.

Vulgata Editio. / *Lectionum Varietas.*

CAPVT X. MARCI.

Verſ. 1.

ET inde exurgens venit in fines Iudeæ vltra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum: & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.

Et. *Arab. Deinde.*
Exurgens. *Euth. Quum ſurrexiſſet.*
Venit. *Fr.Luc. Præſens eſt.*
Vltra Iordanem. *Theoph. Per regionem, quæ eſt vltra Iordanem. Ar.M. Per vlterius Iordanis.*
Conueniunt iterum. *Syr. Aderunt illuc.*
Turbæ. *Syr. Turba multa.*
Ad eum. *Syr. Eum.*
Sicut. *Arab. Secundùm.*
Conſueuerat. *Arab. Conſuetudinem eorum.*
Docebat. *Syr. Iterum docebat.*
Illos. *Vat. Eos.*

Verſ. 2.

Et accedentes Phariſæi interrogabant eum: ſi licet viro vxorem dimittere tentantes eum.

Accedentes. *Arab. Venerunt ad eum. Theoph. Adeuntes.*
Interrogabant e. *Syr. Tentantes eum, & interrogantes.*
Si licet. *Arab. An licet. Euth. Vtrum liceat. Theoph. Liceátne.*
Vxorem. *Syr. Vxorem ſuam.*
Dimittere. *Ar.M. Abſoluere. Pagn. Repudiare.*
Tentantes e. *Syr.* omittit. *Arab. Vt tentarent eum.*

Verſ. 3.

At ille reſpondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyſes?

Reſpondens d. *Syr. Dixit.*

Verſ. 4.

Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.

Permiſit. *Syr. Permiſit nobis. Arab. Præcepit.*
Repudij. *Ar.M. Abſciſsionis.*
Dimittere. *Ar.M. Abſoluere. Vat. Repudiare.*

Verſ. 5.

Quibus reſpondens Ieſus, ait: Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.

Ad duritiam. *Syr. Ob duritiem. Arab. Propter duritiem.*
Cordis v. *Arab. Cordium veſtrorum.*
Scripſit. *Arab. Scripſit Moyſes.*

Verſ. 6.

Ab initio autem creaturæ, maſculum, & fœminam fecit eos Deus.

Ab initio a. c. *Arab. Quoniam ambo in principio creationis.*
Fecit. *Syr. Effinxit. Arab. Creauit.*
Deus. *Ar.M. Deus, & dixit.*

Verſ. 7.

Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam.

Propter hoc. *Ar.M. Cauſa eius.*
Homo. *Arab. Vir.*
Matrem. *Syr. Matrem ſuam.*
Adhærebit ad. v. ſ. *Theoph. Vxori ſuæ. Vat. Agglutinabitur vxori ſuæ.*

Verſ. 8.

Et erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.

Erunt. *Theoph. Fient.*
Duo in c. v. *Syr. Duo vna caro. Arab. Ambo in carne vnâ. Vat. Duo in vnam carnem. Caiet. Qui fuerint duo in carnem vnam.*
Itaque iam. n. ſ. d. *Syr. Nec amplius erunt duo. Arab. Quoniam ipſi duo non ſunt duo.*
Sed. *Arab. Sed ambo.*

Verſ. 9.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Coniunxit. *Theoph. Copulauit. Caiet. Coniugauit.*
Non. *Vat. Ne.*

Verſ. 10.

Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

De eodem. *Syr. Hac de re.*

Verſ. 11.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 11.

Et ait illis: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam.

Dimiſerit. *Ar. M. Abſolueris. Vat. Repudiauerit.*
Adulterium committit ſ. e. *Syr. Mœchatur. Arab. Iam fornicatus eſt ſuper eam. Euth. Mœchatur aduerſus eam Caiet. Adulterium cōmittit in eam.*

Verſ. 12.

Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.

Vxor. *Arab. Ipſa. Euth. Mulier.*
Dimiſerit. *Ar. M. Abſolueris. Theoph. Repudiaueris.*
Virum. *Syr. Maritum. Arab. Coniugem.*
Alij nupſerit. *Syr. Fuerit alterius. Arab. Alij coniuncta fuerit. Theoph. Alteri nupſerit.*
Mœchatur. *Arab. Et ipſa eſt mœcha. Pagn. Adulterium committit.*

Verſ. 13.

Et offerebant illi paruulos vt tangeret illos. Diſcipuli autem comminabantur offerentibus.

Et offerebant ei. *Syr. Cæterum obtulerunt ei. Theoph. Et attulerunt ad eum.*
Paruulos. *Vat. Puellos. Caiet. Pueros. Fr. Luc. Puerulos.*
Tangeret illos. *Arab. Poneret manū ſuam ſuper illos.*
Diſcipuli a. *Syr. Diſcipuli verò ipſius.*
Comminabantur o. *Arab. Prohibuerunt oblationem eorum. Vat. Increpabant eos, qui adducebant. Caiet. Increpabant offerentes.*

Verſ. 14.

Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait illis: ſinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim eſt regnum Dei.

Quos cum v. *Syr. Quum verò hoc vidiſſet. Euth. Quo viſo.*
Indignè t. *Syr. Diſplicuit ei. Arab. Increpauit eos. Fr. Luc. Indignatus eſt.*
Paruulos. *S. Greg. Nyſſ. Paruulos pueros. Euth. Puerulos. Caiet. Puellos.*
Prohibueritis eos. *S. Greg. Nyſſ. Prohibeatis eos venire ad me.*
Talium enim. *Syr. Talium enim, quales hi ſunt.*

Verſ. 15.

Amen dico vobis: Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.

Receperit. *Syr. Exceperit. Vat. Acceperit.*
Velut paruulus. *Euth. Tanquam paruulus.*
Non intrabit in i. *Syr. Non ingredietur illud. Theoph. Haud quaquam ingredietur in illud.*

Verſ. 16.

Et complexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

Complexans. *Syr. Cum ſuper brachia ſua ſuliſſet. Arab. Complexus eſt. Euth. Amplexatus eſt. Ar. M. Complexus vlnis, Caiet. Ponens in vlnis. Fr. Luc. Cum in vulnas cepiſſet.*
Imponens. *Theoph. Impoſitis.*
Manus. *Syr. Manus ſuas. Arab. Manum ſuam. Theoph. Manibus.*
Super illos. *Syr. Eis.*
Benedicebat e. *Vat. Benedixit eis.*

Verſ. 17.

Et cum egreſſus eſſet in viam, procurrens, quidam genu flexo ante eum, rogabat eum: Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam.

Cùm egreſſus e. i. v. *Syr. Cùm iter faceret. Arab. Cum eſſet ambulans in viâ. Euth. Egreſſo ipſo per viam. Theoph. Cum exiret in viam.*
Procurrens. *Arab. Cucurrit ad eum. Euth. Quum accurriſſet.*
Quidam. *Arab. Homo quidam.*
Genu flexo a. e. *Syr. Procidit in genua ſua. Arab. Flexit ſe ſuper genua ſua. Euth. Genuque flexiſſet ante eum. Vat. Genua flexit. Ar. M. Genu petens eum. Fr. Luc. Et ad genua ei accidiſſet.*
Rogabat. *Fr. Luc. Interrogabat.*
Magiſter. *Syr. Doctor. Arab. O Magiſter. Vat. Præceptor.*
Quid f. *Arab. Quid eſt quod faciam. S. Hilar. Quid boni faciam.*
Vitam æ. *Syr. Hæreditate vitam æternam. Arab. Vita æterna.*
Percipiam. *Arab. Hæres fiam. Ar. M. Hæreditem. Pagn. Poſſideam.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 18.

Ieſus autem dixit ei : Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus Deus.

Ieſus autem. *Ar. M. At Ieſus.*
Quid. *Arab. Quare. Vat. Cur.*
Me dicis. *Syr. Vocas me. Arab. Dicis mihi.*
Bonum. *Arab. Bone.*
Nemo bonus. *Syr. Non eſt bonus. Arab. Et non eſt bonus.*
Niſi vnus D. *S. Aug. Niſi ſolus Deus. Clem. Alex. Niſi Pater meus qui eſt in Cælis. Theoph. Niſi vnus, nempe Deus.*

Verſ. 19.

Præcepta noſti : Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum teſtimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum, & matrem.

Præcepta. *Syr. Mandata.*
Ne adulteres. *Syr. Non Mœchaberis. Arab. Ne fornicaberis. Vat. Ne committas adulterium.*
Ne teſtimonium f. d. *Syr. Nec teſtaberis teſtimonium falſum. Arab. Ne teſtaberis cum falſitate. Euth. Ne teſtimonium falſum feras. Ar. M. Ne falsò teſteris.*
Ne fraudem f. *Syr. Non inferas iniuriam. Ar. M. Nec damnum dederis. Vat. Ne fraudes. Fr. Luc. Ne priuaueris.*
Matrem. *Arab. Matrem tuam.*

Verſ. 20.

At ille reſpondens, ait illi : Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.

Magiſter. *Syr. Doctor. Theoph. Preceptor.*
Obſeruaui. *Euth. Seruaui.*
Iuuentute. *Arab. A pueritiâ. Euth. Ab infantiâ. Pagn. Ab adoleſcentiâ.*

Verſ. 21.

Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei : Vnum tibi deeſt : Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo : & veni, ſequere me.

Intuitus. *Syr. Conſpicatus. Arab. Inſpexit.*
Ei. *Arab. Ei. Vis ne fieri perfectus.*
Vade. *Vat. Abi.*
Quæcunque habes. *Syr. Omnia, quæ habes. Arab. Omnia bona tua.*
Da. *Arab. Da ea.*
Habebis theſaurum. *Syr. Futurus eſt tibi theſaurus. Arab. Theſauriza ea.*
Veni, ſequere me. *Syr. Accipe crucem tuam, & poſt me venito. Arab. Veni ſequere me, & porta crucem. Theoph. Veni ſequere me ſublatâ in humeros cruce.*

Verſ. 22.

Qui contriſtatus in verbo, abiit mœrens : erat enim habens multas poſſeſſiones.

Qui contriſtatus. *Syr. Ille verò contriſtatus eſt. Euth. At ille ingemiſcens. Theoph. At ille moleſtiâ affectus. Vat. At ille mæſtitia affectus. Fr. Luc. Ille verò mæſtus factus.*
In verbo. *Syr. Hoc ſermone. Euth.* omittit. *Theoph. Per ſermonem. Vat. Propter eum ſermonem.*
Abiit. *Vat. Diſcedebat.*
Mœrens. *Syr. Cùm eſſet vehementer anxius. Euth. Triſtis. Ar. M. Contriſtatus. Vat. Dolens.*
Erat habens. *Theoph. Habebat.*
Poſſeſſiones. *Syr. Diuitias. Arab. Bona. Ar. M. Facultates.*
Multas. *Arab. Multa.*

Verſ. 23.

Et circumſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis : Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.

Et circumſpiciens. *Syr. Reſpiciens autem diſcipulos ſuos. Arab. Inſpexit in eos. Ar. M. Erat circumſpiciens. Vat. Cùm circumſpexiſſet.*
Diſcipulis ſuis. *Syr. Eis.*
Difficile. *Arab. Difficilis. Auth. Difficulter.*
Qui pecunias h. *Syr. Eſt iis, quibus ſunt diuitiæ. Arab. Eſt habentibus. Ar. M. Opes habentes. Fr. Luc. Qui facultates habent.*
In regnum. *Syr. Regnum.*
Introibunt. *Syr. Ingredi. Arab. Introitus. Vat. Intrabunt.*

Verſ. 24.

Diſcipuli autem obſtupeſcebant in ver-

Obſtupeſcebant. *Syr. Expauerunt. Euth. Admirabantur. Theoph. Obſtupuerunt.*

bis

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

bis eius. At Ieſus rurſus reſpondens ait illis: Filioli, quàm difficile eſt, confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire.

In verbis e. *Arab. Propter verbum eius. Caiet. Super verbis eius. Fr. Luc. Ad hos ſermones ipſius.*
At Ieſus r. a. *Syr. Et ſubdit iterum Ieſus, & dixit.*
Filioli. *Syr. Filij mei. Ar. M. Nati.*
Quàm difficilè. *Arab. Difficile. Ar. M. Quomodo difficile.*
Confidentes. *Syr. Iis, qui confidunt. Theoph. Eos, qui fiduciam habent.*
In pecuniis. *Syr. Diuitiis ſuis. Arab. In bonis. Ar. M. In opibus. Fr. Luc. In facultatibus.*
In regnum D. i. *Syr. Regnum Dei ingredi.*

Verſ. 25.

Facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Facilius. *Arab. Quia facilior.*
Camelum. *Arab. Cameli.*
Per foramen. *Arab. In foramen.*
Tranſire. *Arab. Introitus. Caiet. Ingredi.*
Diuitem. *Arab. Diues.*
Intrare. *Arab. Intret. Euth. Introire.*

Verſ. 26.

Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos: Et quis poteſt ſaluus fieri?

Qui. *Syr. Illi verò. Arab. Et.*
Magis. *Arab. Creuerant. Ar. M. Abundanter Vat. Supra modum. Caiet. Amplius.*
Admirabantur. *Arab. In admiratione. Euth. Obſtupeſcebant. Theoph. Admirati ſunt. Caiet. Stupebant. Fr. Luc. Percellebantur.*
Ad ſemetipſos. *Arab.* omittit. *Euth. Intra ſeſe. Vat. Apud ſeſe.*
Saluus f. *Syr. Seruari. Theoph. Saluus eſſe. Vat. Salutem conſequi.*

Verſ. 27.

Et intuens illos Ieſus, ait: Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud Deum: omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum.

Et intuens. *Syr. Conſpicatus autem. Arab. Inſpexit. Fr. Luc. Intuitus autem.*
Illos. *Arab. In illos.*
Impoſſibile eſt. *Syr. Hoc poſſibile non eſt. Arab. Quidem non eſt poſſibile.*
Non apud D. *Arab. Apud Deum.*

Verſ. 28.

Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te.

Dimiſimus. *Pagn. Reliquimus.*
Secuti ſumus te. *Syr. Adhæſimus Tibi.*

Verſ. 29.

Reſpondens Ieſus, ait: Amen dico vobis: Nemo eſt, qui reliquerit, domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, & propter euangelium.

Nemo. *Arab. Quia non eſt vnus.*
Reliquerit. *Arab. Relinquat.*
Domum. *Syr. Domos.*
Matrem. *Vat. Matrem, aut vxorem.*
Filios. *Tert. Liberos. Euth.* omittit.
Agros. *Syr. Latifundia.*
Propter me. *Theoph. Meâ causâ. Ar. M. Causâ mei.*
Et propter e. *Syr. Aut propter Euangelium meum. Ar. M. Et causâ Euangelij.*

Verſ. 30.

Qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam.

Qui non a. *Arab. Niſi & ipſe accipiat. Theoph. Quin recipiat.*
Centies tantum. *Syr. Vnum in centum. Euth. Centuple plura. Ar. M. Centuplicia. Vat. Centupla. Fr. Luc. Centuplum.*
In tempore hoc. *Syr. Tempore iſto.*
Sorores. *Arab Sorores, & patrem.*
Filios. *Theoph. Liberos.*
Agros. *Syr. Latifundia.*
Cum perſecutionibus. *Syr. Cum perſecutione. Arab. In tribulatione.*
Futuro. *Vat. Venturo.*
Æternam. *Syr. Perennem.*

Verſ. 31.

Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

Erunt primi n. & n. p. *Syr. Primi ſunt, qui erunt nouiſſimi, & poſtremi primi.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 32.

Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant: & ſequentes timebant. Et aſſumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei euentura.

Etant autem in. v. a. *Syr. Quum aſcenderent autem per viam ad Ieruſalem.*
Præcedebat illos I. *Syr. Ipſe Ieſus ante ibat eis. Ar. M. Et erat præcedens eos Ieſus.*
Stupebant. *Syr. Percellebantur. Arab. Ipſi attenití. Euth. Erant ſtupefacti. Ar. M. Mirabantur. Pagn. Pauefacti.*
Et ſequentes. *Syr. Ibantque poſt eum. Arab. Sequebantur eum.*
Timebant. *Ar. M. Expauescebant.*
Aſſumens iterum d. *Syr. Aſſumpſit ſuos duodecim.*
Quæ eſſent e. e. *Syr. Id, quod ſibi futurum erat. Arab. Quod accidet ei. Ar. M. Futura ipſi euenire.*

Verſ. 33.

Quia ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & ſenioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus:

Quia ecce. *Arab. Ecce.*
Ieroſolymam. *Syr. Ad Ieroſolymam. Arab. In Ieroſolymam.*
Et ſenioribus, & d. *Arab. Iudicabunt. Euth. Et condemnabunt.*
Eum. *Arab. Super eum.*
Morte. *Arab. Cum morte. Euth. Morti. Theoph. Ad mortem.*

Verſ. 34.

Et illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die reſurget.

Conſpuent eum, & f. *Syr. Cadent flagellis, & conſpuent in faciem eius. Ar. M. Flagellabunt eum, & inſpuent ei.*
Et interficient. *Syr. Denique interficient. Ar. M. Et eum occident. Vat. Et occident.*
Tertiâ. *Euth. Tertio.*

Verſ. 35.

Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes. Magiſter, volumus, vt quodcunque petierimus, facias nobis.

Et accedunt. *Syr. Acceſſerunt autem.*
Magiſter. *Theoph. Præceptor.*
Volumus. *Syr. Velimus.*
Petierimus. *Syr. Poſtulauerimus. Arab. Petierimus à te.*
Facias. *Arab. Des.*

Verſ. 36.

At ille, dixit eis: Quid vultis, vt faciam vobis?

Vt faciam. *Ar. M. Me facere.*

Verſ. 37.

Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua.

Vnus. *Arab. Vnus ex nobis.*
Ad dexteram. *Syr. A dexterâ tuâ. Theoph. Tibi à dextris. Ar. M. Ex dextris tuis. Vat. Tibi à dexterâ.*
Alius. *Ar. M. Vnus.*
Ad ſiniſtram t. *Syr. A ſiniſtrâ tuâ. Theoph. Tibi à ſiniſtris. Ar. M. Ex ſiniſtris. Vat. Tibi à ſiniſtrâ.*
Sedeamus. *Arab. Sedeat.*

Verſ. 38.

Ieſus autem ait eis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?

Petatis. *Syr. Poſtuletis.*
Calicem, quem. *Euth. Poculum, quod.*
Aut baptiſmo, q. *Arab. Et tinctione, qua. Fr. Luc. Illo baptiſmo, quo.*
Baptizor. *Arab. Tingor.*
Baptizari. *Syr. Baptizabimini. Arab. Tingemini.*

Verſ. 39.

At illi dixerunt ei: Poſſumus: Ieſus autem ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis; & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini:

Poſſumus. *Arab. Nos poſſumus.*
Ieſus autem a. *Syr. Subdit Ieſus.*
Calicem quidem, q. *Vat. Poculum quidem, quod.*
Bibetis. *Syr. Bibituri eſtis.*
Baptiſmo, quo e. b. b. *Arab. Tinctione, qua tingor, tingemini.*

Verſ. 40.

Sedere autem ad dexteram meam, vel

Sedere autem. *Syr. Vt ſedeatis autem. Arab. Sedere autem veſtrum. Theoph. Cæterùm ſedere.*
Ad dexteram meam, v. a. ſ. *Syr. A dexterâ meâ, & à ſiniſtrâ meâ. Theoph. Mihi à dextris ac ſiniſtris.*

ad

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt.

Ar. M. Ex dextris meis. & ex ſiniſtris meis.
Dare vobis. *Syr. Dare. Arab. Dare hoc vobis.*
Sed quibus. *Syr. Niſi iis, quibus id. Euth. Sed his continget quibus.*

Verſ. 41.

Et audientes decem, cœperunt indignari de Iacobo, & Ioanne.

Et audientes. *Syr. Quæ cùm audiſſent.*
Cœperunt indignari. *Syr. Cœperunt obmurmurare. Arab. Indignati ſunt.*
De Iacobo, & I. *Arab. Contra Iacobum, & Ioannem. Vat. Super Iacobo, & Ioanne.*

Verſ. 42.

Ieſus autem vocans eos, ait illis: ſcitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum poteſtatem habent ipſorum.

Vocans. *Euth. Quum vocaſſet ad ſe. Fr. Luc. Cùm aduocaſſet.*
Scitis. *Arab. Non ſcitis.*
Quia hi, qui. v. *Syr. Eos, qui exiſtimantur. Arab. Quia, qui putant. Fr. Luc. Quia hi, quibus placet.*
Principari. *Syr. Principes. Arab. Se eſſe Principes. Caiet. Imperare.*
Gentibus. *Syr. Gentium. Arab. Populorum.*
Dominantur e. *Syr. Dominos eorum eſſe. Arab. Sunt Domini eorum. Theoph. Dominium exercent aduersùs illos. Vat. Dominium exercent in illos.*
Principes e. *Arab. Maiores eorum. Euth. Qui primates ſunt inter eos. Pagn. Qui magnates ſunt. Caiet. Magni eorum. Orig. Magiſtratus vocantur.*
Poteſtatem h. i. *Arab. Poteſtatem habent ſuper eos. Theoph. Poteſtatem exercent in illos. Ar. M. Licentiâ vtuntur eorum. Orig. Qui poteſtatem habent in illis.*

Verſ. 43.

Non ita eſt autem in vobis, ſed quicunque voluerit fieri maior, erit veſter miniſter.

Non ita e. a. *Syr. At non ita erit. Vat. Verùm non ſic ſe res habebit.*
In vobis. *Theoph. Inter vos.*
Quicunque. *Vat. Quicunque ex vobis.*
Fieri. *Arab. Eſſe.*
Maior. *Ar. M. Magnus in vobis. Vat. Magnus inter vos.*
Veſter. *Syr. Vobis.*

Verſ. 44.

Et quicunque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus.

Et quicunque v. *S. Hilar. Qui vult.*
In vobis. *Arab. Inter vos. Euth. Veſtrum. Caiet. Ex vobis.*
Primus. *S. Hilar. Maior.*
Eſſe. *Vat. Fieri.*
Erit omnium. *Arab. Sit omnibus. S. Hilar. Fiat omnium.*
Seruus *S. Hilar. Minimus.*

Verſ. 45.

Nam & filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

Miniſtraret. *Arab. Miniſtrare. Theoph. Vt miniſtraret ipſe.*
Daret. *Arab. Ponere.*
Redemptionem. *Ar. M. Solutionem.*

Verſ. 46.

Et veniunt Iericho & proficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cœcus, ſedebat iuxta viam mendicans.

Proficiſcente e. *Syr. Quum exiret Ieſus. Arab. In exitu eius. Caiet. Egrediente.*
De Iericho. *Theoph. De Vrbe Iericho.*
Et diſcipulis. *Syr. Ipſe & diſcipuli. Arab. Diſcipuli ſecuti ſunt eum.*
Plurimâ. *Syr. Multa. Arab. Magna. Pagn. Copioſa.*
Multitudine. *Syr. Turba.*
Filius Timæi B. *Syr. Timæus filius Timæi. Arab. Et ecce Bartimæus filius Timæi.*
Cæcus. *Fr. Luc. Cæcus ille.*

Verſ. 47.

Qui cùm audiſſet quia Ieſus Nazare-

Quia Ieſus N. e. *Syr. Ipſum eſſe Ieſum illum Nazanus*

Vulgata Editio.

nus eſt, cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere mei.

Verſ. 48.

Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multò magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei.

Verſ. 49.

Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei: Animæquior eſto: Surge, vocat te.

Verſ. 50.

Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens, venit ad eum.

Verſ. 51.

Et reſpondens Ieſus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam.

Verſ. 52.

Ieſus autem ait illi: Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

Lectionum varietas.

venum. Arab. Quia Ieſus Nazarenus eſſet veniens.
Ieſu Fili D. *Syr. Fili Dauid. Vat. Fili Dauid, Ieſu.*

Comminabantur ei. *Caiet. Increpabant. Fr. Luc. Obiurgabant.*
Multò magis. *Syr. Magis. Arab. Auxit.*
Clamabat. *Syr. Clamabat, & dicebat. Arab. Clamorem dicens, Domine.*

Et ſtans. *Syr. Subſiſtis autem.*
Præcepit. *Theoph. Ac iuſſit. Caiet. Dixit.*
Vocari. *Syr. Accerſiri. Arab. Vocate.*
Et vocant c. *Syr. Accerſerunt itaque illum cæcum.*
Animæquior eſto. *Syr. Bono ſis animo. Ar. M. Confide.*
Surge. *Syr. Excitare*

Qui. *Syr. Ille verò cæcus.*
Proiecto v. ſ. *Syr. Reliquit pallium ſuum. Euth. Reiecto pallio ſuo. Fr. Luc. Abiecto pallio ſuo.*
Exiliens. *Arab. Surrexit.*

Cæcus autem. *Syr. Ille verè cæcus.*
Rabboni. *Syr. Domine mi. Arab. Magiſter.*
Videam. *Caiet. Viſum recipiam.*

Vade. *Syr. Vide. Euth. Abi.*
Saluum fecit. *Syr. Seruauit. Theoph. Saluum reddidit. Fr. Luc. Saluauit.*
Confeſtim. *Syr. Illico. Vat. Protinus.*
Vidit. *Caiet. Viſum recepit.*
Sequebatur e. *Syr. Ambulabat. Arab. Secutus eſt eum. Ar. M. Sequebatur Ieſum.*
In via. *Syr. Per viam.*

CAPVT X.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Potius animæ languoribus occurrendum quàm corporis. 1635
Non niſi ſalutaria Chriſtus docebat. 1635
Perfidorum hominum eſt, aliorum ſalutem impedire. 1636
Iniuriæ, quæ nobis inferuntur; obliuioni tradendæ. 1637
Domi excutienda, quæ alibi excepta. 1637
Faſtidium non gignunt, quæ offert Chriſtus. 1638
Incompoſitus animus quàm Chriſto diſpliceat. 1639
A quibus laudari Chriſtus velit. 1640

Conueniunt iterum turbæ ad eum; & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.

1635. DOCENDÆ ac iuuandæ plebis occaſionem præripi ſibi, Chriſtus non fert. Eos omnes, qui eum ſequebantur docet, & ſalutaribus inſtruit monitis. *Docebat illos.* Sanctus Matthæus cap. 19. v. 2. Hoc idem ſic extulit; *ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.* Collatæ ſanitatis Matthæus meminit, porrectæ doctrinæ Marcus: vtrunque Chriſtus præſtitit: corpori conſuluit & animæ, & vtriuſque ſalutem operatus eſt. Marcus non meminit hîc curationis, ſed doctrinæ: tacitè innuens, hoc præcipuè Chriſtum intendiſſe, vt ſcilicet potiùs animæ languores, doctrinæ monitis, ſanaret, quàm corporis morbos ſuâ virtute.

Docebat illos. Quid doceret turbas Chriſtus, non explicat Euangeliſta. Pleraque ſolent ſacri ſcriptores ſubducere, vt, ſilentio ſuo, deuotæ cogitationis materiam nobis exhibeant. Cùm Ieſus docuerit, non potuerunt non eſſe ſalutaria, quæ ille tradebat.

Et accedentes phariſæi interrogabant eum, ſi licet viro, vxorem dimittere.

SÆpè accedunt phariſæi, ſæpè interrogant, non vt docerentur; ſed vt tentando deciperent. 1636.
Verùm, cùm ſemper confuſi redirent, cur adeò frequenter eum adeunt? Latet hîc non malitiæ, ſed inuidiæ etiam virus: accedunt, ne turbæ in eum crederent. Aliorum conuerſionem impedire quæſtionum propoſitione & tumultuoſis ſuis diſputationibus conabantur; licèt res aliò Chriſtus flecteret: confundebat enim illos, & ſimplices in fide magis confirmabat. Diſce perfidorum hominum eſſe, aliorum ſalutem impedire, alios à Ieſu auocare, auocare à fide.

Ab

Ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminam fecit eos Deus.

NOn dixit, *maſculum, & fœminas*; ſed *maſculum, & fœminam*: ne poſſet vir, vnam repudiare, recipere alteram: *vtque vnius coniugis conſortio necteretur*, inquit Sanctus Thomas. Si enim voluiſſet hanc quidem dimitti, & alteram introduci, plurimas mulieres Deus creauiſſet.

Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

1637. VBi à fraudolentis phariſæis diſceſſerant, non adducunt in medium eorum perfidiam, non de phariſæorum calumniis, quibus Christum impetiuerant, loquuntur; ſed, doctrinam, quam publicè docuerat, iterum priuatè repeti poſtulant. Nimirum, iniuriæ, quæ nobis inferuntur, obliuioni tradendæ ſunt: ea tractare debemus, quæ ad profectum noſtrum ſpectant. Plerique domum reuerſi ſermonem de phariſæorum petulantiâ feciſſent: in Chriſti ſcholâ hoc diſcipuli non didicerunt: nec nos diſcere debemus, vt eius diſcipuli audiamus.

De eodem interrogauerunt eum. Rogant domi, ſibi à præceptore eandem lectionem, quam publicè docuerat, iterum repeti; vt meliùs eam intelligerent, & memoriæ mandarent. Hinc diſcimus, domi ea meliùs diſcutienda, quæ alibi, ſed præſertim in Dei Eccleſiâ, ab iis, qui Dei locum obtinent, excepetimus.

1638. Repetatur eadem ſummi Doctoris ſententia, non faſtidium gignit, ſed ſitim. Non nauſeam faciunt repetita Chriſti verba; ſed ſuperâ mentem dulcedine perfundunt. A nauſeâ procul eſt, quod eſt à Chriſto.

Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos.

POſt phariſæorum nequitiam, qui Chriſtum decipere tentauerunt, magna turbarum fides oſtenditur, quæ vel à ſola manuum impoſitione, multa a Chriſto bona ſuis filiis ventura ſperabant.

Diſcipuli autem comminabantur offerentibus.

1639. CVr comminabantur? Plerique putant, id feciſſe diſcipulos, quia offerentes, incompoſitè & turbatè accedebant ad Chriſtum. Indignum putabant, vt accederent, qui modeſtiæ leges non ſeruabant. Quam arguendi illi, qui incompoſitè, & extra modeſtiæ terminos ad ſacram Euchariſtiam accedunt? Quòd ſi incompoſitus inceſſus adeo diſplicet Chriſti diſcipulis, magis incompoſitus animus ipſi Chriſto diſplicebit.

1640. *Quid me dicis bonum?* Et cur non diceret bonum, qui ſolus eſt bonus? non increpandus hic homo erat, ſed laudandus. An nolebat bonus audire Chriſtus, qui bonus eſt? fors nolebat ab eo, qui nondum didicerat, quàm bonus eſſet Chriſtus; ac ſi diceret: *Quid me dicis bonum*, (inquit Sanctus Gaudentius) *Hoc eſt: Nolo dicas bonum, quem neſcis: ſcito priùs quid ſim; &, cùm Deum verum cognoueris, amplector, vt dicas bonum.* Amat nimirum Chriſtus verba, quæ in eius laudem dicimus, non ex labiis naſci, ſed ex corde; & talia nos dicere, qualia re ipsá ſentimus. Abeunt qui de Diuinis deliciis agunt deliciarum expertes deque rebus Diuinis loquuntur, terrenarum amore madidi.

Magiſter hæc omnia obſeruaui à iuuentute meâ.

MAgiſtrum vocat Chriſtum, cuius diſcipulus eſſe noluit. Mirum, omnia decalogi præcepta hunc obſeruauiſſe, qui adeò diuitiarum amore tenebatur; vt, cùm audiret omnia relinquenda, mœrore ſit correptus.

SECTIO II.

Qui Chriſtum ſequitur pauper non eſt, licèt alioquin ſit. 1641

Crucem ſuam amplecti, quàm ſit neceſſarium. 1641

Pauperibus dandum, vt pauperes eſſe non deſinant 1642

Theſauros verè poſſidet, qui Cæleſtes. 1643

Nihil adeò mentem mœrore afficit quàm rerum terrenarum amor. 1644

Reuerentia legem relinquunt diuites auari, cùm de diuitiis relinquendis agitur. 1644

Diuitiis abundare, & diuitiis non fidere, difficile valde eſt. 1645

De ſuis ſolliciti ſint ſuperiores. 1646

Veſtium luxus reiiciendus. 1647

Beneficiorum diuinorum magnitudo expendenda. 1648

In bono ſemper proficiendum. 1648

Vnum tibi deeſt: vade: quæcunque habes, vende, & da pauperibus: & habebis theſaurum in Cælo; & veni, ſequere me.

VNum tibi deeſt. Vnum dicit, tria verò requirit: ſed omnia hæc tria vnum ſunt, & in 1641.
vnum veluti coaleſcunt. Vna hîc paupertas commendatur, quæ ad ſuam perfectionem, requirit, vt non tantùm omnia vendantur; ſed dentur pauperibus, & Chriſtum ſequamur. Qui Chriſtum non ſequitur, licèt pauper videatur, verè ad Chriſti mentem non eſt,

Et veni, ſequere me. Græcè additur, ἄρας τὸν σταυρόν. *Sublatâ cruce.* Syrus ita legit: *Et accipe crucem tuam, & veni poſt me.* Cur latinus interpres hoc non appoſuit? An, quia adiectitium? An, quia, qui verè ſequitur Chriſtum, accipere crucem debet? quod adeò conſequens eſt, vt exprimi neceſſe non ſit.

Da pauperibus. In cælo non eſt pauper, qui 1642.
ſua in terrâ dat pauperibus. Iurè dixit, *pauperibus*; & non, *pauperi*: ne, ſi vni daret, diuitiis obrueretur, & eodem, quo iſte, morbo laboraret. Ita dandum pauperibus, vt pauperes eſſe non deſinant: alioquin paupertatis theſaurum amitterent dum diuitiarum theſaurum exciperent; pluſque eſſet, quod perderent, quàm quod acquirerent. Dandum pauperibus eſt, vt paupertatem ſuſtentent, non tollant: alioquin nimis pauper efficitur, qui paupertate priuatur.

* * *

Et

Et habebis theſaurum in Cælo.

1643. EI, qui vitam æternam petierat, Cœleſtis theſaurus promittitur; vt, qui terrenarum rerum amore tenebatur, theſauri amore audito, mentem erigeret, terreniſque rebus neglectis, Cœleſtibus adhæreret: ſed altiores in eo radices egerat auaritia, quàm vt, Chriſtum ſequuturus, terrena inſequeretur? pauperibúſque diuideret ne à Chriſto diuideretur.

Signatè addidit, *in Cælo*; ne mentem ad terrena ſtatim demitteret, & putaret ſibi terræ theſauros promitti. *Habebis*, inquit, *in Cælo theſaurum*. nam terrenarum diuitiarum theſauri habent te potius, quàm vt à te habeantur.

Qui contriſtatus in verbo, abiit mœrens; erat enim habens multas poſſeſſiones.

1644. VIx alium reperias à Chriſto mœrore affectum diſceſſiſſe, quàm iſtum, qui multas poſſeſſiones ita poſſidebat, vt à multis poſſeſſionibus poſſideretur. Nimirum nihil adeò mentem mœrore conficit, & à Chriſti ſequelâ auertit, quàm nimius rerum terrenarum amor.

Triſtis & mœrens abiit, qui lætus alacerque ad Chriſti genua acciderat. Cùm primò acceſſit, reueritum fuiſſe Chriſtum, legimus: non legimus reueritum, cùm diſceſſit. *Cùm de relinquendis diuitiis agitur, reuerentiæ omnem legem auari diuites relinquunt,*

At Ieſus rurſus reſpondens ait illis: Filioli, quàm difficile eſt, confidentes in pecuniis in Regnum Dei introire?

1645. BLandâ appellatione vtitur, vt maiorem ſibi fidem conciliet, vtque paternum erga eos affectum, paternam prouidentiam proderet. Filios diſcipulos vocat, diuitiarum neglectum eis commendans: vt videant parentes, quàm à verâ patris notâ abeant, dum filiis rerum terrenarum amorem exemplo perſuadent; & ad rerum abeuntium affectum affectu ſuo prouocant & alliciunt.

Confidentes in pecuniis. Diuitum periphraſis hæc eſt. Superiùs, *qui pecunias habent*, dixerat infrà, *diuitis*, voce vtitur: quia nimirum diuitibus ferè commune eſt, ſuis diuitiis opibuſque confidere; adeò vt vix diues ſit, qui diuitiis non fidat; ſicque apud Chriſtum idem alterius loco ſubſtituatur, tanquam raro diſcriminentur.

Et quis poteſt ſaluus fieri?

1646. E*T quis poteſt ſaluus fieri?* Probos ſe magiſtros produnt, probos ſuperiores Apoſtoli, qui aliorum curâ tanguntur, de aliis ſoliciti ſunt; licet alioquin benè cum illis ageretur, bona ipſi ſpetare poſſent, cùm vere pauperes eſſent, & à rebus terrenis nudi. Rem ad Petrum coërcet Sanctus Chryſoſtomus. *Cùm*, inquit, *prodiiſſet diues de æternâ vitâ Chriſtum percunctans, &, cognitis illis, quæ faciunt beatitudinem, mœſtus ob pecunias abiiſſet. dicente Chriſto quòd faciliùs eſſet camelum tranſire per foramen acus, quàm diuitem intrare Regnum Cælorum: Petrus, tametſi ſe omnibus nudauiſſet, neque iam vel hamum retineret, quippe qui & totum quæſtum piſcatorium & nauem contempſerat, accedens ad Chriſtum ita locutus eſt: & quis poteſt ſaluus fieri? Vide probitatem & feruorem diſcipuli. Non enim inquit: Impoſſibilia iniungis: graue hoc mandatum: difficilis iſta lex. Neque in ſilentio perſtitit; ſed curam ſuam, quam de omnibus habebat, oſtendit; & præceptori à diſcipulo debitam reuerentiam impartiens, dicens: Et quis poteſt ſaluus fieri? Nondum factus paſtor, paſtoris animum habebat. Nondum in imperio & principatu conſtitutus: principi congruentem curam ſeruabat, de vniuerſo orbe ſolicitus. Si enim diues fuiſſet, & multis pecuniis circunfuſus, diceret fortaſſe quiſpiam; eum, non de reliquis, ſed de ſe ipſo, ſuiſque rebus anxium, iſtam interrogationem protuliſſe: nunc autem paupertas ipſum liberat ab hac ſuſpicione, oſtenditque de aliorum ſalute anxium, ſolicitudinem iſtam, & curam geſſiſſe, & à magiſtro cognoſcere viam ſalutis voluiſſe.*

Qui, proiecto veſtimento ſuo, exiliens venit ad eum.

CÆcus, vt expeditius iret ad Chriſtum, ex- 1647.
cuſſit humeris pallium. Nimirum ituris ad Chriſtum, dum ab eo vocamur, proiicienda omnia ſunt, quæ remorari nos poſſunt.

Cæcus veſtimentum reiicit iturus ad Chriſtum: plerique, cæco iſto cæciores, ſuperfluis ſe onerant veſtimentis, tanquam expeditiores futuri, quò magis impediti. Reiici meretur, qui veſtium pompam non reiicit, quæ iret ad Chriſtum ſolet impedire.

Et reſpondens Ieſus dixit illi: Quid tibi vis faciam?

NVm, qui lumen reſtituere poterat, quid cæ- 1648.
cus ipſe vellet, ignorabat? Non ignorabat; ſed ad hoc requirit vt eius cor ad orationem excitaret. Prætereà quæſiuit Chriſtus, quid vellet cæcus, ne aliquis putaret, quòd, aliquid volenti accipere, aliud exhiberetur. Inſuper conſueuerat Chriſtus, curandorum voluntatem cæteris facere manifeſtam, vt beneficij magnitudo magis appareret.

Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam.

PRiùs vocauerat eum, *Dauidis filium*: Dominum eum nunc vocat, quod maius eſt: vt in Diuinis laudibus celebrandis, & vniuersè in bono proficere, ſuos nos doceret exemplo.

Ieſus autem dixit illi: Vade: fides tua te ſaluum fecit.

FIdei (quod Chriſto ſolenne) ſanitatem tribuit; 1649.
tum vt fidem commendaret; tum vt ab omni arrogantia immunem ſe oſtenderet. Poterat dicere: Gratias meæ clementiæ, meæ bonitati age, quòd viſum conſecutus ſis. Abſtinuit ab hoc loquendi modo, ne, ſe laudare, videretur, in noſtri ſcilicet cautionem.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XI. MARCI.

Verſ. 1.

ET cùm appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis.

Cùm appropinquarent. *Orig. Quum appropinquant.*
Ieroſolymæ, & B. *Syr. Per decliue Bethphage, & Bethaniæ. Arab. Ieroſolymæ propè Bethphage, & Bethaniam. Orig. Ieroſolymis ad Bethphage, & Bethaniam. Ar. M. Ieroſolymam ad Bethphage & Bethaniam.*
Ad montem. *Arab. Verſus montem. Euth. Iuxta montem.*
Mittit. *Pagn. Emittit.*
Ex diſcipulis ſ. *Syr. Diſcipulorum ſuorum.*

Verſ. 2.

Et ait illis: Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit, ſoluite illum, & adducite.

Ite. *Theoph. Abite.*
Caſtellum. *Syr. Pagum. Vat. Vicum.*
Quod contra v. e. *Syr. Qui eſt vobis è regione. Vat. Qui eſt è regione veſtra.*
Statim. *Syr. Eo momento. Arab. Dum.*
Introeuntes illuc. *Syr. Quum ingredemini in eum. Arab. Introeuntis in illud.*
Inuenietis. *Syr. Reperietis.*
Ligatum. *Syr. Vinctum. Pagn. Alligatum.*
Super quem. *Syr. In quo.*
Nemo adhuc h. *Syr. Nullus ex filiis hominum. Arab. Non aliquis homo vnquam. Fr. Luc. Nullus.*
Sedit. *Syr. Equitauit. Arab. Sedit.*
Soluite. *Euth. Solutum.*
Et adducite. *Arab. Adducite mihi eum. Euth. Adducite.*

Verſ. 3.

Et ſi quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite, quia Domino neceſſarius eſt: & continuò illum dimittet huc.

Quid. *Arab. Quid cum hoc. Orig. Cur hoc. Ar. M. Quid hoc.*
Domino neceſſarius eſt. *Syr. Domino noſtro requiritur. Arab. Dominus indiget. Pagn. Dominus eo opus habet.*

Verſ. 4.

Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.

Et abeuntes. *Syr. Profecti autem. Orig. Abierunt autem.*
Inuenerunt. *Orig. Et inuenerunt.*
Ligatum. *Syr. Vinctum. Vat. Alligatum.*
Ante ianuam. *Syr. Iuxta portam. Caiet. Ad portam.*
Foris in b. *Syr. Foris in Plateâ. Arab. Foràs in viâ.*

Verſ. 5.

Et quidam de illic ſtantibus dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum?

Quidam. *Orig. Nonnulli.*
De illic ſ. *Syr. Ex iis, qui aſtabant. Orig. Eorum qui illic ſtabant.*
Soluentes. *Syr. Qui ſoluitis.*

Verſ. 6.

Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus, & dimiſerunt eis.

Qui. *Orig. At illi.*
Dimiſerunt eis. *Euth. Dimiſerunt eos. Pagn. Sinebant illos.*

Verſ. 7.

Et duxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.

Duxerunt. *Orig. Adduxerunt.*
Pullum. *Syr. Pullum ipſum.*
Imponunt. *Ar. M. Superiniecerunt. Pagn. Iniecerunt.*
Illi. *Arab. Super eum.*
Sedit ſuper e. *Syr. Equitauit in eo Ieſus.*

Verſ. 8.

Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt

Multi. *Euth. Plurimi.*
Veſtimenta. *Syr. Pallia.*

runt

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

runt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via.

Saruerunt. *Theoph. Sternebant.*
In via. *Syr. Per viam. Ar.M. In viam.*
Frondes. *Euth. Ramorum multitudinem. Fr. Luc. Ramos.*
Cædebant. *Syr. Amputabant. Pagn. Incidebant.*
De arboribus. *Arab. De campo.*
In via. *Vat. In viam.*

Verſ. 9.

Et qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna.

Præibant. *Syr. Anteibant. Arab. Ambulabant ante eum. Theoph. Præcedebant.*

Verſ. 10.

Benedictus qui venit in nomine Domini: Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis.

Benedictus qui v. *Syr. Benedictum regnum illud veniens. Ar. M. Benedictum veniens rehnum in nomine Domini.*
Regnum. *Orig. Regnum nomine Domini.*
Patris noſtri. *Arab. Patri noſtro.*
Excelſis. *Vat. Altiſſimis.*

Verſ. 11.

Et introiuit Ieroſolymam in templum: & circumſpectis omnibus, cùm iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

Introiuit. *Syr. Ingreſſus eſt Ieſus. Theoph. Ingreſſus eſt Dominus.*
Cum iam v. e. h. *Syr. Cùm autem eſſet tempus veſpertinum. Arab. Et cùm eſſet veſpera in illâ horâ. Euth. Ac iam factâ veſperâ horâ. Ar.M. Veſpere iam exiſtente horâ.*
Exiit. *Orig. Egreſſus eſt.*

Verſ. 12.

Et alia die cùm exirent à Bethania, eſuriit.

Aliâ die. *Caiet. Poſtero die.*
Cùm exirent. *Orig. Cùm exiiſſet.*
A Bethania. *Ar.M. De Bethaniâ.*

Verſ. 13.

Cùmque vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit ſi quid fortè inueniret in ea, & cùm veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum.

Cúmque vidiſſet. *Syr. Et conſpicatus. Arab. Et aſpexit. Orig. Quoniam videns Ieſus. Auth. Et visâ.*
Ficum. *Syr. Ficum vnam. Arab. In ficum. Euth. Ficum. Theoph. Arborem fici.*
A longè. *Syr. E longinquo. Vat. Procul. Orig. De longè.*
Habentem f. *Syr. In qua erant folia.*
Venit. *Arab. Venit ad eam. Theoph. Veniebat.*
Si quid f. i. *Syr. Num reperiret quicquam. Arab. Vt fructum quæreret. Vat. An videlicet inuenturus eſſet aliquid. Caiet. Si quid, vtique inueniret. Orig. Quaſi inuenturus aliquid.*
Inuenit. *Syr. Reperit in eâ. Arab. Inuenit in eâ.*
Præter folia. *Arab. Præter folia tantùm. Theoph. Niſi folia.*

Verſ. 14.

Et reſpondens dixit ei: Iam non ampliùs in æternum ex te fructum quiſquam manducet. Et audiebant diſcipuli eius.

Iam non amplius i. æ. e. t. f. *Syr. Poſt hac, & in æternum ex te fructus. Arab. Non ex te fructum in æternum. Orig. Nunquam in æternum.*
Manducet. *Arab. Comedat. Euth. Edat.*

Verſ. 15.

Et veniunt Ieroſolymam. Et cùm introiſſet in templum, cœpit eiicere vendentes, & ementes in templo: & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Cùm introiſſet. *Arab. Introiuit Ieſus. Orig. Ingreſſus.*
Templum. *Syr. Templum Dei.*
Vendentes, & e. *Syr. Qui emebant & vendebant.*
Numulariorum. *Syr. Trapezitarum. Theoph. Collybiſtarum. Pagn. Argentariorum.*
Cathedras. *Euth. Sellas. Orig. Sedes.*
Columbas. *Syr. Columbas.*
Euertit. *Vat. Subuertit.*

Verſ. 16.

Et non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum.

Sinebat. *Arab. Permiſit. Orig. Permittebat.*
Vt quiſquam. *Arab. Quemquam.*
Transferret vas. *Arab. Introire cum mercibus. Pagn. Deportaret vas.*
Per templum. *Syr. Intra templum. Arab. In templum.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 17.

Et docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Docebat d. e. *Docebat eos,& dicebat illis.*
Nonne ſcriptum eſt. *Arab. Scriptum eſt.*
Orationis. *Orig. Precationis. Vat. Deprecationis.*
Omnibus. *Syr. Ab omnibus. Euth. Cunctis.*
Eam. *Arab. Eam fieri.*
Latronum. *Arab. Latronibus.*

Verſ. 18.

Quo audito principes ſacerdotum, & ſcribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

Principes ſacerdotum, & ſ. *Ar. M. Scribæ & principes ſacerdotum.*
Perderent. *Vat. Eſſent perdituri.*
Vniuerſa. *Arab. Vniuerſus. Euth. Omnis. Theoph. Tota.*
Turba. *Arab. Populus.*
Admirabatur. *Euth. Stupebat. Ar. M. Perçelleretur. Fr. Luc. Obſtupeſcebat.*

Verſ. 19.

Et cùm veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

Cùm. *Euth. Cùm iam.*
Veſpera f. e. *Syr. Veſpera. Vat. Aduesperaniſſet.*
Egrediebatur. *Arab. Ierunt. Vat. Egreſſus eſt Ieſus.*
De ciuitate. *Fr. Luc. Extra ciuitatem.*

Verſ. 20.

Et cùm manè tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

Cùm mane t. *Arab. Venerunt mane. Euth Prætereuntes manè. Ar. M. Adambulantes manè.*
Aridam factam à r. *Arab. Aridam à radice ſuâ. Theoph. Exaruiſſe radicitus. Vat. Aruiſſe radicitus.*

Verſ. 21.

Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit.

Recordatus P. *Syr. Recordatus eſt Simon.*
Rabbi. *Syr. Domine mi. Arab. Magiſter.*
Ecce. *Arab. Hac.*
Ficus. *Vat. Ficus illa.*
Cui maledixiſti. *Syr. Cui imprecatus es. Pagn. Quam execratus es. Fr. Luc. Cui increpatus es.*
Aruit. *Arab. Iam aruit. Theoph. Exaruit.*

Verſ. 22.

Et reſpondens Ieſus ait illis: Habete fidem Dei.

Illis. *Arab. Ei.*
Habete fidem D. *Syr. Sit in vobis fides Dei. Arab. Si haberetis fidem in Deum. Euth. Habete fiduciam in Deum. Theoph. Confidite Deo.*

Verſ. 23.

Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare; & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei.

Tollere. *Arab. Tranſi.*
Mittere. *Syr. Cade. Euth. Proiicere. Fr. Luc. Iactare.*
Hæſitauerit. *Syr. Dubitauerit.*
Quia quodcunque d. f. *Syr. Futurum id, quod dixit. Theoph. Fore, quæ dixerit. Caiet. Quod, quæ dicet fiant.*
Fiet ei. *Euth. Erit ei quicquid dixerit. Vat. Continget illi quicquid dixerit.*

Verſ. 24.

Prætereà dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis credite, quia accipietis, & euenient vobis.

Orantes. *Syr. Oraueritis. Arab. In oratione.*
Omnia quæcunque. *Syr. Quicquid.*
Petitis. *Syr. Et petieritis.*
Quia accipietis. *Vat. Vos impetrare.*
Euenient. *Syr. Fiet. S. Cypr. Erunt. Vat. Contigent.*

Verſ. 25.

Et cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduersùs aliquem: vt & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra.

Cùm ſtabitis. *Syr. Cùm adſtiteritis. Euth. Dum ſteteritis.*
Ad orandum. *Syr. Ad fundendas preces. Fr. Luc. Orantes.*
Dimittite. *Arab. Dimittite vnicuique. Theoph. Remittite.*
Si quid h. a. a. *Arab. Quod habetis contra eum.*
Vt Pater. *S. V. & Pater.*
Dimittat. *Theoph. Remittat.*
Peccata v. *Syr. Offenſas veſtras. Arab. Debita veſtra. Euth. Errata veſtra. Ar. M. Lapſus veſtros. Vat. Delicta veſtra.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 26. Quod ſi vos non dimiſeritis: nec Pater veſter, qui in cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.	Dimiſeritis. *Syr. Remiſeritis.* Nec. *Syr. Nec etiam.* Qui in c. e. *Arab. Caleſtis.* Dimittet. *Syr. Remittet.* Vobis peccata v. *Syr. Vobis offenſas veſtras. Ar. M. Lapſus veſtros.*
Verſ. 27. Et veniunt rurſus Ieroſolymam. Et cùm ambularet in templo, accedunt ad eum ſummi ſacerdotes, & ſcribæ, & ſeniores.	Veniunt. *Arab. Venit.* Cùm ambularet. *Ar. M. Deambulante ipſo.* Accedunt. *Pag. Veniunt.* Summi ſ. *Vat. Principes ſacerdotum.*
Verſ. 28. Et dicunt ei: In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem vt iſta facias?	In qua p. *Syr. Quanam auctoritate.* Hæc. *Arab. Hoc.* Poteſtatem. *Theoph. Auctoritatem.* Iſta. *Arab. Hoc.*
Verſ. 29. Ieſus autem reſpondens, ait illis: Interrogabo vos, & ego vnum verbum, & reſpondete mihi: & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam.	Interrogabo vos & ego. *Vat. Quæram à vobis & ipſe.* Vnum verbum. *Arab. Verbum. Vat. Quiddam. Fr. Luc. Vnum ſermonem.* Et reſpondente. *Syr. Vt dicatis.* In qua p. *Syr. Quanam auctoritate.* Hæc. *Arab. Hoc.*
Verſ. 30. Baptiſmus Ioannis, de cælo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi.	Baptiſmus I. *Syr. Baptiſma ipſius Ioannis.* De cælo erat. *Syr. Vndénam erat, è celo. Theoph. Vtrum, è cælo erat.* Reſpondete. *Syr. Dicite.*
Verſ. 31. At illi cogitabant ſecum, dicentes: Si dixerimus, de cælo, dicet, quare ergo non credidiſtis ei?	Cogitabant. *Arab. Cogitauerunt. Ar. M. Ratiocinabantur. Fr. Luc. Diſceptabant.* Secum. *Alter cum altero. Euth. Intra ſe ſe. Ar. M. Apud ſeipſos. Fr. Luc. Inter ſe.* Dicet. *Arab. Ipſe quidem dicet nobis.* Quare. *Ar. M. Propter quid.* Credidiſtis. *Syr. Fidem adhibuiſtis.* Ei. *Arab. In eum.*
Verſ. 32. Si dixerimus, ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta eſſet.	Si dixerimus. *Euth. At dicamus.* Timemus. *Syr. Timor imminet.* Populum. *Syr. A populo. Arab. Turbam.* Omnes e. *Arab. Omnes enim illi.* Habebant. *Syr. Tenebant. Arab. Dicebant.* Ioannem q. *Syr. Ioannem ipſum. Arab. Quia Ioannes.* Verè propheta e. *Syr. Verè prophetam fuiſſe. Arab. Erat propheta.*
Verſ. 33. Et reſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et reſpondens Ieſus ait illis. Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.	Et reſpondentes. *Syr. Reſponderunt itaque, ac.* Ieſu. *Syr. Ipſi Ieſu.* Et reſpondens I. a. *Syr. Subdit.* Dico. *Syr. Dicam.* Hæc faciam. *Arab. Hoc facio.*

CAPVT XI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Parentes impedire filios non debent, qui ſe Christi obſequio ſubiciunt; ſed imitari. 1650
Veſtium luxus damnatus. 1651
Ea, quæ Dei cultum tangunt, oculis ſpectanda. 1652
Chriſtus non fugiebat mortem, ſed expectabat. 1653
Morti proximi, quid precipuè præſtare debeant. 1653
Pij viri conſueta præſtare non contenti, ad grandia ſe vrgent & inſolita. 1654
Benefaciendi tempus ſemper adeſt, nec inutiliter ſpectandum. 1655
Summæ patientiæ exemplum ſuis exhibere Chriſtus voluit. 1656
Peccatorum inſtrumenta tollenda. 1657

Ite

Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt; & ſtatim introëuntes illuc, inuenietis pullum ligatum ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite.

1650. MATREM vnà cum pullo adduci iuſſam Matthæus aſſirmat; Marcus, & alij Euangeliſtæ pulli ſolius meminerunt; quòd eo præcipuè vectus fuerit Ieſus, ac illi inſidens Ieroſolymam ingreſſus ſit: quio adducto pullo, & matrem ſecutam intelligi poterat, ægrè enim vel bruta animalia relinquere fœtus ſuos poſſunt, quò minùs eos ſequantur. Arguunt hominum negligentiam qui plerunque deſerunt; quos genuerunt; & ſinunt eos abire, quo volunt, nec comitari dignantur. Cùm filij Chriſti ſe obſequio ſubiiciunt, impedire eos parentes non debent; ſed ſequi, ſed imitari, ſi poſſunt.

Super quem nemo adhuc hominum ſedit. Subitam pulli domationem quis non admiretur? Adhuc indomitus erat, & fræni expers; & tamen ſeſſorem patitur, nondum doctus & aſſuetus ſeſſorem ferre, & fræno duci: vt vel à bruto tum Apoſtoli, tum Iudæi Chriſto obedire diſcerent, & omnium animorum ferocitatem frangere.

Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in viâ.

1651. VEſtimentis, qui honorare Deum quærit, veſtimenta ſua Deo ſternat, non ſternat Dei legem; vt nobiliora, quàm eius vires ferant, ferat veſtimenta. Quod præſtant, qui operariis mercedem negant; aliis, quod debent, non ſoluunt, vt pretioſarum veſtium tegmine ſe amiciant.

Mentem ab omni pietate nudam circunfert, qui, vt litet vanitati, etiam non licita agit; quò corpus nobiliùs veſtiat indumentis. Veſtimenta ſua Chriſto non ſternunt, qui non habenti non offerunt, auferunt ab habente.

Et introiuit Ieroſolymam in templum, & circumſpectis omnibus, cùm iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

1652. VIx Ieroſolymam ingreditur, & ſtatim ad templum ſe confert, vbi omnia perluſtrat. Non templi ſtructuram ornatumque curioſè circunſpicit, vt, ſi quid in templo indignum ageretur, auferret, & corrigeret. Huc ſpectabat diligens iſte Chriſti intuitus; vnde & ſecuta negotiantium eiectio eſt: vt nos quoque diſceremus in omnibus non curioſitatem paſcere: ſed ea, quæ ad Dei gloriam & cultum ſpectant, diligenter quærere, & Diuini cultûs impedimenta ſtatim tollere.

Exiit cum duodecim. Nullum ſuorum familiarium in vrbe reliquit: diſceſſit ipſe cum diſcipulis ſuis: non erant ciues talibus hoſpitibus digni. Nullus remanet, ne, ad ciuium animos mouendos, aut aliquid ambitioſè moliendum, relictus eſſe putaretur.

Et introiuit Ieroſolymam in templum.

1653. CVm tempus paſſionis Chriſti appropioquaret, ad paſſionis locum Dominus appropinquat: *Vt per hoc intimaret*, inquit venerabilis Beda, *quia ſuam ſponte mortem ſubiret.* Non fugiebat mortem, ſed expectabat: non vitabat mortem, ſed morti (vt ita dicam) immoriebatur.

Ad templum ſe confert. Vt vbique religionis inſignia ſigna Chriſtus ediderit, edidit præcipuè, cùm morti fuit proximus; quò res in exemplum iret: atque adeò morti proximioribus cauendum eſt, ne pietas erga res ſactas in nobis moriatur. Templum adeundum nobis eſt aut corpore aut mente: aut per nos ipſos, aut per noſtros templa frequentare debemus.

Non enim erat tempus ficorum.

NOn enim erat tempus ficorum. Cùm alienum tempus eſſet, videbatur, excuſationem aliquam præſeferre arbor; cur fructus non haberet: & tamen ariditate damnata eſt. Nimirum, vult Chriſtus, ſeruos ſuos non naturæ curſum morémque ſequi: *meliores eſſe vult omni humanâ naturâ, exigitque eos ſuper naturam*, ait Origenes. Scilicet, pij viri non conſueta tantùm præſtare debent, ſed & inſolita; ne quâcunque bonitate ac perfectione contenti ſint. 1654.

Non enim erat tempus ficorum. Cur ergo ficui maledixit fructus non habenti, ſi alieno tempore fructum in eâ quæſiuit Chriſtus? Vt hominum ingenium damnaret, qui tempus idoneum expectant, vt benefaciant, cùm tempus omne ad bona opera producenda aptum ſit. 1655.

Quòd ficum fructu carentem punit, totum in diſcipulorum vtilitatem reſilit. Hôc quippe exemplo vt ait Sanctus Thomas, *volebat oſtendere diſcipulis, quòd, ſi vellet, hos, qui crucifixuri erant ipſum in momento poſſet exterminare.* Sicque animis ne deficerent; &, viſa ficu areſecta, fidei in eis vigor non areſieret.

Iam non ampliùs in æternum ex te fructum quiſquam manducet.

QVid peccauerat arbor, quæ maledictione plectitur? Fructus non habebat ficus? ſed nondum opportunum aduenerat tempus. Cur ergo areſcere iubetur? An volebat, propriam virtutem Chriſtus demonſtrare; ne ſcilicet diſcipuli in paſſione timerent, neve eorum animi frangerentur? 1656.

Præterea maledictionis ſententiam in arborem fert, quæ ſtatim exaruit, vt ſuis diſcipulis oſtenderet: quòd, ſi vellet, hos, qui crucifixuri erant ipſum, tollere è medio, poſſet: hincque manifeſtum fieret, ſummæ patientiæ fuiſſe, non impotentiæ, quòd in perſecutores ſuos, in ſuos crucifixores non inſurrexerit, eoſque virtute ſuâ non coërcuerit. Imitemur. Satis ſit conſtare, vlciſci nos potuiſſe, qui nos iniuriis premunt, non tamen vlciſcamur.

Et, cùm introiſſet in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo; & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

INgreſſus templum, vendentes eiicit, qui verum templi cultum, pro temporali lucro vendiderant; cathedraſque vendentium columbas euertit, vt euerteret in templo negotiantium auaritiam. Qui peccata à populis vult euellere, peccatorum inſtrumenta tollat tollat occaſionem. 1657.

Vendebant columbas : à columbæ tamen aberant ſimplicitate. Columbas in templo vendebant : in templo erant diuitiarum accipitres.

Ementes vendenteſque à templo eiicit, qui à cordis ſui templo veram religionem eiecerant. eſſe in Dei templo non meretur, qui Dei templum aut non eſt, aut non ſtudet euadere.

SECTIO II.

Perſtricti, qui Dei templum temerant. 1658
In Dei templo Diuina tantùm cogitanda. 1658
Ad malum alios trahere, quam ingens malum. 1659
Mali, qui templo addicti, extra malitia mediocritatem feruntur. 1659
Ab his, qui ſe auaritiæ addicunt, nihil boni ſperandum. 1660
Orationis vis & virtus. 1660
Orationi vacans, mente non vagetur. 1662
Vindictæ obliuiſcatur, orationem fundens. 1663
Proximi Charitas comitari orationem debet. 1664

Non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templum.

1658. PEt, *vas*, ſupellectilem quancunque, & quodcunque inſtrumentum, profanis vſibus inſeruientem, intellexit : nam de ſacrâ ſupellectili, quæ Diuino cultui ſeruiebat, hîc non loquitur. Nimirum, tantâ religione ac reuerentiâ colendum Dei templum Christus docuit, vt nihil à ſacris alienum illic ſpectandum ſit. Quid hinc illi, qui profana vaſa non tantùm inferunt in Dei templum; ſed ſacra ipſa & ſpiritualia prophanant? Quod fit, cùm animas, quæ Dei vaſa ſunt, in quibus ille habitat, ad peccatum alliciunt, & impudicis obturibus prouocant. Proh nefas? & Deus fert? Non ſemper feret.

Nec transferri profanum vas per templum ſinebat : non lagenas, non ſarcinas, & huiuſmodi : ne ſcilicet, qui in templo aderant, illarum rerum adſpectu, mente ad res terrenas conuerterentur; & terrena, non Diuina, cogitarent. Qui in Dei templo eſt, Diuina tantùm mente verſet: terrena & profana ne ſpectet quidem.

Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

1659. LAtrones in ſpeluncis viatores ſpoliant; plerunque & occidunt : quì ergo Dei domum ſpeluncam latronum fecerant, qui nullum occidebant, ſed vendebant tantùm ac emebant? An, quia (vt ait Sanctus Thomas hîc) *ad hoc in templo erant; vel vt non dantes, corporaliter perſequerentur; vel dantes, ſpiritualiter necarent?* Omni ferro nocentior offenſa illa eſt, quâ quis quibuſlibet artibus ad malum allicit ac trahit.

Quo audito, principes Sacerdotum & ſcribæ quærebant, quomodo eum perderent.

CVm oporteret, Chriſti monitis adduci ad pœnitentiam, & ſaniora conſilia bibere; ad immaniora ſcelera mentem conuertunt principes ſacerdotum & ſcribæ : perdere medicum quærunt. Nimirum, qui templo rebuſque ſacris addicti ſi mali ſint; intra malitiæ mediocritatem ſe non continent : peſſimi fiunt.

Præcipuè principes ſacerdotum in Chriſtum efferantur : quia nimirum ſibi ſolis in templum auctoritatem arrogabant; & eorum quæſtui multum ex ementium vendentiumque eiectione detrahebatur. Vbi,[1] Diuino cultui addicti, addicunt ſe auaritiæ; nihil boni ab illis ſperes, nihil ab illis non timeas mali. 1660.

Scribis quoque illius in templo negotiationis euerſio diſplicuit, quæ ab illis licita fuerat iudicata. Quia igitur, illorum gloria ex eruditione legiſque peritia in diſcrimen hoc facto agebatur, inſurgunt, eiuſque mortem meditantur. Nimirum, ſumma imperitia peritia illa euadit, quâ quis gloriæ ſuæ immoriens, mori Authorem vitæ, non ſolum ſinit, ſed etiam quærit.

Quomodo eum perderent. Non de re conſilium ineunt, ſed de modo & de opportunitate : diu enim erat, cùm decreuerant, Chriſtum de medio tollendum. Non defuit illis voluntas : commoditas defuit id, quod, moliebantur, perficiendi. 1661.

Timebant enim eum : quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

TImebant eum propter turbam, qui timere debebant turbam propter eum. Timendus timor iſte eſt; & timendum illi, qui timore corripitur.

Admirabatur. Græcè, ἐξεπλήσσετο. *Obſtupeſcebat ſuper doctrinâ eius*, quam ſcilicet videbant turbæ, ſcribarum calumniis maiorem, & reprehenſionibus omnibus ſuperiorem; & (quod maius) ſignis & miraculis munitam.

Propterea dico vobis : omnia, quacunque orantes petitis, credite, quia accipietis.

MAgna fidei virtus, magna confidentiæ : quæ facit, ne quid fruſtra à Deo petatur. *Credite, quia accipietis.* Græcus pro futuro præſens habet, λαμβάνετε. *Accipitis.* Quod magnam vim habet. Adeò certum eſt, quicquid petimus in oratione, nos accepturos; vt iam, cùm poſtulamus, illud videamur accipere. 1662.

De re futurâ, tanquam de præſenti, loquitur; vt ad maiorem confidentiam Chriſtus inhortetur & prouocet.

Et, cùm ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduersùs aliquem.

C*Vm ſtabitis ad orandum.* Stare non videtur, qui mente vagatur; atque adeò non orat, qui mente aliò fertur. Orationi mente non vacans, vacuus in oratione ab orationis eſt fructu.

Dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem. 1663.
Sed quid dimittendum? Dimittenda ira, vindictæ cupiditas, odium. Dimittenda vbique hæc ſunt, præcipuè in oratione; vt in nos Deus præſtet, quæ nos in proximos, Dei amore, præſtamus : alioquin amittit orationis vtilitatem, qui hæc non dimittit.

Iniuriarum immemor eſſe debet, qui orat : debet offenſas dimittere, qui fuſurus eſt preces. Quòd, ſi quis, læſus ab alio, alij non indulget, fundendæ orationi eſt ineptus : aptus erit ille, qui alios lædit, iniuriis alios afficit? non erit. Scilicet, *orationem Deo ſternere non valet, qui cupit ſternere, aut ſtratum gaudet, quem Deus condidit*, & diligere quiſque debet propter Deum.

Quòd

Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec Pater veſter, qui in Cælis eſt dimittet vobis peccata veſtra.

1664. NOn tantùm fides ſed & proximi charitas comitari orationem debet : alioquin Deo gratæ preces non erunt, nec, quod poſtulant, obtinebunt, niſi rancor omnis & vindictæ cupiditas euomatur : quòd ſi is, qui ab alio læſus non indulget, non ignoſcit, incaſſum orat, nec grata Dei auribus eius oratio eſt : quantò minùs erit illotum qui alios, nil læſi, lædere non ceſſant, non ceſſant laceſcere, conuitiis & iniuriis afficere?

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XII. MARCI.

Verſ. 1.

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam paſtinauit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.

In parabolis. *Theoph. Per parabolas.*
Loqui. *Syr. Colloqui. Fr. Luc. Dicere.*
Paſtinauit. *Pagn. Plantauit.*
Homo. *Syr. Vir quidam.*
Circumdedit ſ. *Syr. Obuallauit eam ſepimento. Arab. Circumdedit ei ſepem. Ar. M. Circumpoſuit ſepem.*
Lacum. *Arab. Torcular in eâ. Fr. Luc. Subtorcular.*
Ædificauit. *Syr. Extruxit.*
Turrim. *Arab. Turrim in eâ.*
Locauit. *Arab. Tradidit. Vat. Elocauit.*
Agricolis. *Arab. Operariis.*

Verſ. 2.

Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

Miſit. *Euth. Emiſit.*
Agricolas. *Arab. Operarios.*
In tempore. *Syr. Suo tempore. Euth. Tempore opportuno. Pagn. Cùm tempeſtiuum eſſet. Ar. M. Tempore.*
Seruum. *Syr. Seruum ſuum.*
Ab agricolis. *Arab. Ab operariis.*
Acciperet. *Euth. Sumeret.*
De fructu. *Syr. De fructibus. Euth. Fructus.*

Verſ. 3.

Qui apprehenſum eum cæciderunt, & dimiſerunt vacuum.

Qui. *Theoph. At illi.*
Apprehenſum. *Syr.* omittit. *Vat. Arreptum.*
Cæciderunt. *Syr. Percuſſerunt.*
Dimiſerunt. *Theoph. Remiſerunt.*

Verſ. 4.

Et iterum miſit ad illos alium ſeruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumeliis affecerunt.

Miſit. *Euth. Emiſit.*
Et illum in c. v. *Syr. Sed & illum lapidarunt, & vulnerauerunt. Arab. Et vulnerauerunt eum. Theoph. Et illi, coniectis in eum ſaxis, comminuerunt caput. Vat. Cui, coniectis in eum ſaxis, caput contuderunt. Pagn. Et lapidibus cùm illum obruiſſent læſerunt in capite. Caiet. Et illi caput percuſſerunt, iactis lapidibus. Fr. Luc. Et lapidatum ſeu, lapidibus petitum vulnerauerunt.*
Contumeliis a. *Syr. Eum dimiſerunt cum ignominiâ. Arab. Contumeliis affecerunt eum, & dimiſerunt eum deformatum. Ar. M. Ablegauerunt inhonoratum. Caiet. Remiſerunt affectum contumelia.*

Verſ. 5.

Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt : & plures alios : quoſdam cædentes, alios verò occidentes.

Miſit. *Euth. Emiſit.*
Et illum o. *Syr. Sed & eum interfecerunt.*
Et plures a. *Syr. Multos denique ſeruos alios miſit. Euth. Præterea multos alios.*
Quoſdam. *Syr. Quorum nonnullos.*
Cædentes. *Syr. Percuſſerunt.*
Alios. *Syr. Cæteros.*
Occidentes. *Syr. Trucidarunt.*

Vulgata Editio.

Verſ. 6.

Adhuc ergo vnum habens filium chariſſimum : & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia teuerebuntur filium meum.

Verſ. 7.

Coloni autem dixerunt ad inuicem: Hic eſt hæres: venite occidamus eum:& noſtra erit hæreditas.

Verſ. 8.

Et apprehendentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineam.

Verſ. 9.

Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam aliis.

Verſ. 10.

Nec ſcripturam hanc legiſtis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.

Verſ. 11.

A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

Verſ. 12.

Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

Verſ. 13.

Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo.

Verſ. 14.

Qui venientes dicunt ei: Magiſter, ſcimus quia verax es, & non curas quem-

Lectionum Varietas.

Adhuc ergo v. h. f. *Syr. Tandem verò vnicum habebat filium. Arab. Erat autem ei filius vnus. Theoph. Itaque cùm adhuc haberet vnicum filium ſuum.*
Et illum nouiſſimum. *Syr. Quem vltimum. Euth. Ipſum poſtremum.*
Miſit. *Euth. Emiſit.*
Dicens. *Syr. Dicebat enim.*
Quia reuerebuntur. *Syr. Iam verebuntur. Arab. Forſitan ipſi reuerebuntur. Vat. Reuerebuntur.*

Coloni autem. *Theoph. Agricolæ verò illi.*
Dixerunt. *Vat. Dicebant.*
Ad inuicem. *Arab. Inter ſe. Euth. Intra ſeſe. Ar. M. Apud ſe ipſos.*
Venite. *Euth. Agite.*
Occidamus. *Syr. Interficiamus.*
Noſtra erit. *Arab. Nobis fiet.*

Et apprehendentes eum. *Syr. Prehenderunt itaque. Theoph. Arreptum illum.*
Occiderunt. *Syr. Trucidarunt eum.*
Extra v. *Vat. E vineâ.*

Faciet. *Arab. Faciet eis. Theoph. Facturus eſt.*
Vineæ. *Fr. Luc. Vineæ ſuæ.*
Veniet. *Arab. Nonne veniet.*
Et perdet c. *Syr. Perdet agricolas illos.*
Dabit. *Euth. Tradet.*
Vineam. *Syr. Vineam hanc.*

Nec. *Syr. Nec quidem. Arab. Non. Vat. At ne quidem.*
Scripturam hanc. *Arab. In ſcripturâ.*
Lapidem. *Arab. Quia lapis.*
In caput. *Vat. Caput.*

Factum iſtud. *Euth. Factus hic.*
Mirabile. *Pagn. Admirabilis.*
In oculis. *Vat. Oculis.*

Quærebant. *Arab. Volebant.*
Tenere. *Syr. Prehendere. Euth. Apprehendere. Theoph. Comprehendere.*
Timuerunt. *Vat. Metuebant.*
Turbam. *Syr. A populo. Vat. Multitudinem.*
Cognouerunt. *Arab. Sciebant ipſi.*
Ad eos. *Arab. Propter eos. Pagn. Aduersùs ipſos.*
Relicto eo. *Arab. Dimiſerunt eum. Ar. M. Sinentes eum.*
Abierunt. *Euth. Egreſſi ſunt.*

Et mittunt. *Syr. Porrò miſerunt. Euth. Et emittunt.*
Ex Phariſæis. *Syr. E ſcribis. Euth. Phariſæos. Ar. M. e Phariſæorum.*
Herodianis. *Syr. Ex domeſticis Herodis. Euth. Herodianos. Ar. M. Herodianorum.*
Caperent. *Syr. Aucuparentur. Theoph. Captarent. Fr. Luc. Venarentur.*
In verbo. *Vat. Sermone.*

Qui venientes. *Theoph. Illi verò cùm veniſſent.*
Dicunt ei. *Syr. Interrogauerunt eum.*
Magiſter. *Syr. Doctor. Vat. Præceptor.*
Scimus. *Syr. Nouimus.*
Quia verax es. *Arab. Te veracem eſſe.*
Non curas q. *Syr. Nullius ſuſtinere ſolicitudinem.*

quam

Vulgata Editio.

Lectionum varietas.

quam: nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam Dei doces, licet dari tributum Cæſari, an non dabimus?

Ar. M. Non cura tibi eſt de nullo.
Vides in f. h. *Arab. Reſpicis in faciem hominis. Theoph. Reſpicis perſonam hominum. Ar. M. Aſpicis in faciem hominum.*
In veritate. *Syr. Cum veritate. Arab. Tu in veritate. Vat. Re verà.*
Licet. *Arab. Doce nos, an liceat nobis. Goth. Dic ergo nobis: Licet.*
Dari tributum. *Syr. Pecuniam dare.*
An non dabimus? *Syr. Nec ne? Demus, an non demus? Ar. M. An non? Dabimus, an non demus.*

Verſ. 15.

Qui ſciens verſutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam.

Qui ſciens. *Syr. Ipſe verò cognouit.*
Verſutiam. *Syr. Fraudem. Arab. Conſilium. Pagn. Simulationem. Fr. Luc. Hypocriſim.*
Videam. *Arab. Videam eum.*

Verſ. 16.

At illi attulerunt ei: Et ait illis: cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris.

Attulerunt. *Syr. Protulerunt.*
Inſcriptio. *Fr. Luc. Superſcriptio.*

Verſ. 17.

Reſpondens autem Ieſus dixit illis: Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo.

Reddite igitur. *Syr. Date.*
Quæ ſunt. *Arab. Quod eſt.*
Mirabantur. *Euth. Admirati ſunt.*
Super eo. *Vat. De eo.*

Verſ. 18.

Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe: & interrogabant eum dicentes:

Et venerunt. *Syr. Venerunt porrò.*
Reſurrectionem non e. *Arab. Non eſt reſurrectio.*
Interrogabant. *Syr. Rogauerunt.*

Verſ. 19.

Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios non reliquerit accipiat frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.

Magiſter. *Syr. Doctor. Theoph. Præceptor.*
Dimiſerit. *Euth. Reliquerit.*
Et non reliquerit. *Euth. Nec dimiſerit.*
Et filios. *Syr. Liberos autem. Arab. Et filium Ar. M. Et natos.*
Accipiat. *Vat. Ducat.*
Reſuſcitet. *Pagn. Suſcitet. Caiet. Exuſcitet.*

Verſ. 20.

Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus eſt non relicto ſemine.

Accepit. *Arab. Duxit.*
Relicto ſemine. *Euth. Dimiſit ſemen.*

Verſ. 21.

Et ſecundus accepit eam, & mortuus eſt: & nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter.

Reliquit. *Euth. Dimiſit.*
Similiter. *Syr. Itidem.*

Verſ. 22.

Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem: & non reliquerunt ſemen. Nouiſſima omnium defuncta eſt & mulier.

Et. *Syr. Denique Arab. Etiam*
Acceperunt eam ſ. *Arab.* omittit. *Vat. Duxerunt eam.*
Septem. *Syr. Septem illi. Arab. Vſque ad ſeptimum*
Reliquerunt. *Euth. Dimiſerunt.*
Nouiſſima. *Theoph. Poſtremò verò. Fr. Luc. Vltima.*
Defuncta. *Euth. Mortua.*
Et mulier. *Syr. Et ipſa mulier. Theoph. Et vxor.*

Verſ. 23.

In reſurrectione ergo cùm reſurrexerint, cuius de his erit vxor? ſeptem enim habuerunt eam vxorem.

Cùm reſurrexerint c. *Syr. Cuiuſnam.*
De his. *Syr. Ex eis. Fr. Luc. Horum.*
Erit. *Syr. Futura eſt.*
Vxor. *Arab. Mulier.*
Habuerunt eam v. *Syr. Duxerunt eam.*

Verſ. 24.

Et reſpondens Ieſus, ait illis: Nonne

Ideo. *Ar. M. Propter hoc.*
Erratis. *Arab. Vos errantes eſtis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ideò erratis, oon ſcientes Scripturas, neque virtutem Dei?

Non ſcientes. *Arab. Non reſpexiſtis. Theoph. Quod neſciatis.*
Virtutem. *Ar. M. Efficaciam. Pagn. Potentiam.*

Verſ. 25.

Cùm enim à mortuis reſurrexeriot, neque nubent, neque oubentur, ſed ſunt ſicut angeli in cælis.

A mortuis. *Arab. Mortui.*
Nubent. *Vat. Contrahunt matrimonium. Fr. Luc. Vxores ducunt.*
Neque nubentur. *Syr. Nec ſunt fæminæ viris. Theoph. Neque nuptum dantur.*
Sunt. *Goth. Erunt.*
Sicut angeli i. c. *Syr. Inſtar Angelorum, qui in cælis ſunt. Euth. Tanquam Angeli, qui ſunt in cælis.*

Verſ. 26.

De mortuis autem quòd reſurgant, non legiſtis io libro Moyſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deus ioquieos: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob?

De mortuis. a. q. *S. Epiph. Quòd autem mortui.*
Reſurgant. *Ar. M. Excitantur. Vat. Reſuſcitentur.*
Super rubum. *Syr. E rubo. Fr. Luc. In rubo.*
Quomodo dixerit i. d. i. *Arab. Verbum Dei. S. Epiph. Dixit Deus inquiens. Vat. Quomodo locutus ſit dicens.*
Ego ſum Deus Abraham. *S. Epiph. Ego Deus, Deus Abraham. Theoph. Ego ille Deus Abraham.*

Verſ. 27.

Noo eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Vos verò multum erratis.

Non eſt d. m. ſ. v. *S. Epih. Deus ergo viuorum eſt, non mortuorum. Theoph. Non eſt Deus mortuorum, ſed Deus viuentium. Ar. M. Non eſt Deus, Deus mortuorum, ſed viuentium.*

Verſ. 28.

Et acceſſit vous de ſcribis, qui audierat illos cooquirentes, & videns quooiam benè illis reſpooderit, ioterrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum.

Acceſſit. *Arab. Venit ad eum.*
Vnus de ſcribis. *Syr. Vnus ſcribarum. Vat. Quidam è ſcribis.*
Conquirentes. *Syr. Diſceptantes. Theoph. Simul diſputantes.*
Videns. *Fr. Luc. Sciens.*
Benè. *Syr. Perbellè. Arab. Bonas. Ar. M. Pulchrè.*
Illis reſponderit. *Syr. Illis reddidiſſe rationem. Arab. Reſponſiones eius ad eos.*
Mandatum. *Euth. Mandatorum. Vat. Præceptorum.*

Verſ. 29.

Ieſus autem reſpondit ei: Quia primum omnium mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vous eſt:

Mandatum. *Syr. Præceptorum. Theoph. Præceptorum.*
Tuus. *Caiet. Noſter.*
Deus. *Euth. Dominus.*

Verſ. 30.

Et diliges Dominum Deom tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum.

Mente. *Ar. M. Cogitatione.*
Et ex tota v. t. *Euth.* omittit. *Vat. Et ex totis viribus tuis. Caiet. Et ex tota fortitudine tuâ.*
Mandatum. *Theoph. Præceptum.*

Verſ. 31.

Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum taoquam te ipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt.

Tanquam te i. *Syr. Sicut animam tuam. Ar. M. Vt te ipſum.*
Horum. *Arab. His duobus.*
Mandatum. *Vat. Præceptum.*

Verſ. 32.

Et ait illi ſcriba: Benè Magiſter, io veritate dixiſti, quia vous eſt Deus, & non eſt alius præter eum.

Benè. *Ar. M. Pulchrè. Vat. Rectè.*
Magiſter. *Syr. Domine mi. Euth. Præceptor.*
In veritate. *Syr. Verumque. Arab. Veritatem. Theoph. Cum veritate.*

Verſ. 33.

Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota aoima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam

Et vt d. *Syr. Quem ſi diligat homo. S. Hilar. Ita diligendus.*
Toto intellectu. *Arab. Tota mente. Pagn. Totâ intelligentiâ.*
Totâ fortitudine. *Euth. Totâ virtute. Pagn. Totis viribus.*
Tanquam. *Ar. M. Vt.*
Seipſum. *Arab. Te ipſum.*

ſeipſum,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus,& ſacrificiis.

Maius. *Caiet. Plus.*
Omnibus h. *Theoph. Quàm vniuerſa holocauſtomata.*
Sacrificiis. *Theoph. Victimæ.*

Verſ. 34.

Ieſus autem videns quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.

Sapienter. *Euth. Prudenter. Fr. Luc. Cordatè.*
Reſpondiſſet. *Syr. Reddidiſſet rationem.*
Non es longè. *Syr. Non es procul. Vat. Haud longè abes.*
Iam. *Arab. Amplius. Euth. Deinceps. Theoph. Poſt illa.*

Verſ. 35.

Et reſpondens Ieſus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt ſcribæ Chriſtum filium eſſe Dauid?

Docens. *Arab. Et ipſe docens.*
Chriſtum f. e. *Arab. Quia Chriſtus filius eſt.*

Verſ. 36.

Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto: Dixit Dominus Domino meo. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Ipſe enim. *Syr. Quandoquidem ipſemet. Arab. Etiam.*
In Spiritu ſ. *Syr. Per ſpiritum ſanctitatis Vat. Afflatus Spiritu ſancto.*
Dextris meis *Syr. Dexterâ meâ. Vat. Dexterà mihi.*
Ponam. *Theoph. Poſuero.*
Inimicos. *Syr. Hoſtes.*
Tuos. *Euth. Meos.*
Scabellum p. t. *Syr. Scabellum ſubter pedes tuos. Arab. Sub pedibus tuis.*

Verſ. 37.

Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum, & vnde eſt Filius eius? & multa turba eum libenter audiuit.

Ipſe ergo D. *Arab. Hoc autem Dauid. S. Hilar. Ipſe Dauid.*
Dicit. *Theoph. Vocat.*
Eum Dominum. *Arab. Quomodo igitur.*
Multa. *Syr. Omnis. Vat. Pleraque.*
Libenter. *Syr. Periucundè. Arab. Cum delectatione. Fr. Luc. Iucundè.*
Audiuit *Euth. Audiebat.*

Verſ. 38.

Et dicebat eis in doctrina ſua: cauete à ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro.

Et dicebat. *Syr. Porrò dicebat.*
Cauete. *Syr. Reſpicite. Euth. Proſpicite.*
Volunt. *Arab. Amant.*
In ſtolis. *Syr. Cum ſtolis. Theoph. Infulati. Vat. Stolati.*
Ambulare. *Syr. Incedere. Ar. M. Deambulare. Al. Obambulare.*
Salutari. *Syr. Amant ſalutationem. Theoph. Amant ſalutationes.*
Foro. *Syr. Compitis. Arab. Plateis. Caiet. Foris.*

Verſ. 39.

Et in primis cathedris ſedere in ſynagogis,& primos diſcubitus in cœnis.

In primis c. ſ. *Syr. Primos conſeſſus. Arab. Sedere cum principibus ſynagogæ, & recumbere in primis cathedris. Ar. M. Præſeſſiones. Pagn. Primas ſellas. Caiet. Præſidentias*
In ſynagogis. *Arab.* omittit. *Pagn. In congregationibus.*
Primos d. *Arab. Primis diſcubitibus. Euth. Primos accubitus. Ar. M. Præcubitus.*
In cœnis. *Arab. Conuiuiis.*

Verſ. 40.

Qui deuorant domos viduarum ſub

Qui deuorant. *Syr. Illi deuorant. Arab. Qui comedunt. Fr. Luc. Penitùs comedentes.*
Domos. *Syr. Ædes.*
Sub obtentu p. o. *Syr. Eà occaſione, quòd prerogent preces ſuas. Arab. Cum prolixitate orationum ſuarum. Euth. Et ſub prætextu longo tempore orant. Ar. M. Et ſpecie longa orantes. Vat. Idque prætextu, vt qui longas precationes faciant. Caiet. Sub pretextu prolixè orantes.*
Accipient. *Vat. Subibunt.*

obtentu

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.	Prolixius. *Syr. Maius. Arab. Æternum. Euth. Grauius. Theoph. Grauiorem. Pagn. Abundantius. Fr. Luc. Ampliùs.* Iudicium. *Arab. Supplicium. Theoph. Damnationem.*
Verſ. 41. Et ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa.	Contra gazophylacium. *Arab. Ante portam gazophylacij. Orig. Ex aduerſo gazophylacij.* Aſpiciebat. *Fr. Luc. Spectabat.* Quomodo turba. *Syr. Quomodo turba. Arab. Turbam quomodo. Vat. Quomodo multitudo.* Iactaret. *Syr. Inijcerent. Orig. Mitteret. Fr. Luc. Iacit.* Æs. *Syr. Pecuniam.* Iactabant. *Syr. Inijciebant. Arab. Proiecerunt. Orig. Mittebant.* Multa. *Arab. Multum.*
Verſ. 42. Cùm veniſſet autem vidua vna pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.	Cùm autem v. *Orig. Et venit.* Vna. *Vat. Quadam.* Vidua. *Arab. Mulier vidua.* Pauper. *Syr. Pauperrima. Euth. Paupercula.* Miſit. *Syr. Iniecit. Arab. Proiecit.* Quadrans. *Syr. Octaua pars.*
Verſ. 43. Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium.	Conuocans. *Syr. Aduocauit Ieſus. Theoph. Vocatis.* Diſcipulos ſuos. *Theoph. Diſcipulis ſuis ad ſe.* Pauper. *Syr. Pauperrima. Euth. Paupercula.* Plus omnibus. *Syr. Plus, quàm omnes homines.* Miſit. *Syr. Coniecit. Arab. Proiecit. Ar. M. Iniecit.*
Verſ. 44. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miſerunt: hæc verò de penuria ſua omnia quæ habuit, miſit totum victum ſuum.	Omnes. *Syr. Cuncti.* Ex eo quod a. *Syr. Ex eo, quod redundat ſibi ipſis. Arab. Ex ſuperabundantiâ, quæ eſt apud eos. Euth. Ex eo, quod ſupererat ſibi. Ar. M. Ex redundante ſibi.* Miſerunt. *Syr. Coniecerunt. Arab. Proiecerunt. Ar. M. Iniecerunt.* De penuriâ. *Syr. E penuriâ. Arab. Cum inopiâ.* Omnia quæ. *Orig. Omnia quæcunque. Fr. Luc. Quidquid in bonis.* Habuit. *Arab. Erant ei. Vat. Habebat.* Miſit. *Syr. Coniecit. Arab. Poſuit. Ar. M. Iniecit.* Totum victum ſ. *Syr. Omnem poſſeſſionem ſuam. Arab. Et omnem victum ſuum. Paga. Totam ſubſtantiam ſuam.*

CAPVT XII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Dei amor in homines quàm magnus. 1665
Liberum à ſuis cultoribus obſequium Chriſtus quærit. 1665
Contumelia ipſa, mercedis cuiuſdam loco, à Dei ſeruis habentur. 1666
Vix ſtare malorum hominum malitia poteſt: attollitur, quum non tollitur. 1667
A quocunque veritas dicatur, à Deo proficiſcitur. 1668
Diuini amoris vis quanta. 1671
Omnes ad Chriſtum alliciendi. 1671

Vineam paſtinauit homo, & circundedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.

VINEAM *paſtinauit homo.* Homo, Deus dicitur ob amorem & affectum, quo erga hominem afficitur, ac ſi in illum immigraſſe quodammodo videatur. 1665.

Peregrè profectus eſt. Cur vineæ Dominus diſceſſit à vinea? Ne agricolæ eius præſentiâ ad vineam excolendam cogi viderentur. Liberum vult à ſuis cultoribus obſequium: Nihil illi gratum, quod coactum.

Locat vineam ſuam agricolis, vt agricolas vineæ culturâ excoleret: ſed, vt non legimus colonos vineam excoluiſſe, ſic legimus, incultos eos remanſiſſe.

Qui

Qui apprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt vacuum.

1666. AGricolæ ſeruum, qui miſſus à Domino fuerat, vacuum dimitrunt, quum nullos ei fructus, Domino deferendos, ex vinea collectos exhibuerint. Sed verè vacuus non abiit, iniuriis & contumeliis onuſtus, quas, ingeotis mercedis loco, Dei ſeruus babuit & habere, qui verè Deo obſequuntur, ſolent.

Dei ſeruum cæciderunt, qui à pietatis ſuggeſtu iam ceciderant: mali agricolæ, qui, onuſti beneficiis, contumeliis benefactorem onerant. Hoc peſſimorum hominum indicium eſt; quod eò peiores fiunt, Cùm Dei muneribus donantur; & cumulum ſceleribus addunt, Dei beneficiis cumulati.

Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt, & plures alios, quoſdam cadentes, alios verò occidentes.

1667. ITa plerunque fit, vt, cùm Domini beoignitas & beneficentia creſcit, hominum malitiâ creſcat ingratitudo. Nimirum, maioribus Dei donis maioribûs quàm ſæpe ſceleribus homines reſpondent. Plures miſit Dominus ſeruos, ne vinci agricolarum nequitiâ videretur; ſed magis in illos ſæuiebant tractabant duriùs; Vix ſtare malorum malitia poteſt; attollitur, eum non tollitur, & creſcit, eum non euellitur.

Quid ergo faciet Dominus vineæ? veniet, & perdet colonos, & dabit vineam aliis.

1668. REm aliter narrat Matthæus, aliter Marcus. Matthæus, illos agricolas reſpondiſſe ſcribit, atque dixiſſe: *Malos malè perdet, & vineam locabit aliis agricolis.* cap. 21. v. 40. Marcus hîc non ab agricolis reſponſum eſſe, commemorat; ſed Dominum ſibimet interroganti reſpondiſſe ſignificat. Fors vtrunque factum; adeò, vt, quod ab aliis dictum, tanquam, magis ratum eſſet, confirmando Chriſtus repetierit. Vel reſpooſio iſta, quæ ab aliis, licèt impiis, fluxit, Domino hîc tribuitur; quia, cùm verum dixerint, etiam per illos hoc ille reſpondit, qui veritas eſt. A quocunque veritas proferatur, à Deo proficiſcitur, qui fons veritatis eſt.

Perdet colonos, & dabit vineam aliis.

1669. HOminum malitia Dei bonitatem non minuit. Dat aliis vineam, alios à primis repperturus; quia & alios fecit. Dat vineam aliis, vt primi coloni ita inuidiâ torqueantur, dum vident aliis dari, quod illis ſurripitur: vt illorum diligentiâ reſipiſcant, deſinantvè in Dominum ſæuire.

Reddite igitur, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.

R*Eddite igitur, quæ ſunt Cæſaris Cæſari:* Quod ore loquutus eſt, impleuit etiam opere, tributumque Cæſari ſoluit. *Conditor Cæſaris* (ait Sanctus Bernardus.) *Cæſari non cunctatus eſt reddere cenſum. Quando verè Dei ſacerdotibus debitam negaret reuerentiam, qui hanc ſecularibus quoque poteſtatibus exhibere curauit?* Exemplum nobis dedit, quod ſequeremur.

Ieſus autem videns, quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longè à Regno Dei.

SCribæ reſponſum Chriſtus probat & laudat, & ad maiora laudanda allicit. Sed quî laudare ſcribam potuit, qui, vt Chriſtum tentaret, acceſſerat? De illo ita ſcribit Sanctus Matthæus: *Interrogauit eum vnus ex eis, legis doctor, tentans eum.* cap. 22. v. 35. Cùm ſcriptum de Domino ſit Sap. 1. *Quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum.* Quomodo accedere ad Dei Regnum potuit, qui fraudolenter Chriſtum interrogauit? ſed fors, audito Domini reſponſo, ad pietatem rediit ſimulationem reiecit: tentatoris perſonam exuit, induit diſcipuli. 1670.

Doctrinam Ieſu de amore in Deum ac proximum repetierat iſte ſcriba, & repetens alius ſtatim effectus eſt, aliam mentem ebibens: tantum, vel nuda, Diuini amoris verba poſſunt: ſolus amor nominatus tantam virtutem oſteodit. 1671.

Non es longè à Regno Dei. Tectè inuitat Chriſtus ſcribam ad fidem: diceoſque non longè abeſſe, abeſſe eum, oſtendit; quo vlteriùs iret, & *quæ ipſi* (ait Victor Antiochenus) *adhuc deerant, ſtudioſè inquireret.* Quo exemplo docemur, alliciendos omnes ad Chriſtum, omnes inuitandos: terrendum neminem eſſe, nullius animum à boni operis conſummatione reuocandum.

SECTIO II.

Nequeunt inuidi conquieſcere. 1672
Quam ſuauia & vtilia Chriſti verba. 1673
Facilè ſeducit mala vita doctorum. 1674
Quanam oratio aucupij orationem habeat. 1675
Quot & vbi olim gazophylacia. 1676
Aliorum bona vt ſpectanda. 1677
Iuſti videri nolunt, dum bona opera exercent. 1678
Offerentis animus oblationem animat ac informat. 1679
Malorum ſacerdotum vita cæteros à bonis operibus non debet auocare. 1680

Nemo iam audebat eum interrogare.

ADeò confuderat ſuos tentatores, vt eum ampliùs interrogare oon auderent, cùm ſuis interrogationibus dedecus ſibi apud plebem parerent, nullam gloriam. Vicit ſcribas & phariſæos Dei ſapientia: ſed hîc inuidia non ſtetit. Vltrà non interrogant, ſed apertiùs in illum ſæuiunt. Superari inuidi poſſunt, non poſſunt conquieſcere. 1672.

Multa turba eum libenter audiuit.

TAm ſuauia tam vtilia Chriſti verba erant, vt turbæ, inuidiæ morbo non infectæ, libenter eum audirent. Pro, *libenter*, Græcè eſt ἡδέως. *Iucundè, lætè, ſuauiter, cum voluptate.* Hæc omnia aduerbium iſtuc ſignificat. *Libenter*, vertit interpres; quia, quod cum voluptate fit, libenter fit: ſicut è contrà, quòd libenter quis præſtat, licèt alioquin durum ac difficile videatur, lene, facilèque fit: & amarum amaritiem exuit, dulcedinem induit, dummodo libenter, alacriterque fiat. 1673.

Cauete

Cauete à ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro.

1674. CVr potiùs monet, vt à ſcribis ſibi caueant, quàm ab aliis? An, quia faciliùs ſeducit mala vita doctorum? Ægrè teüci eorum motes poſſunt, quorum doctrina auidè bibitur.

Volunt in ſtolis ambulare. Illam veſtem ambiebant, quæ populi, ſuccinctè viliterque veſtiri, reuerentiam conciliaret. Nudus à verâ glotiâ erit, qui falſam quætit à veſtibus.

Salutari in foro. Ægrè aliorum ſalutem doctor quærit, qui ſuperbiâ correptus ab aliis ſtudet ſalutari, tanquam ſuper alios eſſet. Scribæ in foro omnium ſalutationem quætebant: ſed in foto aut alibi nullius ſalutem qoætebant.

Qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis.

1675. NOn otabant iſti; ſed venabantur. Sanctitatem ſimulabant, vt viduas expoliarent. Prolixè orabant, vt ſanctitatis opinionem ſibi conciliarent. Nimirum in longis precibus ſignum apparet ratæ pietaris: &, quò quiſque ſanctior eſt, eò magis orationis ſtudio eſt addictus; ſed veræ, non ſimulatæ; & in Dei glotiam & placitum, non in ſpectantium fraudem. Sic oratio, quæ funditut, oratio non eſt, ſed aucupium.

Et ſedens Ieſus contra gazophylaicum, adſpiciebat quomodo turba iactaret es in gazophylacium.

1676. AD portam otientalem, quà è templo egrediebantur, ſitum illo tempore gazophylacium erat, vt populus ipſe ſuâ manu ſiue ingrediens ſiue egrediens dona ſua mittere in illud poſſet. Huiuſmodi gazophylacia duo fuiſſe ad ſingulas portas templi, quidam putant ad vtriuſque portarum latus. Credibile eſt, vnum ſaltem fuiſſe ad portas ſingulas, ne cui eorum, qui templum adiret, bene faciendi deeſſet commoditas.

Ex aduerſo gazophylacij ſedebat Chriſtus, &
1677. aſpiciebat eos, qui beneficentiæ operi vacabant. *Inſpiciebat.* Græcè, *ἐθεώρει. ſpectabat.* Non curioſitatis causâ, ſed vt ſalutaris doctrinæ cauſam captaret: quod poſtea fecit. Diſce: Aliorum bona opera ſpectanda ſunt & obſeruanda, non vt calumniam illis inutamus; ſed vt vtile aliquod ex eis monitum exculpamus.

Inſpiciebat. Docemur, in templis maximè Dominum ſpectare, quinam, in illis, bonis operibus vacent. Operum ſuorum ſpectatotem Deum habent, qui Deum in opetibus ſuis ſpectant.

Cùm veniſſet autem vidua vna pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.

1678. POſt diuitum oblationem, & viduæ meminit: fors quia, poſt diuites, & promiſcuam multitudinem, munus templo obtulit, cùm ſcilicet pauci adeſſent, à quibus videretur. Iuſti quippe bona agere ſatagunt, ſed videri nolunt; &, quantum poſſunt, ab aliorum oculis ſe eximunt.

Cum diuitibus ſimul non obtulit, ne videretur, velle ſe in oblatione illis pariare; neve adſtantes putarent grande aliquod munus obtuliſſe, quæ cum diuitibus ſe immiſcuiſſet. Humilis non eſt, velle videri plura in Dei obſequium præſtare, quàm reipsâ præſtet.

Miſit. Græcè, *ἔβαλε. Iactauit.* Sicut ſupe-
riùs idem interptes idem verbum vertit: ſed 1679.
fors *iactandi* verbo diuitum iactantiam significare voluit; *mittendi*, pauperis viduæ modeſtiam, ab omni faſtu alienam, ab omni oſtentatione.

Miſit duo minuta. Non minutum Chriſto viſum, quòd vidua iſta duo minuta in gazophylacium miſerit. Muneris vilitatem & offerentis paupertas & diues animus nobilitauit. *Duos obolos*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *demiſit mulier; & illis, qui multa demiſerant, antelata eſt: non enim pecuniæ paucitatem, ſed animi magnificentiam reſpexit Deus. Oboli duo, pecunia: ſed talentis auri ſexcentis pretioſior animus erat.* Nimirum offerentis animus animat oblationem, & ioformat: exuit exiguitatem munus exiguum, ſi grandi animo offeratur.

Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit.

VIduam diuitibus præfert: diuites, qui mune- 1680.
ra tempļó obtulerant, non damnat. Quanquá & monera illis ſcribis phariſæis inimicis ſuis maiori ex parte cederent; nihilominus non reprehendit offerentes; ſed potiùs laudat, & ad pietatem huius viduæ exemplo inhortatur: &, licèt fieri potuerit, vt facet ille theſaurus malè à malis ſacerdotibus fuerit diſpenſatus; non ideo tamen homines à donis offerendis dehortatur; quia impiorum ſacerdotum abuſus vitiare & inficere dona piè ritéque Deo oblata non poterat,

Placuit Chriſto viduæ iſtius munus, quanuis 1681.
exiguum; quia vidua, in ſuâ paupertate, animi magnitudine non fuit vidua; vt ex vero plus dederit, quàm habuerit: quia non ex ſacculo tantum ſumpſit, quod daret; ſed ex eorde.

Magnum quid dedit, quia exiguum tantùm habuit, quod daret: maius dediſſet, ſi plus habuiſſet, quod poſſet offerre. Grande eſt, quod offert, qui totum, quod habet, offert: quòd ſi totum offerre non poteſt; offert toto animo, quod offert.

Mulierem illam Chriſtus effert, quæ parum æris in gazophylacium iactauetat; nihil de Salomone in Euangelio dictum reperio, qui tàm grandes impenſas fecerat in templum, tot argenti, aurique pondera inſumpſerat; pauperem viduam laudat, quia affectum potius ſpectauit, quàm donum. Tanti tefert, quo animo quis aliquid Deo offerat, & quâ charitate.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIII. MARCI.

Verſ. 1.

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.

Cùm egrederetur. *Syr. Cùm exiret Ieſus.*
Vnus. *Theoph. Quidam.*
Ex diſcipulis ſ. *Euth. Diſcipulorum ſuorum.*
Magiſter. *Theoph. Praeceptor.*
Aſpice. *Syr. Ecce vide.*
Quales lapides. *Arab. In hos lapides magnos. S. Greg. Nyſſ Quanta hac opera ſunt. Vat. Cuiuſmodi lapides.*
Quales ſ. *Syr. Qualia ædificia. Arab. Hanc ſtructuram. Goth. Quales ſtructura templi. S. Greg. Nyſſ. Quanta ſtructura. Theoph. Quales ſubſtructiones. Fr. Luc. Cuiuſmodi ædificationes.*

Verſ. 2.

Et reſpondens Ieſus, ait illi. Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Has omnes m. æ. *Syr. Iſta ædificia magnifica. Arab. Hanc ſtructuram magnam. Euth. Has magnas ſubſtructiones.*
Lapis. *Arab. Hic lapis.*
Deſtruatur. *Ar. M. Diſſoluatur. Pagn. Diruatur.*

Verſ. 3.

Et cùm ſederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum ſeparatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas.

Cùm ſederet. *Arab. Dum eſſet ſedens.*
Contra templum. *Euth. E regione templi.*
Separatim. *Syr. Soli. Theoph. Secretò. Ar. M. Priuatim. Vat. Seorſum.*

Verſ. 4.

Dic nobis, quando iſta fient? Et quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari?

Iſta fient. *Syr. Hac futura ſunt. Vat. Hac euenient. Caiet. Iſta erunt.*
Quando hæc omnia. *Arab. Oſtendens hanc.*
Incipient c. *Syr. Appropinquabunt ad conſummationem. Arab. Conſummationem. Euth. Conſummanda ſunt. Fr. Luc. Futura ſunt conſummare.*

Verſ. 5.

Et reſpondens Ieſus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos ſeducat.

Videte. *Ar. M. Aſpicite.*
Seducat. *Syr. Inducat in errorem. Theoph. Fallat.*

Verſ. 6.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum: & multos ſeducent.

Ego ſum. *Vat. Ego ſum Chriſtus.*
Seducent. *Syr. Aberrare facient. Tert. Fallent. Pagn. Decipient.*

Verſ. 7.

Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: ſed nondum finis.

Bella. *Syr. Prælia.*
Opiniones. *Syr. Rumorem. Arab. Prædicationes. Ar. M. Auditiones. Pagn. Rumores.*
Timueritis. *Arab. Conturbemini. Caiet. Turbemini.*
Oportet. *Syr. Futurum eſt.*
Hæc fieri. *Syr. Vt hac fiant.*
Finis. *Arab. Finis venit.*

Verſ. 8.

Exurget enim gens contra gentem, & regnum ſuper regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

Exurget. *Arab. Surget. Euth. Inſurget. Ar. M. Excitabitur.*
Super regnum. *Syr. In regnum. Theoph. Aduerſus regnum.*
Erunt. *Syr. Fient.*
Per loca. *Arab. In omni loco. Theoph. In ſingulis locis. Vat. Certis locis.*
Fames. *Euth. Erunt fames, ac turbationes. Ar. M. Erunt fames, ac turba. Vat. Erunt fames, ac tumultus.*
Initium. *Euth. Principia. Caiet. Initia.*
Dolorum hæc. *Arab. Doloris hæc erunt.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 9.

Videte autem voſmetipſos. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides, & reges ſtabitis propter me,in teſtimonium illis.

Videte v. i. *Ar.M. Aſpicite voſmetipſos. Pagn. Cauete vos vobis ipſis.*
In conciliis. *Syr. In iudicia. Ar. M. Ad conſeſſus. Fr.Luc. In concilia.*
Synagogis. *Syr. In ſynagogas eorum. Euth. Synagogas.*
Vapulabitis. *Syr. Flagellis cædimini. Theoph. Cædimini.*
Ante præſides,& r. *Syr. Coram regibus,& præfectis. Euth. Sub præſidibus, & regibus. Theoph. Sub principibus, ac regibus. Ar. M. Ad duces, ac reges.*
Stabitis. *Vat. Ducemini. Caiet. Statuemini. Fr. Luc. Siſtemini.*
Propter me. *Syr. Cauſâ mei. Arab. Cauſâ meâ.*
In teſtimonium. *Vt ſit teſtimonio.*
Illis. *Arab. Contra eos.*

Verſ. 10.

Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium.

Et in omnes g. *Syr. In omnibus autem gentibus. Theoph. Et apud omnes gentes.*
Primùm. *Vat. Prius.*
Oportet p. *Syr. Prædicandum eſt. Arab. Oportet prædicare.*
Euangelium. *Syr. Euangelium meum.*

Verſ. 11.

Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini, non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus.

Et cùm d. *Syr. Cùm autem adducent.*
Tradentes. *Syr. Tradendos.*
Nolite p. *Syr. Ne ſitis antè ſoliciti. Arab. Ne cogitetis. Euth. Ne ſoliciti ſitis,neque cogitetis. Ar. M. Ne præanxiemini. Caiet. Ne antè ſoliciti, ſiue, anxij ſitis.*
Loquamini. *Arab. Loquamini, neque quid reſpondeatis. Theoph. Dicturi ſitis, neque meditemini. Ar.M. Loquamini nec præmeditemini.*
Sed quod. *Arab. Quoniam vos eo. Vat. Sed quicquid.*
Datum vobis f. *Arab. Donabimini.*
Illâ. *Syr. Illâ ipſâ.*
Id loquimini. *Syr. Id ipſum eloquimini. Arab. Quod loquemini.*
Eſtis. *Euth. Eritis.*
Spiritus ſanctus. *Syr. Spiritus ſanctitatis.*

Verſ. 12.

Tradet autem frater fratrem in mortem,& pater filium: & conſurgent filij in parentes,& morte afficient eos.

Fratrem. *Syr. Fratrem ſuum.*
In mortem. *Syr. Ad mortem. Arab. Morti.*
Filium. *Syr. Filium ſuum. Ar.M. Natum.*
Conſurgent. *Theoph. Inſurgent.*
Filij. *Ar.M. Nati. Vat. Liberi.*
In parentes. *Syr. Contra patres ſuos. Arab. Aduerſus parentes ſuos.*
Morte afficient. *Syr. Enecabunt. Arab. Occident.*

Verſ. 13.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit.

Odio omnibus. *Syr. Exoſi omnibus. Arab. Odio cuicunque. Euth. Habiti ab omnibus. Ar. M. Exoſi ab omnibus.*
Suſtinuerit. *Ar. M. Permanens. Pagn. Perſeuerauerit.*
In finem. *Theoph. Vſque in finem. Al. Vſque ad finem.*
Saluus erit. *Arab. Saluabitur.*

Verſ. 14.

Cùm autem videritis abominationem deſolationis, ſtantem vbi non debet qui

Abominationem. *Syr. Portentum illud immundum.*
Deſolationis. *Syr. Vaſtationis de quo dictum eſt per Danielem prophetam. Arab. Bellorum commemoratorum in Daniele prophetâ. Euth. Deſolationis, quæ dicta eſt â Daniele prophetâ. Ar. M. Deſolationis prolatam à Daniele prophetâ. Ar.M. Deſolationis,de qua dictum eſt à Daniele prophetâ.*

legit,

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

legit, intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes.

Stantem. *Syr. Sans. Fr.Luc. Exiſtentem.*
Vbi non d. *Arab. In loco ſancto. Caiet. Vbi non oportet.*
Fugiant. *Arab. Fugient.*
In montes. *Syr. In montem. Theoph. Ad montes.*

Verſ. 15.

Et qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo ſua.

Super tectum. *Ar. M. Super domum. Vat. In tecto fuerit.*
Ne deſcendat in d. *Syr. Ne deſcendat. Arab. Non poterit deſcendere in domum ſuam.*
Nec introeat. *Arab.* omittit. *Fr.Luc.Neque ingrediatur.*
Vt tollat. *Syr. Vt auferat.*
Quid. *Euth. Quippiam. Al. Quidquid.*
De domo ſ. *Syr. Ex ædibus ſuis. Arab.* omittit.

Verſ. 16.

Et qui in agro erit, non reuertatur retrò tollere veſtimentum ſuum.

In agro e. *Ar.M. In agrum exiſtens.*
Non reuertatur. *Syr. Is ne reuertatur. Euth. Non conuertatur.*
Retrò. *Arab. Retrò ſe. Euth. Ad ea, quæ poſt tergum ſunt. Theoph.. A tergo ad ea, quæ reliquit. Ar.M. In quæ poſt.*
Tollere. *Vat. Ad tollendum.*
Veſtimentum. *Pagn. Pallium.*

Verſ. 17.

Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

Prægnantibus. *Syr. Vterum ferentibus.*
Nutrientibus. *Arab. Lactentibus. Pagn. Lactantibus.*
Illis diebus. *Syr. Per illos dies.*

Verſ. 18.

Orate verò vt hyeme non fiant?

Orate verò. *Arab. Igitur orate.*
Hyeme. *Arab. In Hyeme.*
Fiant. *Arab. Sit fuga veſta. Euth. Fiat fuga veſtra.*

Verſ. 19.

Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus vſque nunc, neque fient.

Erunt dies i. *Arab. In illis diebus erit.*
Tribulationes tales. *Syr. Oppreſſio. Arab. Anguſtia. Goth. Tribulationis. Theoph. Talis afflictio. Ar.M. Tribulatio.*
Quales non f. *Syr. Qualis non extitit. Arab. Quæ non fuit ſimilis illi. Ar. M. Qualis non facta eſt talis.*
Ab initio. *Euth. A principio. Vat. A primordio.*
Creaturæ. *Arab. Quo. Euth. Creationis. Theoph. Rerum conditarum. Ar.M. Conditionis.*
Quam condidit. *Arab. Creauit. Theoph. Quas condidit.*
Vſque nunc. *Vat. Vſque ad hoc tempus.*
Fient. *Arab. Erit. Theoph. Futura eſt. Ar. M. Fiet.*

Verſ. 20.

Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos, quos elegit, breuiauit dies.

Breuiaſſet. *Euth. Abbreuiaſſet. Ar. M. Contraxiſſet. Caiet. Decurtaſſet.*
Dies. *Goth. Dies illos.*
Non. *Euth. Nequaquam. Vat. Haud quaquam.*
Fuiſſet ſalua. *Arab. Viueret. Ar. M. Seruaretur. Vat. Fuiſſet ſeruata.*
Omnis caro. *Arab. Caro. Theoph. Vniuerſa caro. Vat. Illa caro.*
Breuiauit. *Syr. Decurtauit. Arab. Breuiati ſunt. Theoph. Abbreuiauit. Ar.M. Contraxit.*
Dies. *Arab. Dies illi.*

Verſ. 21.

Et tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis.

Hîc eſt Chriſtus. *Ar.M. Hic Chriſtus.*

Verſ. 22.

Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeu-

Exurgent. *Syr. Surgent. Euth. Excitabuntur. Vat. Exorientur.*
Pſeudochriſti. *Arab. Mendaces Chriſti.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

doprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.

Pſeudoprophetæ. *Arab. Mendaces propheta.*
Dabunt. *Arab. Facient. Theoph. Edent.*
Portenta. *Syr. Miracula. Pagn. Prodigia.*
Ad ſeducendos. *Euth. Vt decipiant.*
Si fieri p. *Arab. Si poſſent. Ar. M. Si poſſibile.*
Etiam electos. *Arab. Electos.*

Verſ. 23.

Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia:

Ergo videte. *Ar. M. Autem aſpicite. Vat. Autem cauete.*
Ecce. *Arab. Iam incepi.*
Prædixi. *Arab. Et annuntiaui.*

Verſ. 24.

Sed in diebus illis, poſt tribulationem illam, Sol contenebrabitur, & Luna non dabit ſplendorem ſuum.

Sed. *Theoph. Caterùm.*
Tribulationem. *Syr. Oppreſſionem. Arab. Anguſtiam. Vat. Afflictionem.*
Contenebrabitur. *Euth. Obſcurabitur. Theoph. Obtenebrabitur.*
Splendorem. *Fr. Luc. Lumen.*

Verſ. 25.

Et ſtellæ cæli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cælis ſunt, mouebuntur.

Stellæ cæli. *Syr. Stella è calo.*
Erunt d. *Arab. Cadent. Euth. Decident.*
Virtutes. *Ar. M. Efficacia. Vat. Vires. Fr. Luc. Poteſtates.*
Quæ in c. ſ. *Arab. Cali. Euth. Calorum.*
Mouebuntur. *Arab. Commouebuntur. Theoph. Concutientur. Caiet. Quatientur. Fr. Luc. Agitabuntur.*

Verſ. 26.

Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria.

Virtute. *Theoph. Poteſtate. Ar. M. Efficacia.*
Multâ. *Arab.* omittit.
Gloriâ. *Arab. Gloriâ magnâ.*

Verſ. 27.

Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ, vſque ad ſummum cæli.

Congregabit. *Euth. Aggregabit.*
A ſummo. *Arab. Ab extremitatibus. Vat. Ad extrema.*
Ad ſummum. *Arab. Ad extremitates. Vat. Ad extremum.*

Verſ. 28.

A ficu autem diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas.

A ficu. *Arab. Ab arbore ficûs.*
Parabolam. *Caiet. Similitudinem.*
Iam ramus e. t. f. *Syr. Eius tenereſcunt rami. Arab. Ramos eius teneros videritis.*
Nata f. *Syr. Germinant. Euth. Producta. Theoph. Produxerit.*
Folia. *Arab. Folia eius.*
Cognoſcitis. *Theoph. Scitis. Vat. Scitote.*
In proximo ſ. æ. *Syr. Aduenire æſtatem. Arab. Iam appropinquauit æſtas. Vat. Propè eſſe æſtatem.*

Verſ. 29.

Sic & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quòd in proximo ſit in oſtiis.

Hæc. *Arab. Hac omnia.*
Fieri. *Ar. M. Facta.*
Scitote. *Ar. M. Cognoſcite. Vat. Scitis.*
In proximo ſ. *Arab. Proximum eſt. Euth. Propè ſit.*
In oſtiis. *Syr. Ad valuas. Ar. M. Ad fores. Caiet. Foribus.*

Verſ. 30.

Amen dico vobis, quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant.

Quoniam non. *Syr. Nequaquam præteribit.*
Generatio. *Vat. Natio.*
Donec. *Fr. Luc. Vſquequò.*
Iſta fiant. *Theoph. Hac facta fuerint.*

Verſ. 31.

Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Tranſibunt. *Pagn. Præteribunt.*
Verba autem m. n. *Syr. Nec ſermones mei. Vat. Sed dicta mea non.*
Tranſibunt. *Caiet. Præteribunt.*

Verſ. 32.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 32.

Dedie autem illo vel horâ nemo ſcit, neque angeli in cælo, neque Filius, niſi Pater.

De die a. *Syr. Caterum de die illo. Arab. Illum autem diem. S.Epiph. Etenim diem.*
Vel hora.' *Arab. Et illam horam. S.Hilar. Et horâ S.Epiph. Nec horam. Theoph Ac tempore.*
Nemo ſcit. *Arab.Non cognoſcit quiſquam.S.Epiph. Nemo nouit Euth. Nullus nouit.*
Neque Angeli. *Syr. Non Angeli quidem.*
In cælo. *S.Ambr.Calorum.S.Hilar.In calis.S.Epiph. Cels. Vat. Qui ſunt in Celo.*
Filius. *Theoph. Ipſe filius.*
Niſi Pater. *S.Hilar. Niſi Pater ſolus. Vat. Sed ſolus Pater.*

Verſ. 33.

Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit.

Videte. *Euth. Attendite. Theoph. Cauete. Ar. M. Aſpicite.*
Tempus ſit. *Syr. Futurum ſit hoc tempus. Ar. M. Tempus eſt. Vat. Tempeſtiuitas ſit.*

Verſ. 34.

Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.

Sicut homo. *Syr. Eſt enim tanquam vir.*
Profectus. *Euth. Agens.*
Poteſtatem. *Pagn. Subſtantiam ſuam. Fr. Luc. Auctoritatem.*
Cuiuſque operis. *Arab. Vnicuique operis ſui.Caiet. Et vnicuique opus ſuum.*
Et Ianitori. *Syr. Ianitori ſuo.*
Præcepit. *Theoph. Mandauit.*
Vigilet. *Syr. Vigilans eſſet. Arab.Vigilantem.*

Verſ. 35.

Vigilate ergo, (neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero an mediâ nocte, an galli cantu, an mane.)

Neſcitis enim. *Syr. Quippe qui neſciatis.*
Sero. *Vat. Veſperi.*
Mediâ nocte. *Theoph. Medio noctis. Fr. Luc. Medinoctio.*
Galli cantu. *Syr. In galli cantu. Euth. Gallicinio.*
Manè. *Theoph. Diluculo.*

Verſ. 36.

Ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes.

Repente. *Syr. De repente.*
Inueniat. *Pagn. Offendat.*

Verſ. 37.

Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate.

Quod autem. *Vat. Caterùm qua.*
Omnibus. *Syr. Vobis omnibus idipſum.*
Vigilate. *Syr. Eſtote vigilantes.*

CAPVT XIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Quo affectu ad templum eundum. 1682
Quanam mens è templo efferenda. 1683
In Dei templo omnes vnius mentis, vnius voluntatis. 1683.
Corpore à templo abeuntes, abire mente non debent. 1684
Stare regna nequeunt, in quibus Dei cultus non ſtat. 1685
Lapſûs occaſio auferenda. 1685
Ædificium omne ruit, à quo Chriſtus abit. 1685
Sacrarum rerum neglectus ingentia mala prænunciat. 1686.
Ad ſuorum captum ſe attemperet ſuperior. 1687
Futuri iudicij memoria firma contra aduerſa omnia armatura. 1688

Et, cùm egrederentur de templo ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Magiſter aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.

TEMPLI ædificationes ſtructuráſque 1682.
Chriſto oſtendit vnus: ſed cur dum è templo egrederetur? Quærat hic aliquis, cur id non factum antequam templum ingrederetur? An, quia tanto adfectu impetúque in templum rapiebatur, vt importunum admodum fuerit, ante templum ſiſtere Chriſtum? Nimirum, qui in Dei templa fertur ferri in ea ſolùm deberet, quæ Deum Deíque cultum tangunt, vt ſiſti à nullo poſſet.

Ait illi vnus. Plures acceſſiſſe, plures interro- 1683.
gaſſe ex Matthæo dilucet & ex Lucâ: Marcus vnius tantùm meminit. Quia nimirum omnium nomine is Chriſtum eſt alloquutus. Vnus fuit, & plures fuerunt; quia omnium vna mens fuerat. Diſce: Vbique, ſed maximè cùm ex templo quis exit, vnam cum multis habere mentem debet; vt plures vnus eſſe videantur, inque vnam mentem migrauiſſe.

Vnus interrogat, & fors in illo vno omnes alij, ac ſi in templo omnes in vnum, vnámque voluntatem immigraſſent. Hîc optimè cadunt Sancti Ignatij verba, qui ad Magneſianos ſcribens ait: *Omnes ad orationem in idem loci conuenite: ſit vna communis precatio, vna mens, vna ſpes in charitate & fide inculpatâ in Chriſtum Ieſum, quo nihil præſtantius eſt. Omnes, velut vnus quiſpiam, ad templum Dei concurrite* eandem mentem habere in illo, & (quod conſequens eſt) à templo omnes abite, tanquam vnus: quod hîc vides indicatum.

1684. Bonum eſt, quòd de templo exeuntes, oculos ad templum vertunt, de templi ſtructurâ agunt: vt corpore à templo abeuntes, abire mente vix poſſe videantur. Aliam ebibunt illi mentem, qui vix extra templum egreſſi ſunt, cùm illorum cor terrenorum rerum cogitatio ſubit, & ea, quæ à templo alieniſſima ſunt; niſi iſtuc in templo ipſo præſtiterint. Non meretur in templum admitti, qui in templo extra templum exit, & temporalia cogitat; ſpiritualium oblitus & æternorum.

Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

1685. PErdendos Iudæos ob Iudæorum perfidiam ſignificans, templum ſolo æquandum prædicit. A templi ruinâ templum illud colentium exitium ſequi debet: ſtare enim regna nequeunt, in quibus Dei cultus non ſtat.

Dei prouidentiâ accidit templi ruina; ne quis imbecillis in fide, ſi videret ſtare, quæ à Deo quondam inſtituta, paulatim ad Iudaiſmum laberetur. Cecidit templum, ne aliquis à fide caderet. Tanti refert lapsûs occaſionem auferri.

Egreditur de templo, & deinde templi prædicit ruinam: vt rectè doceret, nihil diù firmum ſtare poſſe, à quo Chriſtus abit. Ædificium omne ruit, ſi recedat Ieſus, quem ſpectare ædificium omne ſpiritale debet.

Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari.

1686. TEmplum, quod mirabili ſtructurâ conſtabat, ruiturum Chriſtus prædixerat; adeò vt nec lapis ſuper lapidem remaneret: hoc audito, quærunt diſcipuli, quo tempore omnia, ideſt templum ipſum, Munduſque vniuerſus conſummaretur, & periret; arbitrabantur enim, vno eodemque tempore omnia peritura, & vnius templi ruinam totius Mundi excidium ſequuturum; ac ſi, cadente templo templique cultu deſtructo, cadere Mundus deberet. Certè totius vrbis atque adeò regni ruina ſecuta templi diruptionem eſt. Explicari non poteſt, quàm ingentia prænunciet mala ſacrarum rerum Diuinique cultûs neglectus.

1687. Tempus futuri iudicij quærunt diſcipuli, quos tamen non ſeuerè repreſſit Chriſtus, vt poſtea fecit poſt reſurrectionem. Act. 1. v. 7. Illis verbis: *Non eſt veſtrum, noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſuâ poteſtate.* Ante reſurrectionem valdè infirmi erant Apoſtoli; & ideo cauit, ne eos contriſtaret: poſtea firmiores erant; & ideò apertè eos reprehendit. Docemur, temperare ſe ad ſuorum captum ſuperiorem debere; &, vt omnes lucretur, omnibus ſe demittere ac conformare, vt varias pro temporis varietate formas induat in ſuorum profectum & emendationem.

Videte autem voſmetipſos: tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis vapulabitis; & ante præſides & reges ſtabitis propter me, in teſtimonium illis.

PRiùs de communibus Mundi malis loquutus fuerat, poſtea Apoſtolorum tribulationes preſſuraſque commemorat; vt ex communibus malis & preſſuris aliquam in ſuis conſolationem acciperent; & diſcerent forti & æquo animo aduerſa omnia pati, qui communes omnium aduerſitates audierant. 1688.

Futura ſub extremi iudicij tempus mala vix prænuntiauerat Chriſtus cùm ſtatim multa paſſuros Apoſtolos moneat: vt ſcilicet ſolâ iudicij extremi memoriâ fortes redderentur, nec vllis ſe permitterent aduerſitatibus frangi, nullis calumniis, nullis opreſſionibus. Nimirum valde elumbis & imbecillis, qui animos ad omnia fortiter toleranda non ſumat; modò futuri iudicij cogitatione ſe muniat & armet.

SECTIO II.

Omnia æquo animo ferenda ob animarum lucra. 1689
Hominum damnatio quàm grauis Chriſto. 1690
Oratio quid præſtare debeat. 1692
Malè vigilat qui in virtutibus non vigilat. 1692
Mundi & vitæ finem Deus nobis occultauit, vt finem culpis faceremus. 1693
Cur omnibus vigilandum ante iudicij diem. 1693

Et in omnes gentes primùm oportet, prædicari Euangelium.

MAla multa, tum propria, tum communia Chriſtus diſcipulis prædixerat, quorum memoria percellerentur. Excidium templi, perditionem ſuæ gentis, omnium gentium in illos futuram ſæuitiem audierant Apoſtoli: quî eos ſolatur Chriſtus? ſolatur, hæc verba adiiciens: *In omnes gentes primùm oportet, prædicari Euangelium.* Sola gentium conuertendarum per Euangelium ſpes, erigere diſcipulorum animos potuit, ne triſtitiâ, tot futuris malis auditis, premerentur. Scilicet verus Dei ſeruus aduerſa omnia libenter & alacriter ſuſtinet; dummodo animas Deo ſuo lucrari poſſit: triſtitiam omnem cogitatio iſta expellit, timorem abolet hæc ſpes. 1689.

Orate verò, vt hyeme non fiant.

VT *hyeme non fiant.* Syrus: *Ne fiat fuga veſtra hyeme.* Sanctus Matthæus etiam Sabbati meminit. In hyeme arbores nec folia habent, nec fructus. Maximum nobis imminet periculum cùm vltimus nos dies ſinè operum fructibus adoritur, 1690.

In illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur.

ETiam in Chriſti paſſione ſuos radios ſol retraxit in doloris & mæſtitiæ quoddam ſignum.

Quod

Quod in ſe Chriſtus patiebatur, in ſuis poſtea paſſurus, indicans non minus illi grauem hominum damnationem, quàm ſuam mortem, & ideo vtrobique mœſtitiæ ſigna cælum exhibet.

De die autem illo vel horâ nemo ſcit, neque Angeli in cælo neque Filius, niſi Pater.

1691. IVdicij diem ſupremus Iudex nouit: neſcire ſe tamen illum, dixit; quia, licèt in humanitate noſſet, non nouit tamen ex humanitate. Hac igitur formulâ, hoc ſenſu neſcire ſe dixit; vt omnem curioſitatem ſciendique cupiditatem excinderet, nullumque infirmum reuelatione negatâ contriſtaret.

Videte, vigilate, & orate; neſcitis enim, quando tempus ſit.

1692. EXtremum diem, horamque neſcire nos, Deus voluit, vt omni die & horâ omni vigilaremus, paratique ſemper eſſemus; quia certam ſignatamque iudicij horam ignoramus. *Videte*, inquit, *vigilate, & orate.* Ægrè vigilare poteſt, ægre videre, qui non orat; Orationis virtus, cauendi & vigilandi & in vtroque perſeuerandi virtutem exhibet.

Malè vigilat, qui vigilat in vitiis, in virtutibus dormit: vigilare in virtutibus debemus, in vitiis verò dormire. Audiendus ſegnitiei excutiendæ Sanctus Chryſoſtomus, qui verba hæc ſpectans ait: *Atqui nos planè diuerſum operamur, & dormimus ſomnum grauiorem, quàm ſit naturalis ille: nam, qui naturali ſomno quieſcit, nec bonum nec malum operatur; nos autem alium ſomnum dormimus, dormientes in virtutibus, vigilantes in vitiis ſtrenui in malis, deſides in bonis?* Qui numerum iſtum auget, nudus numerus eſt.

Finem mundi & vitæ nobis Deus occultauit, 1693.
vt finem culpis faceremus. Quòd, *ſi nunc ignorantes finem*, inquit Sanctus Thomas, *non curamus: quid faceremus, ſi finem ſciremus? malitias namque noſtras differremus vſque ad vltimum.*

Quod autem dico vobis, omnibus dico.

CVr omnibus eſt vigilandum, cùm paucos in hac vitâ repertiurus ſit extremi iudicij dies? *Per hoc*, inquit Sanctus Auguſtinus, *vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit ſua vita huius vltimus dies.* Nam talis quiſque hinc exit, cùm moritur, qualis eſt iudicandus extremo iudicij die.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIV. MARCI.

Verſ. 1.

ERAT autem Paſcha & Azyma poſt biduum: & quærebant ſummi ſacerdotes, & ſcribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent.

Et azyma. *Syr. Azymorum. Theoph. Et azymorum dies futuri.*
Poſt biduum. *Syr. Duobus poſt diebus.*
Summi ſ. *Euth. Principes ſacerdotum.*
Dolo tenerent. *Syr. Dolo prehenderent. Ar. M. In dolo prehendentes. Vat. Per dolum comprehenſum.*
Occiderent. *Syr. Interficerent.*

Verſ. 2.

Dicebant autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

In die f. *Syr. Feſto. Caiet. Feſtiuitate.*
Ne fortè t. *Euth. Ne quando tumultus. Theoph. Ne tumultus.*
Fieret. *Fr. Luc. Fit.*
In populo. *Caiet. Populi.*

Verſ. 3.

Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.

Cùm eſſet. *Ar. M. Eo exiſtente.*
In domo. *Syr. In ædibus.*
Et recumberet. *Syr. Dum accumberet. Euth. Et diſcumberet.*
Habens. *Syr. Habens ſecum. Arab. Cum ipsâ erat. Orig. Accipiens.*
Alabaſtrum. *Arab. Vas.*
Vnguenti. *Syr. Aromatis. Arab. In quo erat vnguentum.*
Nardi. *Arab. Nardinum.*
Spicati. *Syr. Præſtantiſſima. Arab.* omittit. *Ar. M. Probati. Pagn. Piſtica.*
Pretioſi. *Arab. Multi pretij. Pagn. Pretioſa.*
Fracto a. *Syr. Aperuit illud. Arab.* omittit. *Fr. Luc. Comminuto alabaſtro.*
Fudit. *Orig. Perfudit.*
Super caput. *Theoph. In caput. Orig. Caput pedeſque. Ar. M. Iuxta caput.*
Eius. *Syr. Ipſius Ieſu. Ar. M. Ei.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 4.

Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt?

Quidam. *Syr. Quidam ex diſcipulis.*
Indignè ferentes. *Syr. Quibus id diſplicuit. Ar. M. Indignati. Vat. Qui indignabantur.*
Intra ſemetipſos. *Euth. Apud ſeſe.*
Vt quid. *Arab. Quare. Vat. Quorſum. Caiet. Ad quid.*
Perditio iſta. v. f. e. *Arab. Perditum eſt hoc vnguentum. Theoph. Perditio iſta vnguenti.*

Verſ. 5.

Poterat enim vnguentum iſtud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

Vnguentum i. v. *Arab. Vendi. Euth. Hoc diſtrahi*
Plùs, quàm. *Ar. M. Supra. Vat. Pluris, quam. Fr. Luc. Amplius, quàm.*
Fremebant in e. *Syr. Murmurabant in eam. Arab. Deprehendebant eam. Euth. Infremebant aduerſus eam. Ar. M. Fremebant ei.*

Verſ. 6.

Ieſus autem dixit: ſinite eam, quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me.

Ieſus a. *Syr. Ipſe verò Ieſus.*
Sinite. *Syr. Omittite.*
Quid. *Theoph. Cur.*
Illi moleſti e. *Arab. Eam moleſtatis. Vat. Illi moleſtias exhibetis.*
Bonum. *Ar. M. Pulchrum.*
In me. *Theoph. Erga me.*

Verſ. 7.

Semper enim pauperes habetis vobiſcum, & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habebitis.

Semper. *Arab. In omni tempore.*
Habetis. *Arab. Sunt. Goth. Habebitis.*
Vobiſcum. *Arab. Apud vos.*
Cùm. *Vat. Quandocunque.*
Me autem n. ſ. h. *Syr. Ego verò omni tempore non ero apud vos.*

Verſ. 8.

Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in ſepulturam.

Quod habuit. *Theoph. Quod potuit.*
Fecit. *Syr. Egit.*
Præuenit. *Arab. Quoniam ipſa cœpit. Vat. Praeoccupauit.*
Vngere. *Syr. Et aromate condiit. Arab. Et vnxit.*
In ſepulturam. *Syr. Tanquam ad ſepulturam. Arab. Ad ſepeliendum me. Euth. Ad ſepulturam.*

Verſ. 9.

Amen dico vobis: Vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Amen. *Syr. Equidem.*
Euangelium i. *Syr. Hoc euangelium meum.*
In vniuerſo m. *Ar. M. In totum mundum.*
Et quod f. h. *Syr. Id etiam, quod iſta egit.*
Narrabitur. *Theoph. Dicetur.*
Memoriam. *Caiet. Monumentum.*

Verſ. 10.

Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, abiit ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.

De duodecim. *Syr. Ex duodecim. Orig. Ex numero duodecim. Ar. M. Duodecim.*
Abiit. *Orig. Acceſſit.*
Summos ſ. *Euth. Principes ſacerdotum.*
Proderet. *Arab. Traderet.*
Eum. *Syr Ieſum.*

Verſ. 11.

Qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos: & quærebat quomodo illum opportunè traderet.

Qui audientes. *Orig. Hôc autem illi audito.*
Gauiſi. *Syr. Lætati.*
Promiſerunt. *Vat. Polliciti ſunt.*
Pecuniam ſe daturos. *Arab. Donum argenti. Euth. Argentum ſe daturos.*
Et. *Syr. Proinde.*
Quomodo illum o. t. *Syr. Sibi opportunitatem prodendi eum. Arab. Opportunitatem, quomodo traderet eum illis ſecretò.*

Verſ. 12.

Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli: Quò

Immolabant. *Syr. Sacrificant Iudæi. Ar. M. Mactabant.*
Quò. *Syr. Quo loci. Fr. Luc. Vbi.*
Eamus. *Euth. Vt abeuntes. Theoph. Vt abeamus. Vat. Vt profecti.*

vis

Vulgata Editio.

viſ eamus, & paremus tibi vt manduces Paſcha?

Verſ. 13.

Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſequimini eum.

Verſ. 14.

Et quocunque introierit, dicite Domino domus, quia magiſter dicit: Vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem?

Verſ. 15.

Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande, ſtratum: & illic parate nobis.

Verſ. 16.

Et abierunt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha.

Verſ. 17.

Veſpere autem facto, venit cum duodecim.

Verſ. 18.

Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, ait IESVS: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

Verſ. 19.

At illi cœperunt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: Numquid ego?

Verſ. 20.

Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

Verſ. 21.

Et Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: væ autem homini il-

Lectionum Varietas.

Et paremus tibi. *Arab. Et paremus. Euth. Paremus tibi.*
Manduces. *Syr. Comedas. Arab. Manducemus. Theoph. Edas.*

Mittit. *Euth. Emittit.*
Ex diſcipulis ſ. *Arab. Ex diſcipulis. Ar. M. Diſcipulorum ſuorum.*
Ite. *Euth. Abite.*
Occurret. *Syr. Ecce occurret. Tert. Inuenietis.*
Homo. *Tert. Hominem.*
Lagenam a. *Syr. Vas aquale. Theoph. Hydriam aquæ. Tert. Aquam. Vat. Fictile vas aquæ. Fr. Luc. Vat. Teſtaceum aquæ. Al. Hydriam fictilem aqua plenam.*
Baiulans. *Arab. Portans. Tert. Baiulantem.*
Sequimini eum. *Syr. Ite poſt eum.*

Quicunque. *Syr. Quo loci.*
Introierit. *Euth. Ingreſſus fuerit.*
Domino domûs. *Theoph. Patrifamilias.*
Quia M. *Syr. Magiſter noſter.*
Dicit. *Arab. Dicit tibi.*
Refectio mea. *Syr. Domus conuiuij. Arab. Locus. Pagn. Diuerſorium.*
Vbi. *Arab. In quo.*
Manducem. *Syr. Comedam. Vat. Edam.*

Et ipſe, *Syr. Et ecce.*
Demonſtrabit. *Euth. Oſtendet.*
Cœnaculum. *Pagn. Triclinium. Fr. Luc. Locum in ſuperioribus.*
Grande. *Vat. Magnum.*
Stratum. *Syr. Stratum & preparatum. Euth. Inſtratum. Theoph. Stratum paratum.*

Et abierunt. *Syr. Exierunt itaque.*
Inuenerunt. *Vat. Repererunt.*

Veſpere autem f. *Arab. Cùm autem factum eſſet ſerò. Theoph. Et cum veſpera iam eſſet. Vat. Et cùm aduesperauiſſet.*
Venit. *Arab.* omittit. *Fr. Luc. Accedit.*
Cum duodecim. *Syr. Cum duodecade ſuâ. Arab. Et duodecim eſſent cum ipſo.*

Et diſcumbentibus e. *Arab Diſcubuerunt. Theoph. Cum accumberent.*
Et manducantibus. *Arab. Vt comederent. Theoph. Ederéntque.*
Tradet, *Vat. Proditurus eſt.*
Qui manducat. *Syr. Qui comedit. Arab. Et eſt qui manducat. Euth. Qui edit.*

Contriſtari. *Syr. Angi. Pagn. Eſſe mœſti. Vat. Affici mœſtitia.*
Singulatim. *Syr. Sigillatim. Arab. Vnuſquiſque eorum. Ar. M. Vnus ad vnum.*
Numquid ego. *Arab. Forſitan ego ſum. Euth. Numquid ego. Et alius, num ego.*

Intingit manum. *Syr. Intingit. Arab. Ponit manum ſuam.*
In catino. *Euth. In catinum. Fr. Luc. In paropſide.*

Et Filius q. *Ar. M. Ipſe quidem Filius.*
Vadit. *Syr. Abiit. Vat. Abit.*
Per quem. *Arab. Qui.*

li, per

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

li, per quem Filius hominis tradetur, bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.

Tradetur. *Arab. Tradet. Theoph. Proditur.*
Filius. *Arab. Filium.*
Bonum erat ei. *Syr. Præſtaret homini illi. Ar. M. Pulchrum erat ei.*
Eſſet natus h. i. *Syr. Fuiſſet natus.*

Verſ. 22.

Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait ſumite, hoc eſt corpus meum.

Manducantibus. *Vat. Edentibus.*
Accepit p. *Theoph. Sumpto Ieſu pane. Ar. M. Sumens panem.*
Et benedicens. *Arab. Et gratias egit, & benedixit. Euth. Ac gratias egiſſet. Fr. Luc. Poſtquam benedixiſſet.*
Sumite. *Vat. Accipite, comedite.*
Hoc eſt. *Syr. Hoc eſt ipſum. Theoph. Hoc eſt enim.*

Verſ. 23.

Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

Accepto c. *Euth. Sumpto poculo. Ar. M. Accipiens calicem.*
Gratias agens *Syr. Et gratias egit, benedixitque. Fr. Luc. Poſtquam gratias egiſſet.*

Verſ. 24.

Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur.

Noui. *Euth. Qui eſt noui.*
Effundetur. *Theoph. Effunditur. Ar. M. Effuſus.*

Verſ. 25.

Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bibam nouum in regno Dei.

Iam non. *Euth. Non ampliùs. Ar. M. Non ampliùs non. Vat. Poſthac haud quaquam.*
De hoc g. *Syr. Ex generatione. Arab. De ſucco. Theoph. De fructu.*
Vitis. *Arab. Huius vitis.*
In diem. *Euth. Ad diem.*
Cùm illud. *Syr. Quo eam.*
Nouum. *Syr. Recenter S. Epiph. Nouum vobiſcum.*
Regno Dei. *S. Epih. Regno Cælorum.*

Verſ. 26.

Et hymno dicto exierunt in Montem oliuarum.

Hymno dicto. *Syr. Laudes cantarunt. Arab. Laudes dederunt.*

Verſ. 27.

Et ait Ieſus: Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues.

Omnes. *Arab. Vos omnes.*
Scandalizabimini. *Pagn. Offendiculum patiemini. Vat. Offendemini.*
In me. *Euth. Propter me. Theoph. Per me.*
In nocte i. *Vat. Hac nocte.*
Oues. *Syr. Oues ipſius.*

Verſ. 28.

Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Poſtquam r. *Syr. Sed cùm ſurrexero.*
Præcedam vos. *Syr. Præibo vobis.*

Verſ. 29.

Petrus autem ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.

Scandalizati f. in te. *Syr. Offendantur. Theoph. Offendiculum paſſi fuerint in eo.*
Sed non ego. *Syr. Ego verò non item. Arab. Vtique non ego. Vat. Non tamen ego.*

Verſ. 30.

Et ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

Quia tu h. in n. i. *Syr. Hodiè nocte iſtâ.*
Gallus vocem b. d. *Syr. Cantauerit Gallus duabus vicibus. Ar. M. Gallum bis vociferari.*
Es negaturus. *Arab. Negabis. Vat. Abnegabis.*

Verſ. 31.

Et ille amplius loquebatur: Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Amplius. *Syr. Magis. Arab. Vlteriùs. Euth. Multo vehementius. Ar. M. Ex abundanti.*
Loquebatur. *Arab. Progreſſus eſt, & dixit. Theoph. Dicebat.*
Et ſi. *Caiet. Imo ſi.*
Oportuerit me ſ. c. t. *Syr. Mihi moriendum ſit tecum. Arab. Coactus fuero, vſquequò moriar tecum.*
Negabo. *Syr. Negabo, Domine mi. Vat. Haud quaquam abnegauerim.*

Verſ. 32.

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 32.

Et veniunt in prædium, cui nomen Gethſemani: Et ait diſcipulis ſuis: ſedete hîc donec otem.

Prædium. *Syr. Locum. Fr.Luc.Villam.*
Cui nomen. *Syr. Qui vocatur.*
Donec orem. *Syr. Donec preces fudero. Euth.Dum orabo. Vat. Donec digreſſus orauero.*

Verſ. 33.

Et aſſumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem ſecum: & cœpit pauere, & tædere.

Aſſumit. *Syr. Duxit.*
Pauere. *Syr. Contriſtari. Pagn. Expaueſcere.*
Tædere. *Arab. Contriſtari. Pagn. Angi. Fr. Luc. Mæſtus eſſe.*

Verſ. 34.

Et ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate.

Triſtis eſt. *Syr. Ægritudo ineſt. Theoph. Dolore afficitur. Ar.M. Vndequaque triſtis eſt.*
Anima mea. *Syr. Anima mea.*
Suſtinete. *Syr. Expectate me. Arab. State. Caiet. Manete.*
Vigilate. *Ar.M. Vigilate cum me.*

Verſ. 35.

Et cùm proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terram: & orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.

Cùm proceſſiſſet. *Syr. Acceſſit. Euth. Regreſſus.*
Paululum. *Theoph. Paulùm. Fr.Luc. Puſillum.*
Procidit ſ. t. *Euth. Proſtratus eſt in terram. Vat. Prolapſus eſt in terram.*
Vt ſi f. p. *Arab. Eſt ne impoſſibile.*
Tranſiret. *Arab. Vt tranſeat.*
Ab eo. *Arab. A me.*
Hora. *Arab. Iſta hora.*

Verſ. 36.

Et dixit: Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu.

Abba Pater. *Syr. Pater, Pater mi. Arab. O Pater.*
Omnia tibi p. ſ. *Syr. Tu potes omnia. Arab. Omnia in poteſtate tuâ ſunt.*
Transfer. *Theoph. Aufer.*
Calicem. *Euth. Poculum hoc.*
Sed non q. e. v. *Syr. Veruntamen non voluntas mea, mei, inquam, ipſius, ſed tua fiat. Arab. Sed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Theoph. Veruntamen non quid ego velim, ſed quid Tu.*

Verſ. 37.

Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non potuiſti vna hora vigilare?

Et venit. *Syr. Veniens autem.*
Inuenit. *Vat. Offendit.*
Dormis. *Arab. Es dormiens.*
Vnâ horâ. *Ar.M. Vnam horam.*
Vigilare. *Arab. Vigilare mecum.*

Verſ. 38.

Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

Vt non i. *Theoph. Ne veniatis. Vat. Ne incidatis.*
Spiritus quidem p. e. *Syr. Spiritus vult; & promptus eſt.*
Caro a. i. *Syr. Sed eſt corpus infirmum. Arab. Caro autem debilis.*

Verſ. 39.

Et iterùm abiens orauit, eundem ſermonem dicens.

Abiens. *Syr. Profectus. Euth. Digreſſus.*
Orauit. *Vat. Orabat.*
Eundem ſ. d. *Euth. Eodem ſermone dicto.*

Verſ. 40.

Et reuerſus, denuò inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid reſponderent ei.

Reuerſus. *Syr. Conuerſus. Arab. Venit.*
Inuenit. *Pagn. Offendit.*
Et ignorabant. *Euth. Neſciebant. Theoph. Neque ſciebant.*
Reſponderent. *Syr. Dicerent.*

Verſ. 41.

Et venit tertiò, & ait illis: Dormite iam, & requieſcite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Tertiò. *Syr. Tertiâ vice.*
Dormite. *Ar.M. Dormitis.*
Iam. *Syr. Adhuc. Arab. Nunc. Ar.M. Reliquum. Vat. Poſthac.*
Requieſcite. *Ar.M. Requieſcitis.*
Sufficit. *Syr. Propè eſt finis. Arab. Iam præſens eſt finis. Euth. Completum eſt.*
Ecce. *Arab. Vt.*
Tradetur. *Arab. Tradatur. Caiet. Traditur.*
Peccatorum. *Syr. Flagitioſorum.*

Veſ. 42.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 42.

Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, propè eſt.

Ecce. *Arab. Iam.*
Qui me t. *Syr. Is,qui prodit me. Vat. Proditor mei.*
Propè eſt. *Theoph. Appropinquat. Ar.M. Appropinquauit.*

Verſ. 43.

Et,adhuc eo loquente,venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, & cum eo turba multa,cum gladiis, & lignis, à ſummis ſacerdotibus,& ſcribis,& ſenioribus.

Adhuc. *Arab. Dum. Vat. Continuò adhuc. Fr.Luc. Statim adhuc.*
Eo loquente. *Arab. Loqueretur. Orig. Loquente Ieſu.*
Venit. *Euth. Accedit. Ar.M. Adeſt.*
Vnus de d. *Syr. Vnus ex duodecim. Theoph. Qui erat vnus è duodecim. Ar. M. Vnus exiſtens duodecim.*
Turbâ multâ. *Syr. Multi.*
Gladiis. *Syr. Enſibus.*
Lignis. *Orig. Fuſtibus.*
Summis ſ. *Euth. Principibus ſacerdotum.*

Verſ. 44.

Dederat autem traditor eius ſignum eis,dicens: Quemcunque oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eum,& ducite cautè.

Traditor eius. *Euth. Proditor. Theoph. Is,qui tradebat eum.*
Signum. *Syr. Signum proditionis. Pagn. Commune ſignum. Fr.Luc. Conſignum.*
Quemcunque. *Arab. Quem.*
Tenete. *Syr. Prehendite cautè. Euth. Apprehendite. Vat. Comprehendite.*
Ducite cautè. *Syr. Eum adducite. Arab. Timete de illo. Caiet. Adducite tutò. Fr. Luc. Adducite circumſpectè, prouidè.*

Verſ. 45.

Et cùm veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait: Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum.

Et cùm v. ſ. *Syr. Et eo momento.*
Accedens ad e. *Syr. Appropinquauit.*
Aue Rabbi. *Euth. Aue Rabbi, Rabbi. Ar.M.Gaude,Rabbi. Vat. Rabbi,Rabbi.*
Oſculatus. *Theoph. Deoſculatus.*

Verſ. 46.

At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt eum.

Manus. *Arab. Manus ſuas.*
Tenuerunt. *Syr. Prehenderunt. Euth. Apprehenderunt. Vat. Comprehenderunt.*

Verſ. 47.

Vnus autem quidam de circumſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis. Et amputauit illi auriculam.

Quidam de c. *Syr. Ex iis, qui adſtabant. Theoph. Quiſpiam aſtantium.*
Educens. *Syr. Diſtrixit. Ar. M. Exerens. Fr.Luc. Cum extraxiſſet.*
Summi ſ. *Arab. Principis ſacerdotis.*
Amputauit illi. *Syr. Abſtulit eius.*

Verſ. 48.

Et reſpondens Ieſus, ait illis: Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & lignis comprehendere me?

Et Ieſus. *Syr. Ipſe verò Ieſus.*
Tanquam. *Euth. Quaſi.*
Ad latronem. *Syr. Aduerſùs ſicarium.*
Exiſtis. *Syr. Exiſtis contra me.*
Lignis. *Arab. Fuſtibus.*
Comprehendere. *Syr. Vt prehendatis.*

Verſ. 49.

Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis: ſed vt impleantur Scripturæ.

Eram apud v. *Syr. Apud vos eram, dum docebam. Arab. Ego apud vos docebam.*
Tenuiſtis. *Euth. Comprehendiſtis.*
Sed vt i. S. *Syr. Sed vt adimplerentur Scriptura hoc factum eſt. Arab. Hoc,vt adimpleretur Scriptura. Theoph. Sed iſta fiunt, vt impleantur Scriptura.*

Verſ. 50.

Tunc diſcipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt.

Tunc diſcipuli e. r. e. *Syr. Tunc dereliquerunt eum diſcipuli eius. Vat. Et relicto illo.*
Omnes fugerunt. *Syr. Et aufugerunt.*

Verſ. 51.

Adoleſcens autem quidam ſequebatur

Adoleſcens autem q. *Syr. Et vnus quidam iuuenis. Euth. Et vnus quiſpiam adoleſcentulus.*
Sequebatur e. *Syr. Veniebat poſt eum. Fr. Luc. Secutus eſt.*

eum

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

eum amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum.

Amictus ſ. *Arab. Super quo erat ſindon. Theoph. Circumamictus ſindone.*
Super nudo. *Syr. Nudus. Arab. In nudo. Vat. Super nudum.*
Tenuerunt. *Syr. Prehenderunt. Ar. M. Tenent iuuenes. Pagn. Comprehenderunt adoleſcentuli.*

Verſ. 52.
At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis.

At ille. *S. Epiph. Adoleſcens.*
Reiectâ. *Euth. Relictâ.*
Sindone. *S. Epiph. Sindone, qua erat indutus.*
Nudus p. ab eis. *Arab. Et nudus aufugit. S. Epiph. Fugit. Pagn. Nudus effugit ab eis.*

Verſ. 53.
Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes ſacerdotes, & ſcribæ, & ſeniores.

Adduxerunt. *Theoph. Abduxerunt.*
Ad ſummum ſ. *Arab. Principem ſacerdotum Caipham.*
Conuenerunt. *Syr. Congregati ſunt apud eum. Theoph. Conueniunt cum illo. Ar. M. Conueniunt eò. Vat. Conueniunt ad illum.*
Omnes. *Syr. Cuncti.*
Sacerdotes. *Arab. Principes ſacerdotum. Fr. Luc. Summi ſacerdotes.*

Verſ. 54.
Petrus autem à longè ſecutus eſt eum, vſque intrò in atrium ſummi ſacerdotis: & ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.

Petrus. *Syr. Simon.*
A longè. *Syr. Procul. Euth. Eminùs.*
Secutus eſt e. *Syr. Veniebat poſt eum. Theoph. Sequebatur illum.*
Vſque intrò in a. *Syr. Vſque ad atrium interius. Vat. Donec veniſſet in atrium.*
Summi ſ. *Arab. Principis ſacerdotum.*
Sedebat. *Theoph. Erat ſedens. Ar. M. Erat Conſidens.*
Cum miniſtris a. i. *Syr. Cum miniſtris. Arab. Cum miniſtris apud ignem. Euth. Vnà cum miniſtris ad lumen.*
Calefaciebat. *Caiet. Calefiebat.*
Se. *Syr. Se ante ignem. Ar. M. Se ad lumen. Caiet. Ad lumen.*

Verſ. 55.
Summi verò ſacerdotes, & omne concilium, quærebant aduerſùs Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant.

Summi verò ſ. *Arab. Principes verò ſacerdotum. Orig. Quoniam principes ſacerdotum. Fr. Luc. Pontifices.*
Omne c. *Syr. Omnis eorum ſynagoga. Orig. Concilium vniuerſum. Theoph. Totum Concilium. Ar. M. Omnis conſeſſus.*
Aduerſus. *Orig. Contrà.*
Teſtimonium. *Arab. Teſtificationem.*
Morti traderent. *Syr. Morti addicerent. Arab. Occiderent. Euth. Interficerent. Ar. M. Morte afficerent.*
Nec inueniebant. *Orig. Et non inuenerunt.*

Verſ. 56.
Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſùs eum: & conuenientia teſtimonia non erant.

Teſtimonium falſum d. *Syr. Cùm teſtificarentur. Euth. Teſtimonium falſum ferebant.*
Et conuenientia n. e. *Arab. Nec conueniebant. Theoph. Et ſatis idonea non erant. Ar. M. Et paria non erant. Pagn. Et non erant æqualia. Caiet. Et non erant æqua. Fr. Luc. Et non erant ſufficientia.*
Teſtimonia. *Arab. Teſtificationes eorum. Orig. Teſtimonia eorum.*

Verſ. 57.
Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſùs eum, dicentes.

Et quidam. *Orig. Alij autem.*
Surgentes. *Syr. Inſurrexerunt. Euth. Aſſurgebant. Orig. Exurgentes.*
Falſum teſtimonium f. *Syr. Teſtes falſi Arab. Qui teſtificauerant falſum.*

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 58.

Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo.

Ego diſſoluam. *Orig. Quoniam ego ſoluo. Pagn. Ego diruam.*
Manufactum. *Arab. Quod fecerunt manus. Theoph. Quod eſt manibus factum.*
Per triduum. *Syr. Tribus diebus. Orig. In tribus diebus. Euth. In triduo. Fr. Luc. Poſt triduum.*
Non m. *Theoph. Sine manibus factum. Orig. Non manibus factum.*
Ædificabo. *Syr. Ædifico. Vat. Extruam. Orig. Facio.*

Verſ. 59.

Et non erat conueniens teſtimonium illorum.

Et non. *Syr. Sed nec ſic quidem. Orig. Sed nec ſic.*
Erat conueniens. *Syr. Erat æquale. Arab. Conueniebant. Orig. Erant conuenientia. Ar. M. Erat par. Vat. Erant ſatis idonea. Fr. Luc. Erat. Sufficiens.*
Teſtimonium. *Arab. Teſtificationes. Orig. Teſtimonia.*

Verſ. 60.

Et exurgens ſummus ſacerdos in medium interrogauit Ieſum, dicens: Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his?

Et exurgens. *Syr. Porrò ſurrexit.*
Summus ſ. *Arab. Princeps ſacerdotum.*
Interrogauit. *Theoph. Interrogabat.*
Non reſpondes quidquam. *Syr. Nec verbum quidem reſpondes?*
Ad ea, quæ tibi o. a. h. *Syr. Quid iſti teſtificantur contra te. Euth. Quid hi aduerſùm te ferunt teſtimonia?*

Verſ. 61.

Ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Chriſtus filius Dei benedicti?

Ille autem. *Syr. Ipſe verò Ieſus.*
Summus ſ. *Arab. Princeps ſacerdotum.*
Tu es C. *Syr. Tu ne es Meſſias. Theoph. Tu es ille Chriſtus.*
Filius Dei b. *Euth. Filius benedicti. Vat. Filius illius benedicti.*

Verſ. 62.

Ieſus autem dixit illi: Ego ſum: & videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli.

A dextris v. *Syr. A dexterâ virtutis. Vat. A dexterâ potentia.*
Cum nubibus. *Syr. Super nubes. Al. In nubibus.*
Cæli. *Syr. Cælorum.*

Verſ. 63.

Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait: Quid adhuc deſideramus teſtes?

Summus. *Arab. Magnus.*
Scindens v. ſ. *Euth. Diſciſsâ veſte ſuâ. Theoph. Dilaceratis veſtibus ſuis. Ar. M. Diſrumpens veſtes ſuas. Fr. Luc. Diſruptis tunicis ſuis.*
Quid adhuc. *Syr. Quorſum ampliùs. Vat. Quid præterea.*
Deſideramus t. *Syr. Requiruntur nobis teſtes. Arab. Indigetis teſtificatione. Euth. Nobis opus eſt teſtibus. Ar. M. Vſum habemus teſtium. Caiet. Opus habemus teſtium.*

Verſ. 64.

Audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis.

Audiſtis. *Syr. Ex ore ipſius audiſtis. Arab. Iam audiſtis.*
Quid vobis v. *Arab. Manifeſtam nobis. Euth. Quid vobis apparet.*
Qui omnes. *Arab. Et illi omnes.*
Condemnauerunt. *Arab. Iudicauerunt.*
Eum eſſe r. *Arab. Contra eum, quia ipſe eſt reus. Ar. M. Eum obnoxium eſſe.*

Verſ. 65.

Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum

Conſpuere. *Vat. Inſpuere.*
Eum. *Syr. In vultum eius. Theoph. In eum.*
Velare. *Euth. Obuelare. Fr. Luc. Obtegere.*
Colaphis eum c. *Syr. Alapis eum cædere. Arab. Cædere eum. Ar. M. Colaphizare eum.*
Prophetiza. *Syr. Vaticinare. Arab. Prophetiza nobis ô Chriſte quis alapis percuſſit te nunc. Vat. Diuina.*

cædere,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

cædere, & dicere ei: Propheti za: Et miniſtri alapis eum cædebant.

Et miniſtri. *Syr. Miniſtri quoque.*
Alapis eum c. *Syr. Percutiebant eum ſuper maxillas eius. Arab. Cædebant eum alapis fortiter. Euth. Alapas illi impingebant. Ar. M. Alapis eum impetebant.*

Verſ. 66.

Et cùm eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis.

Cùm eſſet. *Arab. Dum eſſet. Ar. M. Exiſtente.*
Petrus. *Syr. Simon. Ar. M. Petro.*]
Atrio. *Fr. Luc. Aulâ.*
Deorſum. *Theoph. Inferiùs. Vat. Infra.*
Vna ex a. *Syr. Quædam adoleſcentula. Euth. Vna puella. Theoph. Vna ancillarum.*
Summi ſ. *Syr. Quæ erat ſummi ſacerdotis. Arab. Principis ſacerdotum.*

Verſ. 67.

Et cùm vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait: Et tu cum Ieſu Nazareno eras.

Aſpiciens i. *Syr. Reſpiciens in eum. Vat. Intuita illum. Fr. Luc. Inſpiciens illum.*
Eras. *Theoph. Fuiſti.*

Verſ. 68.

At ille negauit dicens: Neque ſcio, neque noui quid dicas. Et exiit foràs ante atrium, & gallus cantauit.

Negauit. *Syr. Inficiatus eſt. Euth. Abnegauit.*
Neque ſcio, neque n. q. d. *Syr. Ego neſcio, quid tu dicas. Arab. Neſcio, & non cognoſco, quid tu dicis. Ar. M. Non noui, neque ſcio quid tu dicis.*
Foràs. *Syr. Extra.*
Ante a. *Vat. In veſtibulum atrij. In veſtibulum. Fr. Luc. In proatrium.*

Verſ. 69.

Rurſus autem cùm vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circumſtantibus: Quia hic ex illis eſt.

Ancilla. *Syr. Puella illa. Arab. Puella alia.*
Circumſtantibus. *Arab. Stantibus. Euth. Adſtantibus.*
Quia hic ex i. *Syr. Iſte quoque ex ipſis.*

Verſ. 70.

At ille iterum negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro: Verè ex illis es: nam & Galilæus es.

Negauit. *Euth. Abnegauit. Theoph. Negabat.*
Poſt puſillum. *Vat. Paulò poſt.*
Qui aſtabant. *Arab. Stantes. Euth. Adſtantes.*
Verè tu ex i. *Syr. Verè & tu ex ipſis.*
Es. *Syr. Es, & ſermo tuus ſimilis eſt. Arab. Es, & loquela tua ſimilis eſt loquelæ eorum. Theoph. Es, & loquela tua conuenit. Ar. M. Es, & locutio tua ſimilat.*

Verſ. 71.

Ille autem cœpit anathematizare, & iurare. Quia neſcio hominem iſtum quem dicitis.

Anathematizare. *Syr. Se deuouere. Pagn. Execrari. Caiet. Deteſtari.*
Iurare. *Euth. Peierare. Pagn. Deierare.*
Quia neſcio. *Arab. Quia ipſe non cognoſceret. Vat. Non noui.*
Quem. *Theoph. De quo.*

Verſ. 72.

Et ſtatim gallus iterùm cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus: Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Statim. *Syr. In illâ ipsâ horâ.*
Iterum. *Arab. Secundò. Fr. Luc. Secundâ vice.*
Verbi, quod d. e. I. *Syr. Sermonis ipſius Ieſu, quem dixerat ei.*
Prius quàm. *Arab. Quia tu antequam.*
Gallus cantet. *Ar. M. Gallum vociferari.*
Bis. *Syr. Duabus vicibus.*
Negabis. *Vat. Abnegabis.*
Cœpit flere. *Arab. Conuertit ſe ad lachrymas. Euth. Adiiciens fleuit. Theoph. Cùm texiſſet, fleuit. Ar. M. Separans ſe fleuit.*

CAPVT XIV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Solennitatum ſanctitate impij à malis haud coercentur. 1694
In ſceleribus ad maiora ſemper itur. 1696
Mali ea timent, quæ minus timenda. 1697
Bonus odor, qui virtutem ſpirat. 1699
Nunquam culpa ita narranda, vt nota innocentibus inuratur. 1700
Sæpè impiorum calumnia in iuſtorum laudem cedit. 1701
In bonis operibus omnis cunctatio amolienda. 1702
Ad effuſam eleemoſynam nos Chriſtus inuitat. 1702
Quid Κείραι. *quid,* Μυείραι. *ſignificet.* 1703
Ab aliorum contumeliis quàm cautè abſtinendum. 1704

Erat autem paſcha, & azyma poſt biduum: & quærebant ſummi ſacerdotes, & ſcribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent.

1694. QVANDO maior ſanctitas, vt ſolemnitates ſanctitati reſponderent neceſſaria erat; ſæuius in ſanctitatis authorem ſummi ſacerdotes efferantur, & ſcribæ. Cùm ſe ex legis ritu & vaſa purificare deberent ad eſum agni, in eum debacchantur, quem agnus ſignificabat.

Erat autem paſcha. Paſcha tranſitum ſonat. Cùm tranſire ad meliora deberent, tranſitum ad nequiora faciunt. Mali, niſi reſipiſcant, peſſimi fiunt.

1695. *Et azyma.* Azyma puritatem & ſinceritatem ſignificant: hinc illud Apoſtoli: *In azymis ſinceritatis.* Azymorum tempore ab azymis aberant, aberant à ſinceritate, qui Ieſum dolo tenere quærunt & occidere. Tempora neſciunt impij diſcriminare; niſi, quòd maioribus ſceleribus quodammodo temerant, quæ erant ſanctiori cultu celebranda. Nimirum non eſt mirum, tempora eos negligere, qui, æternitatis obliti, in æternum Deum ſæuiunt.

1696. Et qui in Chriſtum manus iniicere audent, & morti adiudicare? per quos gradus ad grande hoc ſcelus peruenere? An, quia Dei ſeruos ac prophetas prius perſequebantur? *Dicimus ergo*, inquit Sanctus Cyrillus Alexandrinus, *Iudaici furoris opus fuiſſe, vt omninò Chriſtus crucifigeretur; & hoc omninò facturi erant exercitati ad cædem ſanguine Prophetarum.* Ægrè ſcelera gradum figunt: ad maiora ſemper itur: & quidem ab eo, qui Dei ſeruos inſequitur, qui eos maledictis lacerat & proſcindit, omne ſcelus, quantumlibet magnum, timeri poteſt.

Dolo tenere ſcribæ ſtudent Ieſum, in quo dolus non erat. Dolo tenent, qui tenentur dolis, dolis fraudibúſque conſuti.

Dicebant enim non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.

1697. QVòd tumultum in populo timeant, non eſt à pacis amore; eſt à perfidiâ. Populi tumultum, non populo timent: timent ſibi; ne ſcilicet ex eius manibus Chriſtus elaberetur. Ipſe malorum timor timendus bonis eſt, quum illum non religio creet, ſed impietas.

Populi tumultum cauent, non cauent illum, quem in eorum mentibus praui illorum affectus excitabant. Hæc malorum conſignatio, qui magis timent, quæ minùs timenda; & minùs ab iis cauent, à quibus magis eſſet cauendum.

Venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.

BEatus Ioannes, hanc mulierem Domini pe- 1698.
des vnguento perfudiſſe, narrat: idem & Lucas habet. Matthæus verò & Marcus capitis meminerunt: Qui iſta cohærent? Cohærent, quia vtrunque pia mulier præſtitit.

Fracto alabaſtro. Vas, quo vnguentum ſeruabatur, mulier fregit, ne aliquid vnguenti retinere ſibi velle videretur. Gratum illud obſequium eſt, cùm quis vnguenti ſibi nil retinet, nil odoris: vt ſcilicet omnem laudem in Deum referat, omnem gloriam. Vnguentum omne putet, quod ſibi quis retinet, nec Chriſto ſacrat. Fregit alabaſtrum, integram pietatem, deuotionemque in Chriſtum oſtenſura, Frangere vas potuit quæ frangi calumniatoris conuitiis non potuit. Nimirum firmiorem ipſa mentem circunferebat, quàm firmum eſſet vas, quod afferebat.

Venit mulier habens alabaſtrum vnguenti. Gra- 1699.
tior odor à deuotâ muliere effluebat, quàm ab alabaſtro, quod vnguentum continebat. Virtutum nimirum odor vnguento odorem affricat, diſplicet odor, ſi virtutem non ſpiret. Fœtor, ſi virtutum fragrantia adſit, ſuauiſſimum odorem exhalat. Magdalena vnguenti alabaſtrum habet; ſed, deuotionis ſuauitate, vnguenti alabaſtrum eſt.

Erant autem quidam indignè ferentes.

REm ad alios porrexit Marcus, & Matthæus: 1700.
ad vnum Iudam coërcuit Ioannes: Cur vni tribuitur, ſi omnium eſt? vel, ſi omnium eſt, cur ad vnum limitatur? Nodum ſolui, dum Matthæi verba expenderem: hîc adiicio, Ioannem hoc factum ad Iudam contraxiſſe, ne videretur notam aliquam innocentibus inurere; nam prodens huius indignationis cauſam ait: *Dixit hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; ſed quia fur erat & loculos habens, ea, quæ mittebantur portabat.* cap. 12. verſ. 6. Solùm ergo Iudam commemorauit Ioannes, quia cauſam indignationis dicturus erat: quod non fecerunt alij Euangeliſtæ; & ideo etiam Apoſtolos comprehendere potuerunt; quia idem fors dixerunt, ſed aliâ cauſâ, alio fine & mente, Quâ re docemur, nunquam rem ita narrandam, vt nota aliqua innocentibus inuratur, nulla innoxiis macula afficetur,

Poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis.

ITa plerunque fit, vt impiorum calumnia in iu- 1701
ſtorum laudem cedat; & accuſatio, commendatio euadat: dum quippe Iudas auget vnguenti pretium, commendat huius mulieris liberalitatem

tem & munificentiam : nam, cùm vnguentum illud plus trecentis denariis diuendi poſſe aſſeritur, quantum mulier illa in vnguentum illud inſumpſerit, quantamque ex conſequenti animi alacritatem & pietatem erga Chriſtum oſtenderit, oſtenditur. Nimirũ, ſæpè mali bonos euehunt, dum putant deprimere; laudantque, dum damnare credunt.

Sinite eam; quid illi moleſti eſtis?

1702. NOn prohibuerunt diſcipuli, non prohibuit Iudas, ne mulier illa vnguentum effunderet. Factum calumniari potuit, impedire non potuit: nam tanto ardore atque celeritate & omnibus inconſultis illud prodegerat & effuderat; vt nec, ſi vellet, impedire eam aliquis poſſet. Quo nos exemplo docet, in bonis operibus cunctationem omnem amoliendam, vt impediti à malis bonum opus non poſſit.

Quod habuit, hæc fecit.

QVod habuit, hæc fecit. Poſt vnguentum tam largiter effuſum, tanquam parum dederit, excuſatur mulier, quod plus exhibere non potuerit. Nimitum, ad effuſam in eleemoſynis diſtribuendis largitatem omnes tacitè vocare voluit Chriſtus. *Non dare, ſed cum copiá dare, hoc eleemoſyna eſt,* ait Sanctus Chryſoſtomus.

Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam.

1703. CVr ſepulturæ meminit? An, vt ſe breui moriturum innueret? Tacitè Iudam perſtringit in hunc ſenſum? Quâ conſcientia mulierem confundis, quæ in ſepulturam corpus meum vngit, tu verò non confunderis, qui me in mortem trades?

Vngere. Græcè non eſt, χρῖσαι, quod eſt quocunque modo vngere; ſed μυρίσαι, quod eſt vnguentis & odoramentis vngere. Plerunque vulgò non admodum pretioſa vnguenta ad ſepulturam adhibebantur; ſed Magdalenæ pietas Magdalenæ ſuaſit, vt pretioſiſſima vnguenta Chriſti corpori vngendo adhiberet, qui regibus omnibus erat dignior, quorum corpora pretioſis vnguentis vngi conſueuerant.

Amen dico vobis: vbicunque prædicabitur Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

1704. SEpeliri obliuione non eſt paſſus Chriſtus, quod in eius ſepulturam feciſſe hæc mulier legitur. Factum mulieris ad poſteros cum laude tranſmiſſum iri affirmat Chriſtos: è conuerſo ille, qui huic obſequio detrahere voluit apud omnes infamis calumniator habendus, & dicendus erat: cur hoc quoque Chriſtus non adiecit? Bonum, quod laude dignum, remunerat: futuras impij contumelias recenſendas & narrandas eſſe non duxit. Tantum abfuit: vt Chriſtus contumelias in Iudam inferret; vt nec contumelias narraret, quibus in omni æuo afficiendus erat.

SECTIO II.

Impios malitia inuitat ad malum. 1705
Quibus pares, diſcordiarum ſeminatores. 1706
Euchariſtiæ recipiendæ apparatus qualis. 1706
Indignus eſt, qui Chriſtum recipiat, qui à bonis operibus, hominum metu, auocatur. 1707
Euchariſtica menſa conuiua ſupero ſpiritu plenus eſſe debet. 1708
Quò magis nos obliuiſcimur noſtri, eò magis de nobis ſolicitus eſt Chriſtus. 1708
Mens ad Euchariſtiam vt paranda. 1709
Maturè mentis cœnaculum Euchariſtiæ excipiendæ parandum. 1710
Impius, quum verecundiam amittit, deterior fit. 1710
Ferè, quò quis nequior, eò impudentior eſt. 1711
Cæli deliciæ cum Cruce, cum tribulatione. 1712
Ad crucem, ad mortem quantâ quiete iuerit Chriſtus. 1712
Oratio & vigiliæ ad Cælum via. 1713

Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.

VNus de duodecim erat Iudas: leuius eius facinus extitiſſet, ſi fuiſſet vnus ex ſeptuaginta diſcipulis. Quò intimior Chriſto fuit, eò grauius extitit eius ſcelus. Muneris dignitas fœdiora ſcelera reddit: & grauiori notâ crimina fiunt digna, ſi fiant à dignioribus. 1705.

Abiit ad ſummos ſacerdotes. Non legimus, Iudam inuitatum iuiſſe, vt magiſtrum ſummis ſacerdotibus traderet: iuit ſponte, nequitiæ ſuæ impetum ſequutus. Eò Iudam traxit Iudæ malitia, quò eum inuitare nullus alius, vel ſceleſtiſſimus, eſſet auſus.

Qui audientes, gauiſi ſunt; & promiſerunt ei, pecuniam ſe daturos.

QVum audiſſent ſummi ſacerdotes, quòd Iudas Magiſtrum ſuum prodere illis vellet, ingenti gaudio perfuſi ſunt, non ſolùm quia, quod ſummis votis optauerant, ſine tumultu & ſtrepitu in ſuâ poteſtate habituri eſſent Chriſtum: ſed quia id per diſcipulum fiebat: lætabantur quippe, quòd à diſcipulis ſuis inciperet odio haberi: Hos referre ille videtur, qui inter amicos odium amat, & diſcordiam ſeminatam gaudet. 1706.

Quò vis eamus, & paremus tibi, vt manduces paſcha.

DEi voluntate dirigi greſſus ſuos volunt: nihil, Chriſto inconſulto, in hac re aggredi audent: vt nos diſceremus, tunc cor, in quo Chriſtus manducat paſcha, rectè parari, cùm omnia Dei nutu fiunt. Bonus hîc Euchariſtiæ recipiendæ apparatus.

Ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande, ſtratum, & illic parate nobis.

PRæſciuit Chriſtus, quòd paterfamilias ille ſtatim eius præcepto eſſet pariturus: & licèt bellum acerrimum & primatum inimicitias imminere ſibi ex hac re videret, ſpontè tamen obtemperauit; docens, melius eſſe Deo parere, quàm hominibus. Metuit vir iſte, vt in eius domo grandia illa myſteria Chriſtus celebraret, & Euchariſtiæ ſacramentum inſtitueret; quia, vt Chriſto obſequere- 1707.

tur, homines non timuit. Nimitum, indignus eſt, qui Chriſtum recipiat, qui à bonis operibus, hominum metu & obloquutionum timore auocatur.

1708. *Demonſtrabit vobis cœnaculum grande.* Hoc cœnaculum deinceps effectum eſt Apoſtolorum Eccleſia: hic in die Pentecoſtes ſanctum Spiritum è Cœlis miſſum exceperunt *Act.* 1. *v.* 13. Vbi vltimæ cœnæ peracta myſteria ſunt, vbi Spiritu ſancto replentur; quia nullibi ferè ſupero illo Spiritu mens pleniùs perfunditur, quàm vbi ſacratiſſimæ Euchariſtiæ menſæ quis aſſidet.

Illic parate nobis: ſignatè, *nobis*; non *mihi.* Superiùs, tanquam ſui obliuiſcerentur, dixerunt Apoſtoli: *Quò vis eamus, & paremus tibi, vt manduces paſcha?* hîc Chriſtus etiam Apoſtolis vult parari, & *Illic*, inquit, *parate nobis.* Nimirum, quò magis nos obliuiſcimur noſtri, eò magis de nobis ſolicitus Chriſtus eſt.

1709. *Stratum*, id eſt menſis lectiſve inſtructum, veſtitum tapetibus & aulæis, ornatum floribus ac frondibus, omninoque paratum ad ſolennem paſchæ cœnam celebrandam. Sed hîc illud mirum: quî cœnaculum iſtuc Chriſto petenti ſit reſeruatum, & non datum prius aliis? An, quia præuidit Chriſtus, non alij concedendum; atque adeò vltimâ penè horâ illud poſtulauit? Res ad animatum cœnaculum transferri poteſt, Euchariſtiam ſcilicet excipientis mentem: quæ ab omni parte virtutibus omnibus debet eſſe inſtructa, vt nulli alij concedatur, quàm Chriſto.

1710. Vltimâ horâ cœnaculũ poſtulauit; ſed iam multò ante paratum, & inſtructũ erat: ne qui mentis cœnaculũ in Euchariſtici Agni eſu eſt paraturus, rem in vltimam horam, & (quod grauius) vltimum ferè momentum, quo menſa eſt celebranda, reiiciat.

Vnus ex vobis. Iudam non nominat. *Non dixit*, verba ſunt ſancti Chryſoſtomi, *Iudas me tradit; ne, editis euidentibus criminis indiciis, impudentiorem illum redderet.* Impius, cùm verecundiam amiſit, deterior fit, & in pœnitenda faciliùs labitur; ad pœnitendum difficilior redditur.

Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

1711. INcredibilis ingratitudinis hoc argumentum eſt: Magiſtrum à diſcipulo tradi, qui in arctiſſimæ familiaritatis ſignum ad menſam admittebatur: & tam audax Iudas fuit, vt in catinum idem intingeret? Cæteris contriſtatis & retrahentibus manum manum, ſolus Iudas in catinum porrigit. Ferè quò quis nequior, eò impudentior eſt.

Et Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo.

1712. VAdit, non impellitur, non vrgetur: ſponte quippe ac voluntariè pro nobis Chriſtus ad paſſionem, ad mortem iuit. *Vadit.* Græcè, *ὑπάγει.* propriè eſt, ſe ſubducere. Pende quòd eodem verbo vſus eſt Chriſtus, cùm ſignificaret ſe in Cœlum iturum Ioan. 8. v. 22. *Quò ego vado, vos non poteſtis venire.* Græcè ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Idem verbum adhibetur, & cùm ad Cœlum iturum ſe dixit, & cùm ad Crucem; ac ſi Crux non minùs grata ac expetita à Chriſto eſſet, quàm Cœlum ipſum. O felix, qui Cœli delicias cum Cruce & tribulationibus ita pariat, vt non minùs Cœlo inſeri cupiat, quàm Cruci affigi.

Cum pace quandoque hoc verbum in ſacris litteris nectitur Iacob. 2. verſ. 16. *ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ obite in pace.* Chriſtus in pace ire videbatur, dum iret ad opprobria, ad flagella, ad Crucem, ad mortem; ingentis quippè pacis, & quietis materiam hæc omnia exhibuerunt.

Et, manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis.

FRangit Chriſtus panem, quem ſuis diſcipulis erat porrecturus; vt oſtenderet corporis ſui confractionem ſine ſuâ voluntate non eſſe futuram: traditus quippe eſt, quia ipſe voluit. 1713.

Et, hymno dicto, exierunt in montem oliuarum.

IN monte oliueti Chriſtus orat, vigilat, tenetur; & inde etiam in Cœlos aſcendit: vt nos diſceremus, quòd inde aſcendimus ad Cœlum, vnde oramus, vigilamus, ligamur.

SECTIO III.

Timuit Chriſtus, vt nos à metu liberaret. 1715
Præſul qualis in ſuos eſſe debet. 1715
Præſulum vigilantia commendatur. 1717
Facilè tranſmittitur in ſubditos, quod eſt in ſuperiore. 1717
Oratio in tribulationibus nobis neceſſaria. 1718
In duris quantùm conferat oratio. 1719
Mali vt in malo vigilent. 1720
Iuda oſculo, dignitatum & diuitiarum blanditia comparata. 1720
Nullo modo probanda mala, quæ agunt mali; licèt ipſi ferendi. 1720

Priuſquàm gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

PRæcurrit Petrus galli cantum, ac diligentior eſt in Magiſtro negando, quàm gallus fuerit in canendo. Alacriter ac ſedulò ſuis conſueuit horis gallus cantare: galli verò ſolertiam Petrus ſuperat, ſed (quod non deberet) in malo. 1714.

Cœpit pauere, & tædere, & ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

SIgnatè dictum, *cœpit*, vt propaſſiones hos affectus fuiſſe noueris in Chriſto, non paſſiones. Hos autem affectus prodidit, vt ſe verum hominem oſtenderet, & verâ humanitate præditum; vtque oſtenderet, animum humanum non eſſe impaſſibilem ſtupidumque; ſed talem, qui paſſiones ſentiret, vt vinceret: *Neque habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint quàm dolorem.*

Pauet, timet, dolet; ne nos timor obtueret, dolor opprimeret: nam, *ſicut, niſi mortuus eſſet, mors non extingueretur: ita, niſi timuiſſet, non eſſemus à metu liberati; niſi doluiſſet, non ceſſaſſent dolores noſtri.* Nobis mortuus eſt, nobis doluit, nobis pauit. 1715.

Quanta pro nobis Chriſtus eſſet paſſurus, vel hinc colligere poſſumus; vt ſola paſſionis cogitatio metum pauoremque potuerit exculpere. Sanctorum aliqui, Chriſti virtute, maiora miracula ediderint,

ediderint, quàm Chriſtus fecerit; nullus tamen grauiora aut acerbiora ſupplicia pertulit: vt videas Diuinæ bonitatis eſſe, ſuos honore magis onerare, quàm cruciatibus; & optimi præſulis eſſe, ſupplicia à ſubditis auferre,& ſuis humeris imponere, vt ipſi maiori gloriâ cumulentur.

Et orabat, vt, ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.

1716. VIde, quàm conformis Patris voluntati erat Chriſtus; non dixit: *ſi facere potes*, ſed: *ſi fieri poſſet*, id eſt, ſi volueris: fieri enim poteſt quicquid ille voluerit; & fieri non poteſt, quicquid ille noluerit.

Abba Pater.

HEbraicè & Græcè loquitur; vt innueret, ad ipſum non eſſe diſtinctionem Iudæi & Græci; & Eccleſiam ex Gentibus & Iudæis colligendam.

Simon, dormis? Non potuiſti vnâ horâ vigelare? Vigilate & orate ne intretis in tentationem.

1717. SImonem, vocat; cur non Petrum? An Petri nomen, cui veluti petræ, ſuperædificetur Eccleſia, non meretur qui dormit, qui torpet? meretetur; ſi vigilaret. Qui in regimine conſtitutus dormit, Petrus audire non debet: qui veteris hominis opera præſtat, non noui; veteri compellatur nomine, non nouo.

Simon, dormis? In Petro cæteros quoque reprehendit, ſed blandè ac ſuauiter in aliorum exemplum. In Petro (inquit Salmeron ad hæc verba tom. 10. tract. 13.) *Dulcius ac ſuauius aliorum ſomnolentiam reprehendebat. Non eſt ſeuerè eos inſectatus, nec acerbo animo exprobrauit vel ſuum pro ipſis laborem, aut ipſorum magnificas promiſſiones; ſed manſuetè eos compellauit. Etſi enim Chriſtus commiſeretur ſomno deuictos Apoſtolos, reprehendit tamen eos, quò doceat, reprehendenda vitia eſſe, etiam quæ quodammodò neceſſaria ſunt.*

Non potuiſti. Alloquitur Petrum, vt aliorum ducem, & in illo alios arguit, & perſtringit: hinc ſanctus Matthæus, plurali numero vſus eſt: *Potuiſtis.* Ac ſi idem eſſet, magiſtrum argui & corripi, & alios; cùm in primo cæteri corripiantur. Tam facilè, quod in ſuperiore eſt, tranſmittitur in ſubditos, vt correctio Petri cæterorum correctio ſit.

1718. *Vigilate & orate.* Paſſurus Chriſtus inhortatur Apoſtolos, vt vigilent, vt orent. Non quærit, vt pro ipſo orent, ſed vt pro ſe ipſis: *Ipſe paſſurus erat, & non diſcipuli*, inquit ſanctus Bernardus: *nec tamen pro ſe dicebat orandum, ſed pro illis. Si tantum illos oportebat timere in paſſione Domini, quantùm nobis timendum eſt in paſſione noſtrâ?* Si oratio fundenda, cùm Chriſtus in noſtram ſalutem erat moriturus; quàm nobis magis neceſſaria oratio eſt, cùm paſſuri nos ſumus, cùm ſalutis & vitæ noſtræ res agitur?

Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, propè eſt.

1719. SVrgite eamus. Res mira: dormientibus diſcipulis, non dormit Iudas. Sic ferè accidit, vt promptiores vigilantioreſque ad malum mali ſint, quàm ad bonum boni.

Surgite, eamus. Priùs pauebat Dominus: nunc, pauore exuto, hoſtibus occurrit, diſcipulos animat: vnde hæc vis, hic animus? Ab orationis fuſu. *Intellige* (Beati Laurentij Iuſtiniani verba ſunt,) *quantùm conferat oratio, quæ pauentem Dominum, exhortantem reddiderit, atque intrepidum; vnde aiebat: Surgite, eamus.* Aditum omni timori præcludit oratio, à quâ fortitudinem haurit, qui eam fuderit. Nimirum ſterni facilè non poteſt, qui orationem ſtrauerit.

Et oſculatus eſt eum.

MVndus quoque Iudæ eſt par, oſculo ſuos decipit, & tradit. Feſtiuè Vgo Carenſis: 1720.
Mundus, dicit, *quemcunque oſculatus fuero dignitatum vel diuitiarum oſculo, ipſe eſt: tenete eum ô vos diuitiæ & dignitates, & crucifigite.*

Et oſculatus eſt eum. Legimus, Iudam oſculum dediſſe Chriſto, non legimus, Chriſtum oſculum pro oſculo repoſuiſſe. Fors Ieſus non eſt oſculatus Iudam; ne oſculo tam immane facinus probare videretur. Mali ita ferendi ſunt, vt probanda nullo modo ſint, quæ agunt, mala.

SECTIO IV.

A iactantia morbo ſit alienus, qui ſemel cecidit. 1721
Chriſti præſentia quantas vires & animos addat 1722
Orans Chriſtus videntibus quantam fortitudinem inhalauerit. 1723
Senſus amica, Chriſti amicus non quærit. 1724
Nemo nobis nocentior, quàm nos nobis. 1724
Nos ipſi nobis lapsûs cauſa potiùs, quàm alij. 1725
Quanta inuidiæ vis. 1725
Qualis dominus, tales ferè & ſerui. 1727
Contra mulieris artes quanto munimine ſit opus. 1728
Celari verus pœnitens non cupit ſuas culpas. 1729
Petrus cur permiſſus ſit labi. 1730
Carnis voces minimè audiendæ. 1731.
Facilè cadere poteſt, qui cecidit. 1731

Vnus autem quidam de circunſtantibus educens gladium percuſſit ſeruum ſummi Sacerdotis.

VNus. Quiſnam fuerit iſte vnus non explicat Marcus: explicat Ioannes, &, Petrum 1721.
fuiſſe, apertè prodit cap. 18. v. 10. Sed cur nomen Magiſtri ſilentio diſcipulus ſuppreſſit? Ne videretur laudare præceptorem ſuum, tanquam maiorem in Chriſtum zelum oſtenderit, fortiuſque pro eius defenſione dimicauerit. Hoc ex Petri mente & voto deſcenderat, qui cupiebat ob ſuam humilitatem, negationem & peccata ſua prodi; ea verò, quæ ad laudem ſpectabant, ſilentio inuolui. Humili magiſtro obſequutus diſcipulus eſt: vt nos interim doceret, ne iactantiæ morbo correpti narrari bona noſtra quæramus, & mala ſupprimi: cùm aliud omnino ſuadeat humilitas, ſi vera ſit.

Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum.

SVperauit in adoleſcente iſto, animi fortitudo ætatis imbecillitatem. In publicum prodire feſtinauit: è lecto exiliuit, &, ne veſtiendo cunctaretur, ſindone in nudum corpus iniectâ, perrexit videre, quid in Chriſtum ageretur, ne deeſſet officio pietatis, ſi quid fortè auxilij Chriſto afferre poſſet. Bonus adoleſcens, qui, fugientibus diſcipulis, Chriſtum ſequitur. Sed à quâ domo prodire potuit? Græcorum ferè Enarratorum cenſio eſt, ex domo, in quâ comederant Paſcha, prodiiſſe: vt colligeremus, quos homines ille paterfamilias nutriuerit, qui Chriſtum recepit hoſpitio: non ſegnes, non imbecilles & imbelles. Fors animum & vires addiderat Chriſti præſentia. Arguit teporem noſtrum, noſtram imbecillitatem, qui Chriſtum ipſum cordis hoſpitio recipimus, & deſidiæ lecto torpentes indormimus.

1723. Alij, nec alienè, cenſent, hunc adoleſcentulum fuiſſe ex villâ Gethſemani, & fortè filium eius, in cuius horto Chriſtus verſatus fuerat & orauerat, tantam fortitudinem ex Chriſti præſentiâ, conſpectuque hauſerat, videns eum noctes in horto orando tranſigere; vt audax factus nihil ſibi timeret, & promptus in Chriſti auxilium ſurgeret. Explicari non poteſt, quantas vires inſpectoribus ſuis orans Chriſtus inhalauerit.

Petrus autem à longè ſequutus eſt eum vſque intro in atrium ſummi ſacerdotis, & ſedebat cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.

1724. NOn adeò tener Petrus, nec adeò delicatus, vt frigus timeret: maiores moleſtias ferre pro Chriſto didicerat, quàm frigoris: maiores voluptates reiicere, quàm caloris: cur igitur cum miniſtris ſe calefaciebat? Vt, cùm vnus de domeſticis pontificis eſſe videretur, à nemine interrogaretur, quis eſſet. Scilicet, in Chriſti ſcholâ dura ferre quiſque diſcit; nec ſenſui amica, Chriſti amicus quærit.

Petrus, ne ab aliquo interrogaretur, quis eſſet, ad ignem accedit; ſeque calefacit: & Deus, cùm ſe calefaceret, quis eſſet, interrogari voluit: vt diſceremus, quàm futilè eſſet inter homines, & ab humanâ prudentiâ & cautione firmitatem aliquam & ſecuritatem ſperare. Se potiùs timere Petrus debebat, quàm ſatanæ miniſtros. Se contra ſe muniat, qui alienam ſæuitiem timet. Nemo nobis nocentior eſt, quàm nos nobis ſimus, ſit imbecillitas noſtra.

1725. Cum miniſtris ad ignem ierat Petrus, ne interrogaretur: interrogatur, dum inter miniſtros ad ignem ſe calefacit. Nimirum, firmitas noſtra, & ſecuritas non in externis impedimentis amoliendis ſita eſt, ſed in auxilij diuini ſpe, inque internâ humilitate. Plerique putant, ſe caſuros non eſſe, ſi abſint, qui interrogent, qui vellicent; ſed falluntur: ipſimet ſui lapsûs ſunt cauſa, non alij. Laceſſita virtus fortior fit.

Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduersùs eum.

MVlti falſi teſtes contra Ieſum acceſſerunt, &, cùm multa obiicerent, nullus repertus eſt, qui de violatâ in die ſabbati lege eum accuſaret. Cauerunt iſtuc principes, ne quid obiicerent Ieſu, in quo miracula ab ipſo facta in memoriam eſſent reuocanda. Tanta inuidiæ vis eſt. Malunt aliqua ſupprimere, quibus arguere Chriſtum poterant; ne ea, quæ Chriſti virtutem indicarent, indicarentur.

Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius.

CHriſti faciem velant, ne illius viſu ad miſericordiam mouerentur, audaciuſque in illum ſæuirent. Facilè in immaniſſima quæque ſcelera labitur, qui nec videre Chriſti faciem curat, vt tegat; nec à Chriſto videri ſe credit. Velamen ſuper eorum cor poni meruerunt, qui Chriſti faciem obuelarunt. 1726.

Venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, &, cùm vidiſſet Petrum calefacientem ſe, adſpiciens illum, ait: Et tu cum Ieſu Nazareno eras.

HÆc ancilla modeſtiæ ac verecundiæ haud ancillabatur, quæ externum ignotumque hominem curioſiùs inſpicit, & quòd cum Ieſu Nazareno fuerit accuſat. Nimirum, qualis dominus, tales & illi ſunt, qui ſeruiunt illi. Impudentiam à ſummo ſacerdote Caïphâ hæc Caïphæ ancilla didicerat. Diu in heri mali domo eſſe vix poteſt, qui malitiæ non eſt domicilium. 1727.

Magna ad malum malæ mulieris vis. Mirum: vt contra ancillam, quæ Petrum interrogauit, Petrum muniret, in monte transfigurauit ſe Chriſtus, & quendam gloriæ guſtum ei exhibuit, vt fortior contra muliebres artes ſtaret, & tamen cecidit, ſolúmque hoc commodi ex gloriæ viſu collegit, vt flendo ad Chriſtum rediret, quem peccando reliquerat. (*Petrus* inquit Sanctus Gregorius) *prius in montem ducitur, prius claritatem transfigurationis dominicæ contemplatur; & tunc demùm tentari ancillâ interrogante permittitur; vt, per tentationem factus ſibi ex infirmitate conſcius, ad illud flendo, & amando recurreret, quod vidiſſet; &, cùm eum timoris vnda in peccati pelagus raperet, eſſet prioris dulcedinis anchora, quæ retineret.* 1728.

At ille negauit dicens: Neque ſcio, neque noui quid dicas, & exiit foras ante atrium, & gallus cantauit.

CAntauit gallus, nec eius cantu verborum Ieſu recordatur Petrus, nec à negatione abſtinet. Solus Marcus, non ſolùm magiſtri delictum non occultauit, ſed exquiſitiùs etiam, quàm cæteri, hoc ipſo, quia diſcipulus erat, conſcripſit: ſciebat quippe, hoc maximè Petrum cupere. Celari verus pœnitens non cupit ſuas culpas: cupit detegi, vt deleantur. 1729.

Mulierculartum interrogatione Petrus negat, Petrus cadit, vt paſtoribus vitiſque Eccleſiaſticis innueretur, à nullo magis ſibi cauendum, quàm à mulieribus, nihilque magis vitandum, quàm illarum conſortium, ac familiaritatem. Nullus adeò ſæuire in Petrum potuit, vt ſæuiit interrogans ancilla, linguâ pro armis vſa. 1730.

Labi permittitur Petrus, vt labentibus ignoſceret. Cadit, *quòd populorum multitudo* (ait Sanctus Chryſoſtomus) *illi credenda erat, ne ſeuerus,*

&

& à venia propriis fratribus impartiendâ alienus eſſet. Si innocens fuiſſet, nimis in nocentes ſæuiiſſet.

1731. Labentem Petrum etiam ille imitatur, qui carnis ſuæ, quæ ancilla eſt, audiens vocem, Dei præcepta violat, Ieſumque quodammodo negat. Hinc illud Sancti Anſelmi. *Vtinam, bone Ieſu, tuus me dulcis oculus reſpiciat, qui te totus ad vocem ancillæ procacis, curuis ſcilicet mea, peſſimis operibus affectibúſque negaui.*

Ter interrogatus Petrus, ter negauit. *Deo gratias*, inquit Sanctus Auguſtinus, *quia ceſſauit interrogatio: ſi non ceſſaret interrogatio, diu repeteretur negatio.* Nimirum facilè cadere poteſt, qui cecidit: gradus ad lapſum vnus lapſus eſt, & ad nouum crimen vrget crimen, quo quis corripitur.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XV. MARCI.

Verſ. 1.

ET confeſtim manè conſilium facientes ſummi ſacerdotes, cum ſenioribus, & ſcribis, & vniuerſo concilio vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Manè. *Arab. Cùm perueniſſent ad mane. Euth. Diluculo. Ar. M. In mane. Fr. Luc. Ad ipſum mane, ſiue ſummo mane, primo diluculo.*
Conſilium f. *Theoph. Conſilio inito. Fr. Luc. Poſtquam iniiſſent conſilium.*
Summi ſ. *Arab. Princeps ſacerdotum.*
Vniuerſo c. *Syr. Totâ ſynagogâ. Arab. Cum reliquis turbis. Euth. Toto Concilio. Ar. M. Vniuerſus conſeſſus.*
Duxerunt. *Theoph. Adduxerunt. Pagn. Abduxerunt.*
Et tradiderunt P. *Et tradiderunt Pilato præſidi. Arab. Ad Pilatum.*

Verſ. 2.

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait illi: Tu dicis.

Tu es R. I. *Syr. Tune es ille Rex Iudæorum?*

Verſ. 3.

Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis.

Summi ſ. *Syr. Princeps, ſacerdotum.*
In multis. *Arab. Multipliciter. Vat. De multis. Ar. M. Multa. Ipſe autem nihil reſpondebat. Fr. Luc. Multum.*

Verſ. 4.

Pilatus autem rurſum interrogauit eum, dicens. Non reſpondes quidquam? Vides in quantis te accuſant.

Pilatus. *Syr. Ipſe Pilatus.*
Non reſpondes q. *Syr. Nec verbum quidem reſpondes?*
Vide. *Pagn. Ecce.*
In quantis. *Arab. Quanta. Theoph. Quàm multa.*
Te accuſant. *Arab. Teſtificantur aduerſum te. Theoph. Aduerſùs te teſtantur.*

Verſ. 5.

Ieſus autem ampliùs nihil reſpondit, ita vt miraretur Pilatus.

Ampliùs. *Syr.* omittit. *Euth. Deinceps. Theoph. Deinde.*
Nihil reſpondit. *Syr. Nullum verbum protulit. Vat. Nihil quicquam reſpondit.*
Miraretur. *Vat. Admiraretur.*

Verſ. 6.

Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcumque petiſſent.

Per diem a. f. *Syr. In quocunque feſto. Arab. Et in omni feſto. Euth. In feſto autem. Theoph. Cæterùm in die feſto. Ar. M. Iuxta verò feſtum.*
Solebat dimittere. *Syr. Moris erat, vt dimitteret. Euth. Abſoluebat. Ar. M. Soluebat. Vat. Dimittebat.*
Vinctum vnum. *Syr. Vinctus vnus. Arab. Vinctum.*
Petiſſent. *Arab. Voluiſſent. Theoph. Poſtulaſſent.*

Verſ. 7.

Erat aut qui dicebatur Barrabas, qui

Quid. *Syr. Aliquis, qui vocabatur. Ar. M. Dictus.*
Barrabbas. *Arab. Barnabas.*
Seditioſis erat v. *Syr. Seditioſis illis vinctus. Arab. Malignis vinctus. Vat. Seditionis auctoribus*
cum

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium.

fuerat vinctus. Fr.Luc.Cum ſeditioſis,ſeu ſeditionis ſociis erat vinctus.
In ſeditione. *Vat. Per ſeditionem.*
Fecerat. *Euth. Perpetrauerat. Pagn. Patrauerat.*
Homicidium. *Pagn. Cædem.*

Verſ. 8.

Et cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis.

Cùm aſcendiſſet. *Syr. Vociferatus eſt. Arab. Clamauit. Caiet. Cùm acclamaſſet.*
Turba. *Syr. Populus.*
Rogare. *Euth. Petere, vt fieret. Theoph. Flagitare. Vat. Poſtulare.*
Sicut ſemper f. i. *Syr. Prout conſuetum erat ipſis facere. Goth. Faciebat illis per dies feſtos, vt dimitteret eis vnum vinctum. Vat. Quod ſemper præſtitiſſet ipſis. Al. Vt faceret quemadmodum ſemper fecerat ipſis.*

Verſ. 9.

Pilatus autem reſpondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?

Vultis. *Arab. Vultiſne.*
Dimittam. *Euth. Abſoluam.*
Regem. *Theoph. Regem illum. Vat. Regem iſtum.*

Verſ. 10.

Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes.

Sciebat. *Syr. Nouerat enim Pilatus.*
Per. *Arab. Ob.Theoph. Propter.*
Summi ſ. *Arab.Principes Sacerdotum.*

Verſ. 11.

Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis.

Pontifices. *Euth. Principes ſacerdotum. Ar. M. Summi ſacerdotes.*
Concitauerunt. *Syr. Magis concitauerunt.*
Magis. *Syr.* omittit. *Arab. Peterent ab eo vehementiùs. Caiet. Potiùs.*
Dimitteret. *Arab. Vt dimitteret. Ar. M. Abſolueret.*

Verſ. 12.

Pilatus autem iterùm reſpondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?

Regi Iudæorum? *Syr. Illi, quem vos vocatis Regem Iudæorum. Arab. Vobis de illo, de quo dicitis,quia ipſe eſt Rex Iudæorum.*

Verſ. 13.

At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum.

Clamauerunt. *Syr. Vociferati ſunt.*

Verſ. 14.

Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.

Pilatus verò d. *Syr. Ipſe autem Pilatus ſubdit.*
Mali. *Ar.M. Malum.*
Magis. *Arab. Addiderunt. Euth. Vehementiùs. Ar. M. Abundantiùs. Fr.Luc. Ampliùs.*
Clamabant. *Euth. Clamorem.*

Verſ. 15.

Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur.

Volens. *Arab. Voluit.*
Populo ſ. *Syr. Facere voluntatem turbarum. Arab. Satisfacere turbæ. Euth. Cum populo benignè agere. Ar.M. Populo ſufficiens facere.Al. Turbæ facere ſatis.*
Dimiſit. *Syr. Soluit. Arab. Et dimiſit. Ar. M. Abſoluit.*
Tradidit. *Arab. Tradidit illis.*
Flagellis cæſum. *Ar. M. Flagellans. Vat. Flagellatum.*

Verſ. 16.

Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem.

Milites. *Arab. Cohortes.*
Duxerunt. *Theoph. Abduxerunt.*
In atrium p. *Syr. In atrium interius. Arab. Intra atrium prætorij, qui eſt locus tribunalis. Caiet. In atrium, quod eſt prætorium. Pagn. In aulam,quod eſt prætorium.*
Conuocant. *Syr. Aduocauerunt. Arab. Congregauerunt contra eum.*
Totam cohortem. *Syr. Totam cateruam. Arab. Cohortem.*

*Verſ.*17.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 17.

Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam.

Imponunt. *Arab. Poſuerunt ſuper illum. Euth. Circumponunt.*
Plectentes. *Syr. Implexam. Pagn. Contextam. Vat. Quam plexuerant. Fr. Luc. Poſtquam plexuiſſent, ſeu, contexiſſent.*
Spineam. *Pagn. Spinis.*

Verſ. 18.

Et cœperunt ſalutare eum: Aue rex Iudæorum.

Aue. *Ar. M. Gaude.*

Verſ. 19.

Et percutiebant caput eius arundine: & conſpuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.

Percutiebant. *Theoph. Verberabant.*
Arundine. *Syr. Calamo.*
Conſpuebant. *Vat. Inſpuebant.*
Eum. *Arab. In faciem eius. Euth. In eum.*
Ponentes genua. *Syr. Summittebant genua ſua. Arab. Super genua ſua.*

Verſ. 20.

Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum, vt crucifigerent eum.

Veſtimentis ſuis. *Ar. M. Veſtimenta propria.*
Educunt. *Euth. Ducunt.*
Crucifigerent eum. *Syr. Cruci ſuffigerent.*

Verſ. 21.

Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius.

Angariauerunt. *Pagn. Coegerunt.*
Quempiam Simonem C. *Arab. Virum, qui vocabatur Simon Cyrenæus.*
De villâ. *Syr. Ex pago. Theoph. Ex agro. Fr. Luc. Ex rure.*
Patrem. *Arab. Et ipſe erat pater.*
Tolleret. *Syr. Baiularet. Arab. Ferret. Euth Portaret. Vat. Geſtaret.*

Verſ. 22.

Et perducunt illum in Golgotha locum quod eſt interpretatum Caluariæ locus.

Perducunt. *Arab. Adduxerunt. Euth. Ducunt.*
Quod eſt i. *Syr. Qui exponitur. Arab. Cuius interpretatio eſt. Theoph. Quod eſt, ſi interpreteris.*
Caluariæ locus. *Syr. Cranium capitis. Arab. Caluaria.*

Verſ. 23.

Et dabant ei bibere myrrhatum vinum. Et non accepit.

Bibere. *Arab. Vt biberet.*
Myrrhatum. *Euth. Myrrhâ mixtum. Vat. Myrrhinum.*
Accepit. *Pagn. Sumpſit.*

Verſ. 24.

Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret.

Crucifigentes. *Syr. Cùm cruci ſuffixiſſent. Euth. Poſtquam crucifixerunt.*
Diuiſerunt. *Theoph. Partiti ſunt. Fr. Luc. Diſpertiebant. diſcindebant in partes.*
Mittentes ſortem. *Syr. Iecerunt ſortem. Arab. Cum ſorte.*
Super eis. *Vat. Super illa.*

Verſ. 25.

Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum.

Erat autem h. t. *Arab. Et hoc in tertiâ horâ.*
Et crucifixerunt e. *Syr. Cùm cruci affixerunt eum. Arab. Et crucifixus eſt.*

Verſ. 26.

Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus. REX IVDÆORVM.

Titulus cauſæ e. i. *Syr. Inſcripta occaſio mortis ipſius inſcriptione illâ. Arab. Inſcriptio ſuper illum ſcripta.*
Rex Iudæorum. *Syr. Hic eſt ille Rex Iudæorum. Arab. Hic eſt Rex Iudæorum.*

Verſ. 27.

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à ſiniſtris eius.

Et. *Syr. Inſuper.*
Crucifigunt. *Arab. Crucifixerunt.*
Duos. *Theoph. Duos alios.*
Dextris. *Vat. Dextrâ.*
Alium. *Euth. Alterum. Ar. M. Vnum.*
Siniſtris. *Vat. Siniſtrâ.*

Verſ. 28.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 28.

Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: & cum iniquis reputatus eſt.

Impleta. *Arab. Completa.*
Et cum i. *Syr. Cum flagitioſis.*
Reputatus. *Syr. Annumeratus. Pagn. Deputatus.*

Verſ. 29.

Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas.

Et prætereuntes. *Syr. Quin etiam ij, qui præteribant.*
Blaſphemabant eum. *Syr. Blaſphemabant in eum. Euth. Conuitiabantur illi.*
Mouentes. *Syr. Metantes.*
Vah. *Syr. O tu. Arab. O.*
Deſtruis. *Syr. Diſſoluis. Arab. Deſtruit. Euth. Diruis. Pagn. Demoliris.*
Templum Dei. *Vat. Templum.*
Tribus diebus. *Euth. Triduo.*
Reædificas. *Arab. Ædificat illud. Pagn. Extruis.*

Verſ. 30.

Saluum fac temetipſum, deſcende de cruce.

Saluum fac. *Syr. Libera. Theoph. Serua.*
Deſcendens. *Vat. Et deſcende.*

Verſ. 31.

Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum ſcribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.

Summi ſ. *Syr. Principes ſacerdotum.*
Illudentes. *Syr. Ridebant.*
Ad alterutrum. *Arab. Alter cum altero. Euth. Inter ſeſe.*
Cum ſcribis. *Syr. Nec non ſcribæ.*
Saluos fecit. *Theoph. Seruauit.*
Non poteſt. *Arab. Non potuit.*
Saluum facere. *Theoph. Seruare.*

Verſ. 32.

Chriſtus Rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei.

Chriſtus Rex I. *Syr. Meſſias ille Rex Iſrael. Arab. Si eſt ipſe Chriſtus Rex Iſrael.*
Videamus. *Arab. Videamus eum.*
Credamus. *Syr. Credamus ei. Arab. Credemus.*
Qui cum eo c. e. *Ar. M. Conerucifixi et. Vat. Qui cum eo crucifixi fuerant.*
Conuitiabantur ei. *Syr. Exprobrabant ei. Arab. Conuitiabantur ei ſimiliter. Euth. Conuitia iactabant in eum. Pagn. Probra iaciebant in eum. Fr. Luc. Improperabant ei.*

Verſ. 33.

Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram vſque in horam nonam.

Factâ horâ ſextâ. *Syr. Quum eſſent ſex horæ. Orig. Vt autem eſſet facta. Fr. Luc. Poſtquam eſſet hora ſexta.*
Factæ. *Theoph. Orta.*
Super totam t. *Syr. Super vniuerſam terram. Arab. Super terram. Orig. Super omnem terram.*
In horam. *Vat. Ad horam.*

Verſ. 34.

Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens Eloi, Eloi, lamma ſabacthani quod eſt interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Exclamauit. *Euth. Clamauit.*
Magnâ. *Arab. Altâ.*
Quod eſt i. *Arab. Cuius interpretatio. Theoph. Quod eſt, ſi quis interpretetur.*
Deus meus, D. m. *Vat. Deus mi, Deus mi.*
Vt quid. *S. Hilar. Quare. Theoph. Cur. Ar. M. In quid. Caiet. Ad quid.*
Dereliquiſti. *Vat. Deſeruiſti.*

Verſ. 35.

Et quidam de circumſtantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

De circumſtantibus. *Ar. M. Aſtantium. Fr. Luc. Præſentium.*
Ecce Eliam v. *Syr. Eliam vocauit.*

Verſ. 36.

Currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque calamo,

Currens autem v. *Theoph. Accurrit autem quidam.*
Implens ſ. *Euth. Impletâ ſpongiâ.*
Circumponenſque c. *Syr. Alligauit calamo. Arab. Poſuit eam in arundine. Euth. Impoſitâ arundini.*
Potum d. *Syr. Vt propinaret. Arab. Vt potum daret. Euth. Offerebat potum. Theoph. Potum porrexit.*

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus ſi veniat Elias ad deponendum eum.

Dicens. *Syr. Et dicebant.*
Sinite. *Arab. Sinite eum.*
Si veniat. *Vat. An venturus ſit.*
Ad deponendum e. *Syr. Deſceaſum ei prabiturus. Arab. Et depònat eum. Ar. M. Detrahere eum.*

Verſ. 37.

Ieſus autem emiſſa voce magna expirauit.

Ipſe a. *Syr. Ipſe verò Ieſus.*
Emiſsâ. *Syr. Clamauit. Arab. Exclamauit. Ar. M. Emittens. Fr. Luc. Poſtquam emiſiſſet.*
Voce magnâ. *Syr. Altâ voce. Ar. M. Vocem magnam.*
Expirauit. *Arab. Tradidit ſpiritum, & dormiuit.*

Verſ. 38.

Et velum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum.

Velum. *Syr. Superficies valuarum. Arab. Velum intermedium. Ar. M. Interexpanſum.*
Sciſſum eſt. *Syr. Sciſſa eſt.*
In duo. *Euth. In duas partes. Vat. Biſariam.*
Summo. *Ar. M. Surſum.*
Deorſum. *Pagn. Ad imum.*

Verſ. 39.

Videns autem centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.

Videns. *Arab. Cùm vidiſſet.*
Centurio. *Syr. Centurio ille.*
Qui ſtabat. *Ar. M. Aſtans. Vat. Qui adſtabat illi*
Ex aduerſo. *Orig. Ibi. Fr. Luc. Ex aduerſo eius.*
Quia ſic c. *Theoph. Quod ſic emiſſo clamore. Caiet. Cùm clamaſſet.*
Expiraſſet. *Arab. Tradidiſſet ſpiritum.*
Verè. *Arab. Verè quidem.*
Erat. *Arab. Eſt.*

Verſ. 40.

Erant autem & mulieres de longè aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Salome:

De longè. *Syr. Procul. Arab. A longè. Euth. Eminus. Vat. E longinquo.*
Aſpicientes. *Syr. Spectantes.*
Inter quas. *Ar. M In quibus.*
Maria Iacobi. *Arab. Maria mater Iacobi.*
Minoris. *Ar. M. Parui.*

Verſ. 41.

Et cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam.

Et cum eſſet in G. ſ. e. *Syr. Illa, quum ipſe eſſet in Galilaa, adhaſerant ei. Arab. Ha ſunt, qua cum ipſo erant à Galilaâ.*
Miniſtrabant. *Theoph. Miniſtrauerunt.*
Multæ. *Syr. Quam plurima. Vat. Quàm plures.*
Quæ ſimul c. e. a. *Ar. M. Illa ſimul conſcenſa ei.*
Ieroſolymam. *Arab. Ab Ieroſolymâ. Ar. M. In Ieroſolymam.*

Verſ. 42.

Et cùm iam ſero eſſet factum (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum)

Iam ſero e. *Syr. Eſſet veſpera. Theoph. Veniſſet veſpera. Vat. Iam ad veſperaviſſet. Caiet. Iam ſerum fieret.*
Quod eſt a. *Euth. Qua pracedit. Vat. Qua eſt pridie ſabbato.*

Verſ. 43.

Venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

Ioſeph. *Syr. Ioſeph ille.*
Ab Arimathia. *Theoph. Certus ex Arimathia ciuitate.*
Nobilis d. *Syr. Honorabilis ſenator. Arab. Et erat nobilis decurio grauis aſpectu regio. Theoph. Honeſtus ſenator. Caiet. Honeſtus Conſul. Fr. Luc. Honeſtus plenus grauitatis, & dignitatis conſiliarius.*
Qui & ipſe e. e. *Syr. Qui & ipſe praſtolabatur. Arab. Erat vir, qui expectabat.*
Audacter. *Syr. Confidens. Arab. Auſus eſt. Vat. Cum audacia. Pagn. Sumptâ audaciâ. Fr. Luc. Magnanimus.*
Introiuit. *Arab. Et introiuit. Euth. Ingreſſus eſt.*
Petiit. *Arab. Petiit ab eo.*
Ieſu. *Syr. Ipſum Ieſu.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 44.

Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet & accerſito centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet.

Mirabatur. *Theoph. Admiratus eſt.*
Si iam o. *Arab. Quod eſſet mortuum.*
Accerſito. *Syr. Aduocauit. Arab. Vocauit.*
Centurione. *Syr. Centurionem.*
Interrogauit eum. *Arab. Quærens ſcire ab eo.*
Si iam. *Euth. Si iam dudum. Arab. Qua horâ. Caiet. Si dudum.*

Verſ. 45.

Et cùm cognouiſſet à centurione, donauit corpus Ioſeph. ●

Cognouiſſet à c. *Syr. Didiciſſet. Theoph. Re cognitâ ex centurione.*
Donauit. *Syr. Dedit. Arab. Præcepit ille dari.*
Corpus. *Syr. Corpus ipſius. Arab. Corpus Ieſu.*
Ioſeph. *Euth. Ipſi Ioſeph.*

Verſ. 46.

Ioſeph autem mercatus Sindonem, & deponens eum inuoluit Sindone, & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

Ioſeph autem m. *Syr. Emitque Ioſeph. Arab. Mercatus enim fuerat.*
Sindonem. *Syr. Linteum.*
Et deponens eum. *Syr. Et ipſum detractum S. Epiph. Corpus autem. Vat. Et eum deponens.*
Inuoluit. *S. Epiph. Obuolutum.*
Sindone. *Theoph. Sindoni.*
Et poſuit eum. *S. Epiph. Ioſephus in Golgothâ depoſuit. Theoph. Repoſuit.*
Monumento. *Syr. Sepulcro.*
Quod erat e. *Arab. Exciſo.*
De petrâ. *Syr. In rupe. Arab. De petrâ. Euth. E petra.*
Aduoluit. *Arab. Poſuit.*
Lapidem. *Syr. Saxum.*
Monumenti. *Syr. Sepulcri.*

Verſ. 47.

Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph, aſpiciebant vbi poneretur.

Maria Ioſeph. *Arab. Maria mater Ioſeph.*
Aſpiciebant. *Ar M. Spectabant.*

CAPVT XV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Soliciti ad malum mali ſunt. 1732
Subditi ferè à ſuperioribus malitiam ebibunt. 1732
A lingua quanta mala timenda. 1733
Cur Pilato, non ſacerdotibus Chriſtus reſponderit, cùm interrogaretur. 1734
Malorum extrema timenda, quum hominum voluntas impletur, Dei voluntate neglectâ. 1735
Quàm fluidus dignitatum ſplendor. 1736
Crucis & agricolæ nexus. 1737
Inanis gloriæ causâ Crux minimè ferenda. 1738
Quanta crucis ſit virtus, quantâ gloriâ ſuos afficiat. 1739
Vera nobilitas in quo ſita. 1740
Parentes crucem amplecti, quam filiis ſit proficuum. 1740

Et confeſtim manè conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & vniuerſo concilio vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato.

1732. SOliciti ad malum mali ſunt. Manè ineunt conſilium, Ieſum Pilato tradunt. Hunc morem ſeruabant Iudæi, vt, quem vellent morti tradi, vinctum iudici ſiſterent. Vinciunt Chriſtum, qui Diuinæ legis vincula ruperant.

Duxerunt. Duci tantùm poterat Ieſus: non erat neceſſe trahi. Sponte ad ſupplicia ibat, nec vllo pacto repugnabat.

Tu es Rex Iudæorum. Ac ſi nullum alind crimen in illo reperiret, quàm quòd Rex eſſet Iudæorum: & malorum rex malus eſſe ſoleat, & populi mali non bonus rex; cùm ſubditi malitiam à ſuperiore ebibant; ſuperiores trahant à ſubditis: quod frequenter accidit. Chriſtus tamen excipiendus erat, qui ſemper ſui tantùm ſimilis, ſemper optimus, & impiorum Iudæorum Rex potuit dici, à malitiâ eorum penitùs alienus.

Et accuſabant eum ſummi Sacerdotes in multis.

ACcuſatur Chriſtus, ſed tacet; torquebat ſi- 1733.
lentium iſtuc ſacerdotes, exculpere ex eius
ore aliquod inordinatum ſiue incompoſitum volebant;
rati, vel vno verbulo non prudenter & ſanctè emiſſo, poſſe Chriſti ſanctimoniam pollui, ac innocentiam inſici. Etiam ſupra interrogat eum pontifex dicens: *Non reſpondes quicquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his?* Quò callida hæc interrogatio ſpectabat? An, vt, qui in tacentis linguâ nihil reprehenſione dignum inueniebant, aliquid ab eius ore loquendo excideret, quod reprehenderent? ac ſi loqui, & in aliquo non labi, puri hominis non ſit.

In multis. Quod multa obiiciant, Chriſti inno- 1734.
centiam

Digitized by Google

centiam indicat,& multam accuſantium maliriam. Multa proferunt, vt ex multis vnum formaretur, quo iudicis animum mouerent;ac ſi ex multis falſis voum verum poſſet ſtrui.

At ille reſpondens,ait illi: Tu dicis.

CVr reſpondet Pilato,qui ſacerdotibus non reſponderat? *Pilato*, inquit Sanctus Thomas hic, *qui innitus fere ſententiam, aliquâ in parte reſpondit: ſacerdotibus autem & principibus reſpondere noluit,indignoſque ſermone ſuo iudicauit.*

Pilatus autem volens populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barabbam,& tradidit Ieſum flagellis caſum,vt crucifigeretur.

1735. VOluit populo ſatisfacere Pilatus,qui Deo,qui iuſtitiæ ſatisfacere debebat. Quàm graue ſcelus commiſit, quàm longè à iuſtitiæ limitibus aberrauit,dum hominibus placere ſtuduit, hominum voluntatem perficere. Nimirum malorum extrema timenda ſunt,vbi non Dei, ſed hominum voluntas adimpletur.

Barabbam Iudæi petierunt: Barabbam ſolui poſtularunt,& Ieſum occidi. Non mirum,ſi latrociniis ſint adeò addicti, qui latronis defenſores ſe fecerunt. Latronis cauſam contra omnium iudicem tuentur, præferunt Barabbam Ieſu: latrones omnes euaſerunt.

Induunt eum purpurâ,& imponunt ei plectentes ſpineam coronam.

1736. REgum inſigne purpura eſt: hioc in ludibrium induunt eâ Chriſtum. Purpura ex aquis extrahitur: aquarum eſt igitur, quod in regibus adoratur; aquarum eſt ſpecies illa,quæ fulget: nihil hîc firmum,nihil conſiſtens: fluida omnia ſunt,omnia labentia. Vtinam hoc à purpurâ, quâ induuntur reges diſcerent! ſic enim tumorem ponerent & faſtum,ſi illo corripiantur.

Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villâ, patrem Alexandri & Rufi,vt tolleret Crucem eius.

1737. HIc Simon, qui ab agro & villâ in ciuitatem ſe conferebat,agricola (vt aliquibus placuit) extitit. Benè eligitur agricola ad ferendam Crucem Domini, vt Chriſti ſedulitas ſignificaretur: qui, velut diligens agricola, cordis noſtri humum ſuis paſſionibus ſarriebat, & excolebat. Agricola Crucem Domini geſtat, vt, qui ad aratrum manum porrigere conſueuerat, Chriſti Crucem portaret, quæ ad modum aratri ſe habet, & eâ pectoris noſtri terra proſcinditur, & duræ glebæ conteruntur, parantúrque ad diuinum eloquiorum Diuinorum ſemen excipiendum.

1738. *Angariauerunt quendam Simonem, vt tolleret Crucem eius.* Quò homines agit laudis humanæ amor! In Simone Crucem portante illorum imaginem habemus, qui dura quæque humanæ laudis amore patiuntur. *Simon, qui portat Crucem in angaria,ipſe eſt, qui laborat pro laude humanâ*, ait S. Hieronymus: *Cogunt eum homines huic labori,quem non cogit dilectio Dei.* Quot Simones habemus, quot pericula ſubeunt inanis gloriæ ſuaſu, ut quæ Dei amore vrgeri non poſſunt!

Patrem Alexandri,& Rufi. Cùm hæc Euange- 1739.
liſta ſcriberet,hi duo fratres celebres in Dei Eccleſiâ erant:quod notauit inter Latinos Beda, & inter Græcos Euthymius. Scilicet, hoc promeruerat pater, vt, Chriſti Crucem portando, ipſe filiique per Crucem ſeruarentur; & ſanctitas, quam à Crucis contactu acquiſierat pater, in filios quodámmodò deriuaret. Diſce, quanta Crucis ſit virtus, quanta vis; cùm in Simone, qui ad eam ferendam primò adactus eſt, tanta præſtarit; quid, ſi ſponte ipſe eam eſſet amplexatus, & ſe huic labori libens obtuliſſet?

Probi ſanctique filij eius patris euaſere,qui Crucem Chriſti portauerat. Diſcant parentes per mortificationem Crucem Chriſto iugiter geſtare, vt filij Chriſto ſeruiant,& obſequantur. Non terrenas opes,non delicias quærant parentes, ſed Crucem, & imitatores filios habeant: alioquin reiiciet crucem filius,ſi reiicere patrem videat.

Solent filij per merita patrum ſuorum recenſe- 1740.
ti: hîc recenſetur pater per filiorum merita; hi quippe filij magnæ gloriæ loco ducebant, quòd ipſorum pater Crucem Chriſti portauiſſet. Scilicet, in hoc gloriari filij debent, quòd parentes Crucem Chriſti portantes habeant: hæc vera nobilitas eſt.

SECTIO II.

Regis nexus & nuditatis. 1741
Crucis virtute, mali ad virtutem transferuntur. 1742
In Cruce vt pœnas ſuas augere Chriſtus ſtuduerit. 1744
Dei verba quàm efficacia. 1745
Chriſti ſanguis in paſſione effuſus quantam fortitudinem affricare mentibus poſſit. 1745

Et crucifigentes eum, diuiſerunt ſibi veſtimenta eius.

SIne ſuis veſtibus Chriſtus moritur: nudus Cru- 1741.
ci affigitur; & tamen Regis titulo honoratur: nam Pilatus poſuit ſuper crucem *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Quis nexus regis & nuditatis? Magnus. Tunc verò quis ſe regem prodit, & regium animum oſtendit,cùm in ſuorum vtilitatem nudus abit, omnia largitur, nihil ſibi retinet; nec veſtes quidem, quibus induatur. Audiant reges, quàm abeant à regis notâ, qui ſuos nudant, & expoliant; tantùm abeſt,veſtes proprias exuant.

Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus eſt.

INter iniquos numeratus eſt, qui iniquos venerat 1742.
ab iniquitate liberare. Inter iniquos reputatus eſt; vt ſignaretur, per Crucis virtutem iniquos inter bonos reputandos,amputatâ iniquitate.

Et prætereuntes blaſphemabant.

NOn facilè blaſphemaſſent, ſi ſtetiſſent: dum tranſeunt, ad blaſphema quoque verba tranſeunt. *Non ſtabant*, inquit Sanctus Ambroſius, *quaſi conſtantes, ſed tranſibant, quaſi mobiles.* Ægrè aliquid ab illis boni ſperes, qui ante Chriſtum, non ſtant,nec diu in eius obſequio perſeuerant.

Saluum fac temetipſum deſcendens de Cruce.

1743. NOn indiget ſaluari, qui ſaluat alios. Non aſcendit in Crucem, vt deſcenderet; ſed, vt in eà moreretur, & nobis vitam acquireret ac ſalutem. In Cruce ſe probat Saluatorem: à pietatis ſuæ culmine deſcendere videretur, ſi deſcenderet a Cruce, nec humanæ redemptionis myſterium perficeret.

Priùs in infernum deſcendes, Iudææ, quàm ex Cruce deſcendat Chriſtus. Alia opera, quæ fecit, plenè perfecit: cur non illud perficeret, quod omnium finis videtur eſſe atque perfectio?

Et, factâ horâ ſextâ, tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram.

1744. CVm eſſet in Cruce Ieſus, tenebræ in vniuerſam terram, eo volente, ſunt factæ; vt ſcilicet magis in Cruce pateretur: ipſæ quippe tenebræ, quæ cæli, terræ, cæterarumque rerum conſpectum auferebant, patientis animam cogebant quodammodo, vt ſola corporis ſui tormenta cogitaret, nec rerum aliarum viſu aliò vocaretur. Hinc, qui dolore aliquo corripiuntur, noctu grauiorem illum ſentiunt; vnde cupiunt aduenire diem, vt doloris acerbitas abeat, & nonnihil mitigetur. Aliam mentem habuit Chriſtus; nam, patiendi deſiderio, diem in noctem mutat, vt dolores pleniùs ſentiret.

Videns autem centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.

PLura miracula in Chriſti morte contigerunt, 1745.
tamen vocis viuido ſono, magnoque hoc clamore magis, quàm cæteris, motus eſt centurio, vt crederet, ipſum eſſe Filium Dei; vnde ait: *Verè hic homo Filius Dei erat.* Ex quo colligitur, nihil eſſe efficacius Dei verbo, quod maximè corda permouet, & miraculis cunctis ſupereminet.

Audacter introiuit ad Pilatum. Vnde tantus animus Ioſephi mentem ſubiit, qui ante paſſionem non ſe audebat apertum Chriſti diſcipulum profiteri? Iam effuderat Chriſtus ſanguinem; mortem Crucis pro eo ſubierat: tanto exemplo animatus fortis fit, timorem omnem expuens. Nimirum, nullus tam pauidus, animoque deiectus, qui Crucifixi, aſpectu, & effuſi ſanguinis memoriâ in leonem verti facilè non poſſit.

Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento.

DEponens. Non erubuit ipſe, licèt nobilis, & 1746.
inter primos Iudæorum, de Cruce Chriſtum ſuis manibus deponere. Nihil adeò vile eſt hominum opinione, quod ſibi Dei ſeruus ſummæ gloriæ loco non ducat efficere.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVI. LVCÆ.

Verſ. 1.

ET cùm tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Ieſum.

Cùm tranſiſſet. *Arab. Factum eſſet. Euth. Pertranſiſſet. Theoph. Præteriſſet. Ar.M. Peracto.*
Sabbatum. *Ar.M. Sabbato.*
Maria Iacobi. *Arab. Maria mater Iacobi.*
Venientes. *Arab.* omittit. *Theoph. Venirent.*
Vngerent I. *Arab. Aromatizarent Ieſum. Theoph. Et vngerent eum.*

Verſ. 2.

Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam ſole.

Et valde m. *Syr. Diluculo verò. Theoph. Et ſummo diluculo.*
Vnâ ſabbatorum. *Syr. Primâ ſabbati. Arab. In vnâ ſabbatorum. Theoph. Diei primi ſabbatorum. Vat. Primo ſabbatorum. Fr. Luc. Vnius ſabbatorum.*
Ad monumentum. *Syr. Ad domum ſepulchri.*
Orto iam. *Ar.M. Exerto.*

Verſ. 3.

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

Ad inuicem. *Syr. Apud ſe. Altera earum ad alteram. Euth. Inter ſeſe. Ar.M. Ad ſeſe. Fr.Luc. Ad ſe mutuò.*
Quis reuoluet. *Syr. Sed quis reuoluturus eſt.*
Lapidem monumenti. *Syr. Saxum domus ſepulchri.*

Verſ. 4.

Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippè magnus valde.

Reſpicientes. *Vat. Cùm reſpexiſſent. S. Greg. Nyſſ. Sublatis oculis. Fr. Luc. Cùm ſepulchrum verſus oculos conuertiſſent.*
Viderunt. *Ar.M. Spectant. S.Greg.Nyſſ. Vident.*
Reuolutum lapidem. *Syr. Reuolutum eſſe ſaxum.*
Erat quippe. *Arab. Erat quidem. Theoph. Nam erat.*
Magnus valde. *Syr. Ingens admodum.*

Verſ. 5.

Vulgata Editio.

Lectionum varietas.

Verſ. 5.

Et intreeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.

Et introeuntes in m. *Syr. Ingreſſa itaque in domum ſepulchri.*
Viderunt. *Syr. Conſpicautur.*
Iuuenem. *Pagn. Adoleſcentulum. Vat. Adoleſcentem.*
In dextris. *Euth. A dextris. Vat. A dextrâ.*
Coopertum ſ. c. *Syr. Induetum ſtolâ candida. Arab. Super eum erat ſtola candida. Circumamictum ſtolam candidam. Caiet. Amictum ſtolá candidâ.*
Obſtupuerunt. *Syr. Perculſa ſunt. Arab. Perterrita ſunt. Pagn. Expauerunt.*

Verſ. 6.

Qui dicit illis. Nolite expauefcete: Ieſum quæritis Nazatenum crucifixum: ſurrexit non eſt hîc, ecce locus vbi poſuerunt eum.

Qui. *Euth. Ille autem.*
Nolite e. *Arab. Ne timeatis. Euth. Ne obſtupeſcatis. Theoph. Ne expaueſcatis.*
Quæritis. *Arab. Quæritis ne.*
Crucifixum. *Syr. Illum, qui fuit crucifixus.*
Surrexit. *Arab. Iam ſurrexit.*
Ecce. *Arab. Et ecce.*
Poſuerunt. *Syr. Poſitus fuerat. Fr. Luc. Sepelierunt.*

Verſ. 7.

Sed ite, dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

Ite. *Euth. Abite.*
Dicite. *Syr. Dictura.*
Quia præcedit v. *Syr. Ecce prait vobis. Arab. Quia ipſe præcedet vos.*

Verſ. 8.

At illæ eunces fugerunt de monumento inuaſerat enim eas tremor & pauot: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

At illæ e. *Syr. Quod cùm audiſſent, currentes Pagn. At abeuntes.*
Fugerunt. *Syr. Exilierunt. Vat. Ciò fugerunt.*
A monumento. *Arab. De ſepulchro.*
Inuaſerat. *Arab. Apprehenderat. Vat. Tenebat. Caiet. Habebat. Fr. Luc. Occupabat.*
Pauor. *Pagn. Stupor. Fr. Luc. Ecſtaſis.*
Et nemini. *Theoph. Nec cuiquam.*
Quicquam. *Ar. M. Nihil.*
Dixerunt. *Vat. Dicebant.*
Timebant enim. *Syr. Quippe quæ expaueſcerent.*

Verſ. 9.

Surgens autem manè prima ſabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia.

Surgens. *Syr. Reſurrexit. Ar. M. Reſurgens Ieſus.*
Manè. *Syr. Diluculo.*
Primò. *S. Greg. Nyſſ. Primo die. Euth. Primo.*
Sabbati. *S. Greg. Nyſſ. Sabbatorum.*
Mariæ. *Syr. Ipſi Maria.*
De qua. *S. Greg. Nyſſ. Ex quâ.*

Verſ. 10.

Illa vadens nuntiauit his, qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus.

Vadens. *Theoph. Profecta.*
Nuntiauit. *Arab. Annuntiauit. Euth. Renuntiauit.*
Qui cum eo f. *Arab. Cum eo exiſtentibus.*

Verſ. 11.

Et illi audientes quia viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.

Et illi a. q. v. *Syr. Qui quum audiſſent, eas dicentes ipſum viuere.*
Viſus eſſet ab eâ. *Syr. Apparuiſſe ſibi.*
Non crediderunt. *Syr. Fidem eis haud quaquam adhibuere.*

Verſ. 12.

Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam:

Ex his a. *Syr. Ex ipſis cùm ambularent. Arab. Ex eis. Ar. M. Deambulantibus.*
Oſtenſus eſt. *Vat. Apparuit. Fr. Luc. Manifeſtatus eſt, Manifeſtauit ſe ipſum.*
In aliâ effigie. *Syr. Aliâ ſpecie. Arab. In veſtimentis aliis. Pagn. In aliâ formâ.*
Euntibus. *Syr. Et proficiſcerentur. Arab. Et ipſi duo erant euntes.*
Villam. *Arab. Caſtellum. Euth. Rus. Ar. M. Agrum. Fr. Luc. Domum ruſticam.*

Verſ. 13.

Et illi euntes nuntiauerunt cæteris:

Euntes. *Syr. Profecti. Theoph. Abierunt.*
Nuntiauerunt. *Syr. Dixerunt. Vat. Ac renuntiauerũt.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
nec illis crediderunt.	Cæteris. *Ar.M. Reliquis.* Nec illis. *Syr. Qui nec illis quidem.*
Verſ. 14. Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: Et exprobrauit incredulitatem eorum,& duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.	Nouiſſimè. *Syr. Poſtremò. Arab. Poſt hoc autem. Ar.M. Poſteriùs. Caiet. Poſtea. Fr.Luc. Tandem,denique.* Recumbentibus. *Syr. Quum diſcumberent. Arab. Congregatis.* Illis vndecim. *Arab. Vndecim.* Apparuit. *Arab. Apparuit eis. Fr.Luc. Manifeſtatus eſt.* Incredulitatem e. *Syr. Exiguam eorum fidem. Arab. Eos propter paruitatem fidei. Theoph. Illis incredulitatem ſuam.* Duritiam cordis. *Arab. Duritiam cordium eorum. Fr.Luc. Duricordiam.* Quia iis q. v. *Syr. Quippe qui iis, qui conſpexerunt. Ar.M. Quia videntibus. Fr.Luc. Quia iis, qui ſpectarant. Conſpexerant.* Eum reſurrexiſſe. *Syr. Eum ſuſcitatum. Arab. Quia ipſe ſurrexit à mortuis. Euth. Eum poſtquam reſurrexerat. Ar. M. Exuſcitatum. Fr. Luc. Rediuiuum.*
Verſ. 15. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.	Euntes. *Syr. Proficiſcimini. S. Ambr. Ite. Vat. Profecti.* In mundum. *S.Amb. In orbem.* Euangelium. *Syr. Euangelium meum.* Omni creaturæ. *S.Aug. Vniuerſa creatura.*
Verſ. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.	Qui crediderit, & b. f. *Arab. Qui enim crediderit, & baptizatus fuerit. Ar.M. Credens, & baptizatus.* Saluus erit. *Vat. Saluabitur. Fr. Luc. Conſequetur ſalutem.* Qui verò n. c. *Ar.M. At non credens.*
Verſ. 17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis:	Sequentur. *Euth. Proſequentur. Theoph. Subſequentur.* In nomine m. *Vat. Per nomen meum.* Linguis nouis. *Arab. Idiomatibus linguarum.*
Verſ. 18. Serpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint,non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent,& benè habebunt.	Tollent. *Arab. Tollent manibus ſuis.* Mortiferum quid. *Syr. Toxicum mortiferum. Euth. Mortiferum quippiam. Pagn. Quid lethale.* Biberint. *Arab. Comederint.* Non eis. *Vat. Ne vtiquam eis.* Super ægros. *Syr. Ægrotis. Theoph. Super ægrotos.* Manus i. *Arab. Manus ſuas ponent.* Benè habebunt. *Syr. Sanitati reſtituentur. Ar.M. Pulchrè habebunt.*
Verſ. 19. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.	Et Dominus q. I. *Syr. Porrò Ieſus Dominus noſter. Euth. Itaque Dominus quidem. Fr. Luc. Igitur Dominus Ieſus.* Poſtquam l. e. e. *Syr. Poſtquam locutus cum eis fuiſſet.* Aſſumptus eſt i. c. *Syr. Cælos conſcendit. Arab. Iterum eleuatus eſt in Cælum. S. Epiph. Et aſcendit in Cælos. Tert. Ereptus eſt in Cælum. Pagn. Receptus eſt in Cælum.* Sedet. *Theoph. Conſedit. Caiet. Sedit.* A dextris. *S.Epiph. In dexterâ. Vat. A dexterâ.* Dei. *Arab. Patris.*
Verſ. 20. Illi autem profecti prædicauerunt vbi-	Profecti. *Syr. Exierunt. Euth. Egreſſi.* Vbique. *Arab. In omni loco. Theoph. Vndique.* Domino cooperante. *Syr. Et Dominus noſter ad-*

que,

Vulgata Editio.

que, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Lectionum Varietas.

iuuabat eos. Arab. Et Dominus operabatur vim illis. Fr. Luc. Domino ſimul operante.

Sermonem c. *Syr. Confirmabat ſermones. Arab. Confirmati ſunt in ſermone. Fr. Luc. Verbum confirmante.*

Sequentibus ſignis. *Syr. Per ſigna, quæ ipſi edebant. Arab. Propter ſigna quæ ſequebantur eos. Ar. M. Per ſigna ſubſequentia. Amen.*

CAPVT XVI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

A templi regulâ cætera dependeant. 1747
Quò quis ſanctior, eò magis iis caret, quæ ad delicias ſpectant. 1747
In bono ſemper proficiendum. 1748
Cur vnctum Ieſum rurſus Mariæ vnxerint. 1748
Verecundia, mulierum ornatus. 1750
Amor quàm ſit ſolicitus, quàm prouidus. 1751
Chriſti morte factum, vt homines in Angelos quodammodo immigrent. 1752
Perſtricti, qui impuri ad Euchariſtiam accedunt. 1753
Peccatores animandi, ne deſperent. 1754
Cur, Mariæ Virgini Chriſtum apparuiſſe poſt Reſurrectionem, Euangeliſtæ non dixerint. 1755
Qui gloriam ſperat, à Cruce non abeat. 1756
Qui Chriſti ſolatium quærit, humanum non expectet. 1757
Nihil non obtinet amor, ſi verus. 1757

Et, cùm tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalena & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.

1747. SIMVL ac tranſiſſet ſabbatum, emerunt piæ mulieres aromata. Cur, tranſacto ſabbato, id præſtant? Quia ante non licebat operari, ac negotiari. Dabatur Ieroſolymis è templo ſignum & incipientis ſabbati & finientis, vt ritè omnia præſtari poſſent, & à templi ordine & ſtatutis res aliæ ſuo tempore tractarentur. Felix negotiatio. Res feliciter ſe habens, cùm à templi regulâ dependent.

Emerunt aromata. Ea apud ſe non habebant; aliunde quærunt. Priùs vnguentum emiſſe non dicitur Maria Magdalena, cum illud ſuper caput Chriſti recumbentibus effudit: quò quis ſanctior, eò magis iis caret, quæ ad delicias ſpectant.

1748. *Vt venientes vngerent Ieſum.* Non mittunt, qui vngant; ſed veniunt ipſæ. Quod quis in Dei obſequium præſtare poteſt, aliis præſtandum non imponat.

Vngerent Ieſum. Totum ſcilicet eius corpus. Magdalena priùs pedes & caput vnxit, nunc totum corpus vngere ſtudet. Nimirum, ſemper in bono proficere debemus, & plura ac maiora in Dei obſequium præſtare; quò magis ſeruitutis noſtræ tempus porrigitur.

1749. Sciebant mulieres corpus Ieſu à Ioſepho & Nicodemo non parcè fuiſſe vnctum: cur igitur adhuc eum vngere cogitant? An, quia conſuetudo illius æui erat, vt cadauera, quæ plurimi fiebant, ſæpius, pluribuſque continuis diebus vngerentur, donec humore vi aromatum exiccato, diu ſeruari poſſent integra, & prorſus ab omni corruptione immunia? Præterea vngunt, vt ipſæ quoque ſuæ pietati ſeruirent, vt diſceremus, iuſtorum eſſe, aliorum potiùs exemplo ad bonum prouocari, quàm ab operibus bonis auocari.

Emerunt aromata. Vngendo Ieſu corpori eme- 1750.
runt piæ mulieres aromata: ſed cur factum iſtuc à mulieribus, cùm ſcire poſſent, id priùs à viris præſtitum? An commendabilis verecundia mulieres coërcuit, ne ſe virorum multitudini immiſcerent, quum Ieſu corpus vnctum à Ioſepho & Nicodemo ac eorum miniſtris fuit? *Tres iſtæ mulieres,* inquit hîc Caietanus, *poſt ſolis occaſum ſabbati emerunt aromata; quia, durante ſabbato, illicitum erat emere. Et hinc apparet, quòd mulieres iſtæ quamuis viderint locum monumenti, in quo Ioſeph & Nicodemus cum ſuis miniſtris ponebant corpus Ieſu; non tamen viderunt, quòd vnxerint corpus Ieſu aromatibus: quia, ſi vidiſſent hoc, non poſtea ſolicitæ fuiſſent, vt emerent aromata ad vngendum corpus Ieſu. Verecundia ſiquidem muliebri, & optimo more aſſuetæ procul eſſe à conſortio virorum, non auſæ ſunt appropinquare ad videndum, quid facerent, circa corpus Ieſu, Ioſeph & Nicodemus cum ſuis miniſtris: & tantò minus potuerunt hoc videre, quantò vnctio facta fortè fuit intùs in monumento, quod erat, velut quadam domuncula, intra quam erat ſepulchrum.*

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti.

DE ingenti ſaxo, quod ad oſtium monumen- 1751.
ti aduolutum fuerat ſolicitæ mulieres ſunt: ſed cur non magis ſolicitæ erant, quî ingredi hortum poſſent, qui publicus non erat, nec eius aditus cuilibet patebat? An veriſimile eſt, quòd, cùm ſepultus, ibi eſſet Dominus, illæ indicarint Ioſepho mentem ſuam, vt à ſabbato redirent, & Ieſum iterum vngerent; atque adeò licentiam hortum ingrediendi; & fors etiam claues impetrarint? Explicari non poteſt, quàm ſolicitus amor ſit, quàm prouidus; licet muliebre pectus poſſideat, muliebrem teneat mentem.

Et introëuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris.

CVm ingreſſæ fuiſſent mulieres monumen- 1752.
tum, Angelum vident; nos, ſi piè ſepulcrum mente adeamus, mortemque cogitemus Angelum, Angeli tamen, vitæ puritate, facilè videbimus, Angelicam vitam referentes.

Cur mulieribus, priùs quam viris per Angelos

annunciatur reſurrectio? *Mulieribus* (inquit Salmeron tom. 11. tract. 9.) *reſurrectio Chriſti annunciata eſt, quòd hoc illæ piâ ſuâ ac religioſâ ſedulitate promeruerant; quemadmodum & natiuitas Domini primò eſt paſtoribus patefacta, quod illi ſuâ ſimplicitate & vigilantiâ conſequuti eſſe videntur.*

Cùm viueret, dæmonia in ſepulcris latentia excutiebat Christus: mortuus Angelos ſepulcro addicit: quo rectè moneremur, eius morte factum, vt mortuis Angeli adſint, quibus adeſſe dæmones conſueuerant; in Angelóſque immigrare, qui mortibus dæmones reſerebant.

1753. Sepulcri cuſtos, quin & cultor, Angelus reueretur locum, etiam Domini corpore vacuum. Quod expendens ſanctus Chryſoſtomus, ait: *Cum ſemel totum corpus Domini recepiſſet, multum honoris ipſi etiam loco exhibent. Angeli, qui naturam noſtram excellentiâ ſuâ longè exuperant, tantâ reuerentiâ & obſeruantiâ ſepulcro adſiſtunt. Nos non ad ſepulcrum inane, ſed ad ipſam menſam, in quâ Agnus poſitus eſt adituri cum tumultu & turbatione accedimus:* immo cum tumultu & turbatione. Quandóque etiam eò temeritatis aliqui prorepunt, vt ſceleribus maculati non vereantur accedere. Proh nefas. Nec Iudicis ſui præſentiam formidant?

Ite: dicite diſcipulis eius & Petro: quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

MVlieres nunciæ reſurrectionis deſtinantur: cur id nō potiùs per Angelos Deus præſtitit? *Mulieres* (inquit Salmeron tom. 11. tract. 11.) *Chriſti Domini, quem deſiderabant, iam à mortuis ſuſcitati nuncium fauſtiſſimum acceperunt, atque ad illum Apoſtolis nunciandum ab Angelis ſunt deſtinata: quâ in re ſingulare Diuinæ prouidentiæ detegitur conſilium, vt, cùm Angeli illud poſſint per ſe ipſos multò faciliùs præſtare, illoſque ſuſcitati ad vitam immortalem Chriſti certos reddere ac confirmatos, voluerit tamen potiùs operâ mulierum vti, quò illam fidem ita excitaret magis, & charitatem communicati gaudij in Apoſtolos conferrent, atque illos, vtpotè tardiores in credendo & duriores, illarum exemplo confunderet.*

1754. Nominatim Petrum exprimit, ne ex diſcipulorum numero, quòd magiſtrum negaſſet, ſe putaret expunctum; & loco ſe excidiſſe; quòd tam grauiter Deum offendiſſet: ex quo diſcimus, peccatores, vbi in grauia ſcelera ceciderint, animandos eſſe, ne deſperent, & triſtitiâ abſorbeantur.

Angelus ſignatè Petrum nominat, & aliis diſcipulis præfert ob pœnitentiam, quæ & Deo placuit, & gaudio Angelos perfudit.

1755. Mittuntur mulieres ad Petrum, vt ſexus ſui honorem, quem alia fœmina perdiderat, repararent: *Vt, quem fœmina,* ait Druthmarus, *fecerat negare; fœmina faceret confiteri.*

Surgens autem manè primâ ſabbati apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de quâ eiecerat ſeptem dæmonia.

MAriæ Matri ſuæ priùs apparuit; ſed hoc Euangeliſtæ non recenſent: quia matri apparuit honoris dumtaxat cauſâ & conſolationis, non vt ei veritatem reſurrectionis perſuaderet, quam illa credebat non viſam.

Apparuit Virgini Matri piæ: nunquam tamen 1756.
dicitur illi apparuiſſe, nec ipſa hoc aperuit, aut aperiendum Euangeliſtis ſenſit; nam humilitatis amica, quæ honorem ac dignitatem ſuam tangebant, tangi prodique noluit: Voluit ſolummodò ſciri, ipſam iuxta Crucem fuiſſe.

Apparuit primò Mariæ Magdalenæ Sexus fœmineus prior vidit vitam qui prior mortem viderat. Mariæ Magdalenæ, quæ Cruci, quæ ſepulcro adhæſerat primò apparet Chriſtus. Nimirum, qui gloriam ſperat & conſolationem, à Cruce non abeat, Crucifixum non deſerat.

Maria Magdalena, cùm magiſter mortuus in 1757.
cruce fuiſſet, alium non quæſiuit conſolatorem: ad humana ſolatia non ſe contulit: quidni adſit ſtatim Chriſtus ipſe, qui diſcipulam ſuam ſuâ luce perfundat, verâ lætitia impleat? Scilicet, qui Chriſti ſolatium quærit, inane hominum haud quærat.

De quâ eiecerat ſeptem dæmonia. Non ad diſtinctionem hoc addidit Euangeliſta; ſæpiùs enim illius ſinè hoc addito meminerat; ſed, vt intelligeremus, quod peccatrix illa ad hunc honorem, amando, euecta ſit, vt prima rediuiui Ieſu aſpectu frueretur. Nos quoque ob admiſſa crimina, Chriſti gratiam & amicitiam inire non deſperemus, modò illa per pœnitentiam deleamus & nos in Dei amore exerceamus. Nihil non obtinet amor, ſi verus; nihil non conſequitur, ſi vehemens.

SECTIO II.

Menſæ nemo totus accumbat. 1758
Euangelij prædicatores quanti à Chriſto fiant. 1759
Iniuriarum obliuiſci debemus. 1760
Domini memoriâ cibi condiendi. 1761
Orationi incumbentibus vt facilis adſit Chriſtus. 1761
Prædicatoris forma qualis & quales nota. 1762
Vera ſanctitas in quo ſita. 1763
Plura Chriſtus exhibet, quàm promittat. 1763
Quantùm à legis duritie, Euangelij lenitas diſtet. 1764
In Cælum meretur rapi, qui aliorum ſaluti dat operam. 1765
In Cælum iuit Chriſtus, vt nos ad Cælum vocaret. 1765

Nouiſſimè, recumbentibus illis vndecim, apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.

APparet etiam recumbentibus, menſæque ac- 1758.
cumbentibus Chriſtus. Scilicet nullum opus eſt, in quo inuenire Chriſtum non poſſimus, modò ritè a nobis fiat, & in Dei gloriam dirigatur.

Non luxui vacabant Apoſtoli, dum cœnarent: alioquin eos, non de incredulitate tantùm, ſed etiam de luxu arguiſſet.

Importunum videbatur arguendi tempus: Qui menſæ accumbunt, vix ferunt ſe reprehendi, & ferè eum irrident, à quo corripiuntur. Importunum fuiſſet, ſi Apoſtolorum mens tota in patinis extitiſſet: ſed non fuit. Ritè menſæ accumbit, qui non minùs excipiendis ferculis, quàm aſperæ correptionis monitis eſt paratus.

Vndecim apparuit. Præter Apoſtolos etiam alij 1759.
aderant, quibus Chriſtus apparuit, vt conſtat ex Lucâ cap. 24. verſ. 23. & 36. Cur igitur tantùm

Apoſtoli

Apoſtoli exprimuntur? Quia propter ipſos præcipuè Ieſus appareret, qui futuri erant cæterorum doctores; illiſque mandatum illud exhibendum: *Euntes in Mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ*, v. 15. Tanti à Chriſto Euangelij præcones fiunt, vt ipſis ſolis apparere dicatur, licèt etiam aliis vtriuſque ſexûs reuerâ apparuerit. Fors rem ad Apoſtolos tantùm contraxit; ne, ſi ad alios extenderet, aliquis etiam verba, quæ ſequuntur de prædicatione, eâdem ratione porrigeret; & mulieres docere Euangelium vellet, quia & ipſæ aderant.

1760. Incredulitatem eorum exprobrauit, cordiſque duritiam: cur potius iſtuc non fecit erga incredulos Iudæos, qui eum morti tradiderunt? cur illorum impietatem non obiecit & irriſit, à quibus fuerat irriſus? Iniuriarum obliuiſcitur, vt iniuriarum obliuiſcamur: corripitque Apoſtolos, ex correctione meliores euaſuros. Perfidos Iudæos non corripuit; quia correctionis erant incapaces, & in malo obdurauerant: vt videas, quàm verum ſit, eos, quos amat, à Deo corrigi, & caſtigari; licèt & Iudæos per Apoſtolos poſtea monuerit, monuerit per flagella, regni euerſione, Vrbis & templi ruinâ.

1761. *Recumbentibus apparuit illis Ieſus.* Etiam recumbentibus adeſt? Adeſt, vt noueris in menſâ, Domini memoriâ cibos eſſe condiendos; nec aliquod opus eſſe, in quo Dei præſentiâ frui non poſſimus.

Recumbentibus illis vndecim. Vtile hinc monitum exculpit Salmeron tom. 11. tract. 33. *Talia*, inquit, *debent eſſe noſtra conuiuia & tam ſobria parcaque, vt illis poſſit adeſſe Ieſus, & conuerſi nobiſcum. Ac more eorum, qui ab amicis diſcedunt, prandio adeſſe voluit eis; vt nos doceret, non niſi poſt celebratum Euchariſtiæ conuiuium, & viaticum ſumptum, nobis hinc eſſe diſcedendum in Cælum; vt in omni religioſo conuiuio intelligamus ſermonem habendum de Chriſto, vel Scripturam ſacram, quæ illum refert, legendam, vt non tam corporis, quàm ſpiritus adſit refectio.*

Se Chriſtus diſcipulis recumbentibus præſentem exhibet, vt quàm promptè orantibus adſit hinc agnoſcas. *Multam quippe fiduciam præſtat* (ait Sanctus Bernardus) *quòd libentius adſit oratione incumbentibus; quando nec recumbentibus quidem dedignatur adeſſe.*

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

1762. NOn ſtatim, ac conuerſi erant ad Dominum, ad prædicandum cæteris miſſi fuere Apoſtoli; ſed poſt diuturnam pœnitentiam, poſt multos annos cum Chriſto ad Chriſti exemplum actos, poſt graues longóſque labores tentationeſque; vt in primis prædicatoribus optimam prædicatoris formam haberemus. Audiri hîc debet Sanctus Bernardus, qui de Matthæo loquens, & ſpectans ad hæc verba hæc verba obtulit: *Video Matthæum de Telonio ad Apoſtolatus culmen aſſumptum: ſed hoc me rurſum conturbat, quòd non priùs audierit cum cæteris coapoſtolis ſuis: Ite in Orbem vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, quàm egerit pœnitentiam multo tempore, ac labore ſequendo Dominum quocunque iret, permanens cum eo in tentationibus ſuis*; vt idem præſtarent, qui eidem operi erant operam daturi.

Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur.

SIgnatè ait, *ſequentur*; non, *facient*, aut, *operabuntur*: ne aliquis ſcilicet ea miracula ſibi tribueret, non Deo. Sequentur tanquam adiectitium aliquid; nec enim in miraculorum editione ſita noſtra ſanctitas eſt, nec firmum eius ſignum ſigna ſunt. 1763.

Hæc ſequentur. Hæc ſcilicet, quæ ſtatim exprimit: quod ad alia porrigendum eſt. In his mortuorum ſuſcitatio, quæ in fidei confirmationem facta non ſemel eſt, minimè recenſetur: ſed per ea, quæ exprimuntur, innuit illa, quæ prætermiſſa. Hîc habes, quàm diues, liberalis munificuſque promiſſor Chriſtus ſit, qui plura re ipſâ præſtat, quàm verbis promiſerit.

In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent.

MIracula in fidei confirmationem edenda prædicit Chriſtus: non ea, quæ terrorem incuterent, damnum afferrent; ſed quæ vtilia, miniméque noxia: vt non ſeueritate, ſed beneficentiâ, atque clementiâ Mundum ſibi conciliaret. *Serpentes tollent.* Et Moyſes ſignum edidit, cùm virga in ſerpentem conuerſa eſt. In lege ſerpentes producuntur, tolluntur in Euangelio: vt, quantùm à legis duritiâ, Euangelij lenitas diſtet, diſceremus. 1764.

Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in Cælum, & ſedet à dextris Dei.

POſtquàm increpauit Apoſtolos, poſtquàm ſalutaribus monitis inſtruxit, in Cælum aſſumptus eſt. Nimirum in Cælum meretur rapi, qui aliorum ſaluti dat operam, qui alios ritè, & ex charitate corripit, & animarum ſaluti inuigilat. 1765.

In Cælum iuit Chriſtus, vt virtutis ſuæ efficaciam per omnes cæli terræque fines faciliùs diffunderet; & vt humana corda ad ſe in Cælum eleuaret, fidemque noſtram exerceret, ſpem animaret. Ieſu veſtigia nos premamus, ſi ire, quò Chriſtus iuit, amamus: terræ, terrenorumque contemptu, ſcalam nobis ad Cælum Cæleſtiaque ſtruamus. Ad Cælum nos vocat Chriſtus aſſumptus in Cælum; quem in Cælo ſedentem à dextris Dei ritè veneratur, ille qui nihil ſiniſtrum inſidere ſuæ menti ſinit.

Finis Marci Expenſi.

[illegible]

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM,
QVÆ IN HOC VOLVMINE
CONTINENTVR.

Productus numerus eſt marginalis.

A

Ablutio.

SVPERSTITIOSA Iudæorum ablutio. 1590
Cur manus Pilatus lauerit. 1335

Abraham.

Cur Abraham Dauidi poſtpoſitus. 9
Cur Abrahæ mentio hîc facta. 11

Abſtinentia.

Lætitiæ tempus cùm caro abſtinentia premitur 452
Abſtinentiæ armis dæmoni occurrendum. Tactus Ioël. 234
Abſtinentiæ amicus, abſtinentiæ præco. 312
Sobrius, & abſtinens Chriſti ſeruus fit. 814
In abſtinentia tentationes non deſunt. 238
Abſtinentiæ armis contra diabolum quiſque ſe præmuniat. 258
Eſuries & abſtinentia puritatis mater. 356
Proſperitatem abſtinentia portendit. 455
Abſtinentia cæterarum virtutum velut fundamentum. 449
Abſtinentia deo ſimiles homines facit. 238
Diſcipulorum Chriſti abſtinentia. 1589
Vide *Ieiunium.*

Abundantia.

In Iudicis aduentu quæuis abundantia, inopia videbitur. 1176

Acetum.

Quàm crudeles in Chriſtum Iudæi acetum pro vino porrigentes. 1348

Actio.

Finis & intentio in actione penſatur. 656

Adeſſe.

Prædicationi adeſſe, quanti referat. 548

Admiratio.

Cur turbæ in admirationem raptæ. 843

Admonitio.

Vnius admonitio reliquorum etiam fit. 886

Adorator.

Verus Chriſti adorator in Chriſtum immigrat. 528

Aduerſitas, res aduerſæ.

Omnes aduerſitates patienter ferendæ Mariæ exemplo. 135
Veræ ſanctitatis ſignum aduerſa pati. 201
Chriſti præſentiâ & exemplo faciliùs aduerſa tolerantur. 365
Aduerſa nos ad Deum vrgent. 1595
Aduerſitates ſignant, Dei filium aliquem eſſe. 909
Duris & aduerſis Chriſti exemplo occurrendum. 1020
Læto hilarique animo aduerſa omnia ſuſtinenda. 1252
Vide, *Tribulatio, afflictio.*

Adulatio.

Quàm magnum, adulatione non capi. 1450
Adulatores mortem inferunt. 589
Adulatio, tanquam maris tempeſtas, cauenda. 1453
Ratione carentis eſt, adulationis fræno duci, aut ducere alios. 1454
Qui veritatem quærit adulationibus non vtatur. 988
Ferè reijcitur qui adulari non nouit. 1065
Adulatio & adulatores maximè cauendi. 1101
Princeps adulatorum rationem minimè habeat. 868
Qui conuiciis non turbatur, adulatione facilè non delinitur. 701
Cautè adulationis verba vitanda. 702
Vitandum adulationis ſignum. 654
Adulari neſcit, qui veritatem amat. 26
Amicus qui corripit, hoſtis qui adulatur. 1017
Adulatio ciuitatum exitium. 77
Adulationis vitium fugiendum. 1626

Ædificium.

Terreni ædificij exigua nobis cura, maxima ſpiritualis. 513
Sumptus in domeſticis fabricis inſumendi, ſacris ædibus erigendis ſeponantur. 523

Æſtimare.

Quanti nos Chriſtus æſtimet. 723
Minima maximi æſtimanda. 938

Æthiops.

Cur primùm erudierit Æthiopes. S. Matthæus. 2

Affectus.

In bonis operibus affectum magis Deus æſtimat quàm rei magnitudinem. 636
Rerum omnium affectus exuendus, vt Chriſto nos ſiſtamus. 104
Etiam rerum minimarum affectus perfectioni impedimento eſt. 992
Terrenorum affectû facilè homines capiuntur. 279

Afflictio.

Peſſimus eſt qui afflictionibus non emendatur. 30

Afflictio,

Afflictio, & Tribulatio in corde Chriſtum format. 8
Qui magis amatur magis affligitur. 227
Corporis afflictio animæ robur eſt. Prouerbiorum locus. 171
Dei dona prius accipit, qui prius affligitur. 308

Amaritudo.

Ex amaritudine lux. Tactus Tobias. 18
Creſcit qui amaritudini nubit. Tactus Moſes. 32

Ambitio, Ambitioſus.

Ambitione frangitur quiquid Dei lege ſtatutum eſt. 270
Nullus ferè minus Crucifixo compatitur, quàm Ambitioſus. 1029
Malorum omnium fons honoris ambitio. 1124
Ambitionis vis, naturæ leges non cognoſcit. 1027
Etiam quæ ſibi noxia poſtulat ambitioſus. 1027
Ambitioſi plerunque damnationem ſuam quærunt. 1029
Ambitionis peſtis facilè mentem inuadit. 1629
Ambitio omnes inuadit, nulli parcit. 935
Ambitioſi tales videri nolunt, & dici erubeſcunt. 935
Obiectus honor ad honoris amorem allicit ambitioſos. 1016
Nihil eſt, quod ambitio non tentet. 596
Ambitioſus, vt imperet, priùs ſubijcitur. 280
Ambitio deteſtanda, non æmulandi ambitioſi ſunt. 1035
Ambitioſus no dolet ob ambientium errorem ſed quia alius inuadit: quod ipſe quærit. 1035
Deſinere ambitionis vitium vix poteſt. 1036

Ambulare.

Via Dei ambulando paratur. 163

Amicus.

Inimicus ſui incipit eſſe, qui lædentes amicos non fugit. 394
Rari in mundo amici veri. 398

Amiſſio.

Rerum terrenarum amiſſio nihili facienda. 52

Amor, Amare.

Dei amore omnia fieri debent, quæ à nobis fiunt. 871
Chriſti amor in homines. 560
Inanem gloriam vitet, qui terrenarum rerum amore non vult tangi. 459
A nimio pecuniarum amore homines abſtrahere, quàm arduum. 1075
Ingens Iuſtitiæ amor. 353
Inanis gloriæ amore nihil faciendum. 845
Amor omnia dura mollia efficit, & leuia quæ grauia. 674
Chriſti in nos amor facit, vt beneficia nobis à Patre exhibita ſua putet. 668
In filios Dei amore quies vera, & plena. 1113
Amoris erga Deum perſeuerantia. 1114
Amari Deus debet, & redamari. 1114
Vehementia amoris in Deum. 1114
Nexus amoris Dei, & proximi. 1115
Cur poſt amorem Dei amoris proximi Chriſtus meminerit. 1115
Chriſti in ſuos amor. 1180
Amor leue onus reddit, quod corpori graue. 680
Dei amor Proximi amori ſubſternendus. 399
Chriſti in ſuos amor. 1483
Chriſti in homines amor vnde collectus. 1432
Auri amor à mente abradendus. 606
Diuini amoris vis quanta. 1671
Amari magis vult Chriſtus, quàm timeri. 671
Qui amat diu abeſſe à dilecti præſentia non poteſt. 106
Dei amor in homines. 1071
Ex amore fuit quod ad nos ſaluandum veneric Dei filius. 947
Omnia Chriſti amore reliquenda licèt pauca ſint. 990
Dei amore omnia fieri debent quæ à nobis fiunt. 871
Qui Chriſti amore feruet, & gloriæ potiundæ deſiderio, nulla ſui cura tangitur. 903
Ardet amore Chriſtus in cruce, in ea cubat. 1367
Nihil non obtinet amor ſi verus. 1757
Ex amore, non ex ſolo timore Chriſto obſequi debemus. 920
Amor quàm ſit ſolicitus, quàm prouidus. 1751
Amoris magnitudo in Chriſto dum eſſet in cruce. 1370
Noxius indiſcretus filiorum amor. 1144
Dei amor in homines quàm magnus. 1665

Angelus.

Chriſti morte in Angelorum conſortium aduocamur. 1389
Cur ſuper lapidem ſederet Angelus ad Chriſti ſepulchrum. 1390
Angeli eos honorant, qui domino obſequuntur. 1390
Angelos euadit, qui à ſeria mortis cogitatione non diſcedit. 1390
Angelos dæmon timet. 296
Chriſtus vt vinceret Angelorum præſidio non indiguit. 196
Angelis grata noſtra victoria. 296
Et qui diabolum vincit, Angelorum obſequia non deerunt. 296
Angeli ad eos accurrunt qui ad mundi illecebras non currunt. 294
Angeli in iudicio teſtimonium contra peccatores dicent. 1196
Nihil adeò vile, quòd Angeli in noſtri obſequium non præſtent. 1389
Angelorum colloquium quàm dulce. 147
Vbi Ieſus adeſt, Angelorum conſortium non quæritur. 136.
Angelicæ cuſtodiæ ſolicitudo nos ad Dei amorem prouocat. 945
Amant Angeli nos ſæpè inuiſere. 146
In ſomnis cur Angelus Ioſepho apparuit. 129
Virginem venerari Angeli cupiunt. 147

Anima.

In animam vt reſiliat, quod in corpore fit. 1491
Viri apoſtolici eſt animarum lucris inhiare, non pecunijs. 932
Animarum lucra, lucris omnibus anteferēda. 1438
Animæ pretium inæſtimabile. 271
Animæ quies quærenda, non corporis. 676
Difficilè Chriſto animas lucratur, qui ſequitur lucra. 573
Animæ decor vni Deo acceptus referendus. 465
Deliciæ noſtræ ſint animas Deo lucrari. 136
Difficilè Chriſto animas lucratur, qui ſequitur lucra. 573
Omnia æquo animo ferenda ob animarum lucra. 1689
Animarum lucra, ſua computat fidelis Dei ſeruus. 1517

Animus.

In donorum magnitudine nemo animo efferatur. 213

Chriſti

Chriſti paſſio regium animum affricare cogitanti debet. 1151
Quàm læto animo hoſpites recipiendi. 611
Incompoſitus animus quàm Chriſto diſpliceat. 1639

Apparatus.

Quis apparatus neceſſarius, vt Chriſto occurramus. 173

Apoſtolus.

Apoſtolorum numerus quanto honore habitus. 15
Apoſtoli ad Chriſtum aliunde redeuntes oſculabantur. 1278
Apoſtolorum liberalitas, & rerum terrenarum neglectus. 858
Apoſtoli quàm à rerum terrenarum ſollicitudine alieni. 780
Viri Apoſtolici, ciuitatum anima. 373

Argentum.

Aurum & argentum, litium & diſſidiorum fontes. 606

Arguere.

Diabolici ſpiritus eſt in eo alios arguere in quo quis maximè peccat. 559
Quàm liberè alios arguere poſſit, qui terrenis rebus non eſt addictus. 1560
Magis ob peccatum arguitur, qui ante magis gloriabatur. 1268
Iuſtorum mos, vt audientes aliquem ob peculiarem defectum argui, ſtatim cogitent ſe, ſi non illo, ſaltem alio obſideri. 1000
Iuſti fortes & infracti in impijs arguendis. 773
Magis arguendus qui pluribus exemplis auocari à lapſu poteſt. 862
Seueriùs argui debet qui poſt ſuam, vel aliorum correctionem in peccatum labitur. 1055
Perſtricti qui aliena crimina non arguunt, ne prodant ſua. 1315
Peccatores arguentes in vitia non in homines ſæuiant. 1091

Arrogantia.

Arrogantia Chriſti exemplo vitanda. 887
Nemo ſibi quippiam arroget. 593
Aſcenſum in cælum nec tentando diabolus ſuadet. 263

Aſſuetudo, Aſſuetus.

Virtutis via aſſuetudine leuis & ſuauis fit. 679
A peccatorum fœtore auelli via poteſt, qui illis aſſuetus. 564

Aſtutia.

Dæmonis aſtutias timere omnes debent. 244

Attentio.

Attentè Dei verba excipienda. 326
Modeſtia & attentio in Dei verbis audiendis. 498
Quò quis Chriſto magis adhæret, eò attentius eius verba audire debet. 913
Attentio, & modeſtia in Dei verbis audiendis. 718
Maxima attentione audire Dei verba ſtudeat doctor non admirationi populis eſſe. 719

Auarus, Auaritia.

Auarus vix æterna quærere poteſt. 986
Auaros ab auaritiâ auocare, quàm magnum, quàm difficile ſit. 1061
Auaritia quò dementiæ homines ducat. 1128
Auarum nec terra ſuſtinet, nec cælum recipit. 1319
Pecunia auaro carnifex. 1320
Omnia diſcrimina negligit auarus, omniſque verecundia viduus ferè eſt. 1055
Auaritia religionem omnem tollit, & ſcrupulum. 693
Auaritia valde ſaluti obeſt. 540
Stare vix poteſt, qui auaritiâ premitur. 576
Auaritia mentem, quam poſſidet obcæcat. 1228
Auaritia cæcitatem inuehit. 1314
Animæ ſuæ prodigus auarus. 1227
Auaritiæ ſordibus infici doctor non debet. 607
Auaros ab auaritia auocare, quàm magnum, quàm difficile ſit. 1061
Dei auaritia in animarum lucris. 1594
Vbi auaritia prudentia exulat. 1175
Ab his, qui ſe auaritiæ addicunt, nihil boni ſperandum. 1660
Maiorum auctoritas in Republica quantum ad malum populis perſuadendum poſſit. 1332
Furti nexus & auaritiæ. 1592
Auari compreſſâ, prodigi expanſâ manu Chriſtum cædunt. 1296
Auaritiæ laqueo ſe Iudas ſuſpenderat. 1323

Audire Auditor.

Tunc maximè audiendus doctor, quum vitæ ſanctitate ſplendet. 916
Prædicatores ſuos auditores periculis non exponant. 720
Plura ſunt præſtanda, quàm audiantur. 722
Promptior quiſque ſit ad audiendum, quàm ad loquendum. 1597
Inconſtantes ferè auditores qui initio maximum ardorem præſeferunt. 719
Auiditas Dei verba audiendi laudata, nauſea improbata. 720
Doctrinæ lumen auditoribus attemperandum. 896
Magnæ virtutis eſt falſas audire calumnias. 364

Aula.

In Principum virorum, Præſulumque aulis, indignis Chriſtus tractatus modis. 1297

Aurum.

Auri & argenti poſſeſſio aliorum inuidiam, odiumque prouocat. 603
Auri amor à mente abradendus. 606
Aurum & argentum, litium & diſſidiorum fomes. 606
Auri & argenti contemptor Chriſtus. 1103
Chriſti hoſtis auri ferè amicus, & diuitiarum. 1103
Auri cupiditas, digna ſepulchro. 1321
Auri cupiditas à doctore abſit. 604
Auri amor quid in homine poſſit. 1128
Aures audiendi habere quid ſit. 726

Auxilium.

A Deo auxilium expectandum non à Dæmone. 292
In periculis magnis diuinum auxilium maximè quærendum. 553
Alieno auxilio viduum facilè diabolus adoritur. 212
Ab ea parte plerumque Deus ſuis ſubuenit, à qua minùs expectari auxilium poterat. 791

B

Baptiſmus.

Baptiſmi aquâ ex lapidibus filij Abrahæ homines fiunt. 188
Poſt baptiſmum quamlibet formam induere homines debent licèt alioquin lapidei. 188
Baptiſmus ad cælum homines euehit. 205
Dei iudicium timeat baptiſmi aquis ablutus. 206
Baptizatus eſt Chriſtus noſtri cauſâ, non ſui. 1428

Nihil commune cum terrâ habeat, qui baptiſmalibus aquis abluitor. 216

Beatitudo.

Beatitudinis quodam guſtu fruuntur Iuſti, cum patiuntur. 362

Benedicere.

Filij à viris ſanctis benedicendi. Hebræorum in hac re mos. 980

Benefacere.

Chriſti requies omnibus benefacere. 837

Benefaciendi tempus ſemper adeſt, nec inutiliter ſpectandum. 1655

Beneficus, Beneficentia.

Beneficus iuſtitiæ litat. 410

Beneficentiæ & benignitatis theſaurus quàm eximius. 1471

Singularis beneficentiæ in pauperes quàm ingens præmiom. 635

Beneficium.

Quò quis maiora à Deo accipit beneficia, maiori in eum reuerentia feratur. 1524

Peiores beneficiis mali fiunt. 701

Beneficij accepti memor quilibet ſit. 586

Beneficiorum ſemina ſemper in nos Deus ſpargit. 1510

Dei beneficia altâ obliuione ſepeliri non debent. 782

Poſt diuina beneficia dei laudes effundere lingua debet. 843

Diuina beneficia altè memoriæ inſideant. 845

Quò quis ſanctior eò minus diuina beneficia obliuioni tradere debet. 863

Inuidus coarctat Dei beneficia: gratos contrà. 1601

Reges in ſuos benefici eſſe debent. 54

Proiectæ impudentiæ eſt Deum offendere cum maiora exhibet beneficia. 809

Amat Chriſtus ſua beneficia innoteſcere ſuis, nec aliis tribui. 555

De veniâ etiam poſt accepta beneficia nullus deſperet. 447

Deus plura nobis confert beneficia, quàm conferre videatur. Mundus contrà. 1542

Dei beneficia nec confundi debent, nec obliuione ſepeliri. 852

Beneficiorum diuinorom memores eſſe debemus. 1212

Beneficia danda, non vendenda. 1600

Diuina beneficia mali per bonos participant. 401

Beneficiorum diuinorom magnitudo expendenda. 1648

Quanti referat, beneficia à Dei manu accipere, & in illum referre. 445

Diaboli beneficia lapidoſa. 240

Promptior & facilior, in benefaciendo eſt Deus quàm homines ſint. 483

Iuſti beneficiorum, & benefactoris memores amant etiam alios per beneficia quæ accipiunt proficere, & Deum laudare. 1044

Quanti referat, beneficia à Dei manu accipere & in illum referre. 445

Studioſè Dei beneficia penſanda, & expendenda. 788

Diues Dei beneficentia, humana vota ſuperat. 1473

Qui maiora à Deo accepit beneficia patienti Chriſto magis adhæreat. 1260

Qui maioribus beneficiis cumulatus grauiùs plectetur niſi proficiat. 666

Sua beneficia deſiderari vult Deus, non contemni. 889

Quàm vtilis Diuinorum beneficiorum recenſio. 1544

Diuina beneficia ſummâ quiete cogitanda. 1580

Minora beneficia à perfectis perfectè diſcutienda. 1581

Dei beneficia ſeriò cogitanda. 1614

Beneuolentia.

Maiora beneuolentiæ ſigna exhibenda, vbi grauiora tormenta nobis parantur, maioribus contumeliis, & conuitiis impetimur. 1040

Benignitas.

Chriſti benignitas quàm magna. 1238

Bethlehem.

Speculum nobis Bethlehem facta virtutum omnium. 81

Sancta dicta Bethlehem. Mariæ ſanctitas, & animæ cuiuſlibet. 47

Blandus.

Illi ferè in alios ſæuiores qui nimis in ſe blandi. 617

Blaſphemans.

Blaſphemantium ſaluti conſulere vt ſtuduerit Chriſtus. 1368

Qui Deum blaſphemat, & maledicta euomit in innocentes, hominis nomen mereri non videtur. 864

Grauiora plerumque blaſphema verba quàm verbera. 1355

Blaſphemi perſtricti. 1528

Blaſphemantium ſaluti conſulere vt ſtuduerit Chriſtus. 1368

Perſtricti, qui blaſphema euomunt verba. 1451

Bona.

Bona non merentur dici, quæ Spiritus ſancti gratia non animantur, vel à Diuino Spiritu ſunt. 482

Aliorum bona vt ſpectanda. 1677

Bona temporalia etiam malis communia, ne nimis appetantur. 401

Diabolus inchoata bona ſtatim ſatagit impedire. 736

Bonitas, Bonus.

Vera, ſolidáque bonitas in ſolo Deo eſt: hæc ſola quærenda, & amanda eſt. 986

Boni ſi à bonitate degenerant peſſimi fiunt, tales Iudæi fuerunt. 1371

Boni inter malos probiores, ſanctioreſque fiunt. 745

In bono aliis præire exemplo quiſque debet. 378

Inter bonos malum quempiam degere inſignia improbitatia indicium. 1070

Magiſtri bonitas ſine Deo error eſt. Verè bonus non eſt qui doctrina tantùm, & non vita bonitatem præfert. 987

C

Cadere.

Fœdiùs labuntur qui cùm Chriſto ſint viciniores, cadunt. 769

Facilè cadere poteſt, qui cecidit. 1731

Cælum.

Cæleſtia nobis odioſa nititur facere diabolus. 262

Cæli cor ſcindi Iuſtis dicantor. 1430

Omnia, quæ agimus, ſpectare cælum debent. 418

Nec regnum cælorum nimia anxietate quærendum, ſed quietè. 468

Cælum Deo comparatum terra eſt. 342

In Cælum iuit Chriſtus, vt nos ad Cælum vocaret. 1765

Sancti non facilè quatiuntur, quia in cælo radices figunt. 657

In Cælum eur Chriſtus reſpiceret in panis multiplicatione. 781
Cæli claues in cælum quiſque ferat. 872
Cæleſtia & ſpiritualia quò magis conſectamus, eò maiori honore à nobis habentur, contra in rebus perituris, & mundi honoribus. 828
Per humilitatem ad cælum eundum. 662
Viam docet ad cælum Chriſtus, qui via eſt. 125
Veri pauperes, mente in cælo ſunt. 338
Regnum cælorum paupertate emitur. 338

Calamitas.

Variis premitur calamitatibus, qui diaboli voces audit. 282
Iuſti eſt calamitatibus occurrere. 30
Nullus dolor ac calamitas ad aliquid ineptum ducere nos debet. 525
In mundi huius calamitatibus cæleſtium rerum notitia ad ſolamen. 1
Vtilis calamitatis memoria. 29

Calliditas.

Hominum calliditate vtitur dæmon in decipiendis hominibus. Tactus Matthæus. 239

Calix.

Bonus humilitatis calix. 1012

Caluaria.

Caluariæ locus vnde: cum Chriſtus ſua morte ſanctificauit. 1347

Calumnia.

Iuſtis calumniæ, & perſecutiones pacis materia. 1020
Calumniæ quæ nos feriunt æquiori animo ferendæ, quàm quæ alios. 182
Supera laude dignum eos laudare qui nos calumniantur. 400
Sæpe impiorum calumnia in iuſtorum laudem cedit. 1701
Hominum calumniæ excellentiam non minuunt, non dignitatem. 915
Calumniatores argutias ſemper comminiſcuntur. 688
Calumnia valde Deo diſplicet. 104
Maiora beneuolentiæ ſigna erga calumniatores exhibenda. 690
Calumniatores innocentia non timet. ibid.
Magnæ virtutis eſt falſas audire calumnias. 364
In eos, qui nos & noſtra calumniantur, inſurgere non debemus. 572
Quò quiſiuſtior eò ferè calumniis & iniuriis magis laceſſitur. 359
Qui alios calumnioſè carpunt in eandem culpam facilè labuntur. 1385
Occaſionem calumniandi impij vbique accipiunt. 1113
Calumniatoribus manſuetè Chriſti exemplo reſpondendum. 971
Omnem ſollicitudinem euomere debemus, maximè inter calumnias, & perſecutorum ſpinas. Canticorum locus expenſus. 464
Laude digna calumniis non proſcindenda. 652
Calumniatores aliorum ſemper culpam augent. 814
Tolerantia in perferendis calumniis laudata. 1328

Carcer.

Carcer cuſtodia dicitur, quia plerumque ad cuſtodiam eſt & ad tutelam. 769
In carcere Chriſtum maximè venerari poſſumus. 646
Quàm vtile in carcerem coniectos viſitare. 643

Cariora.

Quæ cariora nobis ſunt in maiora diſcrimina nos ſæpè coniiciunt. 393

Caro.

Modicam carnis curam habet, qui Chriſto adhærere cupit. 857
Qui carni blandiuntur, Deum pro Rege non habent. 659
Ne nimis ſoliciti ſimus de his, quæ ad carnis curam ſpectant. 1579
Curam carnis negligit, qui ſequitur Chriſtum. 684
Carnis voces minimè audiendæ. 1731

Caro.

Caro pro Euangelio Plutarcho. 4

Caſtitas.

Caſtitas prædicatoris ornamentum. 171
Abſtinentiæ, & caſtimoniæ nexus. 172
Caſtitas alienis laudibus egere non videtur. 978
Caſtitas & munditia valde Chriſto placet, quæ ferè à Iudaico populo exulabat. 979

Cauendum.

Tunc cauendus lapſus, cùm lapſum anteuertimus. 260
Suas laudes prodere quàm ſtudioſè cuique cauendum. 38

Cauſa.

Quod diuinitus factum in inferiores cauſas non eſt reiiciendum. 778

Cæcitas.

Auaritia cæcitatem inuehit. 1314

Celeritas.

Celeriter ad Chriſtum pergere debemus. 1397
Celeritas in Dei obſequio laudata. 65

Centurio.

Humilitas centurionis vnde collecta. 524
Cur centurio à Chriſto laudatus, non leproſus. 530
Centurionis fides. 518

Charitas.

Adglutinari charitatis glutino vir vxori debet. 973
Charitas in proximum quàm Deo grata. 806
Fraternæ charitatis admonemus dum Deum Patrem noſtrum dicimus. 432
Omnia habet, qui charitatis margaritam habet. 751
Charitatis officium commendatur. 1491
Charitatis porta vnit quos admittit. 486
Fides charitate, & aliis virtutibus animanda. 530

Chriſtus.

Regna Chriſto ſubiecta ſint. 115
Quàm durum Chriſto ab hominibus ſeiungi. 1433
Chriſti aduentus omnium malorum medela. 133
Iniqui nec Chriſtum adorant, nec adorari ab aliis ſinunt. 90
Bonus animæ faber Chriſtus. 760
Ementita pietatis officia non probat Chriſtus. 590
A principibus Sacerdotum, & ſenioribus, contemni quàm graue Chriſto fuerit. 1359
Chriſti benignitas & Charitas quàm inſignis. 1494
Qui in Chriſtum ſæuit, ſæuire & in Mariam videtur. 129
Iudæorum potiùs peccatum, quàm ſuam mortem timebat Chriſtus. 1265
Cur cum voce magna Chriſtus expirauerit. 1372
Satanæ ſæuities in Chriſtianos. 293

Pleruinque accidit, vt qui delicatiùs à Chriſto accipitur grauius Chriſtum offendat. 1333
Ædificium omne ruit, à quo Chriſtus abit. 1685
Chriſtus vitæ, ac mortis Dominus. 898
Chriſtus in mundum venit, etiamſi peccatis Deum offenderemus. 24
Chriſtum ſuſcipere, omnem mercedis magnitudinem excedit. 940
Chriſtum videre regnis omnibus præferendum. 274
Chriſtum contumeliis afficientes Principes Sacerdotum à plebe vinci noluerunt. 1360
Non propter mortem triſtis Chriſtus, ſed ob noſtra peccata. 1262
Salutem noſtram quàm ardenter Chriſtus cuperet. ibid.
Quàm facilis ad poſtulata concedenda Chriſtus ſit. 1034
Tenetur Chriſtus quia nos per illicita vagamur. 1288
In Chriſtum reſilit quicquid proximo fit. 1204
Amat Pater Chriſtum, eſt tamen mori paſſus eſt. 912
Accedere nullus ad Chriſtum debet qui eius monita excipere non velit, eius virtutem recipere non valeat. 981
Chriſti modeſtia, & lenitas. 1140
Chriſtum verè ſequitur qui ſolo illius amore non alterius rei illum ſequitur. 1004
Chriſtum ſequi, & imitari quam gratum Chriſto ſit. 1044
Noſtræ ſalutis cauſa effudit Chriſtus quicquid proprium habuit. 1285
Inter medios hoſtes animo Chriſtus minimè turbatur. 1185
Adeſt Chriſtus ſuis, nec videri duntaxat vult. 926
Chriſti humilitas nullum contemnendum docet. 982
Laboris amicus ſit, qui alios ad Chriſtum trahere ſtudet. 168
Quàm facilè Chriſtum habere quis poſſit. 1218
Chriſtus benefacta bonorum pleniùs explicat, quàm impiorum malefacta. 1202
Chriſti orantis aſpectus ſpectantium mentes in melius traducebat. 1263
Deſertum paradiſus ſit, vbi eſt Chriſtus. 900
Chriſti in homines amor. 1200
Gloriæ noſtræ quanto deſiderio Chriſtus teneatur. 1002
Quanti nos Chriſtus æſtimet. 919
Cur orans in faciem ſuam Chriſtus prociderit. 1264
Vſque ad extremum ſpiritum nos Dei filios verbis, & operibus Chriſti exemplo oſtendere debemus. 1370
Omnium amat eſſe Chriſtus. 1620
Voluntariè Chriſtus mortuus eſt. 1372
Ad Chriſtum celeriùs currat, qui fœdiùs cecidit. 1308
Qui Chriſtum ſequitur pauper non eſt, licèt alioquin ſit. 1642
Chriſtianorum eſt flagella pati, inferre Pilati. 1337
Quantum à terra Cælum, tantum à Iudæis Chriſtiani diſtare debent. 157
Deſertum quò referre poſſimus, vt in nos Chriſtus veniat. 221
Cur Chriſtus moriturus verbis ex Sacra ſcriptura deſumptis Patrem inuocauerit. 1370
A Chriſto ſeparari, Chriſti cultor horret. 907
Non ſibi mortuus eſt Chriſtus, ſed nobis. 1383
Non niſi ſalutaria Chriſtus docebat. 1635
Chriſtus nobis ieiunauit, quia nos eſuriebat. 212
Chriſtus nobiſcum humilitate contendere videtur. 1048
Chriſtus tamquam Sol radios ſuos in cruce pendens effudit. 1365
Qui pio ſtudio Chriſtum quærit plus inuenit, quàm cogitauerat. 1596
Ad labores vocantur, qui Chriſtum ſequuntur. 320
In externa ſpargi non debet, qui Chriſtum cruci affixum cogitat. 1365
Diſcipuli à Chriſto diſcedere neſciebant. 578
Conſpuitur Chriſtus, qui ſputo cæco lumen reſtituit. 1294
Chriſti Pater iurè audit, qui Filium Deo mactare paratus. 11
Alienæ famæ, Chriſti exemplo, conſulendum. 1003
Chriſtus ab omni arrogantiæ ſigno aberat. 493
Etiam dormiens Chriſtus ſuorum curam habet. 554
Cur tentari Chriſtus voluerit. 214
Cur Chriſtus accuſatus tacuerit. 1292
Chriſti præſentia deſertum vertit in paradiſum. Tactus locus Canticorum. 230
Cur poſt ſatanæ diſceſſum Chriſtus comederit. 297
Nobiſcum Chriſtus laborat. 679
Suos ſe ipſo Chriſtus recreat. 672
Pecuniæ amorem vt à nobis amoueat Chriſtus. 444
Fortis Chriſtus, vt nobis opem ferret. 201
Cur Chriſtum ad Pilatum Iudæi duxerunt. 1312
Principes Sacerdotum, & ſeniores populi cur Ieſum ad Pilatum duxerint, non miſerint. 1313
Humilitatis plena verba à ſuis exculpere, vt Chriſtus ſtudeat. 520
Paternæ gloriæ ſtudioſus Chriſtus, & Chriſti imitator. 705
Noſtram ſalutem maximè ſpectat Chriſtus miracula faciens. 249
Cur durum ſe Chananææ Chriſtus exhibuerit, turbis facilem. 842
Vbi Chriſtus non eſt, tenebræ ſunt. 1368
Chriſtus omnium Dominus vbique auxiliatem manum porrigit. 550
Spiritui ſancto reſiſtere quam Chriſto diſpliceat. 699
Obuiis cibis vti debet, qui Chriſtum ſequitur. 174
Qui Chriſtum ſecum habet omnes diuitias negligit. 146
Comprimi ſe ſinebat Chriſtus, vt vel tactu ſanctificaret. 1546
Omnes ad Chriſtum alliciendi. 1671
Mens non fluctuat, in qua Chriſtus vigilat. 552
Ij dimittendi, qui Chriſtum dimittunt. 1539
Chriſti præco Chriſtum ſolum debet reſpicere. 1411
Semper noſtrûm quærit vtilitatem Chriſtus. 1465
Chriſti quies omnibus benefacere. 508
Principes viros relicto regno Chriſtum quærere inter prodigia. 49
Chriſtus non fugiebat mortem, ſed expectabat. 1653

Chriſtus

Chriſtus nobis ieiunauit,quia nos eſuriebat. 252
Chriſti ſummi paſtoris amor in ouem quamlibet. 946
De vniuſcuiuſque ſalute quàm ſit ſolicitus Chriſtus. ibid.
Affectus,& cura Chriſti in ſuas oues. ibid
Inter aſpera,& dura Chriſtus reperitur. 28
Chriſtus noluit in regio ſplendore venire, ne timendi occaſionem aliquis haberet. 77
Per Chriſti mortem Angelis pares euademus. 1287
Chriſti præſentia quantæ ſit virtutis. 558
Vt noſtræ ſalutis ſolicitus ſit Chriſtus. 434
Aperti ſunt cæli Chriſto,ob id etiam nobis. 215
Non facilè ad illud redeundum, quod Chriſti amore reliquimus. 535
Chriſtus naſcitur vt à ſeruitutis iugo nos liberaret. 28
Viam ad patrem ſolus Chriſtus inſtituit. 122
Viam docet ad cælum Chriſtus,qui via eſt. 123
Etiam per alios adhærere Chriſto volunt ſancti. 647
Chriſtus ſe Dei filium non tam verbis quàm operibus prodit. 647
Cur diſcipulorum ſcandalum prædixerit Chriſtus. 1253
Cum Matre cur fugere in Ægyptum Chriſtus voluerit. 130
Diues tunc ſibi Chriſtus videtur quum diuitias ſpargit. 840
Non meretur Chriſtum inuenire, qui per alios tantum quærit. 92
Eſſe non videtur qui ad Chriſti ſolium non ſpectat.Explicatus Ieremias. 31
Chriſto cum matre adueniente omnia bona ſperare poſſumus. 133
Nihil à Chriſto nos ſeparare debet. 684
Vix natus Chriſtus crucem cogitat. Expenſus Iſaias. 118
Quò magis ad Chriſtum accedimus, eò faciliora omnia fiunt. 97
Quò quis Chriſto vicinior, eò humilior eſſe debet. 524
Quæ à Chriſto ſunt, Chriſti potentiæ non ſunt ſubducenda. 781
Chriſtum quærere veræ ſapientiæ nota. 50
Velut in campum pugnaturus venit Chriſtus. 86
Dux in miſericordia Chriſtus. ibid.
Per Chriſtum quæ mortis occaſio fuerat fiunt vitæ. 64
Gentium Saluator vt oſtenſus Chriſtus. 17
Gaudeat qui Chriſti paſſionibus communicat.Petri monitio. 13
Patiendo nobis Chriſtus veri gaudij cauſa.Epithalamij locus. 33
Chriſtianos abſorbere dæmon cupit. 106
Sequatur Chriſtum,qui alios ad Chriſtum allicere ſtudet. 318
Quantùm à terra cælum, tantùm à Iudæis Chriſtiani diſtare debent. 157
Humilitatem vt ſuis inhalet Chriſtus. 545
Mergi non poteſt mentis nauis, in qua Chriſtus adeſt. 549
Chriſti innocentia. 1330
Paſſione ſua nobis Chriſtus cælum aperuit. 1217
Chriſti lenitas,& modeſtia in calumniatoribus arguendis imitanda. 1064
Regnat Chriſtus cùm cælorum regnum nobis aperit. 212
Ad noſtram ſalutem quærendam vt Chriſtus vrgeretur. 213
Nulli creaturæ adhæret,qui adhæret Chriſto. 157
Ad plures ſalutis verba diffundi cupit Chriſtus. 309
Magno deſiderio Gentilium ſaluandorum Chriſtus tenebatur. 819
Terrenæ felicitatis Orientem deſerit Chriſtum ſequens. 58
Chriſtus ſuorum riſus. 12
Sitire Chriſtum debemus, qui in Bethlehem. Expenſus locus 2.Regum. 47
Fortis ſit,qui ad Chriſtum pergit. ibid.
Vel à ſacris locis exulat Chriſtus ob hominum impietatem. 540
Sui obliuiſcitur qui verè Chriſtum quærit. 61
In patria docet Chriſtus, ne ſuos negligere videretur. 757
Qui Chriſtum quærit malos relinquere debet. 96
In panes lapides cur Chriſtus non conuerterit. 253
Ad Chriſtum mittuntur,qui perſuaderi facile poſſunt & qui ſincerius veritatem referent. 642
Fœdiùs labuntur,qui,cùm Chriſto ſint viciniores, cadunt. 769
Chriſti præſentia dæmonum cruciatus. 1446
Ad Chriſtum acceſſuris, quàm infeſtus ſit dæmon. 1625
Ardua quælibet ſuſcipienda, dum Chriſtus nos mittit. 615
Amorem ſui loquens Chriſtus mentibus inhalabat. 497
Facilè adiri Chriſtus poteſt. 106
Quàm ab omni iactantiâ Chriſtus abeſſet. 380
Non plenè Chriſtum quærit,qui ſibi tantùm quærit. 908
Chriſtus patientiæ,& tolerantiæ forma. 1297
Chriſti puritas.Peccatorum rubigo igne abſumenda. 218
Quàm clemens,& benignus in homines Chriſtus fuerit. 1069
Quàm Chriſtus facilis ad benefaciendum. 691
Chriſtus omnium ſalutem quærebat. 692
Chriſti parens eſſe videtur, qui populos rectè gubernat,& regit. 15
Chriſti potentia nulli lei adſtringitur. 852
Chriſtus ob oculos habendus,ne pereamus. 801
Promptus & alacer, qui poſt Chriſti aduentum Chriſtum quærit. 72
Chriſtus mortem ſubiuit vt nos triumphum ageremus. 1050
Propenſior Chriſtus ad ſaluandum,quàm ad damnandum. 1199
Quò frequentiùs nos ſubit Chriſtus eò plenius Chriſti ſumus. 1468
Chriſti paupertas nos ditauit. Tactus Paulus. 83
Diu ab hominibus abeſſe hominum amore vix potuit Chriſtus. 1415
Facere Chriſtus non videtur,quod in noſtram vtilitatem non vergit. 704
Chriſtus ſponte mortem Crucis ſuſtinuit. 893
Chriſti excellentia à noſtra ſalute quærenda eum non auocat ſed excitat. 670
Iugum Chriſti in altum eos euehit à quibus portatur. 681
Bene ſequitur Chriſtum, qui Chriſto obſequitur. 575
Chriſti natiuitate terra in Cælum verti quodammodo videtur. 65

In alios vitæ probitate influat qui ad Chriſtum alios ducit. 73
Modica fides quàm Chriſto diſpliceat. 554
Vtilitatem noſtram vbique ſpectat Chriſtus. 48
Magnum ſignum reges faſtu relicto ad Chriſtum ire. 64
Chriſti mititas. 315
Quanta ſolicitudine noſtris paſſionibus mederi Chriſtus ſtudeat. 694
Chriſtus beneficentiæ ſuæ limites porrigit, non coërcet. 694
Suos diſcipulos honorat Chriſtus, & ab aliis honorandos docet. 782
Ab illis fugit Chriſtus, qui non Dei ſed ſuam gloriam quærunt. 302
Eſſe Chriſto non videbatur cum pro nobis non operaretur, non pateretur. 200
Chriſtus omnibus hominibus natus. 42
Toti Mundo natus Chriſtus. 42
Chriſtus tum maxima quiete fruitur, cùm animas lucratur, eaſque erudit. 692
Chriſtus Centurionem honorat, qui ſynagogam populo ædificauerat. 520

Cibus.

Obuiis cibis vti debet, qui Chriſtum ſequitur. 174
Ei, qui Chriſti conſortio fruitur, vel cibus inſipidus ſnauis. 683
Domini memoriâ cibi condiendi. 1768
Cibus obiter ſumendus, & diuinis laudibus vacandum dum ſumitur. 463
Etiam ſub cibi vilitate latet dæmonis aſtutia. 247
Temperantia in cibis vt commendata. 444

Circuitus.

Circuit Satanas in noſtram perditionem, Chriſtus in noſtram ſalutem. 323

Ciuitas.

Viri Apoſtolici ciuitatum animæ. 372

Clauis.

Cœli claues in cœlum quiſque ferat. 872

Clementia.

Ieſu Chriſti clementia, & mititas. 1275
Dei pietas, & clementia quàm magna. 959
Chriſti clementiâ etiam in iudicio ſe paſtorem dicit. 1197
Chriſti clementia, & pietas. 838
Chriſti clementia, & pietas in ſuos perſecutores. 1376
A Dei clementia & benignitate quàm diſtent homines. 963

Cogitatio.

A rerum externarum amore ſe ſubducat, ſpiritalia cogitaturus. 425
Mortis cogitatio quam vtilis. 195
Non ſatis eſt bona cogitare niſi faciamus. 1162
Qui Chriſti crucem cogitat, ad paria vrgeatur. 934

Cognatio.

Carnalis cognationis Chriſtus obliuiſcitur, animarum ſalutem quærens. 716
Cognatorum obliuio laudata. 2

Cognitio.

Præſules & doctores tanta cognitione pollere debent, vt prophetæ dicantur. 488

Colere.

Qui verè Deum colit, ipſum coli à multis cupit. 641
Lapides refert, qui lapides colit. 190

Colloquia.

In omni loco miſcenda de diuinis rebus colloquia ſunt. 718
Quàm noxia prauorum hominum colloquia. 839

Columba.

Quilibet in ſe ipſum & in ſua vt ſerpens ſæuiat, in alios & in aliena ſit vt columba. 618
Columbæ cohærentia cum agno. Chriſtianorum propria ſimplicitas. 217

Columna.

Sanctorum exemplo firmam columnam referre quiſque debet. 657

Commendatio.

Cur primo loco propoſita paupertatis commendatio. 339
A virtutibus vera commendatio. 533

Commodum.

Qui aliorum commodis magis vacant, quàm ſuis magna apud Deum laude digni. 532
Principes ſuorum commodo ſtudeant. 1037

Compati.

Hominis nomen non meretur, qui miſeris non compatitur. 1484

Conatus.

Conatum præmio Deus afficit. 24

Concionator.

Verba concionatoris, Deum ſapiant: in Deum referantur. 1510
Liber ab omni iniquitate ſit concionator. Tactus Iob. 334
Omnia regna, & regnorum gloriam ſpernere Euangelicus concionator debet. 318
Vitiis concionator occurrat tanquam hoſtibus. 727

Concordia.

Prudentiæ ſal qui habet, facilè concordiam fouebit. 1654
Chriſti paſſio concordiæ amatoribus prodeſt. 1245
Vnitatis vis & concordiæ. 933
Concordia in iis laudata qui ad Chriſtum pergunt. 72
Chriſtus concordiæ & pacis auctor ſeditionis occaſio fieri non vult. 1250
Fidelium vnio, & concordia ſub Euangelicis præceptis. 674
Chriſti paſſio concordiæ amatoribus prodeſt. 1245

Concupiſcentia.

Perſtricti qui carni & concupiſcentiæ promptè obediunt. 528

Confeſſio.

Confiteri pro laudibus celebrare Dauidi lux facta: 668.
Confeſſio cum contritione. 18

Confidere.

Qui in ſe confidit facilè labitur. 1299

Conformatio.

Diabolus iis ſe conformat, quos tentat. 265

Coniuges.

Ex conuerſatione diuturna oriri inter coniuges diſſidia, & odia ſolent, quæ initio coërcebantur. 976
Coniugum vnitas animorumque ſimilitudo. 43
Coniuges caſtitatis non obliuiſcantur. 1166

Conſcientia.

Erigi vix poteſt, qui praui operis conſcientia premitur. 1392
Mala conſcientia & cruciat, & prodit. 1681
Mala conſcientia ſæuus contra peccatorem Iudex. 1315
Malæ conſcientiæ ſtimuli quàm ſæui. 1320

Conſilium

Conſilium.

Homlnum conſilia, ac prudentia nihil contra Dominum valent. 1327

In contrarium vertit Deus malorum conſilium. 1079

Conſolatio.

Dei conſolationes inexplicabiles. 347

Nulla vera conſolatio, quæ à Deo non ſit. Expenſus locus Apocalypſis. 348

Verà conſolatio cæleſtis eſt. 347

Conſolationis mater etiam ipſa valetudo. 510

Conſortium.

Cæleſti lumine perfunditur qui prauorum conſortia fugit. 98

Mulieris conſortium quàm noxium. 291

Bonorum conſortium ad bonum prodeſt, malorum valde nocet. 1290

Malorum hominum conſortium fugiendum. 608

Malorum conſortium quam vitandum. 1386

Angelus euadere debet, à malorum conſortio qui ſe ſubducit. 1409

Malus Rex bonorum conſortium vitat, malorum amat. 777

Conſpuere.

Conſpuitur Chriſtus ſemen longæuum habiturus. 1295

Conſuetudo.

Impiis quàm vtilis bonorum conſuetudo. 744

Bonorum conſuetudo multum prodeſt. 1222

Longè à malorum conſuetudine abeundum. 394

Conſulere.

Malorum extremum cum mali bonos non conſuluut. 1240

Qui peccauit paccatoribus conſulat vbi reſipuerit. 1

Etiam in rebus apertis illi conſulendi, qui Chriſti locum tenent. 546

Contactus.

Chriſti contactus quàm vtilis. 1630

Contemplatio, Contemplari.

Qui diuina contemplari vult terrena relinquat. 892

Contemplationis mel in ſolitudine reperitur. 171

Contemnere.

Nullus contemnendus eſt. 1605

Contemptus.

Diuitiarum contemptus quàm perfectus eſſe debeat poſt Chriſti aduentum. 698

Contendere.

Chriſtus contentiones fugit. 299

De Mundi gloria contendere nullus debet. 277

Contentio, & tumultus in quotidianis colloquiis vitandus. 971

Contumelia.

Ferendis contumeliis cæterarum virtutum præſidium neceſſarium. 364

Ab aliorum contumeliis quàm cautè abſtinendum. 1704

Sanctis verbis potiùs quàm viribus & contumeliis vincendum docuit Chriſtus. 249

Contumeliæ ipſæ, mercedis cuiuſdam loco, à Dei ſeruis habentur. 1666

Conuerſio.

Bonorum exemplo conuerti mali debent. 1087

Impiorum conuerſio ſollicitè Chriſti exemplo quærenda. 1101

Etiam perditiſſimi homines aliorum exemplo conuertuntur. 577

Facilius ad Deum conuertuntur, qui premuntur aduerſis. 1086

Conuitia.

Iuſtus etiam inter conuitia, & flagella pacem reperit. 875

Conuiuia.

Indigni Euchariſtiæ conuiuæ vt puniendi. 1095

Solemnia conuiuia à ſacrificiis olim auſpicabantur. 1084

Vitanda conuiuia in quibus Chriſti membra dilaniantur. 1574

In conuiuiis ægrè reperitur, qui caſtitatis partes tueatur. 776

Cor.

Vbi dilectionis theſaurus, ibi eſt cor. 460

Orantium cor vnum & vna fides fit. 423

Cor & lingua conſentire inter ſe debent. 955

Vbi dilectionis theſaurus, ibi & cor. 460

Corbona.

Corbona quid, & vnde. 134

Corpus.

Corporis commodis Chriſti exemplo nemo facilè ſeruiat. 1045

Noſtri curam eò magis Deus habet, quò magis nos corporis curam negligimus. 847

Correctio.

In correctione aliorum nomini, ac famæ conſulendum. 930

Cautè correctio fieri debet, ne aliena fama lædatur. 862

Non meretur ab hominibus corrigi, qui hominum intuitu admittere ſcelera non veretur. 776

Chriſti mitis in arguendo. Correctio opportunè fiat. 859

Correctio qualis. 1653

Impij aliorum correctionem nolunt, ſed diſcordias ſeminare ſtudent. 812

In correctione aliorum famæ conſulendum, & cauendum, ne is qui corrigitur pudorem omnem exuat. 950

Eorum, qui corriguntur, nomini conſulendum. 1518

Corrigere.

Qui alium corripit eius famæ & pudori conſulat, quantum poteſt. 545

Magni amoris ſignum, quum grauiter errantes, ſeuerè Deus corripit. 883

Qui alium corripit medicum agat, culpæ grauitatem cognoſcere ſtudeat. 948

Creatura.

Per creaturas iniuria affici Creatorem dæmon ſtudet. 926

Quò quis ſanctior, eò minùs creaturarum veſtigia ſequitur. 124

Videnti Creatorem diſparet creatura. 921

Perſtricti qui creaturas pariant Creatori imò anteponunt. 905

Credere.

Plerunque magis idiotæ, magis ad credendum idonei. 1555

Crimen.

Figere vix pedem poſſunt crimina: itur ad immaniora. 777

Crux.

Crucem ſuam amplecti, quàm ſit neceſſarium. 1641

Qui gloriam ſperat, crucem ne fugiat. 1619

Crucis ſplendor in Die Iudicij ſolem referet. 1152

Supplicia & crux, Chriſti conuiuium, Chriſti epulæ. 1229
Crux mundi ſanitas: Crucis deſiderio Chriſtus ardebat. 500
In Cruce non affigi voluit Chriſtus, dum antequam crucifigeretur ſuis ſuum corpus, & ſanguinem exhibuit. 1241
Regni Cæleſtis hæreditas cum cruce cohæret. 1031
Tota vita crux quædam videtur. 1617
Quanta crucis ſit virtus, quantâ gloriâ ſuos afficiat. 1739
Crucifixo adhærere laudabile. 1378
Crucis virtute, mali ad virtutem transferuntur. 1742
In cruce vt pœnas ſuas augeret Chriſtus ſtuduerit. 1744
A terrenarum rerum cura abſit, qui Crucem Chriſti portare vult. 1346
Omnes ferè fugiunt crucem. 1347
Qui ad crucifixum accedit tardus eſſe non debet. 1150
Qui Chriſti Crucem cogitat, ad paria vrgeatur. 934
Crucis virtutem ſtatim ac in ea fixus eſt Chriſtus dæmones ſenſerunt. 1358
Etiam in Crucis ſitu contumeliam inferunt Chriſto. 1350
Ieſus gentes cruce ſua illuſtrauit. 1351
Crux ad regnum via eſt. 1351
Qui gloriam ſperat, à Cruce non abeat. 1756
Non obiter crux, & Crucifixi paſſio cogitanda. 1353
Qui Chriſti crucem defert Chriſti induat mores exuat ſeculi. 1345
Chriſtus cruci affixus patientiæ exemplar. 1357
Qui ſerio Chriſtum cruci affixum conſiderat ſupero illuſtratur lumine. 1355
Maximè in cruce apparet Chriſtum Dei filium eſſe. 1377
Ad Crucem, ad mortem quantâ quiete iuerit Chriſtus. 1752
Crucem æquo animo ferre inuidiæ occaſio eſt, potius quàm compaſſionis. 1361
Crucis & agricolæ nexus. 1737
Crux ſceptri & regni loco habenda. 632

Crudelitas.

Herodis crudelitas in infantium cæde vt expreſſa. 144
Hominum in homines crudelitas, & duritia. 967

Culpa.

In maritum ſæuire, quàm grauis culpa. 25
Vbi maior Dei notitia ibi culpa maiorem pœnam meretur. 1139
Qui culpam ſuam deleri non quærit, meretur, vt illius nomen ab hominum memoriâ deleatur. 26
Facilè homines culpam in alios reiiciunt, à qua ipſi non immunes. 929

Cultus.

In ingentia labuntur crimina, qui ea negligunt quæ ad Dei cultum ſpectant. 1211
In externo Dei cultu ne nimium fidas. 153
Amatores ſuos bona temporalia excæcant, & à Dei cultu auocant. 1129
Ea, quæ Dei cultum tangunt, oculis ſpectanda. 1658

Cunctatio.

Quàm noxia in perfectionis via cunctatio. 805
Sine cunctatione in omnibus Deo obſequi debemus. 1046
In bonis operibus omnis cunctatio amolienda. 1702
Cunctatio omnis amputanda, vbi de animæ ſalute agitur. 177
Mora & cunctatio omnis tollenda, dum de re ſalutis agitur. 992

Cupiditas.

Auri cupiditas, digna ſepulchro. 1322
Cupiditatis & feſtinationis nexus. 1568
Diuitiarum cupiditas quàm noxia. 276

Cura.

Aliorum cura maior quandoque quàm noſtri. 150
Citiùs curatur, qui ſe curatione indignum exiſtimat. 499
Qui fuit peccator Peccatorum ſedulam curam habet. 19

Curioſitas.

Curioſè aliena non ſcrutanda. 1613

Currere.

Ad Chriſtum celeriùs currat, qui fœdiùs cecidit. 1301
Lato corde per arctam perfectionis viam currendum. 485

Dæmon, diabolus.

Satanæ ſæuities in Chriſtianos. 293
Satanæ calliditas in rerum mundanarum promiſſione. 180
Pluribus vna opera nocere Dæmon ſtudet. 558
Infirmus ſaraniscus hoſtis dormientibus inſtit, vigilantes fugit. 730
Dæmon fraudes ſuas veritati ſtudet immiſcere. 731
In magna ſcelera traducere homines dæmon ſatagit. 731
Acrius in homines dæmon ſæuit, vbi Dei verba exceperint. 731
Aliena damna dæmon lucra ſua computat. 732
Diſcordiam & diſſidia ſerere ſtudet ſatanas. 732
Iuſtos maximè decipere dæmon curat. 733
Non hominem, ſed hominis ruinam quærit dæmon. 733
Inimicus cur dicatur diabolus. 734
Bonis nocere, quàm ſolicitè dæmon ſtudeat. 735
Hæreticos inter fideles eſſe dæmon quærit. 735
Diaboli perſuaſionibus nunquam acquieſcendum. 251
Diabolus ante commiſſum ſcelus oculos nobis obuelat, pòſt, velamina ſubmouet, vt peccator deſperet. 1314
Diaboli aſtutia, ne fructum ex Dei verbis feramus. 1528
A prædicationis munere auocare homines ſtudet diabolus. 257
Dæmon cunctorum nobis caput & cauſa malorum. 448
Alas indit diabolus vt ad dignitates volemus, Chriſtus vt à dignitatibus auolemus. 787
Dæmonis aſtutias timere omnes debent. 244
Ad Chriſtum acceſſuris, quàm infeſtus ſit dæmon. 1625
Dignitatis titulis ad indigna homines trahere ſtudet diabolus. 245
In diaboli ſchola moras in malo tollendas docetur, in bono nectendas. 772
Satis dæmoni eſt ſi vel ad minima peccata iuſtos alliciat. 275
Fœdus cum dæmone non eſt feriendum. 538
Cœleſtia nobis odioſa nititur facere diabolus. 262
Hominum calliditate vtitur dæmon in decipiendis

dis hominibus. Tactos Matthæus. 239
Rerum ſimilitudine nos dæmon decipit. 239
Diaboli beneficia lapidoſa. 240
Tentandi artem amittit ad Chriſti præſentiam ſatanas. 240
Noſtro labore nobis exitium creat ſatanicus hoſtis. 240
Dæmon à minimis incipit vt ad grauiora præcipitet. 241
Ad ſuperflua ſatanas incitat. 241
Nec ſimulatè quidem noſtram ſalutem petit dæmon. 242
Ieiunij vim pertimeſcit ſatanas. 243
Diabolus euehit, vt validius præcipitet. 263
Aſcenſum in cælum nec tentando diabolus ſuadet. 263
Deſcenſum ſemper ſuadet diabolus. 264
Satanici ſpiritus eſt ea quærere, quæ nulli proſunt. 264.
Diabolus iis ſe conformat, quos tentat. 265
Hominibus nocere dæmones ſtudent. 560
Torquetur dæmon cum homini nocere non poteſt. 559
Diabolus hominibus contra homines vtitur. 295
Diabolus ea ſubticet, quæ contra ipſum. 266
Diaboli via ruina eſt. 267
Satan muſcas æmolator vix reiicitur cùm redit. 268
Quanto fallendi deſiderio dæmon teneatur. 278
Satanæ promiſſio, deceptio eſt. 279
Omnis extra hominem habitatio ingrata dæmoni eſt. 707
Dæmon cùm nocere poteſt quieſcere aliquo pacto illi videtur. 707
Dæmon cur immundus ſpiritus dicatur. 707
Victum ſe fateri ſuperbus ſatanas non vult. 708
Cur ſeptem alios ſpiritus ſecum aſſumere diabolus dicatur. 709
Dæmones ad nocendum prompti, rogati non indigent. 710
Qui à Dei gratia excidit ſæuiorem Dæmonem experitur. 710
Alieno auxilio viduum facilè diabolus adoritur. 222
Irritus diaboli conatus niſi noſtra deſidia fulciretur. 231
Dæmonis ſtudium vt homines à Chriſto auocet, ad inania ſpectacula excitet. 557
A Deo auxilium expectandum non à dæmone. 292
Humilitatem ferre dæmon ſuperbus nequit. 835
Nullus locus à diaboli infeſtatione tutus. 225
In ſanctos magis ſæuit dæmon. 226
Maximè nobis diabolus aduerſatur cùm terrena nobis offert. 285
Diaboli victima eſt qui terrenarum rerum amore capitur. 269
Dæmonis ſedulitas in decipiendo. 724
Quàm promptus ad nocendum dæmon ſit. 561
Tentator cur dicatur diabolus. 236
Cadit, qui ad dignitates diaboli nutu euehitur. 277
Flammas pro regnis promiſſis dæmon exhibet. 278
Dæmones immundi dicuntur, quia rebus immundis delectantur, ad eáſque homines incitant. 596
Perditionis noſtræ cauſa ferè dæmones. 597
Verbi Dei fructum impedire dæmon ſtudet. 1443
Dæmones omnes, hominum ſalute valde crucia-tor. 1444
Nazarenum cur diabolus Chriſtum appellauerit. 1445
Chriſti præſentia dæmonum cruciatus. 1446
Cum omnibus dæmonibus pugna ineunda, non cum vno ſolo. 1446
Perditos homines reſipiſcere, quàm dæmonibus graue. 1447
Nihil adeò dæmones torquet, quàm cum vident, Chriſti doctrinâ homines ad pœnitentiam vocari. 1447
Chriſti humilitas quantam contra dæmonum ſuperbiam vim habeat. 1449
Chriſti laudem contrahere dæmon ſtudet. 1450
Diabolus cur dicatur homo. 740
Dæmonis aſtutia quàm magna. 740
Sæpè homo malitia dæmon fit. 740
In victoriæ parte ponendum benè victoria contra dæmonem vti. 292
Torquetur dæmon, quum torquendi homines facultas illi adimitur. 1530
Dæmones tunc concordes, quum in nos ſæuiunt. 1531
Legionis nomen cur ſibi vendirent dæmones. 1532
Ibi eſſe dæmones volunt, vbi magis nocendi ſpes. 1534
In ſolitarios maximè ſæuit diabolus. 259
In omnibus hominis damnum quærit dæmon. 562
Dæmoni illud placet, quo Dei lex violatur. 562
Quæ in noſtrā perniciem dæmon excogitat, in noſtram ſalutem Deus flectit. 560
Vbique lapſus occaſionem dæmon quærit. 563
Diuitiis dæmon vtitur ad incautos decipiendos. 462
Dæmonis in nocendo pertinacia. 928
Nullus locus à diaboli infeſtatione immunis. 255
Præcipitium etiam in templis dæmon ſuadet. 256
Diuinorum verborum neglectum obiicere fidelibus, vt dæmones ſtudeant. 1507
Dæmones inuidiâ correpti, diuini verbi fructum in hominibus impedire ſatagunt. 1507
Diabolus inchoata bona ſtatim ſatagit impedire. 736
Dura dæmonis pietas. 246
Diaboli duritia vt collecta. 246
Etiam ſub cibi vilitate latet dæmonis aſtutia. 247
Ieiunij ſignum diabolus pertimeſcit. 248
Chriſtum à ſuis dimitti, quærit omnibus artibus dæmon. 1535
Dæmones nobiſcum pugnantes, nos peritiores conſtituunt. 1537
Fugiet dæmon ſi vel hominis vmbram præſeferas. 725
Morte grauidæ ſatanæ ſponſiones. 281
Variis premitur calamitatibus, qui diaboli voces audit. 282
Mortuus, & conclamatus eſt, qui ſatanæ pollicitationibus decipi ſe ſinit. 282
Reiiciendus diabolus cùm terrena pollicetur. 284
Diſcedere ab hominibus quos infeſtant, nollent dæmones. 564
Circuit ſatanas in noſtram perditionem, Chriſtus in noſtram ſalutem. 323
Qui ſub dæmonum imperio, culpæ admiſſione, fuit; ne iterum ſit, valde timeat. 1539
Deſidia noſtra dæmon fortis fit. 698
Decipit dæmon dum magna promittit. 564
Per oculos animam deprædari dæmon tentat. 270

Fallit

Fallit dæmon,dum magna ſuis promittit. 1516
Diabolus veræ virtuti cedere cogitur. 190
Laudis dulcedine diabolus delinit. 237
Dæmonis verbis minimè credendum. 1457
Hominibus contra homines vtitur dæmon. 254
Per creaturas iniuria affici creatorem dæmon ſtudet. 926
Dæmoni ſatis eſt ſi quis pereat, quo pereat non curat. 927
Nihil ad imperium diaboli faciendum. 249
Satanæ officium exercet, qui à duris, aſperiſque alios auocat. 880
In homines quàm ſæuus dæmon ſit. 1529

Damnatio, Damnatus.

Hominum damnatio quàm grauis Chriſto. 1690
Maxima damnatis pœna,irati iudicis vultus. 1206

Dauid.

Cur Dauid in exemplum adductus. 688

Debitum.

Olim debito qui ſoluendo non erat vendebatur, quin eius vxor,& filij. 918

Decipere.

Iuſtos maximè decipere dæmon curat. 733
Decipit dæmon dum magna promittit. 565

Decus.

Summum decus ſummo dedecori vicinum. 1051

Defectus.

Facilè alienos defectus homines cognoſcunt ægrè ſuos. 1133
Aliorum defectus publicæ notitiæ quantum nobis licet eximendi. 649

Degenerare.

A Cœleſti Patre non degeneret qui Cœleſtem Patrem orat. 435

Deliciæ.

Genio indulgere,& deliciis obrui quàm noxium, quàm indecens. 1153
Qui ad grandia,aſperáque alios vocat deliciis non inuaiet. Eſpeoſus locus Eſodi. 166
Eorum quæ deliciarum quandam ſpeciem habens obliuiſci poſſumus. 863
Suarum deliciarum veritatem probare Deus ſtudet,diabolus & mundus contra. 784
Delicias minimè redundare Deus vult. 784
Cæli deliciæ cum cruce,cum tribulatione. 1712
Baptiſmalibus aquis ablutus delicias non quærat. 223
A deliciis ægritudines ferè naſcuntur. 509
Chriſtum amanti deliciis dulcior rerum penuria & abſtinentia. Tactus Iſaias. 229
Etiam à Dei deliciis Dei amore diſcedendum. 226
Chriſti ſeruus nihil minus, quàm corporis delicias cogitat. 780
Deliciis deditus In quàm ingentia mala ruat. 1609
Carnis delicias quærere, ab Apoſtolico ſpiritu ſit alienum. 1608
Deliciæ Chriſti ſeruo minimè quærendæ. 685
Chriſti deliciæ opem indigentibus ferre. 537
Ab omnibus deliciis abhorret, qui diuinæ iuſtitiæ timore corripitur. Laudatur Noë continentia. 1155
Chriſti deliciæ,opem indigentibus ferre. 537
A terrenis commodis, ac deliciis ægrè ad Chriſtum vocari homines poſſunt. 1086
Quo quis ſanctior, eò magis iis caret, quæ ad delicias ſpectant. 1747
Nec quærendæ reipſa terrenæ deliciæ ſunt, nec ſignum,quod quærimus,exhibendum. 1210
Dei deliciæ ſunt cùm nos eius deliciis fruimur. 1688
Deliciarum & gehennæ nexus. 383
Terrenæ deliciæ in triſtitiam vertuntur. 383
Chriſtum ſequens delicias fugiat. 851
Gemitus,& delectationis nexus. 347
Terrenæ deliciæ peccatorum occaſio. 1257
Deliciæ docentis,doctrinæ vim auferunt. 607
Etiam in vilibus miniſteriis cæleſtibus deliciis perplui Dei ſeruus poteſt. 902

Delinquere.

Qui grauiùs deliquit, maiora pœnitentiæ ſigna edere debet. 209

Deſcenſus.

Deſcenſum ſemper ſuadet diabolus. 264

Deſertum.

Deſertum Paradiſus ſit,vbi eſt Chriſtus. 906
Deſertum quî referre poſſimus,vt in nos Chriſtus veniat. 221

Deſidia.

Irritus diaboli conatus niſi noſtra deſidia fulciretur. 231
Deſidia noſtra dæmon fortis ſit. 698
Torpor & deſidia magnum lapſum portendit. 1298

Deſperare.

De veniâ etiam poſt accepta beneficia nullus deſperet. 447
Diabolus ante commiſſum ſcelus oculos nobis obuelat,poſt, velamina ſubmouet, vt peccator deſperet. 1314
Nullius deſperanda ſalus. 1508
Nullius deſperanda reparatio. 134

Deſpicere.

Nullus deſpiciendus. 832

Detractio.

Aliena vitia haud euulganda. 951
Nunquam culpa ita narranda, vt nota innocentibus muratur. 1700

Deturpare.

Prædicationis dignitas minimè deturpanda. 610

Deuotio.

Deuotionis ardor in Chriſti inquiſitione. 56

Deus.

Noſtrorum operum finis Deus tantùm, 164
Promptior & facilior, in benefaciendo eſt Deus quam homines ſint. 483
In cunctis operibus ſanctus in nobis Deus appareat. 436
Dei miſericordia vt collecta. 750
Deus plura tribuit,quàm tribuere videatur. 783
Dei liberalitas laudanda. 784
Deus populum ſuum vocat etiam peccatis ſubditum poſt incarnationem. Expenſus Moſes. 44
Qui verè Deum colit ipſum coli à multis cupit. 641
Amat Deus ſua munera non contemni. 848
Conatum præmio Deus afficit. 14
Quàm ſeuerè eos puniat Deus, qui duri in proximos ſuos ſunt. 966
Qui verâ laude cumulari quærit,hominum laudes fugiat,Deum laudet. 655
Sua dona non vult Deus nimiâ inueniendi facilitate vileſcere. 481
Noſtri curam eò magis Deus habet, quò magis nos corporis curam negligimus. 847
Reficere humanæ mentis laſſitudinem nullus alius infra Deum poteſt. 672
Promptior Deus ad miſericordiam quàm ad iuſtitiam. 746
Nihil extra Deum quærendum. 119
Cum humana præſidia deſunt, tunc Deus libentiùs opitulatur. 1548

Non

Non meretur Deum inuenire,qui fictè quærit. 94
Vt à Deo paſcamur,alieno abſtinendum. 441
Hominis conditorem ſe eſſe gloriatur Deus. 972
Quanti referat,beneficia à Dei manu accipere,& in illum referre. 445
Patiens & longanimis Deus eſt. 1181
In omnes deriuare ſua dona Deus ſtudet. 34
Dei cura in ſuos. 122
Suorum probitatem probat Deus. 40
Delicti pœnitentiam vt Deus honoret. 26
Dei amore omnia fieri debent quæ à nobis fiunt. 871
Dei iniuriæ ægrè ferendæ non noſtræ. 287
Quicquid boni agimus referre in Deum debemus. 1499
Quàm ſtudeat Deus, vt ſua Diuina ita timeatur. 29
Dei voluntatem à nobis fieri,quàm ingentia bona claudat. 439
Qui carni blandiuntur, Deum pro Rege non habent. 659
Eccleſiæ naufragæ, intra quas Deus non vigilat. 552
Suorum vota non exæquat tantùm Deus, ſed ſuperat. 107
Ibi præcipuè Deus dicitur eſſe, vbi bonitatis ſuæ diuitias plenius communicat. 433
Exulare in populo Filium ſuum Deo videbatur. 141
Dei conſolationes inexplicabiles. 347
Hominum vtilitatem vt Deus ſpectet. 386
Difficile ad Deum conuertitur,qui iuſtos proſcindit. 180
Dei præſentia quàm proficua. 124
Bona non nobis,ſed Deo adſcribere debemus. 739
Magnam lucem Deus ſuis ſeruat dum ſeruat ſe. 403
Ab ea parte plerumque Deus ſuis ſubuenit, à qua minus expectati auxilium poterat. 791

Dicere.

Magna dicere,non eſt magnum;ſed magna præſtare. 1501

Dies.

Quadraginta dies cur Chriſtus ieiunauerit. 233
Perditi homines ſanctioribus diebus magis impia meditantur. 1310

Diffidentia.

Maius periculum à diffidentia nobis imminet, quàm à maris fluctibus. 554
Quò quis ſanctior,eò magis de ſe diffidat, humilior ſit. 1233

Difficultas.

In diuitiis relinquendis quàm magna difficultas. 1006

Dignitas.

Dignitatis titulus factis potius, quàm ſermone probandus. 652
Alas indit diabolus vt ad dignitates volemus, Chriſtus vt à dignitatibus auolemus. 787
Cadit qui ad dignitates diaboli nutu euehitur. 277
Fugienda dignitatis purpura. 18
Dignitatis titulis ad indigna homines trahere ſtudet diabolus. 245
Mites & manſueti ſint qui ad dignitates euehuntur. 1031
Perſtricti qui dignitates per fas, nefaſque inuadunt. 1123
Quàm fluidus dignitatum ſplendor. 1736
Contemni ſeculi dignitates debent. 1566
E dignitatis gradu eiici impij timent. 76
Iudæ oſculo, dignitatum & diuitiarum blanditiæ comparatæ. 1720
Terrena dignitas nihil eſt,ſi ab hominibus ſit. 22

Dijudicare.

In hominibus dijudicandis homines ſæpè falluntur. 713
Vide *Iudicium*, *Iudicare.*

Dilectio.

Dilectio Chriſti diſcipulos nectere debet. 598
Fraterna dilectio vt commendata. 678

Dimittere.

Quî pallium dimittendum. 397

Diſcrimen.

Diſcrimen euadit, qui illi ſe Deo iubente committit. 791

Diſcordia.

Diſcordiam & diſſidia ſerere ſtudet ſatanas. 732
Diſcordia ruinæ occaſio. 495
Diſcordiæ malum quàm magnum ſit. 385
Quibus pares, diſcordiarum ſeminatores. 1706
Diſcordes diaboli cubile ſunt. 496
Perſtricti,qui diſcordias inter alios ſeminant. 698
Impij plerumque diſcordias ponunt, vt bellum Chriſto inferant. 855
Vide, *Diſſidia.*

Diſcipulus.

Diſcipulorum culpa magiſtro tribuitur. 812
Diſcipulorum Chriſti eſt ſupra plebem ſapere, ſapere ſuprà hominum vulgus. 866
Dilectio,Chriſti diſcipulos nectere debet. 598
Diſcipulorum error Magiſtro ferè tribuitur. 686

Diſſidia.

Vbi diſſidia & diſcordiæ, ibi ſanctitatis opinio coaleſcere nequit. 1481
Diuitiæ fouere diſſidia ſolent. 343
Mater diſſidij ſegetem in filiis ſuccidat. 1024

Diuiſio.

Diuiſio & ſeparatio à Diaboli ſpiritu. 908

Diuitiæ, Diues.

Diuitiarum contemptum,& beneficentiæ ſtudium vt Chriſtus ſuaſerit. 1215
Diuitiis dæmon vtitur ad incautos decipiẽdos. 462
Qui Chriſtum verè ſequitur, & amat, diuitias amare non poteſt. 1004
Benè locantur diuitiæ cum pauperibus erogantur. 990
Diuitiarum contemptus quàm perfectus eſſe debeat poſt Chriſti aduentum. 798
Vbi diuitiæ,luxus, & arrogantia regnant difficilè Chriſtus inuenitur. 57
Diuitum opes iuſtorum cruciatus. 167
Diuitiarum cupiditas quàm noxia. 276
Verè ille diues, qui etiam in mendicitate eſt humilis. 337
Magnus eorum labor,qui diuitias cumulant. 673
Terrenæ diuitiæ ferè cum cæleſtibus non cohærent. 336
Diuitiæ contentionum fons. 991
Diues non diuitiis opes querendæ. 576
Diuitiarum amator diuitiarum verarum oblatione alliciendus eſt. 993
Diuitiarum amore illigatus vix Dei lege ligari ſe ſinit. 994
Qui diuitiarum amore tenetur earum contemptum ſibi perſuaderi non vult. 996
Reuerentiæ legem relinquunt diuites auari, cùm de diuitiis relinquendis agitur. 1644
In diuitiis relinquendis quàm magna difficultas. 1006

Diuitiæ

Diuitiæ fouere diſſidia ſolent. 343
Abundant ferè morbis loca, quæ diuitiis. 1470
Diuitiæ minimè honorandæ. 519
Diues ferè diuitiarum ſeruus. 461
Diuitem ſequi Chriſtum crucifixum ingens prodigium. 1379
Diuitiarum intuitu ſæpè fit, quod non fit pietatis, & religionis. 1379
Diuitiæ poſſeſſores ſuos facilè efferant. 616
Cæleſtium diuitiarum amor cum terrenarum diuitiarum amore non cohæret. 998
A diuitiarum amore alienus doctor ſit. 1557
Iudex diuitiarum amori minimè hæreat, vt hæreat iuſtitiæ. 1003
Dei obſequium diuitiæ non impediunt, ſi diuitiis quis vtatur in obſequium Dei. 462
Diuitiarum non habenda ratio, ſed virtutum. 343
Diuitiis abundare, & diuitiis non fidere, difficile valde eſt. 1645

Doctor, Doctrina.

Aliorum doctor futurus modeſtiæ exemplar ſe præbeat. 573
Mali Doctores ſciunt Chriſtum vt alios inſtruant; neſciunt vt ſequantur. 78
Doctores & ſuperiores boni operis impedimenta auferant. 644
Apoſtolica Doctrina nullas tenebras nouit, fidei lux non deficit. 376
Nemo doctores, nemo doctrinam paruipendat. 637
Studeat Doctor, vt ea quæ tradit, opere compleantur. 1404
Malorum Doctorum malum exemplum quantum auditoribus noceat. 1125
Doctrinæ verbum bonorum operum fructus parturiat. 715
Doctori curæ ſit vt attentè Dei verba audiantur. 717
Facilè ſeducit mala vita doctorum. 1674
Indignus doctoris nomine eſt qui quæ alios edocet opere non complet. 1119
In diſcipulorum mentes Doctorum exemplum magnas exerit vires. 1127
Pleriſque doctoribus potior cura de ferculis, quàm de doctrina eſt. 1123
Vel vitij vmbra abeſſe à ſactis doctoribus debet. 609
Euangelicus doctor ouem patientia referat. 615
Doctoris, & ſuperioris eſt iis primò occurrere, à quibus maius imminet ſuis periculum. 1143
Doctor lucri cupidus, paucos prædicationis rete ferè trahit. 953
Doctoris vita ſtatim inſpicitur. 379
Omnium virtutum generibus ornatus ſit qui alios docet. 379
Hominum laudes Doctor non venetur. 379
Doctrinæ monita non diſceptando, ſed obediendo excipienda ſunt. 983
Doctores ab inani gloria immunes eſſe debet. 377
Vitæ ſanctitate antiſtare auditoribus Doctor, & Præſul debet. 319
Magnus apud Deum qui probè alios edocet. 330
Ægrè ab aliis diſcit qui alios edocet. 579
Qui alios erudit veterem exuat hominem induat nouum. 618
Doctor cruci ac mortificationi appenſus ſit. 374
Tunc maximè audiendus doctor, quum vitæ ſanctitate ſplendet. 916
Doctor quæ Deo placent, perficiat. 916
Doctores ægrè externis ſignis ad ſalutis viam reuocantur. 63
Mali doctores nimium indulgent ſibi, indulgere aliis neſciunt. 1119
Vitâ docere prius quiſque debet, quàm verbis. 333
Charitas dictare debet, quod Doctor effundit. 335
Mali doctores ſepulcbris dealbatis cur ſimiles. 1131
Doctores caueant ne laudibus capiantur. 987
Dei verbum ne vileſcat, Doctores caueant. 748
Doctrina quælibet Apoſtolicæ doctrinæ ſale condienda. 367
Prompti in aliorum perniciem homines mali, mali doctores. 488
Doctrinæ lux corporis ſeruituti non eſt ſubiicienda. Pauli locus. 375
In Doctorem ſæuire immanis ſæuitia eſt. 1286
Vtilia dicere Doctor ſtudeat potiùs quàm noua. 314
Cauenda Doctori iactantia. 314
Doctor, quod linguâ docet, doceat moribus. 156
Doctor & Præſul animarum vnitas & pax. 373
Etiam exigua ſculpa carere ſtudeat qui alios edocet. 154
Baptiſmalis innocentiæ amator ſit qui alios edocet. 311
Doctorem excitat ad dicendum auditoris auiditas. 326
Vel leues maculas fugere Doctor debet. 153
Vitæ eminentia in eo, qui alios docet. 327
Doctrinæ locum ſperni non vult Chriſtus. 258
Doctorum inter ſe concordia probatur. 1575
Deliciæ docentis, doctrinæ vim auferunt. 607
Ea quæ docet Doctor operetur. 497
Doctor amet non videri. 161
Nihil ſibi Doctor tribuat, ſed totum Deo, vt vox dicatur. 162
Otio torpere Doctor non debet, qui alios ad laborem vocat. Expenſus Marci locus. 376
Doctor operetur quod docet. 593
Doctoris titulo operibus quiſque reſpondeat 593
Deum pro errantibus doctores deprecentur. 594
Auaritiæ ſordibus infici doctor non debet. 607
Inuitatio ad Matthæi doctrinam audiendam. 2
Prædicator ne aliud doceat, aliud agat. 683
Qualis debeat eſſe doctor, qui feſtucam de alieno oculo eiicere debet. 477
Doctoris quies laborare. 330
Caueat doctor, ne delicias quærere videatur, dum animas videtur. 611
Primaria doctoris intentio eſt in terram fructiferam verbi ſemen ſpargere. 723
Euangelicus Doctor Cælum non terram ſpectet. 302
Doctrinæ lumen auditoribus attemperandum. 896
Malitia doctoris animus non adulterandus. 620
Ex Doctorum, & præſulum impietate malum in alios transfunditur. 817
Doctor ibi eſſe non videtur, vbi animarum per prædicationem lucra non quærit. 818
Hæreticorum tenebris Eccleſiæ Doctorum lumen meliùs ſplendet. 743
Verborum floſculos Doctor deuitet. 303
Doctor ab inani iactantia exulet. 369
Doctores de hominum interitu doleant, & maximè diuitibus compatiantur. 999
Doctrinæ lux vitæ probitate non careat. 377
Doctores, Præſuleſque licèt alij cadant, ſtare debent. 372

Ad

Ad cælum vt mentes euehat doctor in verborum floſculis non immoretur. 755

Nnn habere tantùm, ſed proferre ſua doctor debet.. 756

Difficile docti conuertuntur ad Chriſtum. 541

Probæ vitæ fabrica prius ſtruatur antequam doctrinæ lux appareat. 371

Bene alios docet, qui docenda opere ſe didiciſſe oſtendit. 754

Qui docet paratus ſit etiam diſcere. ibid.

Oportet prius bene viuere, quàm bene docere. 370

Doctor & præſul Diuino examini maximè obnoxij. 376

Doctrina, & Doctor ſoper Chriſtum tantùm requieſcere poteſt. 97

Dominus.

Dominotum eſt ſuorum ſetootum curam habere. 2231

Qualis Dominus, tales ferè & ſerui. 1727

In ſeruos nimis non ſæuiant Domini. 515

Serui vnius curâ tangi Dominus debet ſerui causâ, non ſui. ibid.

Domus.

Domus magnificentiam nullus iactet. 521

Superbatum domorum neglectus Chriſto placet. 522

Patris & domus paternæ oblinio laudata. 547

Donum.

Explicari Dei dona nequeunt. 126

Dignus Dei donis plerumque fit, qui ſe illis putat indignum. 518

In Donis diſtribuendis ſanctitatis, non cognationis ratio habenda. 891

In Donorum magnitudine nemo animo efferatur. 215

Dona ſoa, ſuamque præſentiam deſiderari, non contemni vult Chriſtus. 1393

Dona quæ à Deo vera, fictitia quæ à mundo. 895

Plurimi fieri Dona ſua Deus vult. 424

In culmine & Donorum magnitudine ab elatione canendum. 919

Sua Dona non vult Deus nimiâ inneniendi facilitate vileſcere. 481

In omnes Dona deriuare Deus ſtudet. 34

Statim ac Dei Dona acrepimus operi manom admouere debemus. 1180

Nullus magis Dei Donis indignus, quàm qoi ea contemnit. 1085

Dona ſua maximè tunc Deus nobis communicat, cum humanum auxilium defuerit. 848

Dormire.

Dormire profundè neſcit, quæ ſponſum amat. 1169

Dubium.

In rebus dubiis errare, quàm facile. 743

Dulcedo.

Cæleſtia dulcedinis amore affecto omnia vileſcunt. 752

Spiritualia vitæ Dulcedinem qui deguſtat, cætera omnia faſtidit. 906

Duritia.

Diaboli Duritia vt collecta. 246

Duritiei & cæcitatis nexus. 1493

E

Eccleſia.

Eccleſiæ naufragæ, inter quas Deus non vigilat. 532

Eccleſiæ vnio ex gentilibus, & Iudæis. 1387

In Eccleſia vnitas quærenda. 907

Eccleſiaſticus.

Maiori ſupplicio ille dignus, qui in Eccleſiaſticorum ædibus degens contra Chriſtum ſe armat. 1280

Egens.

Qui Egenti non ſubuenit, videtur occidere. 1492

In eleemoſynâ eroganda de Egentium meritis nemo ſit ſolicitus. 634

Elatio.

In culmine & donorum magnitudine ab Elatione cauendum. 919

Eleemoſyna.

Eleemoſyna orationis præparatio. 419

Eleemoſyna ob inanem gloriam facta Dei iudicium prouocat. 414

Angelum referat, qui Eleemoſynam erogat. 415

In Eleemoſynâ eroganda de egentium meritis nemo ſit ſolicitus. 634

Chriſtus ad Eleemoſynam, quàm pronus. 1217

Ad effuſam Eleemoſynam nos Chriſtus inuitat. 1702

Ieiunium ſanctæ Eleemoſynæ vbertate pingueſcat. 457

De noſtris, non de alienis faciendæ Eleemoſynæ. 992

Abſtinentiam Eleemoſyna animet. 459

Eleemoſyna prouidè, ac prudenter iuxta exigentiam eroganda. 991

Cauet Chriſtus ne homines ſegniores ad Eleemoſynam erogandam reddantur. 407

Eloquentia.

Fortis eloquentia eſt, mala pati, & patienter ferre. 623

Error, errare.

Ita deuotio fouenda eſt, vt error auferatur. 984

In rebus dubiis errare quàm facile. 743

Errorum occaſio relinquenda. 823

Erudire.

In lege gratiæ maior perfectio in eo qui alios erudit requiritur. 71

Homines per homines erudiuntur. 54

Eſau.

In Chriſti genealogia cur prætermiſſi Eſau, & Iſmaël. 14

Eſuries.

Eſuries & abſtinentia puritatis mater. 356

Iuſtitiæ Eſuries quàm felix. 352

Euangelium.

Incarnationis, & Euangelij nexus. 4

Euangelij lumen intuendum eſt. 912

Euangeliſtæ veritatis amatores. 1297

Euangelici ſpiritus eſt ſoauiter non aſperè ad fidem alios vocare. 1083

Euangelium tanquam lex diuina venerandum, non temerè diſcutiendum eſt. 674

Quantum à legis duritie Euangelij lenitas diſtet. 1764

Diuinæ omnipotentiæ fuit Euangelij prædicatio. 1405

Euchariſtia.

Mens ad Euchariſtiam vt paranda. 1709

Maturè mentis cœnaculum Euchariſtiæ excipiendæ parandum. 1710

Euchariſtiæ recipiendæ apparatus qualis. 1706

Perſtricti qui Angelico pane excepto ſtatim in exteriora ſe effundunt. 786

Mundo corde Chriſti corpus ſuſcipiendum. 1381

A Sacra Euchariſtia ad ſanctitatis montem currendum. 1150
Poſt Sacram Euchariſtiam ad orationem ſe quiſque conferat. 1251
Ad miſericordiæ opera poſt Sacræ Euchariſtiæ ſumptionem. 1252
Euchariſtiæ,& pacis nexus. 1251
Quantum Chriſto debeamus ob Euchariſtiæ inſtitutionem. 1247
Veteris vitæ mores exuat ex Chriſti ſanguine bibitura. 1148
Chriſti amor in Euchariſtiæ Sacramento vt eluceat. 1246
Amotis calix,non furoris in Euchariſtia. 1146
Qui imparatus ad Euchariſtiam accedit Dei iudicium ſibi bibere timeat. 1247
Euchariſticus panis Paradiſi delicias exhibet. 1243
In Euchariſtia delicias nobis Chriſtus parauit, afflictionis,& paſſionis panem comedens. 1243
Sibi, & mundo moriatur qui Euchariſtiæ panem comedere debet. 1144
Panem iniquitatis ne comedat, qui ad Euchariſtiam accedit. 1244
Perſtricti, qui impuri ad Euchariſtiam accedunt. 1753
Indigni Euchariſtiæ conuiuæ vt puniendi. 1095
Actione,& contemplatione mens ad Sacram Euchariſtiam preparanda. 1229
Quanto gaudio mens in Euchariſtiæ menſa perfundatur. 1088
In Sacra Euchariſtiæ menſa homo Deus quidam fit. 1242
In Euchariſtiæ Sacramento non pauper Chriſtus, ſed diuitias ſuas pauperibus largitur. 1219
Vel diſcordiæ ſignum ab Euchariſticâ menſâ abeſſe debet. 1580
Sancti effici Euchariſtiæ ſumptione deberemus. 984
Euchariſticæ menſæ conuiua ſupero ſpiritu plenus eſſe debet. 1708
Chriſti hoſpitio quàm anima nobilitetur in Sacra Euchariſtia. 666
In Sacræ Euchariſtiæ ſumptione ad meliora tranſeundum. 1232
Purus quiſque ad Euchariſtiam accedat. 1097
Sacram Euchariſtiam quiſque recipiat ac ſi ſtatim è vita migraturus eſſet. 443
Euchariſtiæ veneratio. 189
Apparatus etiam magnus ad Euchariſtiam nullus ferè cenſeri debet. 522
Puritas & pœnitentia ad Sacram Euchariſtiam. 174
Euchariſtiæ frequentia nouæ vitæ naſci homo debet. 1230
Euchariſtiæ excipiendæ pectoris hoſpitium vt parandum. 610
Euchariſtiæ ſumptio etiam corpori ſalubris. 508
Veteris hominis vitia exuat ad Sacram Euchariſtiam accedens. 585

Eueh.

Quò quia altius euehitur,maiori maioris culminis flammâ corripitur. 1026

Eulgare.

Aliena vitia haud eulganda. 951

Exaudire.

Qui ſuperbè petunt exaudiri à Deo non merentur. 704
Quàm celeriter Deus orantis poſtulata exaudiat. 430

Excuſare.

Excuſatur à Chriſto,qui ſe non excuſat. 655
Qui ſe non excuſat à Chriſto defenditur. 1216
Magis ſe excuſat qui humiliter taces, quàm qui ſe purgat. 1330
Excuſatio peccati peccatum aggrauat. 1192
Quàm periculoſum ſit ſe excuſare. 1192

Excutere.

Domi excutienda,quæ alibi excepta. 1637

Exemplum.

Magiſtri exemplum diſcipulorum regula eſt. 578
Maioris exemplum quantas in ſubditis vires habeat. 795
Bonorum exemplum magnas vires habet. 519
Bono exẽplo aliis præire debet,qui malo præiuit. 8
Exemplo maximè ad patientiam prouocamur. 366
Malorum hominum exemplum quàm noxium. 487
Magna exempli vis. 56
Seuerè increpandus, qui aliis ad malum exemplo eſt. 1016
Maiorum exempla alij facilè ſequuntur. 1425
Quàm malum malæ mulieris exemplum ſequi. 17
In bono aliis præire exemplo quiſque debet. 378
Maxima exemplorum vis. 916
Vitæ & exempli vis maior,quàm verborum. 175
Moribus & exemplis verè doctrinæ lumen auditorum mentibus immittendum, non verbis tantùm. 1612
Sanctorum exemplo firmam columnam referre quiſque debet. 657
Perfectiorum exemplo alij prouocandi. 891
Malorum exemplum leuius onus quodlibet ſubditis reddit. 1118
Extremæ malitiæ ſignum eſt ad immania ſcelera decurrere, cum probum exemplum exhibetur. 1215
Bonorum exemplum, & colloquium quàm proficuum. 1137
Exemplo ſæpè obtinetur, quod verbis non poteſt. 1555
Magnam bonorum exempla ad bonum vim habent. 899
Magna exempli vis ad bonum. 1547
Res ad extremum malorum venere,vbi ſacerdotes aliorum exemplo indigent. 51
Suos mutuo exemplo feruentiores reddi ſtudet Chriſtus. 1556

Expiare.

Expiandæ laſciuiæ quàm magna requirantur. 833

Exulare.

Exulare in populo Filium ſuum Deo videbatur. 141

F

Fabrilis ars.

CVr fabrilem artem Chriſtus amauerit, non curioſiorem. 1552
Bonus animæ faber Chriſtus. 760

Facies.

Chriſti facies ſputis deformata Deo Patri non minus placuit,quàm cùm veluti ſol fulgeret. 1294
Quinam Chriſti faciem conſpuere dicantur. 1295

Fallere.

Quanto fallendi deſiderio dæmon teneatur. 278
In hominibus diiudicandis homines ſæpè falluntur. 613

Fama.

Alienæ famæ conſulere magni ponderis apud Deum. 42

Alienæ famæ ſemper conſulendum. 1232
Qui alios corripit, illorum famæ & pudori conſulat, quantum poteſt. 545
Suorum famæ Chiiſtus con ſulit. 654
Cautè aliena peccata obtegenda, ne aliorum lædatur fama. 1019
Aliorum famæ nominiſque conſulendum. 549
Iuſtus non eſt præceps in iis quæ aliorum famam tangunt. 39
Alienæ famæ, Chriſti exẽplo, conſulendum. 1003
Qui proprij nominis famam quærit in hominum memoriâ perire meretur. 21

Familiaritas.

Fœminarum familiaritas, Chriſti exemplo vt vitanda. 587

Famulari.

Veritatis hoſtes, veritati coguntur famulari. 52

Faſtidium.

Faſtidium non gignunt, quæ offert Chriſtus. 16,8

Faſtus.

A faſtus & arrogantiæ ſigno, Chriſti exemplo abeſſe debemus. 1473
A faſtu omni alieni eſſe debemus. 969
Faſtus huc primates adigit, vt magis quàm alij Chriſto in cruce pendenti inſultent. 1359

Fel, Felleus.

Fel cur Chriſto oblatum, & cur in eſcam potius quàm in potum. 1349
Felleum vinum guſtauit Chriſtus, vt noſtro delicatiori guſtui mederetur. 1349

Felicitas.

Mali aliorum felicitate maximè cruciantur. 1002

Ferri.

Qui laudibus effertur, feratur ad magna. 808

Fercula.

De ferculis ne eſſemus ſolliciti, vt docuerit Chriſtus. 1602

Ferire.

Ferendus, qui nos ferit. 396

Feruor.

Sacramentis imbuti maiori feruore in Deum ferri debent. 1015

Ferus.

Sæuior quacumque fera ferus homo eſt. 621

Feſtuca.

Qualis debeat eſſe doctor, qui feſtucam de alieno oculo eiicere debet. 477

Fides, Fidere, Fiducia.

Fides ſine charitate nil prodeſt. 1091
Fidelitas in Dei obſequio. 73
Fiducia in petitionibus præcipuè requiritur. 834
Nulla ſui fiducia. 1156
Spes in Deum iacienda, non propriis viribus fidendum. 545
In rebus fidei vnitas, & conſenſus probatur. 869
Petentium fidem, ac conſtantiam in aliorum exemplum vult Chriſtus apparere. 826
Nemo ſuæ fortitudini fidat. 130
Petrus mergi incepit, cùm incepit in eo fides mergi. 796
Fide ac deſiderio ad Chriſtum accedendum. 509
Fiducia, & ſpes in hominibus minimè ponenda. 904
Sancti fragilitati ſuæ minimè fidunt. 1234
Iuſti quò magis comprimuntur, ac teruntur, eò maiorem fiduciam habent. 932
Aliorum fides, & ardor in aliorum exemplum vt innoteſcat ſtudet Chriſtus. 1041
Fiducia vitius quàm magna. 831
Vera fides alias virtutes comites habet. 834
Quàm ſtabile fidei fundamentum. 220
Magnâ ad Deũ fiduciâ nos ire, vt Deus ſtudeat. 520
Fide ad Deum accedendum. 504
Modica fides quàm Chriſto diſpliceat. 554

Filius.

Filius Patris ferè mores refert. 149
Facilè parentum, & maiorum exemplo filij, ac pueri prouocantur. 1063
Parentes à filiis vt honorandi. 1030
Filius facilè ebibit mores patris. 760
Filij ſponſi qui dicantur. 582
Aduerſitates ſignant, Dei filium aliquem eſſe. 909

Fingere.

Perſtricti, qui vultu ieiunium fingunt. 451

Finis.

Noſtrorum operum finis Deus tantùm. 164

Flagellum, Flagellare.

Dum nos flagellat Deus excolit, & ad frugem parat. 1336
Chriſtianorum eſt flagella pati, inferre Pilati. 1337
A flagellis Chriſti quantus fructus. 1336

Flamma.

Luxuriæ virium vltricibus flammis multos adiicit. 1198

Fletus.

Fletus pœnitentibus dulcis. Expenſus Ioël. 453

Fluctuare.

Mens non fluctuat, in quâ, Chriſtus vigilat. 552

Fœdus.

Fœdus cum dæmone non eſt feriendum. 53

Fœmina.

Fœminarum familiaritas, Chriſti exemplo vt vitanda. 587
Fœminarum conſortium vitis fugiendum. 1012
Inter fœminea caſtra degere, quam periculoſum. 1564
Vide, *Mulier.*

Forma.

Qui formarum exercet aucupium in laqueum cadet. 391

Fortitudo, Fortis.

Nemo ſuæ fortitudini fidat. 130
Vera fortitudo, in promptâ obedientiâ ſita. 1266
Sancti viri fortitudo nunquam debet torpere. 1424
Quò quis fortior in malis ſuſtinendis eò maiori veneratione dignus. 1202

Frater, Fraternitas.

Maiores natu fratres ceteris in bono præire debent. 1072
Fraterna dilectio vt commendata. 678
Fraternitas maximè diligenda. 1503

Fraus, Fraudolentus.

A fraudolentis hominibus circumueniri, quàm ſit periculoſum. 1624
Hominum fraudes, & doli magis noxij, quàm animantium. 487
Fraudolenti homines quod ſibi permiſſum ob imbecillitatem, mandatum ſibi iactant. 974

Frænum.

Libidinis vitium frœnum via pati poteſt. 977

Fructus.

Bonorũ operũ fructus edere Chriſtus vult ſuos. 682
In tribulationibus fructum cogitet, qui animo cadere non vult. 879
Digni pœnitentiæ fructus vt producendi. 176

Frugalitas.

Frugalitas commendata. 1605

Fucus.

Fucis facies haud conſpurcanda. 1295

Fugere.
Cum matre cur fugere in Ægyptum Chriſtus voluerit. 130
Fundamentum.
Quàm ſtabile fidei fundamentum. 110

G

Gabriel.
GAbriel Angelus etiam ad Ioſephum miſſus. 40
Gaudium.
Gaudium; quo anima in dilecti præſentia perfunditur, inexplicabile. 101
Inter regias delicias, honoreſque verum gaudium non coaleſcit. 102
Gaudium, quod extra Spiritum ſanctum, inane eſt. 102
Vero gaudio repletur, qui inani non tangitur. 103
Inter iniurias gaudere debemus. 364
Gaudio ob aliena commoda perfundi debemus. 846
Gaudio gaudent ſoli iuſti. 100
Gazophylacium.
Quot & vbi olim gazophylacia. 1676
Gehenna.
Gehennæ ignis quàm ſalutaris ſeriò cogitanti. 1631
Pœnarum Gehennæ æternitas vt collecta. 1632
Generatio.
Generatio pro geſtis, & actibus vitæ. 7
Liber cæleſtis liber generationis Chriſti. ibid.
Cur Generationis hic liber dicatur. 5
Generatio pro fructibus. 7
Gentes, Gentiles.
Gentilium ſaluator vt oſtenſus Chriſtus. 17
Gentiles Iudæis perfectiores euaſere. 1010
Gloria.
Non gloriæ tantùm ſuæ, ſed vtilitati etiam noſtræ conſulit Deus dum nobis ignoſcit. 961
Chriſti gloria non noſtra quærenda à nobis eſt. 1091
Ad Dei gloriam omnia referenda. 1213
Gloriam ſuam Chriſtum ſequens nullus quærat. 540
Gloria fugientem ſequitur, ſequentem fugit. 1477
Inglorius erit, qui parentum ſuorum gloriam oſtentat. 187
Vera gloria non eſt, quæ interturbari ab hominibus poteſt. 904
Veræ gloriæ guſtus, ambitionis medicina. 917
Gloriæ ſibi ducunt Angeli, quod Ieſus ſit Crucifixus. 1392
Omnia ad Dei gloriam referenda. 1052
Omnia in Dei gloriam dirigenda. 959
Gloria cæleſtis.
Gloriæ immenſitas æquo animo iniuriæ perferentibus. 365
Qui gloriam ſperat, legem ſeruet. 900
Gloria quam Deus ſuis oſtendit omnium vota explet, ſecus regna terrena. 927
Supernæ gloriæ memoria fortiores nos reddit. 1258
Gloria regni cæleſtis non ſegnibus, & dormientibus datur. 889
Gloriæ noſtræ quanto deſiderio Chriſtus teneatur. 1002
Gloriæ memoria à peccato homines auocat. 891
Gloriæ cæleſtis cogitatio homines in Deum quodammodo transformat. 925
Superæ gloriæ reſpectu magna quælibet minima ſunt. 1185
Cæleſtis gloriæ magnitudo inexplicabilis. 1187
Ingens æternæ gloriæ magnitudo. 1184
Chriſti gloria & virtus omnium ſalus. 1402
Chriſti gloriam enunciaturus ſupera repleatur gratia. 923
Gloriæ oſtenſione, velut expanſo rete omnes Chriſtus comprehendere ſtudet. 894
Gloria humana, Inanis Gloria.
Inanis gloriæ tempeſtas quàm pericioſa. 1523
Omnis gloria Chriſto deferenda. 1576
Poſt bona opera inanis gloriæ amor nos inuadit. 405
Terrena gloria animæ paralyſim affricat. 510
Inanem gloriam vitet, qui terrenarum rerum amore non vult tangi. 459
Qui Dei gloriam ſpectat, culmina & terrena omnia contemnit. 903
Perit omne, quod inani gloriæ deſtinatur. 1120
Inanis gloriæ vitium ad alia allicit. ibid.
Contra inanem gloriam velut contra ingentes militum copias pugnandum. 406
Inanis gloria tanquam ſerpens lethale virus euomit. 407
Inanis gloria maximâ vigilantiâ vitanda. 408
Inanis gloria laborum mercedem inſepelit, & veluti decinerat. 1132
Inanis gloriæ cupidus, quàm demens, qui ex operum aruis humanæ gloriæ tribulos & ſpinas demetit. 417
Opinio vanæ gloriæ Chriſti exemplo vt declinanda. 1064
Inanis gloriæ cauſâ Crux minimè ferenda. 1738
Inanis gloriæ fuga. 591
Lucri & gloriæ cupiditas ſalutis impedimentum. 543
Sui hoſtis, qui humanam gloriam quærit. 413
Inanis gloriæ amor ſæuiſſima fera. 411
Inanis gloria diuitias facit concupiſcere. 458
Quàm magnus, qui inani gloria non tangitur. 272
Gloriæ meditatio impigros, & laboris cupidos reddit. 902
Glorificari.
A quo ſit vt Deus ſancta vita glorificetur. 436
Gratia.
Humana induſtria ſine Dei gratiâ nihil efficit. 320
Deſertum refert, qui Dei gratiâ eſt viduus. 152
Gratiæ pro vinculis agendæ. 638
A gratia, non à natura iuſti dignitas & magnitudo. 661
Gratiæ Dei annunciator Dei gratia non careat. 151
Quò quis maior eò magis omnia tribuere gratiæ debet. 551
Gratias agere debent, qui beneficiis à Deo cumulati. 844
Poſt menſam gratiæ Deo agendæ. 1249
Qui à Dei gratia excidit ſæuiorem Dæmonem experitur. 710
Gratiæ Deo continuò agendæ quod nos alat. 689
Gratitudo.
Grati Deo eſſe debemus, & gratiarum eius magnitudinem expendere. 962
Gratum.
Gratiora ſunt, quæ diuina auctoritate fulciuntur. 101
Gula.
Gulæ ſeruire, & ventri dedignatur qui ſuper alios eſt. 1123

Gula,

Gula,& ebtietas ingrutinm malorum fons. 1154

H

Habitus.

PErſtricti paſtores qui laſciuiore habitu ouibus nocent. 489

Hæreticus.

Hæreticos inter fideles eſſe dæmon quærit. 735

Hæreticorum tenebris, Eeeleſiæ Doctorum lumen melius ſplender. 743

Dei verba vilipendere hæretici poſſunt, non conterere. 478

Hæreticorum mos, Scripturis vti, vt Chriſtum, & Eeeleſiam arietent. 78

Herodes.

Herodis crudelitas io infantium cæde vt expreſſa. 144

Cur coram Herodianis Chriſtum Phariſæi tentariot. 1100

Herodis erudelitas aliorum gaudium impediuit. 77.

Homo.

Homo ſemper finì proximus. 194

Hominis conditorem ſe eſſe gloriatur Deus. 972

Homines plerumque nequiores videntur, quàm diabolus. 295

Hominom frequentia ferè deuotionem intertorbat. 97

Homo cur malus dicatur. 482

Ieiunij cultor pluſquam homo eſſe videtur. 233

Hominis nobilitas vnde collecta. 1195

Qui ſuper alios homines ſunt ſe quoque homines eſſe cogitent. 516

Honor, Honorare.

Quàm periculoſum honoris onus ſuſtinere. 810

Honoris larnam contemnit qui ad Chriſtum pergit. 51

Periculis grauidus hominum honor. 62

Non honores, & prima loca habere in culpa eſt, ſed affectare, cupere. 1122

Honoris titulus poſt labores, non ante admittatur. 873

In honoribus diſtribuendis non ſanguinis, ſed meritorum ratio habenda. 1028

Qui oblatos honores ſpernit, minas poteſt contemnere. 1560

Honoratur qui ſe demittit. 870

Vt oblatos honores fugiamus vel alas nobis ſumendas docet Chriſtus. 786

Neſcit quid petat, qui honores, & res temporales poſtulat. 1029

Honor Chriſti exemplo fugiendos. 853

Plus honoris habere debent, qui plures & ſublimiores titulos circunferunt. 10

Honoribus amaritudo cognata. 115

Hooorís laus, humilitas. 23

Hoſpitalitas, Hoſpites, Hoſpitium.

Mercenaria beneficentia, & hoſpitalitas non ſit, ſed gratuita. 940

Hoſpitalitatis cultus. 608

Singulare beneficium eſt hoſpitio Dei ſeruos recipere. 609

Hoſpitalitatis, & beneficentiæ fructus. 1378

Hoſpitalitas quanti apud Deum fiat. 20

Hoſpitibus & egenis etiam quæ nobis neceſſaria largienda. 781

Quàm læto animo hoſpites recipiendi. 611

Hoſpitij reuerentia. 1230

Hoſtis.

Satanicus hoſtis contemnendus, ne nos contemnat. 257

Humanitas.

Humanæ naturæ mutabilitas. 243

In imperio humanitatem præſeferant ſuperiores. 339

Humilitas, Humilis.

Maxima humilitatis habenda cura. 1467

Humilitas ibi magis exercenda, vbi maiora virtutis facinora à nobis edita. 1428

Humilitas, & paupertas ingentis gloriæ loco. 329

Humilitatem vt ſuis inhalet Chriſtus. 545

Quò quis Chriſto vicinior, eò humilior eſſe debet. 524

Humilitatem ferre dæmon ſuperbus nequit. 835

Chriſti humilitas quantam contra dæmonis ſuperbiam vim habeat. 1449

Chriſti humilitas Æterno Patri quàm placuerit. Expenſus Iſaias. 210

Dum extollimur vilitatis noſtræ memores eſſe debemus. 871

Humilitatis præmium euehi. 207

Humilitati cælum aperitur. 214

Ad Dei ſolium exaltatur qui ſe humiliat. Tactus locus Actuum. 214

Efficax humilitatis exemplum. 209

Humilitate contra iactantiam ſe quiſque armet. 527

Humilis etiam in ſublimi munere ſe dimittit. 210

Iuſti vix ferre queunt ſe ad magna rapi. 211

Dignus dei donis plerumque fit, qui ſe illis putat indignum. 518

Humilitatis plena verba à ſuis exculpere, vt Chriſtus ſtudeat. 510

Magnorum eſt, ſe nihil eſſe agnoſcere. 1523

Quo quis altiùs euehitur maiori, maioris culminis flamma corripitur. 1026

Obiectus honor ad honoris amorem allicit ambitioſos. ibid.

Quò quis maior, & ſplendidior, eò humilior eſſe debet. 372

Quo quis glorioſior, eo ſit humilior, nec impios deſpiciat. 1399

Quo quis maior, humiliùs de ſe ſentit. 1626

Erigitur, qui ſe demittit. 1416

Solus homilis humilitatis veræ verus magiſter. 678

Quò quis ſe magis humiliat, eò maior æſtimatur, vilis fit, qui ſe iactat. 647

Verè ille diues, qui etiam in mendicitate eſt humilis. 337

Humilitas colenda, vitanda iactantia. 570

Iuſti ob humilitatem bona, quæ operantur non vident. 1205

Quò quis de ſe humilius ſentit eò magis Chriſtum ad ſe allicit. 519

Magnus Deo eſt, qui ſibi paruus. 84

Honoris laus, humilitas. 23

Chriſti humilitas. Quò quis magis laudatur ab aliis, magis ſe deprimat. 866

Humilitas prædicatori maximè neceſſaria. 1425

Humilitas, Chriſti exemplo, ſectanda. 1546

Humilitas ad magna fert cultores ſuos. 812

Vera humilitas ex corde naſcatur. 939

Humiles honorari Chriſtus vult. ibid.

Quò quis maior, tantò humilior eſſe debet. 1412

Index in Matthæum,

Humilitate ad humilitatem alij vocandi. 1033
Humilitas etiam magna à iuſtorum oculis ſubducit. 1202
Humilitas centurionis vnde collecta. 524
Humilitas veræ magnitudinis comes. 202
Iuſtorum eſt ſe & ſua humiliter deiicere. 598
Erehit eos Deus, qui ſe humiliter demittunt. 1622
Chriſti humilitas hominum ſuperbiam arguit. 544
In humilitate quies, in ſuperbia labor eſt. 676
Maiora crimina maior ſequi humilitas debet. 108
A Chriſto humilitas diſcenda. 2195
Per humilitatem ad cælum eundum. 662
Ex cognitione ſui humilitas naſcatur. 1264
Humilitatem fouet Chriſtus. 826
Humilitas iuſtitiæ fons. 210
Bonus humilitatis calix. 1032
Humilitas gaudij comes. Tactus Moſes. 105
Inter gaudia, humilitatis obliuiſci non debemus. 105
Ad humilitatem nos allicit Chriſtus. 962
Virtutum omnium centrum humilitas. 937
Humilitas Chriſti exemplo diſcenda. 677
Humilis laudatur dum ſe dimittit. 827

Hypocriſis.

Ab omni fuco & hypocriſi abeſſe Chriſtianus debet. 229
Non meretur accipere quod poſtulat, qui fictè accedit, & ad oſtentationem aliquid poſtulat. 652

I

Iactantia, Iactare.

Iuſti ſua non iactant. 67
Humilitas colenda: vitanda iactantia. 570
Humilitate contra iactantiam ſe quiſque armet. 526
Contra iactantiam, & ſuperbiam ſuos tribulationibus armat Chriſtus. 790
Iactantiæ lepra maximè fugienda. 1466
A iactantiæ morbo ſit alienus, qui ſemel cecidit. 1721
Poſt magni operis conſummationem timenda iactantia. 259
Neſciunt Chriſti ſerui ſua iactare. 577
In omnibus iactantiæ, & inani gloriæ Phariſæi litant & imitatores multos habent. 1130
Iactanda noſtra non ſunt. Tactus Iſaias. 212
Qui magis ſe iactant, ferè fœdiore lapſu ſe commaculant. 1289
Iactantia fugienda in bonis operibus. 504
Qui in minimis iactantiam prodit prodet magis in maximis. 2121
Iactantiam fugit Chriſtus. 2287
Superbus & iactabundus ægrè ſalutis viam inuenit. 281
Vitari in ieiunio iactantia debet. 457
Fugit Chriſtus iactantiam & fugiendam docet. 579
Etiam in magnis iactantiæ vel leue ſignum vitandum. 779
Mens ab omni iactantiâ reuocanda. 1597
In bonis operibus iactantia fugienda. 228
Iuſti obſequium ſuum non iactant. 98
Non iactantiæ, ſed diuinæ inſpirationis tactu Deo munera offerenda. 111
Nemo ſua verbis iactet, ſed factis clamet. 504
Iactantia maximo ſtudio declinanda. 1541
Quàm ab omni iactantiâ Chriſtus abeſſet. 380

Ieiunium.

Ieiunij ſignum diabolus pertimeſcit. 248
Ieiunium animæ cibus, eo anima deliciatur. 454
Qui ieiunat Dei tabernaculum & arca ſit, diuinam legem ſeruet, & manna. 455
Ieiunans de ſuo corpore ſacrificium Deo offerat, carnem Deo mactet. 455
Regium induat animum qui ieiunat, affectibus imperet. 456
Ieiunaturus à cæteris quoque cupiditatibus abſtineat. 233
Quadraginta dies cur Chriſtus ieiunauerit. ibid.
Ieiunij cultor pluſquam homo eſſe videtur. ibid.
Perſtricti qui ieiunium ſimulant quùm non ieiunent. 449
Peccatum à ieiunio abſit, Angelus quidam ſit qui ieiunat. 450
Perſtricti, qui vultu ieiunium fingunt. 451
Veſtis ieiunium dicitur, quia totum hominem operire debet. Tactus Dauid. 584
Plenum ieiunium intus & extra ſit. 584
Ieiunij cultor futura cogitet præſentium oblitus. 456
Vitari in ieiunio iactantia debet. 457
Ieiunium ſanctæ eleemoſynæ vbertate pingueſcat. 457
Ieiunium mentem in Deo transferre debet. 1485
Ieiunium contra iræ diuinæ diluuium. 234
Ieiunium gloriam parturit. 235
Dei voluntas ieiunium ſanctificet. 235
Diabolus ieiunij vim timet. 236
Ieiunij lux diem facit. 1483
Diem feſtum ſe agere exiſtimet, qui ieiunat. 452
Ieiunium diuinum quidpiam ſapit. 237
Ieiunium viam ad gloriam ſternit. 897
Ieiunium diuitiarum contemptus comitetur. 458
Ieiunium & orationem veræ deliciæ comitantur. 230
Ieiunium per Chriſtum ſanctificatur. 227
Filij ſponſi ſint, qui ieiunant. 583
Ieiunium validum contra carnis motus munimen. 290
A culpâ ieiunus ſit, qui ieiunat. 1484
Voluntatis ſit ieiunium, non neceſſitatis. 245
Quàm fortia ieiunij arma contra diaboli tentamenta. 1434
Ieiunium orationis ala. 449
Qui ieiuniis vacat Diuini ſermonis epulas inquirat. 452
Ieiunij vim pertimeſcit ſatanas. 245

Ieruſalem.

Ieruſalem cur Ægyptus appellatur. 141

Ieſus.

Ieſus in præceptionibus Dux, quem ſequamur. 87
In hoc duce confidere debemus. ibid.
Ieſu Chriſti nomen quàm ſalutare, & Iudæ quàm inuiſum. 2227

Ignominia.

Honoris eſt, non ignominiæ, iniurias remittere. 388

Ignorantia.

Ignorantia rerum diuinarum eſſe non debet, vbi Sacerdotes degunt. 517

Ignoſcere.

Inimicia ignoſcere miraculo proximum. 697
Alienis peccatis prudens ignoſcit. 2175

Illecebra.

A terrenis illecebris abeſſe debemus. 346

Illuſtratio.

Illuſtratio.
Iuſti diuinæ illuſtrationis ſubſtractionem culpæ ſuæ tribuunt. 99
Immunditia.
Dæmones immundi dicuntur, quia rebus immundis delectantur, ad eaſque homines incitant. 596
Impedimentum.
Impedimenta quæ tollere nos poſſumus, vt diuinitùs auferantur ne quæramus. 1145
Imperare.
Vnius imperantis prauitas quantum in aliorum animis poſſit. 148
Vbi malus imperat exular pia. 75
Imperfectio.
Quò quis imperfectior, eò facilius ſibi illa tribuit, quæ per ipſum Deus præſtat. 783
Impius.
Impiorum libertas tandem punietur. 746
Impij bonis famulantur dum bonos laceſcunt. 204
Impius probus euadat, probos malus non fiat. 490
Impij aliena crimina vident, non vident ſua. 1317
Impius, quilibet alios ex ſeipſo metitur. 262
Impios malitia inuitat ad malum. 1705
Impiorum cruciatus hîc incipit, vt in inferno infeliciùs capiatur. 491
Impiorum hominum conſortium probæ vitæ præcipuum impedimentum. 488
Impij Dæmoni ſe conformant. 76
Impij errorem, quem in alium damnant ferè in ſe ipſis non vident. 1385
Impius & in ignem mittitur, & etiam cadit. 199
Impij etiam vita functi fugiendi. 547
Impios ſinit Deus viuere bonorum cauſa. 742
Impiorum nox bonorum non obeſt luci. 48
Impij in malo celeres, in bono teſtudinei. 1277
Impij in iuſtis obſeruandis facile decipiuntur. 1487
Impij in malitia ſemper adoleſcunt. 745
Cautio in impiis, & iis, quæ impiorum ſunt vitandis. 613
Impij in ſuis ſceleribus aliorum conſortium quærunt, ſoli perire nolunt. 1311
Impij lætantur ſi ſcelerum conſortes habeant. 1228
Impius etiam cum Deum laudare videtur Deum blaſphemat. 1238
Sceleratiores quandoque ſunt, qui cum præſulibus ſeruiant ſanctiores eſſe deberent. 1280
Impudens.
Ferè, quò quis nequior, eò impudentior eſt. 1711
Studendum ne peccator impudentior fiat. 1232
Incipere.
Maturè incipiat, qui adſpirat ad magna. 663
Incommodum.
Alacriter incommodis occurrendum. 139
Inconſtantia.
Inconſtantiæ vitium vitandum. 615
Incredulus.
Increduli, Diuinæ bonitatis fontem ſibi claudunt. 1553
Increduli non verbis ſed factis perſuadentur & conuincuntur. 648
Induſtria.
Humanæ induſtriæ tribui non debet, quod eſt humanæ virtutis. 1553
Humana induſtria ſine Dei gratiâ nihil efficit. 320
Infans.
Pueri, & infantes ad Dei laudes celebrandas informandi. 1063
Infernus.
Inferni pœnæ rediuiuo partu ſemper naſcuntur. 628
In inferno omnia pœnæ augendæ deſeruiunt. 1632
Infirmus, Infirmitas.
Infirmi ad peccatorum confeſſionem inhortandi. 570
Qui infirmis fideliter inſeruiunt magna mercede donabuntur. 571
Infirmi debileſque nobilis ac diues Chriſti theſaurus. 859
Corporis infirmitates peccati fere pœna. 539
Infirmitates ad Chriſtum nos vrgent. 499
Infirmitates iuſtos ferè comitantur. 535
Quò quis ſanctior, eò libentius infirmitatis moleſtias ſuſtinet. 535
Aliorum infirmitates quaſi noſtras ſentire debemus. 820
Verè Dei filius, qui libenter infirmitates ſuſtinet. 569
Veritas nec infirmari ab hoſtibus poteſt. 109
Infirmitates, homines ad Chriſtum vrgent. 1498
Informari.
Citò informantur, qui ſpiritûs ſancti magiſterio docentur. 110
Ingratitudo.
Ingratitudo abeſſe ab eis debet, per quos beneficia ad alios perueniunt. 782
Ingratitudinis vitium quanta inuehat damna. 1497
Hominum poſt accepta à Deo beneficia ingratitudo. 854
Inimicus.
Inimicus cur dicatur diabolus. 734
Inimicis & perſecutoribus non per alios, ſed per nos ipſos benefaciendum. 402
Summo charitatis feruore inimici diligendi. 402
Inimicis ignoſcere, miraculo proximum. 797
Initium.
A minimis initiis in malorum extrema ferè dilabimur. 1289
Iniuria.
Seueri in Dei iniuriis vleiſcendis ſimus, facile iis quæ nobis inferuntur ignoſcamus. 966
Quoddam immortale vitæ genus iniuriis non moueri. 360
Iniuriæ & calumniæ non facilè ſugiendæ. 1369
Iniuriarum obliuiſci debemus. 1760
Iniuriarum obliuio Chriſti exemplo probata. 600
Regiæ mentis eſt, iniuriarum obliuiſci. 1190
Iniuriarum quæ nobis inferuntur obliuiſci debemus. 1067
Patientiam in ferendis iniuriis armorum apparatu non eorum vſu probare Chriſtus voluit. 1282
Iniuriæ illatæ memoria quàm grauis. 968
Exemplo Chriſti iniuriarum obliuiſci debemus. 1239
Iniuriarum obliuio commendata. 1491
Qui fortiter iniurias patitur, eas inferentibus cruciatum infert. 1358
Iniuriarum tolerantia homines probat. 1356
Iniuriarum Chriſti exemplo obliuiſci debemus. 1892
Iniuriarum obliuiſci debemus. 619
Iniuriæ nobis illatæ æquo animo ferendæ, moleſtiſſimè quæ Dei gloriam tangunt. 285
Iniuriæ illatæ obliuiſci debemus, non culpæ, qua qui nos læſit tenetur, vt eum abſoluamus. 949

Maioris beneuolentiæ edenda ſunt ſigna cùm maioribus iniuriis,& flagellis impetimur. 1241
Leues iniurias reddit,qui leuiter eas fert. 395
Honoris eſt, non ignominiæ iniurias remittere. 388
Inter iniurias gaudere debemus. 364
Iniuriæ quæ nobis inferuntur, obliuioni tradendæ. 1637
Qui iniuriam faciunt patiuntur iniuriam, & magis infelices ſunt. 398
Dei iniuriæ ægrè ferendæ,non noſtræ. 287
Iniuriæ propriæ vindicta vitanda. 1301
Iniuriarum tolerantia homines probat. 1355
Iniuriarum memores Chriſti exemplo eſſe non debemus. 1402
Regiæ dignitatis nota iniurias obliuiſci.1.Regum locus illuſtratus. 22

Innocentia.

Innocentia non eatimè præferenda dumtaxat, ſed intua cuſtodienda. 1535
Quàm exacta & magna ſuperiorum innocentia eſſe debeat. 816
Innocentia fortis armatura eſt. 615

Inobedientia.

Quò quis perfectior,eò facilior in obedientiâ eſt. 129

Inſolitum.

Pij viri conſueta præſtare non contenti, ad grandia ſe vrgent & inſolita. 1654

Inſtabilitas.

Inſtabilitas & vagatio noxia vitanda. 1465

Inſtrumentum.

Supremum virtutis facinus, vltionis inſtrumenta deponere. 607

Inſultare.

Quî latrones Chriſto inſultaſſe dicantur, cùm vnus Chriſtum à calumniis defenderit. 1364

Intentio.

Recta in operibus intentio. 165

Interrogare.

Non meretur plenè doceri qui ſubdolè interrogat. 85

Inuidia, Inuidus.

Qui inuidia corripitur dedecus honorem ſuum putat. 1332
In ſe ipſum ſæuus quem liuor, & inuidia obcæcat. 89
Inuidiæ morbus difficilè ſanatur. 1331
Inuidia quid in hominum mentes poſſit. 1353
Inuidus aliorum laudes opprobrium ſuum putat. 529
Inuidia omnia inficere quærit. 505
Nihil tutum ab inuidorum calumniis. 505
Quantum in eos quos poſſidet inuidia ſæuiat. 1111
Inuidi Chriſtum loquentem interrumpunt. 718
Inuidia ſummæ imprudentiæ nota eſt. 1169
Quanta inuidiæ vis. 1725
Inuidia mentem obcæcat,quam corripit. 764
Quanta inuidiæ vis. 1490
Inuidi & mali frequenter contra ſe ſententiam ferunt. 1079
Inuidi opus plerunque damnant antequam fiat. 691
Inuidi & maledici omnia in peiorem partem rapiunt. 1481
Inuidus,quod aliis conceditur ſubtractum ſibi putat. 1017
Inuidi alios nec laudare volunt,nec laudari ferunt. 1063
Magnus inuidiæ impetus. 809
Inuidi alios obſeruant,vt carpant. 686
Inuidi perſtricti,qui benefacta aliorum extenuant malefacta amplificant. 1201
Inuidia quantum in hominum animos poſſit. 503
Inuidiæ ſæuities. 696
Inuidorum impietas quàm immanis. 1608
Inuidi aliis vt detrahant quibus artibus ſtudeant. 1062
Quàm noxia inuidia ſit. 931
Inuidia quàm cæcos homines reddat. 1331
Multa in inuidorum mentibus mala inuidia fouet. 1065
Grande malum inuidia,quæ & beneficia aſpernari facit. 768
Inuidus vehementer cruciatur eius aſpectu cui inuidet. 572
Nequeunt inuidi conquieſcere. 1672
Inuidos vel nudum nomen alienæ magnitudinis torquet. 98
Quàm impij illi ſint,quos inuidia obcæcat, ſuperbia poſſidet. 1329
Inuidiæ virus quid præſtet. 856
Inuidi exitium ſuum vel neſcientes poſtulant.856.
Inuidorum cenſio, & opinio nihili facienda. 865
Homines inuidi multorum damna quærunt. 1312
Inuidus laudati præſentia torquetur. 1476
Inuidi aliena facta facilè minuunt, aut inficiunt. 534
Inuidiæ flammas facilè excitat eruditio. 1472
Inuidia vbi mentem corripuerit nihil boni producit. 759
Inuidus omnia in peiorem partem rapit. 592
Inuidia,rerum ſacrarum contemptorem,cultorem ſuum facile reddit. 1508
Inuidi calumniatoris cæcitas quàm magna. 1496

S. Ioannes Baptiſta.

Sancti Ioannis nomine ſuos libros nobilitarunt Euangeliſtæ. 1418
Ioannes columnam in deſerto referebat. 1419
Cur duos diſcipulos ad Chriſtum Ioannes miſerit. 642
Singularis Ioannis abſtinentia. 664
In carcere vt in templo Ioannes docet; In matris vtero hoc didicit. 645
Ioannis ſanctitas quàm eximiâ. 175
Ioannis Baptiſtæ laus. 662
Ioannis Chriſtum Baptizantis laus. 218

S. Ioſeph.

In ſomnis cur Angelus Ioſepho apparuerit. 129
Ioſeph Virgineæ caſtitatis cuſtos. Locus Geneſis. 33
Salutem etiam Sancto Ioſepho debemus. 140

Ira, Iracundia.

Ira,quæ non ſtatim ſopitur grandior fit. 387
Non verè pauper qui ab ira poſſidetur. 344
Ira,& inuidia ceteræque paſſiones niſi coerceantur maiores fiunt. 696
Iracundia,& libido tyrannidem in homines exercent. 390

Irridere.

Quàm graue ſcelus, Chriſti doctrinam irridere. 1277

Iter.

Quanti res ſit momenti,cito virtutis iter arripere. 641

Iudas.

Cur laqueo ſuſpenſus Iudas. 1323
Cur Iudam peccatum ſuum confitentem Iudæi non punierint. 1315

Iudæ ingratitudo. 1237
Peccatum Iudæ, & aliorum, triſtitiæ cauſa in Chriſto. 1260
Auaritiæ laqueo ſe Iudas ſuſpenderat. 1323
Iudam referunt, qui Chriſtum labiis laudant, vita produnt. 1276

Iudæi.

Iudæorum potiùs peccatum, quàm ſuam mortem timebat Chriſtus. 1265
Inuidi Iudæi Chriſti in cruce pendentis innocentiâ torquebantur. 1358
Quàm ingrati Iudæi, qui in Chriſtum, quem Doctorem habuerant inſurrexerunt. 1287
Iudæi ſatanici elephantes, qui ſanguinis Chriſti adſpectu ita magis æſtuant. 1336
Meliores Iudæos fieri clamans in Cruce ſtuduit Chriſtus. 1370
Apud Iudæos, mulieres doctoribus neceſſaria miniſtrabant. 1378
Indignus ſceptro Iudæus, qui ſæuit in Chriſtum. 16
Confeſſionis & Diuiſionis nexus. 16
Quanto odio Iudæi Chriſtum proſequerentur. 1364
Iudæi indigni qui Chriſti Crucem ferrent. 1346
Iudæorum duritia. 1375
Mortui ſuis veſtibus ferè non ſepeliebantur apud Iudæos. 1381

Iudex, Iudicare, Iudicium.

Iudex diuitiarum amori minimè hæreat vt hæreat iuſtitiæ. 1003
Semper vigilandum eſt, vt parati iudici occuramus. 1156
Supremi Iudicis præſentia impiis quàm timenda. 1392
A ſummi iudicis ira vt nos ſubducamus, Chriſti paſſionem meditemur, imitemur. 1207
Iudex iuſtitiæ faueat, non calumniæ. 1333
Maxima damnatis pœna, irati iudicis vultus. 1206
In Iudicis aduentu quæuis abundantia, inopia videbitur. 1176
In rebus iudicandis ſpectandum maximè, quo affectu res fiat. 1314
Iuſti in meliorem partem aliorum dicta, & facta interpretantur. 1214
Plerumque toti familiæ culpa tribuitur, quam vnus tantùm committit. 1213
Iuſtus, & perfectus caueat ne alios temerè iudicet. 470
Non facilè iudicandus is qui temporalia procurat. 470
Qui ſæpè alios iudicat temerè non ſemel id facit. 471
Qui alieoa iudicant ſæpè nuda ſomnia narrant. 472
Quò quis grauioribus delictis premitur, eò ſeueriùs aliena arguit. 473
Qui temerè iudicat trabem in oculo ſe habere prodit. 474
Qui ſine, trabe, ſine feſtucis eſt, aliena non facilè iudicat. 474
Qui alios temerè iudicat Dei iudicium expectet. 474
Malignus facilè alios damnat. 475
Qui leues aliorum labeculas notat phreneſis laborat morbo, & rectæ rationi defunctus eſt. 475
Aliorum mores non ſunt temerè iudicandi. 1087
Ab Angelo docetur, qui temerè alios non iudicat. 39
Nemo facilè alios iudicet, ne decipiatur. 742
In aliis diiudicandis errare procliue eſt. 125
Hominum mores iudicare, maximè arduum, errorique obnoxium. 744
Temerè iudicare alios non debemus. 656
Non temerè de aliis ferendum iudicium. 739

Iudicium extremum.

Iudicij tremor & timor quantus futurus. 1176
Quàm graue Chriſti vocem audire, & à Chriſto eiici. 1177
Crucis ſplendor in die Iudicij ſolem referet. 1152
Imparatos iudicij dies inueniet, quos imparatos offendet dies mortis. 1157
Quam terribilis in Iudicio Deus futurus. 1388
Iudicij dies omnibus occultus, vt ad illum omnes ſe præparent. 1265
Iudicij diem, & horam cur Angelos quoque latere Chriſtus dixerit. 1265
In extremo iudicio ab electis nullum reprobis auxilium feretur. 1175
Iudicij mentio excitare torpentes debet. 749
Iudicij ſonitus bonorum operum parturitionem vrget. Tactus Dauid. 197
In conſpectu iudicis ſupremi mentiri non audebunt impij. 494
In extremo iudicio nullus Sanctorum partes peccatorum tuebitur. 1093
Futuri Iudicij memoria ad puritatem ducit. 1391
Iudicij extremi memoria quàm ſalutaris. 756
In die iudicij peccati excuſatio ceſſabit. 967
Extremi iudicij diem cogitare aſſiduè debemus. 493
Futuri iudicij memoria firma contra aduerſa omnia armatura. 1688
Qui ſuæ ſalutis cura tenetur iudicium ſemper cogitet diuinum. 1153
Diuini iudicij memoria quàm vtilis cælo expugnando. 663
Vtilis diuini Iudicij cogitatio. 177

Iugum.

Chriſti iugum, ſuaue, & leue onus. 680
Sub iugo requiem inuenit, qui iugum ſponte tollit. 677
Iugum Chriſti in altum eos euehit à quibus portatur. 681

Iurare.

Facile iurant, qui terrena negotia tractant. 395

Iuſtus, Iuſtitia.

Vel nudus iuſti habitus vtilia monita exhibet. 167
Iuſtus ſemper ad bonum opus promptus eſſe debet. 168
Iuſti aliorum vitam curioſè non explorant, ſed ſuas cogitant labeculas. 861
Iuſtitiæ amatores abſint ab auaritia. 353
Iuſtitia non verbis adſtruenda ſed operibus. 1330
Iuſtitiam eſurire, & ſitire qui dicantur. 350
Primo aditu difficilis iuſtitiæ via videtur, poſtea facilis fit. 350
Iuſtitiæ deſiderium alterius rei deſiderio præferendum. 351
Non ſatis eſt ſcire iuſtitiam, eſurire eam debemus 351
Iuſtitiæ eſuries quàm felix. 352
Ingens iuſtitiæ amor. 353
Iuſtitiæ amatores abſint ab auaritia. 353
Iuſtitia de beneficentia Explicatur. Dauid. 409
Parùm miſericordes qui miſericordiæ opera explent neglectis operibus iuſtitiæ. 601
Cauent iuſti ne creaturis adhærere videantur. 60
Chriſtus in iuſtis maximè patitur. 1134

Iuſtorum

Iuſtorum vita nos ducit ad Chriſtum. 35
Omnibus lucere iuſtorum vita debet. 377
De iuſtitia nulla ſceleratis cura. 1311
Iuſtitia potiùs quàm poteſtas in ſubditos à ſuperioribus exercenda. 1037
Iuſtos timere, ac revereri, quàm vtile. 763
Iuſto vbique patria. 567
Iuſti animus ſemper idem. 145
Quo quis iuſtior, eò magis à minimis labeculis abeſſe ſtudet. 209
Iuſtus quilibet, rex dici poteſt. 729
Iuſti perpetua poſſeſſione regno fruentur. 1199

Iuuare.

In omnibus, & vbique iuuare alios ſtudeamus. 1040

L

Labi.

Fœdiùs labuntur, qui cum Chriſto ſint viciniores, cadunt. 769
Vide, *Lapſus.*

Labor.

Feruentiores in Dei obſequio ſemper eſſe debemus, & ad laborem promptiores. 837
Laboris amicos amat Chriſtus, fugit deſidioſos. 316
Labor quoque noſter in virtutum acquiſitione requiretur. 937
Ad gloriam niſi per labores, Crucemque eundum. 924
Prompti, & alacres ſint, qui pro Chriſto laborant. 593
Laboris amicus ſit, qui alios ad Chriſtum trahere ſtudet. 168
Labores Chriſtus non aufert, ne auferat meriti occaſionem. 671
Tunc magis in vinea Dei laborandum cum in operarios magis ſæuit dæmon, ſæuiunt mali homines. 763
Ad labores filios ſuos hortentur parentes, nec ſinant otio torpeſcere. 1072
Labor omnis amanti non labor. 137
Nobiſcum Chriſtus laborat. 679
Magnus eorum labor, qui diuitias cumulant. 673
Notati qui Dei ſeruituti addicti laborem refugiunt. 1016
Mentis requiem corporis labor non tollit ſed fouet. 676
Labores Deus admiratur, vt deſiderium erigat. 485
Ad labores vocantur, qui Chriſtum ſequuntur. 320
Noſtro labore nobis exitium creat ſatanicus hoſtis. 240

Lachryma.

Lachrymarum vtilitas. 1308
Pœnitentem lachrymantem irrident impij. 1308
Iuſtorum lachrymæ verâ lætitiâ grauidæ. 349
Lachrymæ cui rei fundendæ. 349
Lachrymæ vt fundendæ Chriſti exemplo. 1599
Lachrymæ peccatis abluendis ſacrandæ. 345
In charorum morte lachrymæ comprimendæ. 589

Læſus.

Læſum in lædentem non ſæuire diuinum quiddam eſt. 949

Lætari, Lætitia.

In peccatis lætari, quàm ingentia damna portendat. 768
Iuſtorum lachrymæ verâ lætitia grauidæ. 349
Vbi Chriſtus ibi vera lætitia. 305
Iuſtus veræ lætitiæ parens. 12
Mundanorum conſuetudo cordis lætitiam inficit. 13
Cum lætitia ſe, & ſua Deo quiſque mactet. 13
Lætitiam ſibi quiſque parturiat. 15
Vide, *Gaudium.*

Languor.

Potiùs animæ languoribus occurrendum quàm corporis. 1635

Lapis.

Lapides refert, qui lapides colit. 190
Lapides in panes cur Chriſtus non conuerterit. 253

Lapſus.

Tunc cauendus lapſus, cùm lapſus anteuertimus. 260
Impiorum mos, vt vniuerſis tribuant lapſum qui fuit ab vno. 1588
Nos ipſi nobis lapsûs cauſa potiùs, quàm alij. 1715
E loco ſacro nocentior lapſus. 256

Laqueus.

Cur laqueo ſuſpenſus Iudas. 1353

Laſciuus, Laſciuia.

Laſciui, & infœcundi Dei iudicium timeant. 1197
Expiandæ laſciuiæ quàm magna requirantur. 833

Latus.

Chriſti latus apertum animarum Paradiſus. 125

Laus, Laudare.

Humanæ laudis merces tunc perditur cùm recipitur. 421
Suas laudes prodere, quàm ſtudioſè cuique cauendum. 38
Qui Deum laudat, totus in ipſum ferri debet. 1475
Tutò quis laudari poteſt cum in aduerſitatibus firmus in Dei obſequio manet. 654
Diuinæ laudi ſemper aliquid adiiciendum. 867
Laudatur qui ſe demittit. 661
Eximia res alienas laudes audire, nec inuidia corripi. 829
Qui laudatur promptius ad laborem eat. 226
Hominum laudes vitet, qui Deo placere ſtudet. 788
A bonis operibus occaſionem ſe laudandi plerique arripiunt. 581
Boni laudantur, vt eos alij imitentur. 529
Qui laudibus effertur, feratur ad magna. 808
In bonis operibus humanæ laudis ventus cauendus. 1167
Quò magis ab hominibus laudibus quis extollitur, eò magis Dei gloriam quærere debet. 1054
Humanæ laudis fuga laude digna. 854
Toto aberrat cœlo, qui labores ſuos inani laudi ſacrat. 416
Ab inanis laudis amore abeſſe debemus. 571
Deum laudare debemus, non noſipſos. Tactus Dauid. 414
Impij dum probos laudant fraudes nectunt. 1101
Grande facinus in magnis, laudibus humanis nolle efferri. 1461
Vita, & verbis Deus laudandus. 1011
Hominum laudibus rebus, & operibus reſpondendum. 1060
Eò amplius à nobis Chriſtus laudandus, quò magis ſe pro nobis demiſit. 870
Caſtitas alienis laudibus egere non videtur. 978
Quò quis Chriſto dignitate ac gradu proximior, eò maiorem illi laudem debet exhibere. 867
Diuina ope maximè indigemus cum humanis laudibus extollimur. 1053

Magna

Magna laude dignus, qui laudari non quærit. 1442
Qui laudes humanas fugit ſanctiori fœnore eae auget. 412
A quibus laudari Chriſtus velit. 1640
Humanis laudibus non intumeſcere debemus, ſed ad magna vrgeri. 1061
Pleriqué laudibus, & adulatione vtuntur vt obtineant quod cupiunt, ſecùs laudes in triſtitiam vertunt. 985
Laudis appetitu honoris tituli non quærendi. 151
Humanæ laudis auræ nihil faciendum. 1174
Alienæ ſanctitatis labefactatione propria laus non eſt quærenda 817
Ioannis Chriſtum baptizantis laus. 218
Humana laus in nuda verba deſinit. 1066
Qui vera laude cumulari quærit hominum laudes fugiat, Deum laudet. 655
Chriſti laudem contrahere dæmon ſtudet. 1450
Sæuus hoſtis humanæ laudis amor. 406
Laudis dulcedine diabolus deliuit. 237

Legio.

Legionis nomen cur ſibi vendicent dæmones. 1538

Lex.

Diuitiarum amore illigatus vix Dei lege ligari ſe ſinit. 994
Non facilè turbatur qui Dei legem cuſtodit. Tactus Dauid. 75
Diuinæ legis præcepta cum quadam animaduerſione, non tanquam aliud agentes obſeruanda. 1117
Lex Euangelica lex amoris. 331
Diuina lex corona & diadema. 1210

Liber.

Liber cæleſtis, liber generationis Chriſti. 7

Liberalitas.

Diuitum liberalitas probata. 400
Dei liberalitas, & beneficentia. 1184

Liberum.

Liberum & ſpontaneum noſtrum in Deum obſequium ſit, non coactum. 1072

Libido.

Iracundia, & libido tyrannidem in homines exercent. 390
Libidinis vitium frænum vix pati poteſt. 977
Libidinis mancipia à ſe penitus abiungere, difficile eſt. 1412
Imperium & libido vix cohærent. 1569

Lingua.

A linguarum ictibus ſe tueri quàm difficile. 1284
Nemo linguæ ſe facilè credat, aut aliis, quibus Chriſti offenſam ſe incurriſſe nouit. 1307
A lingua quanta mala timenda. 1733
Cor & lingua conſentire inter ſe debent. 953

Lites.

Lites, & diſſidia Chriſto maximè diſplicent. 299
Filij diaboli qui lites inter homines ſerunt. 358
Sacerdotum eſt lites inter alios componere, diſſidia tollere, non fouere. 975

Liuor.

In ſe ipſum ſæuus, quem liuor, & inuidia obcæcat. 89

Locus.

Nullus locus à Dei miſericordia immunis. 536
Nullus locus à diaboli infeſtatione tutus. 225
Iniquitatis cumulus in ſancto loco non ſanctè viuere. 810
Nullus locus à diaboli infeſtatione immunis. 255

Loquacitas.

In oratione quæ loquacitas probanda, quæ improbanda. 419

Loquela.

Felix quem loquela manifeſtat diſcipulum eſſe Chriſti. 1303

Loqui.

Quicquid loquimur, Cœlum ſapiat. 1599

Lucere, Lux.

Ingentis miſericordiæ eſt, quod Deus lucem ſubtrahat eâ abuſuris. 669
Magnam lucem Deus ſuis ſeruat, dum ſeruat ſe. 403
Omnibus lucere iuſtorum vita debet. 377

Lucrum.

Hominem lucris addictum lucrari, inter miracula recenſeri poteſt. 575
Lucri cupiditas à Dei verbo audiendo homines auocat. 1504
Qui lucra ſectantur difficile à lucris abducuntur; vt Chriſtum ſequantur. 574
Qui animas lucratur temporalia lucra non quærat, nec iactantiæ ſeruiat. 1127
Prædicatores omnibus ſe demittant, vt omnes lucrentur. 55

Ludibrium.

Qui hominum ludibria æquo animo fert à Deo honoratur. 1344
Chriſtus ingenti gaudio perfuſus eſt videns ſe habere ludibria, idem iuſtus præſtet. 1344

Lugere.

Hîc lugere debemus, quia quotidie morimur. 346
Lugere quid. 383

Luxus.

Notati qui ſe totos luxibus, & corporis deliciis dant. 1122
Quàm cæcus, qui luxuriæ litat. 1560
Luxuriæ vitium, etiam ſeclusâ pœna ſugiendum 390
Luxuriæ vitium vltricibus flammis multos adiicit. 1198
Nihil adeo immane quod luxuria, & intemperantia non ſuadeat. 977
Quàm pauper, & à luxu aliena ſeruorum Chriſti menſa. 815
Chriſtus paſſus eſt, vt luxus tolleret, non vt foueret. 1317
Impiis hoc eſt viuere in luxu ſepeliri. 768
Luxus, & lex ſimul non coaleſcunt. 150

M

Magi.

QVe lingua Magi vſi Ieroſolymis. 58

Magiſter, Magiſterium.

Magiſterij honor docenti ſuperbiam affricat. 257
Solus humilis humilitatis veræ verus magiſter. 678
Malorum magiſtrorum ferè mali diſcipuli. 1100

Magnus, Magnitudo.

Et vilibus hominibus ſe magnum quilibet Chriſti exemplo demittet. 1042
Cæleſtis gloriæ magnitudo inexplicabilis. 1187
Etiam per minima ad magna itur. 382
In Dei obſequio ſemper maiora præſtanda. 795

Maledictio, Maledicus, Maledictum.

Impij maledictionis ſuæ authores. 1105
Vir iuſtus quò magis maledictis proſcinditur, eò ardentius omnium ſalutem quærit. 594
Apoſtolici ſpiritus eſt maledicta cum gaudio excipere. 360
Maledici, aliorum lapſus ſemper augent. 1591

Index in Matthæum,

Malus, Malum, Malitia.

Inter malos viuere & ſordes non contrahere difficile eſt. 154
In amoliendis malis, iis primum occurrendum, quæ aliorum cauſa. 1522
Nullo modo probanda mala, quæ agunt mali; licèt ipſi fereodi. 1720
Peiores, qui templo vicini, mali ſunt. 812
Via ſponte ab aliorum infeſtatione mali abſtinent. 1303
Malorum nota eſt, rebus diuinis vti, quatenus exequi, quæ malè cogitarunt, poſſint. 79
Inter malos bene vixiſſe, magnæ virtutis argumentum. 822
Malorum extrema anteuertere debet, qui à malorum extremis euerti non vult. 392
Longè à malorum conſuetudine abeundum. 394
Diuino cultui addicti peſſimi fiunt, ſi mali. 89
Mali cùm reſipiſcere nolunt relinquendi. 1065
Boni tunc maximè incipiunt ſæuitiem ſentire malorum, quum magis proficiunt. 737
Mali, qui templo addicti, extra malitiæ mediocritatem feruntur. 1659
Statim malis occurrendum, & aliorum ſalus quærenda. 8
Via bona verba eſſe poſſunt, quæ malus effundit. 700
Mali in malo ſæpe vigilantiores quàm in bono boni. 1270
Diuino cultui addicti peſſimi fiunt, ſi mali. 89
Mali relinquendi quum nolunt reſipiſcere. 1594
Mali increpari à bonis non ferunt. 1132
In malo ſoliciti mali ſunt. 1310
Malorum conſortia bonis vitanda. 125
Prius grauioribus malis occurrendum, quàm aliis. 1059
Quàm grauis pœna malis immineat. 196
Inter bonos malum quempiam degere inſignia improbitatis indicium. 1070
Qui Chriſtum quærit, malos relinquere debet. 95
Vbi malum eſt incorrigibile, inde eſt recedendum. 1607
Mali, ſi fieri poſſet, nec videndi. 1614
Nemo malus bonorum conſortio ſe ſecurum putet. 1156
Ad malum alios trahere, quàm ingens malum. 1659
Malorum omnium origo, peccatum. 929
Malorum familiaritas bonæ opinioni quantum detrahat. 1452
Mali plerunque peiores, quum maloribus donantur beneficiis. 1559
Inter bonos malum quempiam eſſe quàm admiratione dignum. 1273
A propria malitia malus vrgetur ad malum. 1174
Sæpè homo malitia dæmon fit. 740
Vide, *Impius peccator.*
Maiori reprehenſione digni, qui in alios malitiam ſuam tranſmittunt. 666
Via ſtare malorum hominum malitia poteſt: attollitur quum non tollitur. 1667
Impiiſſimus qui ſola malitia ad malum ducitur. 1226

Manſuetudo.

Manſuetudinis vtilitas quàm magna. 675
Manſuetudo ſæuitiei præferenda. 902
Manſuetudinem à Chriſto vel beſtiæ didicerunt. 1436
Manſuetudo, ſuperiorum nota. 616
Chriſti manſuetudo. 82
Patienti, & manſueto lupi videntur oues, impatienti contra. 601
Manſuetudinis, & paupertatis nexus. 535

Manus.

Cur Chriſti manus filiis ſuis imponi patres peterent. 980
Manus habere non videtur, qui iis non vtitur vt bene operetur. 1495

S. Marcus.

Cur breuiſſimè Marcus ſcripſerit, Lucas luculentiùs. 1406

Margarita.

Omnia habet, qui charitatis margaritam habet. 751

Maria.

Mariæ Virginis obſequium in mortuum Chriſtum. 1384
Mariæ excellentia, & ſanctitas. 83
Maria Virgo pro nobis confidenter petit, & facilè exauditur. 1024
Maria nulli mortis occaſio, omnibus vitæ. 135
Beata Virgo caſtitati promouendæ nata. 135
Quàm ſeuerè puniti, qui Virginem Deo plenam hoſpitio non receperet. 143
Virginis Mariæ ſuaſu difficilia quæque aggredienda. 1380
Virtutum regionem incolebat Virgo. 140
De Virgine aliquid mali ſuſpicari prohibendum eſt. 36
Per Mariam ſordes omnes eluendæ. 19
Virtutum profectus in Maria. 32
Mariæ cultor ſemper creſcere debet. 33
Quò quis ſanctior, eò magis Mariam veneretur. 38
Matrem Dei ſolam Mariam appellari, vt ſtuduerit Chriſtus. 1303
Qui in Chriſtum ſæuit, ſæuire & in Mariam videtur. 129
Maria prodebat ſe Chriſti matrem, quia in tanta paupertate lætabatur. 127
Quanto honore Dei mater habenda. 1028
Mariæ virtus ad omnium mortalium genus ſe extendit. 1502
Mariæ dolor in filij ſui paſſione. 820
Maria, ſexûs ſui decus, omnem ab eo notam abſtulit. 26
Mariæ nomen animum curis preſſum recreat. 41

Maritus.

In maritum ſæuire, quàm grauis culpa. 25

Martyrium.

Paupertatis nexus, & martyrij. 361

Mater.

Qualis mater, talis ferè & filia. 770
Matris indulgentia ferè filia delinquit. 821
Matrem ſe prodit, quæ filiorum curam habet. 1596
Maiori, aut certè molliori affectu matres in liberos feruntur, quàm patres. 926

Matrona.

Matronarum honor, & reuerentia. 1024

Maturè.

Maturè incipiat, qui adſpirat ad magna. 663

S. Matthæus.

Cur primus inter alios Matthæus Euangelium ediderit. 1
Cur primùm erudierit Æthiopes. S. Matthæus. 2
Inuitatio ad Matthæi doctrinam audiendam. 2
Cur Meſſiæ ſtatim meminerit Matthæus. 8

Meditatio.

Cœleſtium rerum meditatione animus paſcendus. 1069

Memoria.

Memoria.
Conclamatæ ferè impietatis eſt mortis memoria non reſipiſcere. 1220
Iudicij extremi memoria quàm ſalutaris. 756
Diuini iudicij memoria quàm vtilis cælo expugnando. 663
Gloriæ memoria à peccato homines auocat. 891
Iniuriæ illatæ memoria quàm grauis. 968
Mortis memoria quàm vtilis. 1151

Menſa.
Etiam in menſâ ſe quiſque Chriſti Diſcipulum oſtendere debet. 1589
Menſæ nemo rotna accumbat. 1758
Menſa frugalis ſit quæ dæmonem arceat, non alliciat. 297

Mens.
Reficere humanæ mentis laſſitudinem nullus alius infra Deum poteſt. 671

Merces.
In Dei obſequio Deus ſolus laboris ſit merces. 1011
Laboris merces ſit Deo placere, cui laboramus. 1012
Qui tanquam Dei filius laborat laborum nullam ab ipſo mercedem poſcit niſi ipſum. 1074
Laboris noſtri mercedem augeri Chriſtus ſtudet. 1171
Magna laboris merces nouus labor. 1184
Mercedem noſtri laboris augeri ſtudet Chriſtus. 1181

Meritum.
Vera pœnitentia quanti apud Deum meriti, ac honoris. 25
Suorum meritum augere Chriſtus ſtudet. 781

Metus.
Timuit Chriſtus vt nos à metu liberaret. 1715

Miles.
Milites omnia ſibi licere putant. 1347
Inſolens ferè, militem ſub iniquitatis vexillo non militare. 531

Minima.
Rerum minimarum cura. Tactua Dauid. 862
In minimis Deo obſequi, non nimium eſt. 586
Quò quis maior, eò diligentius minima quæque cuſtodiat. 1605
Etiam minima magni fiunt, ſi ex magno amore procedant. 1001
Dæmon à minimis incipit vt ad grauiora præcipitet. 241
Minima maximi æſtimanda. 938
Etiam per minima ad magna igitur. 381
Ex minimorum neglectu ad magna ſcelera itur. 1268
Sæpè accidit, vt qui in magnis ſe ſtrenuè geſſit, in minimis ſuccumbat. 799
Minima in Dei obſequio; & cultu negligenda non ſunt. 1131
Audiendi minimè ſunt, qui vt nobis parcamus, ſuadent. 881
Plerumque impij religioſè minima obſeruant, ſine vllo timore in immania crimina labuntur. 1325
Etiam in minimis valde placere Deo poſſumus. 489
Superæ gloriæ reſpectu magna quælibet minima ſunt. 1185
Apoſtolici ſpiritus eſt minima non negligere. 1581

Minora.
A minoribus ad maiora paulatim aſſurgendū. 1405

Miracula.
Cur pauca in ſua patria miracula Chriſtus ediderit. 761
Tunc maximè timendum, quum virtutibus & miraculis ſupra nos eleuamur. 805
Miraculorum ſuorum firmitatem probare, vt ſtuduerit Chriſtus. 1551
Præſtat ſanctitate miraculum eſſe, quàm miracula efficere. 597
Miracula Diuinæ virtuti tribui quàm ſtudioſè Chriſtus ſtuduerit. 1524
Miracula propter animæ ſalutem Chriſtus faciebat. 1492
Chriſti miracula erectis animis conſideranda. 779
Hominem lucris addictum lucrari, inter miracula recenſeri poteſt. 575
Tunc maximè timendum, quum virtutibus & miraculis ſupra nos eleuamur. 805

Miſereri, Miſericordia, Miſericors.
Sui prius quiſque miſereatur, quàm aliorum. 354
Qui miſericordes non ſunt, & aliis non ignoſcunt, Dei filij dici non merentur. 970
Miſericors victoriam ſperet. 1050
Miſericordiæ viſcera non exuat Præſul. 1164
Miſericordiam nos edocet Deus dum nobis ignoſcit. 963
Impij torquebuntur in iudicio, quod obuia miſericordiæ opera neglexerint. 1200
In malorum profundum merſus eſt, qui diuinæ miſericordiæ memoria aliis non miſeretur. 965
Parùm miſericordes qui miſericordiæ opera explent neglectis operibus iuſtitiæ. 601
Affectum miſericordiæ pendit Deus. 354
Iuſtus audire non debet qui miſericors non eſt. 410

Mitis, Mititas.
Mites & manſueti ſint qui ad dignitates euehuntur. 1031
Totus mundus mitibus patria. 324
Qui vi terra calcatur, cælum poſſidebit. 342
Mitis eſſe debet, qui prædicationis exercet munus. 617
Mititas ab humilitate naſcitur. 341

Modeſtia.
Chriſti modeſtia, & iactantiæ fuga. 651

Monitum, Monere.
Proba monita prius illis offerenda, qui magis indigent. 304
Dei monita, & verba alta obliuione ſepelienda non ſunt, ne in malorum labamur extrema. 1298
Quàm vtile Chriſti monita, & verba non ſpernere, licèt non ſtatim illa opere compleantur. 996
Rectè alios monet, qui ſui exemplum præbet. 182
Salubria monita præbere ingens beneficium. 1287
Malorum proba monita perficienda. 93

Monumentum.
In nouo monumento cur Chriſtus poſitus. 1382

Morbus.
Ferè corporis morbi ab animæ ægritudine naſcuntur. 369
Corporis morbi, ſi animæ languoribus comparentur, vix morbi dici poſſunt. 1509
Difficilè curari morbus poteſt, qui radices emiſerit in animo. 931
Morbis ac calamitatibus veluti magnete nos ad ſe Deus allicit. 508
In animæ corporiſve morbis ad Deum currendum. 513

Morbi cut Dei flagella dicantur. 1498

Mora.

Mora, & cunctatio in Dei obſequio auferenda. 1044
Dilationes,& moræ in bono auferendæ. 1083
Longas moras Chriſtus non amat. 165
Moras in bonis operibus efficiendis quilibet auferat. 636
Mora omnis auferenda,cum in aliorum ſalute laborandum. 1395
In diaboli ſchola moras in malo tollendas docetur,in bono nectendas. 772

Mores.

Hominum mores indicare,maximè arduum, erroríque obnoxium. 744
Parentum mores facilè in filios reſiliunt. 823
Vitâ,& moribus docere excellens prædicationis genus. 381
In prælatis dignitas colenda non curioſè diſcutiendi mores. 634
Doctor,quod linguâ docet,doceat moribus. 156

Mors, Mori.

Mors Chriſtum viſuris ſuauis putanda. 888
Mors eò magis ſæuit, quò longiùs abeſſe putatur. 193
Piè moriendi exemplum nobis reliquit Chriſtus. 1372
Poſt natiuitatem ſtatim mors cogitanda. 117
Quò grandiora præſtitimus, eò magis cogitare debemus nos morituros. 653
Mortis memoriâ non proficere, quàm noxium. 1526
Cum Angelis amicitiam init,qui mortem cogitat, qui ad ſepulchrum mente pergit. 1689
Qui mortis memoria, & mortuorum conſpectu melior non fit ſatanico ſe ſpiritu obſideri indicat. 557
Mortis memoriâ caſtitas munienda. 169
Aſſidua mortis cogitatio. ibid.
Theſaurus in mortis meditatione. 870
Chriſti morte factum, vt homines in Angelos quodammodo immigrent. 1752
Bonorum operum mater mortis memoria. 197
Mortis memoria à principibus viris non abeat. 116
Mors veræ ſapientiæ mater. ibid.
In Chriſti morte diſcere debemus mortem non timere vt ei ſeruiamus. 1380
Homo ſemper fini proximus. 194
Mortis cogitatio quàm vtilis. 195
Conclamatæ ferè impietatis eſt mortis memoria non reſipiſcere. 1120
Proiectæ impudentiæ eſt pœnitenda meditari cum mortis mentio fit. 1222
Mortem mente verſare,quàm vtile. 1394
Mortis memoria ſaluti maximè prodeſt. 1086
Quò propiores morti ſumus, eò maiora in Dei obſequium nobis præſtanda. 1040
Mortem mente verſare,quàm vtile. 1394
Qui Chriſti mortem conſiderat fortis euadit. 1150
Morti proximi, quid præcipuè præſtare debeant. 1653
Ægrè Deo viuere poſſunt, illis adhærentes, qui Deo mortui ſunt. 548
Mortem ſuam quàm ſeriò Chriſtus cogitaris. 1627
Quò quis morti vicinior, eò magis alienæ ſaluti debet ſtudere. 647
Mortis meditatio quàm vtilis contra animæ malos medicina. 1132
Mortis memoria quàm vtilis. 1527
Panis mortis memoriam excitat. 442
Mortis memoria quàm vtilis. 1151
Mortis tempore peccata, quæ vix nunc apparent, prodibunt in lucem. 1173
Mortis cogitatio quàm vtilis. 1382
In morte ſua humanum faſtum, ac ſuperbiam damnat Chriſtus. 1367
Semper parati eſſe debemus, mortis diem expectantes. 1158
Perſtricti,qui morti proximi torpent. 1688

Mortificatio.

Qui ſibi parcere crucis, & mortificationis fuga ſtudent,minus parcunt,magis patiuntur. 884
Sponte mortificationis crux tollenda. 632
Dei filium ſe probat qui in mortificationis cruce permanet. 1358
Sui abnegatio,& mortificatio ob Dei gloriam. 885
Abſtinentiæ, ac mortificationis operibus vitam contrahi falsò homines putant. ibid.
Mortificationis ſacrificium cum obedientia. 1212
Mortificatio ab oratione non ſeiungatur. 116

Mulier.

Mulieris eſt domi ſe continere, non foras prodire. 747
Improbæ & impudicæ mulieres argui ob ſcelera nolunt. 773
Mulieres à viris rerum agendarum documenta ſuſcipiant,non contra. 145
Muliarum eſt domi ſe continere. ibid.
Mulieres à Chriſto honorantur. 1398
Mulieris conſortium quàm noxium. 291
Sanctarum mulierum eſt pauca verba effundere, magna præſtare. 1395
Sola mulier non eat, vt pudori ſuo conſulat. ibid.
Cur tangi ſe à mulieribus Chriſtus permiſerit. 1399
Mulieres rebus vulgandis idoneæ, ſupprimendis non item. 1021
Parum tutum cum ſola muliere colloquia miſcere. 1399
Contra mulieris artes quanto munimine ſit opus. 1728
Iratæ mulieris quanta ſæuitia. 766
Facilè reſipiſcit mulier,ſi reſipiſcat vir. 767
Vel vnius mulieris exemplum magnas in aliorum mentibus vires habet. 807
Mulieres & maximè viduæ beneficentiæ operibus addictæ. 1126
Mulieres, & maximè ſponſæ cunctationis, & moræ amicæ. 1168
Conſtantia, & firmitas in muliere vix reperitur. 834
Mulierum conſortium vitandum. 1582
Tutius ſe mari committere,quàm mulieri. 1583
Mulierum luxus, & ſuperflua ornamenta domorum ruina. 958
Mulierum conſuetudo quàm noxia. 1299
Mulierum inconſtantia, & ira; virorum prudentia,& ſedatior animus. 976
Mulierum taciturnitas probata. 1400
Cur mulierum ac puerorum numerus hîc non recenſeatur. 785
Mulier,quæ cito ad lapſum,cito ad veniam currit. 1387
Mulieres nihil ferè ſciunt ſupprimere. 1333
Muliere vtitur dæmon vt iuſtos vincat. 1023
Quàm malum, malæ mulieris exemplum ſequi. 27
Vide, *Fœmina.*

Mundus.

Quò plures obices Mundus, & dæmon nobis opponit eò ardentiùs proficere debemus. 1041
Mundo mortuus requiem in Chriſti ſanguine inuenit. 1326
Mundi plauſibus nullus fidat, qui decipi non vult. 1066
Mundus titulis ſuos fallit, 358
Mundus, & dæmon dum blandiuntur necant. 1276
Amara mundi dulcedo expectantibus Chriſtum. 73
Qui ſacrare ſe Domino vult, mundo plenè renunciet. 1105
Deo vt quis ſeruiat, mundo renunciet. 1107
Angeli, ad eos accurrunt qui ad mundi illecebras non currunt. 294
Mundo & carni mortui ſint qui Chriſtum ſequuntur. 525
De mundi gloriâ contendere nullus debet. 277
In mundi huius calamitatibus cæleſtium rerum notitia ad ſolamen. 2
Mundi renouatio ex incarnatione Verbi. Dauidis verba, 37

Munditia.

Spiritualis munditiæ magis ſolliciti eſſe debemus, quàm corporalis. 815
Munditia quærenda eſt, quæ à virtute eſt. 982
Per munditiam homo ad Dei imaginem reparatur. 355

Munus.

Amat Deus ſua munera non contemni. 848
Munera quodammodo vinciunt, cui offeruntur. Expenſus locus Exodi. 813

Mutabilitas.

Humanæ naturæ mutabilitas. 243

N

Naſci.

EVchariſtiæ frequentiâ nouæ vitæ naſci homo debet. 1230
Toti modo natus Chriſtus, 42
Homines tantum naſci videntur. 6

Natura.

Probis actibus probet quilibet ſe natum. 7
Ambitionis vis, naturæ leges non cognoſcit. 1027
Naturæ humanæ mutabilitas. 243

Nazarenus.

Nazarenum cur diabolus Chriſtum appellauerit. 1445

Neglectus.

Orationis neglectus quàm noxius. 811
Sacrarum rerum neglectus ingentia mala prænonciat. 1686

Negotiatio, Negotia.

Perſtricti qui terrenis negotiis addicti ſpiritualia lucra non quærunt. 1181
Res diuinæ negotiis humanis præferendæ. 712
Qui Chriſtum ſequitur à terrenis negotiis ſe eximat. 547
Negotiatio ſæpè cum auaritia, & latrocinio. 1057
Chriſti negotiatio in animarum lucris ſit. 1476
Facile iurant, qui terrena negotia tractant. 395

Nobilitas, Nobilis.

Vera nobilitas ex virtutibus quærenda. 19
Vera nobilitas non ſanguinis ſed virtutis. 703
Chriſtus miſericordiæ recordatur cum iraſcitur. ibid.
Animorum nobilitatem quærit Chriſtus, non devmorum. 535
Vera nobilitas in quo ſita. 1540
Hominis nobilitas vnde collecta. 1195
Virturis non ſanguinis nobilitas in pretio habenda. 715
Nobiliores difficiliùs faſtu poſito, ſe Chriſto ſubmittunt. 1545

Nocere, Nocens.

Bonis nocere, quàm ſolicitè dæmon ſtudeat, 735
Nemo nobis nocentior, quàm nos nobis. 1784

Nomen.

Quantâ reuerentia, Dei nomen efferri debeat. 1530
Qui proprij nominis famam quærit in hominum memoria perire meretur. 21
Inuidos vel nudum nomen alienæ magnitudinis torquet. 91
Sanctum Dei nomen vt reuereri debeamus. 1293
Qui culpam ſuam deleri non quærit meretur vt illius nomen ab hominum memoria deleatur. 26

Noſtrum.

Noſtra minimè noſtra eſſe videntur, cum auferri facile poſſint. 441

Nota.

Vera veri obedientis nota. 137

Noxium.

Etiam quæ ſibi noxia poſtulat ambitioſus. 1027

Numerus.

Apoſtolorum numerus quanto honore habitus, 15

Nuntiatio.

Sola fælix nuntiatio, quæ ſalutem continet. 3

Nuptiale.

In nuptialibus gaudiis mors cogitanda. 1810

O

Obedientiâ.

IN omnibus Chriſto parere debemus. 914
Diuinæ voluntati vt Angeli obtemperemus. 438
Prompta etiam in difficilibus obedientia. 935
Cita obedientia in Dei obſequio. 1397
In obedientia nemo plus ſapiat quàm oporteat ſapere. 126
Perfecta obedientia eſt ſua imperfecta relinquere. 341
Obedientiæ celeritas in Ioſepho. 46
Plena obedientia eſt præſtare non ſolum quod iubetur, ſed etiam ſicut iubetur. 46
Timere quiſque debet, cùm perfectè Chriſto non obedit. 1524
Obedientiæ præmium quàm magnum, 635
Eccleſiæ baſis obedientia. 316
Obedientiæ firmitas. 317
Obedientiæ celeritas commendata. 1521
Vera veri obedientis nota. 137
Promptè parenti longa quælibet mora. 139
Vera fortitudo, in promptâ obedientiâ ſita. 1266
Qui videre vult Chriſtum Chriſto obediat: 912
Vera obedientia eſt, ſua imperfecta relinquere, 1543
Obedientia mortificationis crux ferenda. 1546
Obedientia Deo placet, diſplicet arrogantia. 542
Veri obedientis forma. 546
Perfectè Deo pareat, ne quis pereat. 1562

Obliuiſci, Obliuio.

Diuino cultui addictus, parentum debet obliuiſci. 714
Quò magis nos obliuiſcimur noſtri, eò magis de nobis ſolicitus eſt Chriſtus. 1708
Terrenorum obliuiſcitur, qui Chriſtum cogitat. 858
Veræ magnitudinis nota in culmine aliorum non obliuiſci. 920
Chriſti diſcipuli, ac ſerui vel rerum neceſſariarum obliuiſcuntur Chriſtum ſequentes. 851
Ferè obliuiſcimur eorum, quæ alios tangunt. 1586
Malorum extrema timenda cùm rerum Diuinarum homines obliuiſcuntur. 1502
Sui ferè obliuiſcitur, qui Chriſtum ſequitur. 1608
Rebus ſpiritualibus intentos temporalium inuadit obliuio. 857

Obſequium.

In Dei obſequio nunquam ſiſtendum. 1415
In Dei cultu, & obſequio ſemper aliquid adiiciendum. 827
Malis in malo obſequi non debemus. 1281
Amorem obſequium prodit. 461
In Dei obſequio ſemper proficiendum. 906
Parentum amor Dei obſequio poſtponendus. 714
In Dei obſequio ſemper maiora præſtanda. 795
Liberum à ſuis cultoribus obſequium Chriſtus quærit. 1665
Plerique grandia in Dei obſequium verbis pollicentur, quæ re non exhibent. 1288
Dei ſpiritu in Dei obſequio quiſque ducatur. Tactus Dauid. 218
Semper Dei obſequio ardentiores eſſe debemus. 1379
In Dei obſequio ſemper debemus creſcere. 938

Occaſio.

Vbique lapſus occaſionem dæmon quærit. 563
Lapſus occaſio auferenda. 1685
Qui occaſionem peccati aliis offert, nequitiæ ſuæ pœnam ſubit. 563
Malorum occaſio auferenda. 1142
In peius labendi occaſio à quolibet auferenda. 890

Occiſor.

Occiſores prophetarum quinam dicantur. 1136

Occurrere.

Statim malis, quæ imminent occurrendum. 39

Oculus.

Oculi, hoſtis munus exercent, ni cuſtodiantur. 1615
Humilitas etiam magna à iuſtorum oculis ſubducit. 1102
Oculorum modeſtia maximè viros decet. 391
Quibus oculis videndus Chriſtus. 728
Oculorum cuſtodia commendata. 1611
Per oculos animam deprædari dæmon tentat. 270

Odium.

Priuati odij cauſa religionis prætextu plerumque velatur. 1135

Odor.

Bonus odor, qui virtutem ſpirat. 1699

Offerre.

Offerentis animus oblationem animat ac informat. 1679

Officium.

Vilia quæque officia nobis præſtanda vt Deo pareamus. 1046
Satanæ officium exercet, qui à duris, aſperiſque alios auocat. 880

Onus.

Otioſitas ipſa onus magnum. 675

Opus, Operari.

Iuſtus ſemper ad bonum opus promptus eſſe debet. 168
Originis dignitas in operum exemplis ſita. 204
Pietatis opera in Chriſtum referenda. 536
Poſt magni operis conſummationem timenda iactantia. 259
Diuini Verbi tractator promptus ad omne opus bonum ſit. 170
Securi de bonorum operum mercede ſimus. 412
Operum magis quàm verborum ratio apud Deum habetur. 118
Bonorum operum fructus edere Chriſtus vult ſuos. 682
Sterilis operum fœcunditas, quæ ad Chriſti Regnum non euehit. 31
Opera non verba diſcernunt inter filios Dei & filios diffidentiæ. 489
Per operum puritatem ad cordis munditiam itur. Tactus Dauid. 355
Pulchritudo in operibus, quæ ab hominibus ſpectantur. 490
Noſtrorum operum perfectio vnde collecta. 1611
Operum fœcunditas laudata. 82
In cunctis operibus ſanctis in nobis Deus appareat. 436
A bono opere ne auocemur, licèt alij nos irrideant. 591
Bona opera iam inchoata omittenda non ſunt. 389
Terminos ſibi in bene operando nullus præfigat. 374
Magna opera laudis amore non inficienda. 854
Gratior Dei auribus operis vox, quàm oris. 1400
Quàm ſtulti, qui ſua opera probari ab omnibus curant; non à Chriſto. 1575
In bonis operibus humanæ laudis ventus cauendus. 1167
Operis laus cum Chriſto ab omni parte clauditur. 8
Regis eſt, benè operari. 53
Verbis plerique diuites, non operibus. 93
A bonis operibus, malorum timore, nemo facilè ferietur. 1484
Operum fructibus abundare hominis vita debet. 7
A bonis operibus torpere, quàm ſit noxium. 1461
Indignus eſt, qui Chriſtum recipiat, qui à bonis operibus hominum metu, auocatur. 1707

Opes.

Diues non diuitiis opes quærendæ. 576
Nos potiùs quàm opes noſtras Deus quærit. 1190
Vide, *Diuitiæ*.

Opprobria.

Opprobria, & calumniæ Chriſti deliciæ. 1235
Singularis gloriæ loco habenda opprobria ſunt. 1296

Oratio, Orare.

Homo innocentiæ ac ſanctitati ſuæ haud adſcribat, quòd à Deo poſtulata accipiat. 447
Orantium vota non exæquat tantùm Deus, ſed ſuperat. 961
Quæ in Dei cultum fiunt orationis naturam induunt. 1057
Placet oratio Chriſto, ad quam homines excitat. 1045
Orationis efficaciam innoteſcere curat Chriſtus. ibid.
Ab oratione non facilè deſiſtendum. 1572

Orationis

Orationis vim,& efficaciam prodere Chriſtus voluit. 127,2

Nihil magis inimicum Orationi, quàm lucris inhiare. 1057

Omnium ſalus nobis curæ ſit,dum Oramus. 438

Orantis voluntas immigret in diuinam. 439

Oratio ieiunium,ac eleemoſynam ſocias deſiderat. 412

Orantium cor vnum & vna fides ſit. 423

Orationis & Legis nexus. 420

Orationis vis & virtus. 1661

Orationi vacans,mente non vagetur. 1662

Vindictæ obliuiſcatur,orationem fundens. 1663

Proximi Charitas comitari orationem debet. 2664

In tentationibus Dei maximè auxilium per orationem quærendum. 2269

Oratio in tribulationibus nobis neceſſaria. 1718

In duris quantùm conferat oratio. 1719

Orationi incumbentibus vi facilis adſit Chriſtus. 1761

Orationem fuſurus charorum affectum exuat. 1263

Quanta Orationis vtilitas. 1060

Chriſti Oratio noſtra quies. 1258

Vbi Oratio ibi deliciæ. ibid.

Orationis neglectus ingentium malorum,ſtudium bonorum fons. ibid.

Oratione omnibus tribulationibus, & tentationibus occurrendum. ibid.

Quò feruentius Orauerimus eò magis de aliorum ſalute ſimus ſoliciti, Chriſti exemplum in hac re. 1267

Oratio quid præſtare debeat. 1692

Quænam Oratio aucupij orationem habeat. 1675

In Oratione terreni patris obliti, cæleſtis tantùm recordemur. 434

A Cæleſti Patre non degeneret qui cæleſtem Patrem orat. 435

In terrâ ſe peregrinum cogitet, qui orationem fundit. ibid.

In angulis platearum cur Orarent hypocritæ. 421

Omnia deſerat,Orationem fuſurus. 1618

Carnis ſeoſus in Oratione ablegandus. 1596

Oratio & vigiliæ ad cælum via. 1713

Quis conſolationis & Orationis nexus. 1538

Solus Chriſti Orantis adſpectus mentem firmat ad dura. 1259

Orationis vis,& efficacia. 2284

Suorum Orationibus Deus attendit, ac ſi aliud non ageret. 428

Solus Deus in oratione quærendus. 429

In Oratione quæ loquacitas probanda, quæ improbanda. 429

Quàm celeriter Deus orantis poſtulata exaudiat. 430

Orationis formulam Chriſtus nobis præbuit, vt facilius exaudiremur. 431

Promptus Deus vt citò concedat quæ in oratione petimus. 431

Qui patrem in oratione Deum vocat, filium ſe ſanctis moribus monſtret. 432

Orationis inſtantia,& ardor. 479

Oratio bonis operibus animetur. ibid.

Bona omnia non ab alio, quàm à Deo petenda. ibid.

Æterna, non peritura in oratione quærenda. 480

Oratio producenda. 426

Qui orat Deum, Deum ferè obſtringit, vt poſtulatis annuat. 427

Fiducia in oratione habenda. 428

Ineptus Orationi fundendæ,qui terrenorum amore tenetur. 419

Deo familiares, purique euadimus in Oratione. 424

Orationem fuſurus omnia quæ infra Deum excludat. 425

In Oratione leuium cogitationum paleæ reiiciendæ. 416

Oratio à Dei ira nos eximit.Iſaiæ locus. ibid.

Qui ſe,qui ſua Deo ſiſtit Orationis delicijs, ac diuitiis ditabitur. 112

Culminum neglectus veræ Orationis comes. 787

Quò maiora præſtiterimus,eò magis nobis Oratio neceſſaria. 789

Cælum deſideret, & quærat, qui Cæleſtem Orat Patrem. 434

Oratio prædicationis veluti anima. 334

Grandia, & Dei filiis digna in Oratione petenda. 432

Terram, & terrena relinquat, qui Deum orat. 433

Ioſias quid.Orationis,& ſalutis nexus. 31

Orationem à nobis etiam tribulationibus Chriſtus elicit. 550

Veri gaudij mater Oratio. 1264

Orationis fuſu homo in alterum commutatur. 893

Orationis neglectus quàm noxius. 811

Qui Orat paratum ſe ad omnia, Dei præcepta adimplenda præbeat. 420

Orans Chriſtus videntibus quantam fortitudinem inhalauerit. 1723

Ornatus.

Vxoris ſuperfluus Ornatus quanta damna familiis inferat. 957

Otium.

Qui Otio torpet in omnia vitiorum genera facilè labitur. 1009

Perſtricti qui Otio marceſcunt. ibid.

Magis laborat qui non laborat & otio torpet. ibid.

Otio torpeſcere Euangelicus doctor non debet. 626

Otioſitas ipſa onus magnum. 673

Otio torpentes perſtricti. 1013

Otioſi diaboli puluinar. 496

Otij & torporis hoſtis quàm fuerit Chriſtus, quàm laboris amiens. 2552

Magna merces ab Otio auocari. 1010

Otij & deſidiæ fuga probatur. 1613

Otij,& vmbræ oſor Spiritus ſanctus. 221

Otioſorum cæcitas quam magna. 1189

Otio torpentibus durus Dominus videtur. 1190

Oues.

Paſtor audire non debet, cuius culpa Oues pereunt. 602

Ouibus electi cur comparentur. 1197

P

Palatium.

FErè vitiorum domicilia, qui regum incolunt Palatia. 660

Pallium.

Quî Pallium dimittendum. 397

Panis.

Panes propoſitionis qui, & cur ita vocarentur. 689

Panis quid.Ferculorum copia à menſa abſit. 815

Nubis non alendis canibus pania petendus. 441

Parentes.

Parentum affectus cæleſtis Patria obſequio poſtponendus. 712
Carnalem in Parentes affectum præſcindere voluit Chriſtus, non eos habitatione ſeiungere. 631
Prauorum temeritas, qui de Parentum ſanguine gloriantur, ab illis degeneres. 187
Diuino cultui addictus, Parentum debet obliuiſci. 714
Parentum amor Dei obſequio poſtponendus. 715
Parentes ob ſpiritualem filiorum ſalutem ſollicit ſint. 820
Parentum mores facilè ebibunt filij. 1565
Parentes impedire filios non debent, qui ſe Chriſti obſequio ſubiiciunt; ſed imitari. 1650
Malè à parentibus informatus ægrè dediſcere malos mores poteſt. 182
Ardens parentum in filios amor. 820
Parentes crucem amplecti, quàm filiis ſit proficuum. 1740
Parentum mores facilè in filios reſiliunt. 825
Malorum parentum malitia in filios ferè deriuat. 978
Parentes magnam paruulorum liberorum curam habeant. 983
Ingiorius erit, qui Parentum ſuorum gloriam oſtentat. 187
Obſequio maximè non nudis titulis Parentes à filiis honorandi. 173
Parentes à filiis vt honorandi. 1030
Quàm noxius nimius Parentum in liberos affectus. 1025
Parentum in filios indulgentia damnata. 1625

Paſcere.

Probi regis eſt ſuos Paſcere. 80

Paſſio Chriſti.

Pretioſus Paſſionis Chriſti theſaurus pretioſa mentium vaſis includitur. 1021
In Chriſti comprehenſione ingenti dolore capiatur qui Chriſtum amat, & ab otij ſella abeat. 1288
Qui Chriſti Paſſionem conſiderat vt aquila volare debet. 1149
Regiam induit mentem, regium animum, qui Chriſti Paſſionem cogitat. ibid.
Vt aquila renouetur qui Chriſti Paſſionem meditatur. 1150
Paſſionem ſuam Chriſtus impediri non vult. 923
Paſſionis Chriſti, & gloriæ nexus. 1260
Pro omnibus ſe Chriſtus obtulit in Paſſione. 1346
Lætus paſſus eſt Chriſtus. 1340
Quàm immenſa eos maneat pœna, qui ex Chriſti laboribus, & Paſſionibus non profecerunt. 1068
De Chriſti Paſſione, ac morte probè loquitur, qui mortem ſubire pro Deo non dubitat. 899
Paſſio Chriſti miſericordiæ opus. 1252
Chriſti Paſſio cogitanda. 20
Cauet Pater cæleſtis, ne filij Paſſio, & mors impediatur. 914
Epulæ Chriſti Paſſione condiendæ. 1232
Chriſti Paſſio regium animum affricare cogitanti debet. 1151
Paſſionis Chriſti, & gloriæ nexus. 1207
Chriſti Paſſio ſeriò cogitanda. 2354
Chriſtus in iuſtia maximè patitur. 2134
Etiam dura corda Patienti, & morienti Chriſto compati deberent. 1376
Patiendi fames in Chriſto. 1296
Chriſti deliciæ pro hominibus Pati. 2257
Quàm magno Patiendi deſiderio Chriſtus teneretur. 2030
Patiendi amor in Chriſto. 600
Quanto Patiendi deſiderio Chriſtus teneretur. 924

Paſſiones.

Paſſionum tumultus ab eo abſint, qui Euchariſtiam accipere debet. 2230
Paſſionum vituli Deo mactandi. 289
Ferendus, qui nos ferit. 396

Paſtor.

Populórum Paſtores faſtum & inanem gloriam vitent. 1468
De ſuorum ſalute, quam ſolliciti, Chriſti exemplo, eſſe debeant Paſtores. 1306
Quàm noxia ſubditis Paſtoris abſentia. 930
Paſtor audire non debet, cuius culpa oues pereunt. 602

Patientia, Pati.

Summæ Patientiæ exemplum ſuis exhibere Chriſtus voluit. 1656
Patientiæ documenta daturus Chriſtus de Cruce non deſcendit. 1357
Patientia in ferendis Iniuriis, quæ nobis inferuntur. 1283
Prauorum hominum contumaciam Patienter ferre extra conſuetæ ſanctitatis metas eſſe videtur. 705
Qui morbo aliquo corripitur ouis Patientia ſit. 693
Patientiæ vis quàm eximia. 836
Patientia in perſecutionibus Chriſti exemplo oſtendenda. 1328
Nihil ſic oſtendit alicuius excellentiam quàm patientia in contumeliis, & iniuriis. 1335
Quò quis ſanctior, eò ad ferenda dura promptior eſſe debet. 222
Exemplo maximè ad Patientiam prouocamur. 366
Patientia quaſi centrum immobile contra omnes iniurias. 615
Beatitudinis quodam guſtu fruuntur iuſti, cùm Patiuntur. 362
Paſſionis calix cum gratiarum actione excipiendus. 1246
Ad gloriæ culmen per Paſſiones itur. 900
Ingens beneficium aliquid pro Chriſto pati. 549
Regia nota, mala pati, & benè agere. 23
Ingens honor pro Chriſto Pati. 203
Summa virtutum benè agere & mala Pati. 359
Adipe, & pinguedine anima repletur, quæ aliquid pro Deo Patitur. 2257
Qui libenter Patitur Angelus fit. 1284
Pro Chriſto Pati ingentis lætitiæ occaſio. 365
Ad Chriſti patriam ſpectat, qui ægritudines libenti animo Patitur. 568

Pater.

Verus ille Pater, fiduſque nutritius qui Chriſto filios ſiſtit. 979
Patres ita vnius filij curam habeant, vt alios non negligant. 2073
Terrenus Pater cæleſti poſtponendus. 546
In oratione terreni Patris obliti, Cæleſtis tantùm recordemur. 434

Patrocinium.
Sanctorum patrocinia quibuſnam proſint. 602
Paupertas, Pauper.
Paupertatem Chriſtus honorari vult. 66
Pauperum miſereri vt quis debeat. 1578
Paupertatis nexus & martyrij. 361
Pauperes diſcipulos paupertatis amator Chriſtus adiuuat. 553
Singularis beneficentiæ in pauperes quàm ingens præmium. 635
Paupertas ſuos euehit. 540
Paupertatis vis formidanda. 77
Largitas in pauperes commendata. 689
Chriſti paupertas. 1229
Diues apud Deum paupertas eſt. 306
Pauperum, & miſerorum neceſſitatibus conſulendum. 1042
Veri pauperes, mente in cælis ſunt. 338
Regnum cælorum paupertate emitur. 338
Cur primo loco propoſita paupertatis commendatio. 339
Pauperibus dandum, vt pauperes eſſe non deſinant. 1642
Vera paupertas non tam in non poſſidendis rebus, quàm in non deſiderandis ſita eſt. 999
Paupertatis præmium. 336
Paupertas, & rerum terrenarum deſpicientia non amara, ſed dulcis. 318
Fulgebit vt ſtella, qui paupertatem amat. 505
Paupertatis diuitiæ, & penuriæ opulentia. 82
Paupertas lucri cupidos ac diuitiarum mancipia, à virtutis ſtudio deterret. 544
Diues Chriſti paupertas. 605
Spiritualis ſtructura paupertati, & nihilo innititur. 335
Summa Chriſti paupertas. 1350
Tubæ ſonitu pauperes olim ad locum Eleemoſynæ conuocabantur. Cur id fieret. 413
Maximam pauperum curam Chriſtus habet. 1218
Pauperes videre, & pauperibus benefacere idem apud Chriſtianos ſit. 1218
Pauperes inter diuites eſſe vult Deus, ne benefaciendi occaſio deſit. 1219
Pax.
Pax omnia bona ſecum deuchit. 612
Chriſtus pacis auctor vel leuem diſſidij ſuſpicionem aufert. 661
Plerique pacem cum Chriſto ſimulant, quem iniquis operibus tradunt. 1275
Sine pace ſacrificia ipſa Deo non placent. 386
Etiam perſecutores pacem nobis afferre poſſunt. 1255
Princeps pacis pacem & concordiam amat. 525
Pacis auctores mundi ſint. 557
Conciliatores pacis iniuriarum obliuiſcantur. 557
Sine pace & concordia Chriſti corpus percipere nemo præſumat. 385
Interna pace fruitur qui bellum carnalibus affectibus indicit. 630
Peccator, Peccatum.
Bruti animantis officio fungitur qui ſcelera ſceleribus nectit. Tactus Iſaias. 638
Peccandi occaſio vitanda. 1302
A proba vita labi, & iterum ad eam redire difficile. 874
Peccator vita functus. 49
Peccatorum ſalus quærenda. 1620
Peccati occaſio relinquenda. 176
Peccatorum inſtrumenta tollenda. 1657
Peccatoris conuerſio minimè differenda. 1478
In Deum beneficia conferentem peccare, quàm graue. 1279
In peccato perſeuerare ad peccatorum cumulum trahit. 1305
Peccata quæ notitiam noſtram fugiunt magis nocent. 495
Qui fuit peccator, Peccatorum ſedulam curam habet. 19
Peccata in homines magis quàm externi hoſtes ſæuiunt. 44
Peccatorum fœtor. Ingens fragrantia liberatio à à peccatis. 45
Peccatum facilè mentem ſubit: ægrè excutitur. 1459
Qui peccauit peccatoribus conſulat vbi reſipuerit. 1
Peccatum in animâ, longâ conſuetudine ne putreſcat. 369
Peccantes Deus erigit, & ne nimis pudore confundantur facit. 960
Peccatum in nobis non regnet, vt Dei regnum in nos adueniat. 436
A peccatorum fœtore auelli vix poteſt qui illis aſſuetus. 564
Peccatum peccatum trahit. 931
Peccata in Dei templo commiſſa quàm diſpliceant Deo. 1373
Indignos ſe Dei præſentia peccatores putant. 566
Peccatum ſtultitiæ meretur nomen. 948
Malorum omnium origo, peccatum. 919
Peccatum malorum omnium origo & fons. 448
Malorum omnium extremum ex conſuetudine peccare. 1135
Officij dignitas, & rerum diuinarum cognitio peccatum grauius reddit. 1286
Afflictionis, & peccati nexus. 1592
Peccata vt ex quâdam amentiâ oriantur. 1593
Peccatorum grauitas verbis non eſt minuenda. 817
Peccata excuſationis velamine minimè obtegenda. 1068
Mali peccata ſua ſupprimere ſtudent, explicare nolunt. 1205
Perſtrictus, qui peccatis obruitur, & ſecurus agit. 1147
Peccatores animandi, ne deſperent. 1754
Magis reprehendi debent qui accepta Chriſti doctrina peccant. 1018
Peccata ad laborem, bonaque opera vrgere nos debent. 1072
Peccandi occaſioni ſe exponere intutum omnino eſt, & inconſultum. 1298
Supplicium, quod peccatoribus imminet, quàm timendum. 194
Grauius peccant qui aliis præſunt, & exemplo aliis præire in bono debent. 876
Peccandi occaſionem aliis præbere quàm Chriſto diſpliceat. 876
Longè à quacumque peccati occaſione abeſſe debemus. 395
Aliena peccata ne facilè tangat, qui ea curare non poteſt. 501
Quærenda cuiuſque peccatoris ſalus. 1239
Peccatorum diluuium per Chriſtum exſiccatum. 217
Vnum peccatum gradus ad aliud eſt. 1302
Peccatores ſua ſcelera tegere non valebunt. 1144
Peccandi affectus ægrè relinquitur. 494
Peccata cur debita dicantur. 446
Aſſiduè aliena peccata condonanda. 446

Peccatorum pondus quàm graue. 200
Peccatorem ſcelus torquet & laniat. 764
Peccatores Chriſtus ad ſalutem allicit. 1212
Dura & aſpera peccatorum via. 1188
Satis dæmoni eſt ſi vel ad minima peccata iuſtos alliciat. 275

Pectus.

Euchariſtiæ excipiendæ pectoris hoſpitium vt parandum. 610

Pecunia.

Ægrè Chriſtum ſequitur, qui pecuniis ſeruit. 575
A nimio pecuniarum amore homines abſtrahere, quàm arduum. 1075
Pecuniæ amorem vt à nobis amoueat Chriſtus. 444
Grande miraculum pecuniæ inhiantem ſtatim Chriſtum ſequi. 574

Perditio.

Suæ quiſque perditionis auctor. 192

Peregrinus.

In terrâ ſe peregrinum cogitet, qui orationem fundit. 435
Chriſti ſanguis illis præcipuè ſalutaris, qui ſe in hac vita velut peregrinos cenſent. 1326

Perfectus, Perfectio, Perficere.

Quò quis perfectior, eò facilior in obedientiâ eſt. 129
Chriſtiana perfectio nullis limitibus coërcetur. 404
Plerique ſublimia perfectionis documenta ſcire volunt, qui ne obuia quidem, & minima obſeruant. 1112
Chriſtum ſequatur perfectionis amator. 1004
Perfectionis amator deliciis non diffluat. 990
Perſecutionem pati, perfectorum eſt. 360
Perfectiora in perfectionis viâ ſpectanda. 731
Perfecti viri conſignatio plura præſtare, quàm dicere. 68
Quod vtile & perfectum eſt Deo placet. 785
Etiam à minoribus inchoata perficere debemus. 314

Periculum.

In periculis ſtatim Deus inuocandus. 803
Per pericula eundum ad Chriſtum. 804
Periculis grauidus hominum honor. 62
Quò quis ſanctitate proximior Chriſto, eò maiori periculo obnoxius eſt; niſi ſibi caueat. 801
Periculum imminet cum rectà ad Chriſtum non itur. 800

Perire, Periturus.

Perit omne, quod inani gloriæ deſtinatur. 1120
Rerum periturarum neglectus lux comes. 17

Perſa.

Perſarum mos cum muneribus adorare. 67

Perſequi, Perſequutio.

Amici cenſendi qui nos perſequuntur. 1279
Deo gratiſſimum ſacrificium, eos ferre qui nos perſequuntur, & irrident. 400
Pro perſecutoribus, & iniurias inferentibus orare, diuinum quid & pium eſt. 1357
Qui perſecutionem patitur currere in ſpirituali via citiſſimè debet. 359
Perſecutionem pati, perfectorum eſt. 360
Perſecutio, æquo animo tolerata, baptiſmus quidam fit. 1419

Perſeuerantia.

Perſeuerantia in bonis operibus. 491
Perſeuerantia, & patientia in carnis anguſtiis perferendis laudata. 846
Perſeuerantia in bono. 1162

Perſuaſio.

Diaboli perſuaſionibus nunquam acquieſcendum. 251

Pes.

Figere vix pedem poſſunt crimina: itur ad immaniora. 777
Turpi fuga pedes à Chriſto abluti fœdare non debebant Apoſtoli. 1288

S. Petrus.

Adhærere Chriſto Petrus cupit, non ſe oſtentare. 793
Petrus cur permiſſus ſit labi. 1730
Cur Petrus, cur Paulus Euangelium non ſcripſerint. 1407
Plurimi refert Petri primatum ſcire. 1500
Petrus mergi incipit, cùm incepit in eo fides mergi. 796

Phariſæus.

Phariſæorum ſuperbia in oneribus aliorum humeris imponendis. 1118
Phariſæorum in tentando Chriſto dolus, & fraus. 1111

Phylacteria.

Phylacteria quæ; noxia diuinarum rerum obliuio. 1120

Pietas.

Dura Dæmonis pietas. 246

Pilatus.

Cur Pilato non ſacerdotibus Chriſtus reſponderit, cùm interrogaretur. 1734

Pinguedo.

Qui pinguedinis villam inhabitat animæ paralyſim timeat. 509

Placere.

Doctor, quæ Deo placent, perficiat. 916

Plauſus.

In rebus quæ agimus hominum plauſus fugiendus. 853

Pœna.

Quàm grauem pœnam ſubiturus qui multis ſcandalo eſt. 943
Quam pœnam timere debeant, qui mala opera præſtant. 492
Qui occaſionem peccati aliis offert, nequitiæ ſuæ pœnam ſubit. 563
Quàm grauis pœna malis immineat. 196
Certa malorum pœna. 491

Pœnitentia, Pœnitens.

Pœnitentiæ operibus diuinæ iuſtitiæ obuiam eundum. 704
Omnes ad pœnitentiam Chriſtus inuitat. 705
Pœnitentia in vitæ occidentem non reiicienda. 59
Statim poſt lapſum ad pœnitentiam currere debemus. 1305
Feſtinatio in bono laude digna, ſera pœnitentia improbata. 16
Pœnitentiæ verba diabolus timet. 1316
Mortis memoria ad pœnitentiam ducit. 665
Veri gaudij mater pœnitentia. 159
Iræ diuinæ cogitatio plenam pœnitentiam ſuadet. 185
Pœnitentia continuata, & in Deum directa. 183
Fructus Pœnitentiæ pomis gomorrhæis ſimiles non ſint. 183
Pœnitentiæ fructus omnia membra, & omnes animæ facultates producant. 184
Vera pœnitentia ſtatim fructus parturit, nuda deſideria non habet. 184
In pœnitentia nuda verba non ſufficiunt. 185
Deo tantùm pœnitentiæ fructus offerendi. 185

Pœnitentia

Pœnitentia diuturna ſit. 186
Timor,& ambitio à verâ pœnitentiâ auocat. 187
Totâ vitâ pœnitentia ineunda. 155
Malorum conſortium auocat à pœnitentia. 155
Pœnitentia non differenda. 156
Omnibus agenda pœnitentia. 156
Pœnitentia veræ pulchritudinis mater. 307
Ad pœnitentiam currere vt ceruus quiſque debet. 307
Qui grauiùs deliquit, maiora pœnitentiæ ſigna edere debet. 109
Pœnitentes Deus honorat. 9
Pœnitentia regni cæleſtis clauis. 157
Solius pœnæ metu agenda pœnitentia non eſt. 158
Pœnitentiæ vis. 158
Cœleſtia bona non terrena ſpectat verus pœnitens. 159
Vbi pœnitentia ibi bonorum copia. Expenſus Moſes. 306
Ad pœnitentiam vel honorificis titulis homines Deus flectit. 1071
Ad pœnitentiam amore, non timore duci debemus. 1420
Celari verus pœnitens non cupit ſuas culpas. 1719
Peccata quæ pœnitentia non delentur multiplicantur. 745
A pœnitentia abhorrere, quàm graue piaculum. 665
Mortis memoria ad pœnitentiam ducit. 665
Vera pœnitentia quanti apud Deum meriti, ac honoris. 25
Magna reprehenſione dignus qui pœnitentiam ſimulat. 178
Tumor & ambitio à verâ pœnitentiâ auocat. 187
Pœnitentiæ,& gaudij nexus. 315
Vita hæc noſtra perpetua pœnitentia ſit. 1158
Etiam ſanctus à pœnitentiæ operibus non abhorret. 166
A prauis affectibus pœnitens abeat. 176
Vera pœnitentia ad Chriſtum nos vrget, non ad Chriſti hoſtes. 1315
Cita pœnitentia ſit. 1307
Pœnitentiam citò init, qui diuinorum verborum recordatur. 1307
Peccandi occaſionem fugere veræ pœnitentiæ nota. 1307
Sera pœnitentia, ſera boni inquiſitio, fatuitatis notam vix eluere poteſt. 1173
Pœnitentiæ verba diabolus timet. 1316
Nihil adeo dæmones torquet, quàm cum vident, Chriſti doctrinâ homines ad pœnitentiam vocari. 1447
Delicti pœnitentiam vt Deus honoret. 26
Ad pœnitentiam,& confeſſionem peccatorum delinquentes Deus omnibus modis allicit. 1092
Pœnitentia ſolidum gaudium parturit. 305
Veræ conſolationis mater pœnitentia. Expenſus Iſaias. 160
Pœnitentiæ neceſſitas vt collecta. 1425
Pœnitentiæ remedium in Apoſtolorum Principe. 1299
Digni pœnitentiæ fructus vt producendi. 176

Politicus.

Politica agendi ratio quàm noxia. 1610

Pompa.

Deſinere in Dei cultum terrena omnis pompa debet, omnis honor. 1053

Poſſeſſor.

Diuitiæ poſſeſſores ſuos facilè efferant. 616

Poſtulare.

Quàm facilis ad poſtulata concedenda Chriſtus ſit. 1034
Nemo innocentiæ ac ſanctitati ſuæ adſcribat, quòd à Deo poſtulata accipiat. 447

Præceptum.

Omnia Dei præcepta obſeruanda, nulla tanquam minima negligenda. 1112

Preces.

Aliorum preces humiliter quærendæ. 1471
Sancti precibus adeundi. 388

Prædicatio, Prædicator.

Prædicationis dignitas minimè deturpanda. 610
Prædicator auditorum vtilitatem, non ſuam, quærat. 1506
Doctor Euangelicus omnium curam habere debet nullum contemnere. 1506
Prædicator ne aliud doceat, aliud agat. 183
A prædicationis munere auocare homines ſtudet diabolus. 257
Prædicator in cælo mente verſari debet, antequàm munus ſuum exerceat. 1416
Prædicatores ſuos auditores periculis non exponant. 720
Prædicator doctrinam auaritiæ velamine non tegat. 375
Diu cum Chriſto eſſe debet, qui Chriſtum aliis prædicaturus. 1500
Prædicatio rerum temporalium amore minimè abſcondenda. 1515
Prædicator otio non torpeat. 318
Hominum non diuitiarum piſcator Prædicator eſt. 318
Satanam ſternat prius, qui prædicatoris officio ritè fungi vult. 298
Prædicatores ſuos quanti Deus faciat. 298
Prædicationis munus non facilè ſuſcipiat, qui per vitæ auſteritatem non prædicauerit prius. 913
Prædicationis tempus cum iuſti opprimuntur. 300
Prædicatores omnibus ſe demittant, vt omnes lucrentur. 55
Qui Patriæ, & parentibus addictus prædicationi ferè ineptus. 304
Angelicam vitam debet inſtituere, qui prædicationis exercet munus. 1410
Prædicator concordiam, non diſſidia foueat. 309
Prædicatorum afflictio diuitum exitium. 167
Vitâ, & moribus docere excellens prædicationis genus. 381
Prædicatoris forma qualis & quales notæ. 1764
Mitis eſſe debet, qui prædicationis exercet munus. 617
Prædicator aliud agere non debet, aliud docere. 1419
A mundi floribus ſe prædicator ſubducat. 303
Rerum terrenarum retia relinquat Prædicator, vt homines capiat. 321
Minimè intumeſcat prædicator, quòd auditores fructificent. 1516
Tunc maximè Dei prædicatione indigemus, cùm mali homines ſæuiunt in bonos. 1457
Verba aurea Prædicator euomat, non inutilia. 332
Inani gloriæ prædicator non litet. 313
Vita,& moribus prædicandum. 308
Terrorem lenitati iungat prædicator. 1391
Prædicationi adeſſe, quanti referat. 548
Quod quis prædicatione aliis ſpargit ſuum prius operibus efficiat. 728
Doctorum prædicatione omnis amaritudo ab auditorum

auditorum animis auferenda. 368
In Dei ſeruos,verbique diuini prædicatores ſæuire,quàm grande facinus. 27
In prædicatore nihil non vocale. 1412
Chriſti prædicator totus vox, non ore ſed toto corpore ad Chriſtum vocat. 561
Prædicator curare alius debet à morbo liber. 150
Euangelij prædicatores quanti à Chriſto fiant. 1759
Vide, *Doctor.*

Prælatus.

Prælati,& ſuperioris nomen non meretur qui torpet,& dormit. 1262
Prælati ſubditis compatiantur. 1256
In prælatis dignitas colenda, non curioſè diſcutiendi mores. 634
Prælati communibus Eccleſiæ bonis ad priuata commoda, & minus ad proprias voluptates ne abutantur. 933
Vide, *Præſul.*

Præmium.

Et præmiis Chriſtus allicit,& pœnis terret. 1163
Obedientiæ præmium quàm magnum. 635
Sua præmia vult magnifieri Deus, & cætera deſpici. 417
Bonorum operum præmium,& merces. 1221
Non præmij ſpe,ſed amore in Dei obſequium laborare perfectum eſt. 1222
Præmij cæleſtis ſpe omnes labores promptè ſubeundi. 1015
Imitatores Chriſti virtutis amore,non præmij boni ſunt. 1617

Præſentia.

Chriſti præſentia omnis calamitatis memoriam abolet. 508
Quàm vtilis Chriſti præſentia & aſpectus. 795
Chriſti præſentia quàm nobis vtilis. 568
Qui Dei præſentiam non cogitat facilè in immania quæque ſcelera labitur. 1225
Dei præſentia quàm vtilis 800
Chriſti præſentia & verba ab omni terrenarum rerum ſolicitudine auocabat. 1605
Qui Chriſti præſentia fruitur non facilè deficit. 850
Chriſti præſentia, operumque eius vox quàm efficax. 644
Magnus ex Chriſti verbis atque præſentia profectus. 595
Quàm vtilis Chriſti præſentia & aſpectus. 795
Chriſti præſentia quàm ingentis gaudij mater. 1397
A Chriſti præſentia abire non poteſt, qui Chriſtum amat. 903
Chriſti præſentia quantæ ſit virtutis. 558
Chriſti præſentia quantas vires & animos addat. 1722
Chriſti præſentia quàm vtilis. 1534
Præſentiam ſuam capeti Chriſtus vult. 567
Facilè labitur qui à Dei præſentia facilè ſe ſubducit. 963
Nudus panis quàm ſuauis,quem Chriſti præſentia condit. 1605
Quàm vtilis Chriſti præſentia. 582
Chriſti præſentia quàm vtilis. 1482

Præſepium.

Præſepium regium palatium eſt in quo Chriſtus, & eius mater. 104

Præſul.

Ægrè ſanantur, qui in ſacrorum præſulum conſpectu iacent. 1463
Præſules maximè, malè de ſe opinandi occaſiones ne dent,& an dederint exquirant. 864
Rari ſunt qui benè Eccleſiæ Dei præſint. 1160
Seruum ſe non Dominum eſſe cogitet Præſul. 1160
Nec decipi nec decipere Præſul debet. 1160
Præſulis eſt,ſeruire potiùs,quàm imperare. 1161
Beatus, & felix Præſul, quem paratum Dominus inuenerit. 1162
Præſules, & Sacerdotes minimè contemnendi. 1293
Præſules, ac Principes ſuorum potiùs ſaluti conſulant,quàm ſuæ gloriæ. 873
Præſul omnibus virtute præluceat. 373
Præſul indignus pontificia ſede, cuius animo furor dominatur. 1291
Præſules & doctores tantâ cognitione pollere debent,vt Prophetæ dicantur. 488
Perſtricti Paſtores qui laſciuiore habitu ouibus nocent. 489
Præſul ſuos viſitet. 519
Magis de aliis quàm de ſeipſo ſolicitus eſt, qui aliis præeſt. 251
Præſul ſuorum conſeruum ſe eſſe ſciat. 1164
Præſul ſuos ab hoſtibus tueri, veluti ciuitas ciues debet. 373
Præſulum eſt,ſubditorum onera ferre. 934
Præſul,ac ſuperior vigil & ſollicitus: Tactus Paulus. 88
Præſul qualis in ſuos eſſe debet. 1715
Præſulum vigilantia commendatur. 1717
Doctores,præſuléſque, licèt alij cadant, ſtare debent. 371
Vide, *Prælatus.*

Præſumptio.

Præſumptio peccati permiſſu comprimitur. 1302
Præſumptio quàm grauiter punienda. 1254

Prauitas.

Vnius imperantis prauitas quantum in aliorum animis poſſit. 548

Princeps.

Multorum doctorum inſtar, vnius principis vita. 1609
Res piæ ſerò ad reges,ac principes deferuntur. 762
Principes ſuorum commodum ſtudeant. 1037
Neminem Ieſu fauere Principes ſacerdotum volunt. 1313
Principes viros,relicto regno, Chriſtum quærere, inter prodigia. 49
Principes & primates ſæpe ſibi omnia deberi putant. 1545
Principes à quiete ſæpè immunes. 1628
Inſolens eſt ſpiritualia Principes viros primos ſcire. Tactus Ionas. 50
Princeps, adulatorum rationem minimè habeat. 868

Probitas.

Suorum probitatem probat Deus. 40

Prodere.

Væ illis qui homines produnt. 1236

Profectus, Proficere.

In Dei obſequio ſemper debemus creſcere. 938
Aliorum profectus promouendus, non decutienda germinans fides. 1216
Iuſtus ſemper nouo profectu naſcitur. Dauidis locus. 6
Suorum profectui vbique inuigilat Chriſtus. 1519
Profectus in Dei via. 563
Non habere tantùm, ſed profeſſe ſua doctor debet. 756

In

Io Dei obſequio ſemper proficiendum. 906
In booo ſemper proficiendum. 1648
Boni tunc maximè incipiunt ſæuitiem ſentire malorum, quum magis proficiunt. 737
Quotidie proficere debemus & ſanctiores euadere. 437
In booo ſemper proficieodum. 1748
Paulatim ad magna exurgeodum. 1516
Chriſtiani oota ſemper in virtutibus proficere. 213
Qui grandia molirur, paulatim pergat. 600
Io virtuta debemus ſemper creſcere. 936

Promittere.

Plura Chriſtus exhibet, quàm promittat. 1763
Saranæ calliditas in rerum mundanarum promiſſione. 280
Sataoæ promiſſio deceptio eſt. 279

Propheta.

Occiſores Prophetarum quioam dicantur. 1136
Voo ſpiritu loquuti prophetæ. 1408
Prophetarum verba Dei verba ſunt. 973

Propinqui, Propinquitas.

Propioqui ferè impedimeoto eſſe ſolent, magnum aliquid præſtaturis. 1505
Propinquitatis ius vnde ſumendum. 714

Proſperitas.

Vbi proſperitas temporalis deficit, tuoc Ieſus meote ſuſcipitur, dæmon abit. 538

Prouidentia.

Quò magis proficimus, eò magis Dei prouidentiam cognoſcere ac venerari debemus. 846
Dei erga nos prouidentia. 928

Proximus.

Dei amor Proximi amori ſubſternendus. 399
Io Chriſtum reſilit quicquid proximo fit. 1204

Prudentia, Prudens.

Vt tuta ſimplicitas ſit, prudeotia præmitteoda. 620
Prudentes ſimus io aliorum ſalute quæreoda, & in axtollenda virtutis cruce. 619
Prudentum eſt imprudeotes ioſtruere, & ad booum excitare. 1168

Pugna, Pugnare.

Cum omnibus dæmooibus pugna Ineunda, oon cum vno ſolo. 1446
Multi ante ſpiritualem pugnam fortes, io pugna animo cadunt. 1289
A priocipio vſque ad finem contra vitia pugnaodum. 32

Pulchritudo.

Extima pulchritudo æſtimanda non eſt, ſed intima. 1141

Punire, Punitus.

Quam ſæuerè puniti, qui Virginem Deo plenam hoſpitio noo reeepêre. 143
Quàm ſeuerè eos puniat Deus, qui duri io proximos ſuos ſunt. 966
Noxia verba quàm ſeuerè punienda. 700

Puritas, Purus.

Animæ puritas Deo placet, diſplicent qui eam polluunt. 1058
Purus quiſque ad Euchariſtiam accedat. 1097

Putreſcere.

Peccatum, in animâ, longâ conſuetudioe ne putreſcat. 369

Q

Quærere.

SAtanici ſpiritus eſt ea quærere, quæ nulli proſunt. 264
Non meretur Deum iouenire, qui fictè quærit. 94
Noo plenè Chriſtum quærit, qui ſibi tantùm quærit. 908
Nihil extra Deum quærendum. 119

Quies, Quieſcere.

Animæ quies quærenda, noo corporis. 676
Io nulla re, quæ infra Deum quieſcere aoimus poteſt. 1001

R

Radix.

SAncti oon facilè quatiuntur, quia in cælo radices figuot. 657
Noo exciodirur, qui radices in cælo agit. 199

Rapina.

Laudabilis rapina, quâ cælum rapitur. 664

Ratio.

Rationis expers viderur, qui malè viuit. 942

Recreare.

Suos ſe ipſo Chriſtus recreat. 672

Regnum, Rex.

Ferè vitiorum domicilia, qui regum ioceluot palatia. 660
Regum eſt, Sacerdotes de diuinis conſulere. 79
Regium culmen vmbratile, quod Chriſtus non ornat, & animat. 22
Extimè tantùm rex eſt, qui externè tantùm ob ſcelus cootriſtatur. 775
In bouo cooſtantiam ſeruent reges, ooo in malo. 776
Verus Rex, qui noo ſibi, & faſtui, ſed Chriſto ſolium parat. 24
Regis eſt, benè operari. 53
Regis oexus, & ſeruitutis. 53
Reges in ſuos beneſici eſſe debeot. 54
Regibus turbatio agnata. 74
Malus rex diabolo ſeruit, dum aliis imperat. 80
Clemeos, & pius Rex ſit. 1082
Qui ſuper homioes eſt hominem ſe cogitet. 1082
Prodigij loco habeodum Reges regno relicto Chriſtum quærere. 50
Reges non mious legi Dei parere debent, quàm ſubditi. 688
A regis notâ abit rex, qui iuſtitiæ non litat. 729
Reges regiam dignitatem vbique ſeruent. 1088
Regis nexus & nuditatia. 1741
Regia nota, mala pati, & benè agere. 23
Regiæ dignitatis ioſigne inſignis ſanctitas. 25
Regis eſt ſubditos paſcere. 88
Mali regis exemplum ad malum alios prouocat. 769
Chriſtus Regis honorem admiſit vt homioes ad Deum patrem adduceret. 1052
Reges deſinunt eſſe reges, cum luxui ſeruiuot. 1563
Regum, & Priocipum reuerentia. 9
Probi regis eſt ſuos paſcere.
Mali eſſe volunt Reges, noloot dici. 90
Magnum ſignum, Reges faſtu relicto, ad Chriſtum ire. 64
Regna terrena, terrenaque gloria ob oculos non habenda. 284
Nos ex nobis ad Dei regnum pergere oon poſſumus. 437
Felix regnum, & Rex, cuius ſceptrum diaboli Regnum deſtruit. 1343
Vnius iuſti perditio totius regni ruina. 1570
Regni gloria citò perit. 1566
Sub regno ſeruitus latet. 288

Regni

Regni Cæleſtis hæreditas cum Cruce cohæret. 1031
Regna terrena vix regni nomen merentur. 468
Regni & principatûs inſtabilitas. 1648
Cadauerosum eſt regnum, Dei ſeruis veluti animâ deſtitutum. 774
Stare regna nequeunt, in quibus Dei cultus non ſtat. 1685
Pœnitentiæ & regni nexus. 1558
Regna terrena nihil eſſe iudicaremus, niſi diabolus nobis imponeret. 286
Regna Chriſto ſubiecta ſint. 115
Regnorum robur, ac fortitudo templa Deique cultus. 1138
Flammas pro regnis promiſſis dæmon exhibet. 272

Religioſus, Religio.

Religioſi viri vbi ceciderunt difficile reſipiſcunt. 178
In Religione quidam cæleſtis gloriæ ſapor. 905
Religioſi ſine comite non eant. 1045

Relinquere.

Se quiſque inter relinquenda numeret. 337

Renuntiatio.

Perfectæ renunciationis exemplum in Matthæo. 1478

Reprehenſio, Reprehendere.

Extollenda quæ laude digna, vt reprehenſione digna ſine reprehenſione non abeant. 882
Meretur acriter reprehendi, qui bonitatem ſimulat. 315

Repudium.

Libellus repudij cur ſcriberetur. 974
Cæremoniæ quæ in libello repudij religioſè obſeruabantur moram fouebant. 975

Requies.

Requiem ſuis tribuit Chriſtus. 672
Mentis requiem corporis labor non tollit ſed fouet. 676
Sub iugo requiem inuenit, qui iugum ſponte tollit. 677
Requies non in terrenis, ſed in cæleſtibus quærenda. 329

Reſipiſcere.

Perditos homines reſipiſcere, quàm dæmonibus graue. 1447

Reſpondere.

Verbi reſpondendi vis. Eius profectui cum quo loquimur reſpondere debemus vtilia proferentes. 667
Reſpondere quid. 121
Qui à Deo vocantur ſtatim reſpondeant, vt boni audiant, qui mali fuerant. 1087
Cum vocamur ſtatim Deo reſpondere debemus, nec cunctari. 1171

Reſurrectio, Reſurgere.

Cur alij cum Chriſto reſurrexerint, & quando. 1377
A vitiis ad virtutes tranſmigremus reſurrectionis gloriam viſuri. 1400
Parandus reſurrectioni, & diuinis myſteriis excipiendis animus. 1393
Cur, Mariæ Virgini Chriſtum apparuiſſe poſt reſurrectionem, Euangeliſtæ non dixerint. 1755

Reuelatio.

Poſt reuelationes nemo facile, ac liberè ea effundat, quæ humana dictat ratio. 877

Reuocare.

Vitium dimiſſum non ampliùs reuocetur. 528

Riſus.

Deo parenti triſte quodlibet riſus cauſa. 11

S

Sacerdos.

ÆGrè celari ſacerdotum, & Principum peccata poſſunt. 1527
Omnia per ſacerdotes, qui Dei locum tenent, probanda. 506
Sacerdotes ab omnibus honorandi etiam mali 306
Difficile conuertuntur ac ſanantur ſacerdotes qui aliorum medici ſunt. 307
Res ad extremum malorum venêre, vbi ſacerdotes aliorum indigent exemplo. 51
Malorum ſacerdotum vita cæteros à bonis operibus non debet auocare. 1680
Lætum, fauſtumque, cum Dei Eccleſia ab impiis ſacerdoribus liberatur. 4
Sacerdoribus ſe ſubmittere, eoſque venerari quàm vtile. Tactus Ioſue. 189
Sacrilegi Sacerdotes Chriſti ſanguine ne ſibi blandiantur. 1326
Caueant ſacerdotes ne nimia ſeueritate pœnitentes in deſperationem adigant. 1317
Sacerdotum eſt homines quodammodo refigulare, in nouam formam Dei ope mutare. 1319
Sancti Dei ſacerdotes eſſe debent. 255
Etiam mali Sacerdotes venerandi ſunt. 79
Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum exemplum quantum cæteris noceat ſi mali, quantum proficiant ſi probi. 1054
Mali ſacerdotes aliis ſapiunt, & non ſibi. 80
Perſtricti mali Sacerdotes. 1313
Sacerdotes & præſules uereri debemus non proſcindere. 1116
Mali ſacerdotes lucris ſtudent, animarum cura neglecta. 1128
Sacramentis imbuti maiori feruore in Deum ferri debent. 1015
Sinè pace ſacrificia ipſa Deo non placent. 586

Sæuities, Sæuus.

Illi ferè in alios ſæuiores qui nimis in ſe blandi. 617
Manſuetudo ſæuitiei præferenda. 901

Saluare, Salus.

Perditos ſaluare, non perdere, gloriæ loco Chriſtus ducit. 1452
Doctores ægrè externis ſignis ad ſalutis viam reuocantur. 63
Doctores plerunque in quærendâ ſalute ab idiotis vincuntur. 1587
Sola magna iactura cùm de animæ ſalute agitur. 496
Iuſti quàm ardenter aliorum ſitiant ſalutem. 95
Salutis impedimenta citò amolienda. 990
Baptiſmalem innocentiam quærat, qui in aliorum ſalutem occupare ſe debet. 213
Omnium ſalus quærenda. 1006
Poſt animæ ſuæ ſalutem etiam aliorum ſalus quærenda. 127
Perditarum animarum ſalutem quærere quàm operoſum ſit. 1431
Totus in humanâ ſalute quærendâ Chriſtus fuit. 1431
Per vnum Chriſtum omnes ſalutem conſequuntur. 62
Sola magna iactura cùm de animæ ſalute agitur. 496

Animarum ſalus præcipuè quærenda, & ad eam omnia dirigenda. 651
Noſtram ſalutem quætit Chriſtus licet nos dormiamus. 1271
Deſperata ferè eorum ſalus, qui cùm perditè viuant probos ſe exiſtimant. 580
In Cælum meretur rapi, qui aliorum ſaluti dat operam. 1765
Animarum ſalus, non propria gloria, quęrenda. 637
Aliorum ſalus omnibus modis quærenda. 1540
Perfidorum hominum eſt, aliorum ſalutem impedire. 1636
Noſtram ſalutem quàm ardenter Chriſtus quærat. 1360
Per vnum Chriſtum omnes ſalutem conſequuntur. 62
Ad noſtram ſalutem quærendam vt Chriſtus vrgeretur. 213
Qui Chriſtum ſequitur alienæ ſalutis cura ſtatim tangitur. 322
Etiam aliorum ſalus ſollicitè quærenda. 728
Suæ ſalutis ſit quiſque ſollicitus. 1234
Aliena ſalus quàm ſtudioſè quærenda. 208
Malorum pœnis, ac minis ab aliorum ſalute quærenda auocari non debemus. 300
Curanda noſtrorum ſalus. 599
Baptiſmalem innocentiam quærat, qui in aliorum ſalutem occupare ſe debet. 213
Feruenter aliorum ſalus quærenda. 1067
Salutis documenta vbique & omni tempore exhibenda Chriſti exemplo. 1283
Corporis valetudo tandiu quærenda, quandiu animæ ſaluti prodeſt. 539
In re ſalutis non ita fidamus aliis, vt nos torpeamus. 508
Animæ ſalus corporis ſaluti præferenda. 1485
Nec ſimulatè quidem noſtram ſalutem petit dæmon. 242

Sanctus.

Sanctorum interceſſio quàm nobis vtilis. 826
Bonorum eſt, bonos venerari, & ſanctorum, ſanctos colere. 1457
In quouis ſtatu ſanctus quiliber eſſe poteſt. 532
Semper probæ vitæ actibus Dei nomen ſanctificari debet. 436
Ab omnibus ſanctificari Dei nomen debet. 436
Per ſanctitatis ſcalam aſcendere ad Deum debemus. 35
Externa ſanctitatis ſpecies parum prodeſt 1141
Nullus adeo ſanctus qui creſcere in ſanctitate non debeat. Expenſus Leuitici locus. 436
Quò quis ſanctior, eò ad ferenda dura promptior eſſe debet. 222
Sanctitatis oſtentatio fugienda. 1120
Paulatim ad ſanctitatis culmen pergendum. 437
Sanctitas à templi cultu. 254
Simulata ſanctitas duplex iniquitas. 1096
De alienâ ſanctitate nemo ſibi blandiatur ſi malus. 1097
Vera ſanctitas in quo ſita. 1763
Etiam per alios adhærere Chriſto volunt ſancti. 647
Sanctitas è cœlo hominibus obuenit. 1430
Sancti ſemper ſanctiores fieri quærunt. 1423
Sanctorum patrocinia quibuſnam proſint. 602
Etiam extra templum ſanctitati litandum. 273
Quò ſanctior quiſque eſt, eò ad maiora diſcrimina vocatur. 548
In ſanctos magis ſæuit dæmon. 226

Sanguis.

Chriſti ſanguis contra nos teſtimonium dicit. 614

Prauorum temeritas, qui de parentum ſanguine gloriantur, ab illis degeneres. 187
Chriſti ſanguis in paſſione effoſus quantam fortitudinem affricare mentibus poſſit. 1745
Chriſti ſanguis omnia ſanctificat. 255
Chriſti ſanguis tubæ vicem ſubit. 1337

Sanitas, Sanare.

Ægros perfectè Chriſtus ſanat: vt perfectam ſanitatem animæ quæreremus. 571
Bona eſt ſanitas, quæ mentem ad cœlum excitat. 1598
Sanitatem alteri nullus debeat, quàm Deo. 503
Qui citò ſanari vult, citò ad Deum recurrat. 503
Animæ ſanitas prius quærenda, quàm corporis. 499
Sanitas corporis quanta cautione petenda. 499
Sanitate in Dei obſequio vti debemus. 536

Sapere, Sapientia.

Mali ſacerdotes aliis ſapiunt, & non ſibi. 80
Sceptri, & ſapientiæ nexus. Dauidis locus. 51
Suæ ſapientiæ nullus fidat. 624
Inſulſa ſapientia, quam vnitas non condit. 1633
Sapientia niſi Deo ſacrata ſtultitia eſt. 114
Sapientiæ, & mortificationis nexus. ibid.
In obedientiâ nemo plus ſapiat, quàm ſapere oportet. 126

Satiare.

Chriſtus ſolus ſufficit, ſuorum vota ſatiare. 1623

Saxum.

Saxum magnum cur Chriſti monumento aduolutum. 1384

Scandalum.

Puſillorum ſcandalum viretur. 874
Nec illos videre tutum qui nobis ſcandalo ſunt. 395
Qui magnus non facile ſcandalizatur. 940
Quàm grauem pœnam ſubiturus qui multis ſcandalo eſt. 943
Vix de mundo eſſe videtur cui aliena vitia ſcandalo non ſunt. 944

Scelus.

In ſceleribus ad maiora ſemper itur. 1696
Vide, *Peccatum.*

Sceptrum.

Indignus ſceptro Iudæus, qui ſæuit in Chriſtum. 16

Scientia.

Scientiæ opinio in ſuperbiam homines erigit. 810
Scientia tumidi arguuntur, vt detumeſcant. 687
Cæteris nequiores qui ſcientia tument. 855
Scientia templi ornatus; & ſacerdotum. 1373
Vbi ſcientiæ donum, ibi culpa magis inexcuſabilis. 1486
Superbia intumeſcit qui ſæculi ſcientia imbuitur, ſecus qui diuina. 860

Scribere.

Scribendi munus quanti apud Deum meriti. 10

Scriptura ſacra.

Scripturis abuti ſatanicum eſt. 265
Scripturarum imperitia multorum malorum cauſa. 580

Sæculum.

In oratione, ſæculi bona non facilè petenda. 426
Eò perfectius videmus Deum, quò magis ſæculo morimur. 356
Vide, *Mundus.*

Securus.

Perſtrictus, qui peccatis obruitur & ſecurus agit. 1147

Seditio.

Tumultus,& ſeditiones quiſque ſtudeat impedire. 1250

Segnities.

Segnities omnis in Dei obſequio auferenda. 1410

Seminare.

Benè bonum ſeminat,qui in Deum refert quicquid agit. 738

Perſtricti, qui diſcordias inter alios ſeminant. 698

Semita.

Quinam rectas facere ſemitas dicatur. 1414

Senſus.

Quinque ſenſuum imperium vbi excuſſerimus, cæleſtis gloriæ guſtus nobis exhibebitur. 894

Senſus amica,Chriſti amicus non quærit. 1724

Separari.

A Chriſto ſeparari Chriſti cultor horret. 907

Sepulchrum.

Sepulchra qualia olim. 556

Difficile excitari poterit, qui circa ſepulchrum torpet. 1588

Cur in ſepulchris dæmoniaci habitarent. 556

Diuitum in ſepulchris faſtus arguendus. 1382

Proprium ſepulchrum habere cur Chriſtus noluerit. 1383

Proprio ſepulchro carere cur Chriſtus voluerit. 1383

Dormire circa ſepulchrum non debet, qui perennantam vitam cogitat. 1388

Sequi.

Ægrè Chriſtum ſequitur, qui pecuniis ſeruit. 575

Seraphim.

Vt nudum Chriſtum cooperias Seraphim amore referas. 1350

Sermo.

Perditiſſimæ eſt mentis Chriſti ſermonibus non proficere,ſed in deteriora labi. 695

Qui ieiuniis vacat Diuini ſermonis epulas inquirat. 252

In ſermone aliquem capere facilè eſt. 1099

Sermo facile probat,qualis quiſque ſit. 1458

Seruitus, Seruus.

Dei Filium refert, qui à ventris ſeruitute liber. 244

Qui verè Deo ſeruit, ſe putat ſemper incipere. 1413

Serui dominorum ſuorum veſtigia ferè premunt, eorumque mores imitantur. 1274

Serui Dei aliquid contra legem Dei fieri ipſis conſentientibus adduci non poſſunt. 898

Cadaueroſum eſt regnum,Dei ſeruis veluti animâ deſtitutum. 774

Probo dominorum exemplo ſerui boni fiunt. 511

Curent domini vt ſerui probi ſint. 512

Immunis à culpa Chriſti ſeruus ſit,vt nec inuidus cenſor in eo graue aliquid quod reprehendat inueniat. 813

In ſeruos nimis non ſæuiant Domini. 515

Charitas in ſeruos vt commendata. 516

Hominum ſerui malè torquentur: Dei ſerui torquentur bene. 516

Serui Dei in domo Dei ſtant: hominum ſerui in hominum domo iacent. 517

Deus non ex quanto tempore, ſed quo corde illi ſeruiatur,pendet. 1772

Verus Dei ſeruus vehementer dolet, cum Dominum videt iniuria affici. 741

Seruos ſuos quanto honore Chriſtus proſequatur. 1398

In Dei ſeruos, verbique Diuini prædicatores ſæuire,quàm grande facinus. 27

Sub regno ſeruitus latet. 288

Perfectè Deo ſeruiendum,non ſemiplenè. 1474

Malus rex diabolo ſeruit,dum aliis imperat. 80

Charitas in ſeruos vt commendata. 516

Deo vt quis ſeruiat,mundo renunciet. 1107

Seruilis conditio non ſpernenda. 513

Pietas & charitas erga ſeruos lecto decumbentes. Expenſus locus 2.Reg. 514

Serui vnius curâ tangi Dominus debet ſerui cauſâ non ſui. 515

Serui domi curandi. 510

Serui innocentes nihil latere Dominum volunt. 739

Regis nexus & ſeruitutis. 53

Præſulis eſt,ſeruire potiùs,quam imperare. 1161

In Chriſti ſeruis Chriſto ſeruiendum. 536

Sexus.

Maria ſexus ſui decus,omnem ab eo notam abſtulit. 26

Signa.

Signa facienda ad petentis ſalutem, non ad auctoris iniuriam. 250

Similitudo.

Rerum ſimilitudine nos dæmon decipit. 239

Simplicitas.

Vt tuta ſimplicitas,ſit,prudentia præmittenda.620

Simulare.

Multi in verbis innocentiam ſimulant, malitiam corde fouent. 1237

Tunc mali maximè cauēdi cum ſanctitatem ſimulant;& ad Chriſtum accedere ſe fingunt. 860

Simulata ſanctitas duplex iniquitas. 1096

Societas.

Improborum ſocietas quàm noxia. 1290

Solatium.

Qui Chriſti ſolatium quærit, humanum non expectet. 1757

Solemnitas.

Solemnitatum ſanctitate impij à malis haud coërceutur. 1694

Solicitus, Solicitudo.

De ſuorum ſalute quàm ſoliciti Chriſti exemplo, eſſe debeant paſtores. 1306

Soliciti ad malum mali ſunt. 1732

Solicitudinum huius ſeculi & ærumnarum nexus. 1513

Angelicæ cuſtodiæ ſolicitudo nos ad Dei amorem prouocat. 945

Solicitudo & vigilantia in rerum ſpiritualium acquiſitione. 1174

Vt noſtræ ſalutis ſolicitus ſit Chriſtus. 434

Difficilè rerum terrenarum ſollicitudo euelli à mentis humo poteſt. 467

Solitudo.

In ſolitarios maximè ſæuit diabolus. 229

Spectaculum.

Dæmonis ſtudium vt homines à Chriſto auocet, ad inania ſpectacula excitet. 557

Spectare.

Omnia,quæ agimus,ſpectare cælum debent. 418

Sperare, Spes.

Tunc maximè in Dei auxilio ſperandum cum humanum deficit. 623

Spes in Deum iacienda, non proptiis viribus fidendum. 545

Spes

Spes in Chriſtum iactanda. 1603
Iu Deo, non in hominibus ſpes noſtra eſſe debet. 1371

Spina.

Peccatotum noſtrorum ſpiuis contexta Chriſti corona. 1340
Spinæ, quæ in Chriſti corona ad Chriſti amorem nos prouocant. 1341
Spinæ, quæ in coronâ Chriſti ad Chriſti amorem nos prouocant. ibid.

Spiritus ſanctus.

Spititui ſancto teſiſtere quàm Chriſto diſplicear. 699
Res noſtræ peſſimè ſe habent, cum res ſpirituales non negligimus tantùm ſed faſtidimus. 1084
Incatnatio Spititui ſancto ttibuta, quia Amoris opus. 37
Citò iuſormantur, qui Spiritus ſancti magiſterio docentut. 110
Veris bonis non affluunt, qui à ſupera ſpiritus gratia abſunt. 483
Gaudium, quod extra Spiritum ſanctum, inane eſt. 102
Otij, & vmbræ oſor Spiritus ſanctus. 221

Spiritus, Spiritualis.

Cur ſpiritum non animam emiſiſſe Chriſtus dicatur. 1372
Dæmon cur immundus ſpiritus dicatur. 707
Ptius quærenda, quæ ſpiritualia. 498
A rerum externarum amore ſe ſubducat ſpiritualia cogitaturus. 426

Splendidus.

Quò quis maior, & ſplendidior, eo humilior eſſe debet. 332

Spongia.

Pletique vt ſpongiæ ſunt, iniquitatem ebibunt, licet bibiſſe non videantur. 1371

Sponſio.

Morte grauidæ ſatanæ ſponſiones. 281

Sponſus.

Auferri ſponſus cur dicatur. 584

Stare.

Serui Dei in domo Dei ſtant: hominum ſerui in hominum domo iacent. 517
Stare vix poteſt, qui auaritiâ premitur. 576

Stella.

Stellæ ducatum amittit, qui conſilium à malis petit. 69
Stella in ſpem regni cæleſtis nos erigit. ibid.
Stella quæ duxit ad Chriſtum dulcedinem portendit non amaritudinem. 70

Subditus.

Subditi nimio labore non ſunt premendi. 1577
Subditorũ errores ferè ſuperioribus tribuũtur. 645
Præſulum eſt, ſubditorum onera ferre. 934
Subditi ſuperiorum exemplo facilè prouocantur. 1047
Nullum adeò immane ſcelus, ad quod ſubditorum malitia, ſuperiorum impiorum exemplo non trahatur. 143
In ſubditos plerunque ſæuit qui non ſæuit. 1164
Oues ſubditi ſint, & mites, ac manſueti. 88
Subditi ferè à ſuperioribus malitiam ebibunt. 1732

Subiici.

Ambitioſus, vt imperet prius ſubiicitur. 280

Suggeſtio.

Noxiæ malorum ſpirituum ſuggeſtiones. 496

Superbia, Superbus.

Superbiæ ventus comprimendus. 1520
In humilitate quies, in ſuperbiâ labor eſt. 676
Magis arguendi, qui ſtrepitu, ac clamore ſuperbiam ſuam produnt. 1016
Quòd Chriſti oues ſimus ſuperbire non debemus. 947
Superbus torquetur cum alieno imperio cedere cogitur. 559
Nihil magis ſuperbo diſplicet quàm irrideri. 142
Superbi ſibi omnia debita credunt, quæ ſuam tangunt gloriam. ibid.
Excutere ſuperbi cuiuſlibet imperium ſatagunt. 701
Faſtum & ſuperbiam vitet, qui Chriſto cupit adhærere. 542
Superbi potiùs perire volunt, quàm ab aliis conſilium petere. 179
Superbi ſe & ſua aliis præferunt. 581
Hominum ſuperbia Chriſti humilitate ſananda. 207
Non ſuperbis, ſed humilibus cæli regnum datur. 1033
Faſtum & ſuperbiam vitet, qui Chriſto cupit adhærere. 542
Superbia fabricæ ſpirituali maximè nocet. 496
A iuſtitiâ abit, qui ſuperbia tumet. 210
Superbiæ periculum maximè vitandum. 1518
Vide, *Humilitas.*

Superfluitas.

Ad ſuperflua ſatanas incitat. 241

Superior.

De ſuis ſoliciti ſint ſuperiores. 1646
Quantum referat ſubditorum culpas à ſuperioribus argui. 1282
Subditorum culpæ ſupinæ ſuperiorum negligentiæ tribuuntur. 956
Nullum adeò immane ſcelus, ad quod ſubditorum malitia ſuperiorum impiorum exemplo non trahatur. 143
Perſtricti ſuperiores qui ſubditos in Chriſtum armant, cum ſubdere Chriſto debeant. 1273
Superiorum ſolicitudo ſubditorum infirmitati reſpondeat. 1271
Ad ſuorum captum ſe attemperet ſuperior. 1687
Superiorum incuria, & deſidia in ſubditos tranſfunditur. 1268
Superioris abſentia ſubditis noxia, præſentia vtilis. ibid.
Superior quandoque ſubditos laborantes laudet, vt alacriores laudibus reddat. 1183
De ſuorum profectu ſuperior gaudeat. ibid.
Superior maximè arguendus licet omnes peccent. 1267
Subditorum defectus ferè ex ſuperiorum defectu deſcendunt. 581
Superioris lenitas aliorum impetum, & iram coërcet, & temperat. 1240
Superioris vita ſubditorum exemplar. 1263
Quàm exacta & magna ſuperiorum innocentia eſſe debeat. 816
In imperio humanitatem præſeferant ſuperiores. 339
Etiam minores conſulere ſuperiores aliquando debent. 844
Ob Dei offenſam moueantur prius ſuperiores, & ſcientia præditi, vt moueantur ſubditi: & idiotæ. 1375
Superiores ab illis maximè vitiis ſubditos auocent, quibus vident eos eſſe propenſos. 1424
Facile tranſmittitur in ſubditos, quod eſt in ſuperiore. 1717

Manſuetudo ſuperiorum nota. 616
Superioris vigilentis vbi abeſt magnum imminet periculum. 550
Rectoris & ſuperioris vigilentia quenti momenti ſit. 551
Culparum, quas ſubditi committunt, ſuperiores rationem reddent. 687
Superior quandoque vt ſenet ægrotorum ſe fingit ægrotare. 643
Superioris eſt ad ſublimiorem virtutum, ac perfectionis gradum ſuos prouocare. 841
Iuſtitia potiùs quàm poteſtas in ſubditos à ſuperioribus exercenda. 1037
Superior qui ſubditos ob iuſtam cauſam percutit, percutere non videtur. 1164
Superior vigilet ad vigiliam ſuos hortans. 1262
Subditorum culpæ ſupinæ Superiorum negligentiæ tribuuntur. 956
Superior omnem violatæ legis maculam, & ſuſpicionem aboleat. 897
Pij ſuperioris eſt & mollibus, & duris à malo ſuos auocare. 1236
Mitis, & humilis ſuperior ſit. 675
Superiores tempus inutiliter ne inſumant, ſi tempus conterere ſubditos nolunt. 1180
Superiores ſuorum ſanctitatem, & perfectionem quærant. 890
Perſtricti ſuperiores, & ſubditi qui manum iliis admouere nolunt, quæ ſuper alios imponunt. 1119
Perſtricti ſuperiores qui ſubditos non vt homines, ſed vt iumenta tractant. 1118

Supplicium.

Supplicij comminatio ingens beneficium. 190
Supplicium, quod peccatoribus imminet, quam timendum. 194
Venturi ſupplicij timor ad meliorem frugem homines reuocat. 195

Suſcipere.

Suſcipere verbum quid ſignificat. 1514

Suſpicari.

De Virgine aliquid mali ſuſpicari probibendum eſt. 36
Occaſio, ne de bonis malè quis ſuſpicetur, cauſerenda. 1227

Synagoga.

In ſynagogis vbi lex legebatur legis tranſgreſſores puniebantur. 621

T

Tacere.

ACcuſatus coram Pilato Chriſtus cur tacuerit. 1328
Coram Pilato tacuit Chriſtus, quia ad liberandum eum promptior erat. Perſtricti qui aliter. ibid.

Tardus.

Tarda molimina neſcit, qui Dei ſpiritu agitur. Expenſus Iſaias. 59

Temperantia.

Temperantia in cibis vt commendera. 444

Templum.

Vrbium & regnorum nobilitas templum. 1138
Templum orationis domus, non inutilium colloquiorum. 1056
Perſtricti, qui Dei templum temerant. 1658
In Dei templo Diuina tantùm cogitanda. ibid.
Quo affectu ad templum eundum. 1681
Præcipitium etiam in templis dæmon ſuadet. 256
Quænam mens è templo efferenda. 1683
In Dei templo omnes vnius mentis, vnius voluntatis. ibid.
Corpore à templo abeuntes, abire mente non debent. 1684
In Dei templis de his admonemur quæ ad noſtram ſalutem ſpectant. Expenſus Dauid. 384
In Dei templis ea verſare animo debemus, quæ ad puritatem & pacem ſpectant. ibid.
Templi iniuriam vindicat Chriſtus, & iuſtam vindictam miraculis confirmat. 1059
Perſtricti qui templum Dei violant. 1058
Sacra templa adire quærunt iuſti. 147
Notati qui animæ cæcitatem in templo templi contemptu contrahunt. 1060
Quanti Deus templi ſui reuerentiam faciat. 1142
A templi regulâ cætera dependeant. 1747
Templo iniuriam fieri non vult Chriſtus. 1287
Templi honorem, ac reuerentiam augeri ſtudet Chriſtus. 1060
Templi contemptus, & rerum diuinarum neglectus omnium malorum fons, & origo. 1053
Tumultus vitandus præſertim in Dei templo. 590
Templa frequenter adire quam vtile. 561
Perſtricti qui in templo aliorum ruinam, & ſuam quærunt. 1141
Etiam extra templum Chriſto adhærere debemus. 1140
A templo diſcedentes ad ſecularia, & inutilia tractanda non redeamus. ibid.
Vel templum ipſum de ſuperflua illi impoſita afflictione contra nos inclamat. 469
Peiores, qui templo vicini, mali ſunt. 811

Temporalia.

Euangelici ſpiritus eſt ad Chriſtum ire ſine vllo rerum temporalium amore. 794
Diuina prius curanda, quam temporalia. 1052
Rerum temporalium ſtudio addicti, inepti, qui Chriſtum ſequantur. 543
In rebus temporalibus vehementiùs poſtulet, qui non poſtulat. 500
Rerum temporalium amor abſcendus. 100
Amatores ſuos bona temporalia excæcant, & à Dei cultu auocant. 1129
Indignus eſt, qui Chriſtum ſequatur, qui ob temporalia ſequitur, non ſpiritualis profectus cauſa. 849
Plerumque rerum temporalium causâ aliquâ homines præſtant, quæ non præſtant religionis. 1538
Rerum temporalium amor in omnia vitiorum genera trahit. 274

Tenebræ.

Tenebræ in Chriſti morte cur factæ. 1366
Hæ tenebræ ad reſipiſcentiam Iudæos vocabant. ibid.
Vbi Chriſtus non eſt, tenebræ ſunt. 1368

Tentatio. Tentare.

Tentator cur dicatur diabolus. 236
Orbis doctores tentationibus exercet Chriſtus. 549
Ad peccatum ſollicitari greuiſſima tentatio. 448
Qualiter in tentationibus, & aduerſitatibus orandum. 1263
Cur ſuis tentationes & aduerſitates Chriſtus permittat. 1584
Cur tentari Chriſtus voluerit. 224
Tentandi artem amittit ad Chriſti præſentiam ſatanas. 640

Terra, Terrena.

Omnia terrena ſpernenda. 271
Reqnies non in terrenis, ſed in cœleſtibus quærenda. 319
Qui terrena contemnends docet, terrena contemnat. 604
Qui terrena calcauerit, in iudicio ſuper alios efferetur. 1003
Ex rerum terrenarum affectu maxima peccatorum pars proficiſcitur. 440
Accedit tentator cum terrenum aliquid cupimus. 236
Cur mota terra in Chriſti morte fuerit. 1375
Terrenorum ſolicitudo mentem, animumque diſcerpit, & diſcindit. 469
Qui terrenarum amore tenetur, ægrè conuerti ad Deum poteſt. 1479
Nihil terrenorum amore in Dei obſequio à nobis peragendum. 853
Terram poſſidet, qui terrena contemnit. 341
Malorum mos, tunc maximè terrenis occupantur, cum ſalutis offertur occaſio. 1085
Rerum terrenarum contemptus in iis, qui Chriſtum ſequuntur. 847
Terrenorum affectu facilè homines capiuntur. 279
Nemo tam demens vt ſalutis amore terrena lubens non dimittat. 393
Qui terrenis adhæret ferè æternorum obliuiſcitur. 985
Nihil adeò mentem mœrore afficit quàm rerum terrenarum amor. 1644
Qui cœleſtia tractat ita tractet terrena vt ignorare videatur. 1104
Terrena contemnenda. 1618
Diaboli victima eſt qui terrenarum rerum amore capitur. 169
Qui terrena ſpectant diuina vix percipiunt. 219
Reiiciendus diabolus cum terrena pollicetur. 284
Nimis circa terrena non laborandum. 463
Nihil commune cum terrâ habeat, qui baptiſmalibus aquis abluitur. 216
Difficilè rerum terrenarum ſolicitudo euelli à mentis homo poteſt. 467
Qui toto corde Chriſtum ſequitur terrenarum rerum curam euomit. 778
Verus Dei cultor omnia terrena contemnit. 289
Rerum terrenarum amiſſio nihil facienda. 52
Qui terrena calcauerit, in iudicio ſuper alios efferetur. 1003
Terrenorum amor ſaluti maximè officit. 566

Theſaurus.

Animæ theſaurus omnibus nobilior theſauris. 886
Theſauros verè poſſidet, qui Cœleſtes. 1643

Tibicines.

Tibicines in funere olim adhibiti. 589

Timere, Timor.

Quàm ſtudeat Deus, vt ſua diuina ira timeatur. 29
Nihil timere debet, qui pergit ad Chriſtum. 60
Qui Dei ducatum ſequitur nihil timet. 61
Iudicij tremor & timor, quantus futurus. 1176
Nihil eſt, quod non audeat, qui Dei timorem euomuit. 1126
Quam pœnam timere debeant, qui mala opera præſtant. 492
Quàm ſtudeat Deus, vt ſua diuina ira timeatur. 29
Venturi ſupplicij timor ad meliorem frugem homines reuocat. 195
Iuſtorum eſt ſua, & ſe timere. 1253
Timoris occaſio ſublimatio eſt. 268
Iuſti etiam ob leuem labeculam valde timent. 917
Facilè à iuſtitia deuiat, qui hominum non Dei timore regitur. 766
Qui in Dei amorem ardet nihil timet. 219
Dei timore deſtituta mens ingentia ferè ſcelera committit. 1211
Seruilis timor exuendus, induendus reuerentiæ & amoris. 1396
Impij eos timent, quibus timori eſſe poterant. 1081
Mali ea timent, quæ minùs timenda. 1697
Magis timet, qui magis torpet. 1392
Seruilis timor exuendus, induendus reuerentiæ, & amoris. 1396
Timere Deum debet, qui Dei miſericordiâ abutitur. 1193

Titulus.

Plus honoris habere debent, qui plures, & ſubliniores titulos circunferunt. 10

Torpor.

Torpor & negligentia noſtra in eiiciendo dæmone perſtringitur. 725
Otio torpentes perſtricti. 1013
Torpor excutiendus cum aliquid in Dei obſequium peragendum. 555
Amor leue onus reddit, quod torpor graue. 680
Iudicij mentio excitare torpentes debet. 749
Spiritualis torpor quàm noxius. 1269
Nullâ ſui parte homo torpeat. 418
Perſtricti, qui torpent dum à Deo vocantur. 1172
Torpor quàm noxius. 1268

Torqueri.

Hominum ſerui malè torquentur: Dei ſerui torquentur benè. 516

Tribulatio.

Quanta prouidentia tribulationibus ſuos Deus probet. 792
Tribulatio baptiſmus quidam. 203
Perfecti eſt, in tribulationibus propriis alienis commodis, & alienæ ſaluti ſtudere. 645
In tribulationibus, & iniuriis viræ vetuſtas exuenda. 619
Quàm vtilis tribulatio & aduerſitas. 1585
In tribulationibus fructum cogites, qui animo cadere non vult. 879
Vincula, & tribulationes ſingularis gratiæ, ac beneficij loco iuſti habent. 638
Ingentis amoris ſignum, cum tribulationis Calicem nobis Deus bibendum porrigit. 1030
In tribulatione attentius Dei verba audienda. 639
Paſſiones, & tribulationes coronam gloriæ parturiunt. 1252
Tribulatio & afflictio, vt ſol, quo virtutum germina creſcunt. 1512
Chriſtus in illis quieſcit, qui tribulationibus percelluntur. 1519
Cum magnæ nos tribulationes circumdant tunc maximè ad Eucbariſtiam confugiendum eſt. 1242
In hac vita non gloria, ſed tribulationes quærendæ. 892
Iuſtorum tribulatio citò finit, malorum cruciatus æternus eſt. 203
In tribulationis cruce nos diu manere dæmonea ferre nequeunt. 1360
Quò quis magis tribulationibus premitur, eò auidius Chriſto adhærere cupit. 794
Tribulationes frequentius, quàm gaudia cogitanda. 924
Tribulationum ſpinæ ad legis cuſtodiam vrgere nos debent. 1121
Tribulationes amoris ſignum. 1512

Altè clamat, qui tribulationes æquo animo ſuſtinet. 791
In tribulationibus alta pace frui, neſcio quid diuinum. 550
Ad Chriſtum in tribulationibus currere quiſque debet. 1518

Triſtitia.

Sola iuſti memoria abſtergere triſtitiam poteſt. 160

Tuba.

Chriſti ſanguis tubæ vicem ſubit. 1337

Tueri.

Præſul ſuos ab hoſtibus tueri, veluti ciuitas ciues, debet. 373

Turbari.

Non poteſt non turbari qui ſceleribus plenus eſt. 76
Turbationi obnoxius qui terrenam felicitatem amat. Ieremiæ verba. 75
Turba religioſa, & pia, niſi primorum vitiis vocibuſque inficiatur. 1047
Magni facilius turbantur, quàm alij. 76

V

Velum.

VElum templi quale. 1372

Venator.

Antiqui doctores cur venatoribus, noſtri cur piſcatoribus pariati. 1439

Venter.

A ventris ſeruitute liber pluſquam homo eſſe videtur. 238
Dei Filium refert, qui à ventris ſeruitute liber. 244

Verba.

Verba, quæ ſalutem non ſpectant, via verba dici poſſunt. 1469
Qui hominum verba timens à bono abſtinet, hominum ludibrium fiet. 94
Perſtricti qui impura verba emittunt, eùm ſancta audiant. 266
Fortior rerum, quàm verborum vis. 648
Grauiora plerumque verba quàm verbera. 362
Opera, non verba diſcernunt inter filios Dei & filios diffidentiæ. 489
Vix bona verba eſſe poſſunt, quæ malus effundit. 700
Noxia verba quàm ſeuerè punienda. 700

Verba Dei.

Maxima Chriſti verbis vis ineſt, & ſuauitas. 497
Diuinorum verborum neglectum obiicere fidelibus, vt dæmones ſtudeant. 1507
Acrius in homines dæmon ſæuit, vbi Dei verba exceperint. 731
Diaboli aſtutia ne fructum ex Dei verbis feramus. 1511
Verbi Dei fructum impedire dæmon ſtudet. 1443
Magni refert qualis ille ſit, qui Dei verba excipit. 918
Diuini verbi quanta ſit vis & virtus, 723
Qui Chriſti verbis paſcitur fere corporalis cibi obliuiſcitur. 685
Altè cordis humo Dei verba immittenda. 714
Dei verba ſignis præferenda. 99
Auidè Dei verba audire, quàm ſit vtile. 1489
Dei verba vbique ſeminanda, licet pauci proficiant. 711
Pacato animo Dei verba audienda. 1398
Quàm feras humani cordis terra diuini verbi ſemen dum excipit, 716
Dei verbum in omnibus ſpargendum. 1508
A Dei verbis auocari, quanti ſit damni. 1511
Attentè Dei verba excipi quanti referat. 1504
Chriſti verba omni melle dulciora. Expenſus Ioël. 318
Attentè Chriſti verba excipiebat Maria. 711
Pulchra, & pura ſint illius verba qui Dei verba audit. 307
Dei verborum audita veræ lætitiæ cauſa. Tactus Moſes. 304
Quò quis iuſtior, eò attentius Dei verba excipit. 219
Attentè Dei verba audienda. 324
Maximè curandum, ne Dei verba depretientur. 478
Nullus Dei verba contemnat, ne Dei iudicium ſubeat. 357
Dei verba audire & non proficere extremæ calamitatis prognoſticum. 759
Quàm ſuauia & vtilia Chriſti verba. 1673
Notati qui Dei verba audire negligunt. 495
Dei verba quàm efficacia. 1745

Verecundia.

Verecundia, mulierum ornatus. 1750
Diſcipulorum verecundiæ conſulit Chriſtus. 1271
Impius, quum verecundiam amittit, deterior fit. 1710

Veritas, Verum.

Veritatis hoſtes, veritati coguntur famulari. 51
Studio atque labore veritatis aditus nobis aperitur. 478
Ad veritatis lucem venire propriis viribus nullus poteſt. 310
Veritas nec infirmari ab hoſtibus poteſt. 109
A quocunque veritas dicatur à Deo proficiſcitur. 1668
Vera dicentem ægrè homines hoſpitio recipiunt. 633
Dæmon fraudes ſuas veritati ſtudet immiſcere. 731

Veſtis, Veſtitus.

Veſtitus cura tangi nullus debet. 465
Eſtima veſtium pulchritudo depretianda. 466
Qui ſuperfluo veſtium laborant luxu ignem expectent. 466
Studium in veſtitus elegantia vt coerceat Chriſtus. 466
Cibi & potûs veſtimentorumque ſuperfluitas præcidenda. 467
Veſtium luxus damnatus. 1651
Leues & inconſtantes qui veſtitus, & ferculorum delicias ſectantur. 658
Pretioſæ veſtes plerumque obſequium in Chriſtum impediunt. 1048
Pretioſis veſtibus Chriſtus non inſidet, inſidet diabolus. 1049
Veſtium luxus reiiciendus. 1647
Cibi & potûs veſtimentorumque ſuperfluitas præcidenda. 467
Veſtium mollities à Chriſti milite abeſſe debet. 1422
Suam veſtitus ipſe in ſanctis viris vocem habet. 1413
Nimius veſtimentorum cultus damnandus. 1391
Veſtimenta concupiſcentiæ æſtum temperent, non excitent. 1391
Vili veſte cur Chriſtus indutus. 1338

Via.

Perfectiora in perfectionis viâ ſpectanda. 751
Tunc in Dei via periclitamur, cum pergere negligimus. 802
Recta via non eſt ſi noſtra per propriam voluntatem ſit. 164
Perfectionis via inuenta ſæpe deſeritur. 485
Verba nuda rectam viam non efficiunt. 165
Diaboli via, ruina eſt. 267
Vbique via Domino paranda. 262

Obuia perditionis via. 484
Recta via breuior, & commodior, 165
Dei via, Deo paranda, non aliis. 1413
Dura & aſpera peccatorum via. 1188
Dei via parando peteuttitut. 1419
Via Dei ambulando paratur. 163

Victima.

Dei victima fit qui Dei verba audit. Tactus Moſes. 367

Victoria, Vincere.

In victoriæ parte ponendum benè victoriâ vti. 192
Nobilior victoria cedendo vincere, quam cædendo 1243
In victoriæ parte ponendum benè victoria contra dæmonem vti. 292

Videre, Videri.

Mors Chriſtum viſuris ſuauis putanda. 888
Iuſti videri nolunt dum bona opera exercent. 1678
Videnti Creatorem diſparet creatura. 921

Vigilare, Vigilans, Vigilantia.

Mali in malo ſæpè vigilantiores quàm in bono boni. 1270
Cur omnibus vigilandum ante iudicij diem. 1693
Vigilare impios cogit eorum malitia, aliàs ſomno dediti ſunt. 1334
Malè vigilat qui in virtutibus non vigilat. 1692
Mali vt in malo vigilent. 1720
Cum Chriſto vigilare debemus, non cum Chriſti inimico. 1262
Tunc maximè vigilandum cum inſtant aduerſa. 1262
Solicitudo & vigilantia in rerum ſpiritualium acquiſitione. 1174
Vigilandi ſtudium quanti apud Deum fiat. 1009
Rectoris & ſuperioris vigilantia quanti momenti ſit. 551

Vincula.

Qui Chriſtum amat vincula non fugit, ſolui non quærit. 646
Dei ſeruo vincula torques ſunt. 640
Innocens vincula ſuſtinet in aliorum exemplum. 640
Animus magis ſoluitur dum corpus ligatur. 640
Ioannis, & iuſti fortitudo vinculis adſtringi, & vincula non frangere. Tactus locus Iudicum. 639
Etiam in vinculis iuſtus Chriſto ſeruit. 639

Vindicta.

Magis amicè cum illis agendum, qui nos ad mortem quærunt. 1235
A vindicta quam abeſſe debeamus. 1283
Ne minimum vindictæ genus in eos, qui nos perſequuntur oſtendere debemus. 1239
Vindicta ſapidi cibi loco impiæ mulieri eſt. 772
Diuinæ vindictæ genus beneficiis malefacta compenſare. 599
Iniuriæ propriæ vindicta vitanda. 1301
Cœleſtis vindictæ genus bona afferre inferentibus mala. 1485
Vindictæ cupiditas quàm noxia. 970

Virgines, Virginitas.

Probatum virginum eſt non ire ad nuptias ſed ad nuptias vrgeri. 1110
Virginitatis, & lampadis nexus. 1166

Vir.

Vir maximè reprehendendus, ſi muliebrem, induat mentem. 767

Virtus.

Præſul omnibus virtute præluceat. 373
Quanti res ſit momenti, citò virtutis iter arripere. 641
Virtutis via aſſuetudine leuis & ſuauis fit. 679
Quanta reprehenſione anima digna quæ cum ſponſa Dei ſit, nuptiali virtutum veſte caret. 1091
Creſcunt in iuſtis virtutes, non minuuntur. 1427
Vera nobilitas ex virtutibus quærenda. 19
Virtus quò magis vrgetur, eò firmior fit. 287
Virtus Regis nota. 24
Chriſtiani nota ſemper in virtutibus proficere. 213
In virtutibus ſublimior ſemper petendus gradus. 838
Virtutum odorem emittat, qui Chriſti paſſionem mente verſat. 1213
Virtus non propinquitas in cæleſti regno obtinendo reſpicitur. 1033
Virtutes quiſque poſſideat, & ſe poſſidere neſciat. 937
Virtutum, & gloriæ nexus. 328
A virtutibus vera commendatio. 533
Virtus etiam inter impiorum tenebras elucet. 1352
Ferendis contumeliis exterarum virtutum præſidium neceſſarium. 364
Diabolus veræ virtuti cedere cogitur. 290
Diuitiarum non habenda ratio, ſed virtutum. 343

Vis.

Patientiæ vis quàm eximia. 836
Propinquitatis vis vnde ſumenda. 714

Viſio.

Viſiones Sacræ Scripturæ ſenſu probandæ. 81

Viſitatio.

Viſitatio diuina dulcior poſt ſubtractionem. 100

Vita, Viuere, Vita ſpiritualis.

Inter malos benè vixiſſe, magnæ virtutis argumentum. 822
Rationis expers videtur, qui malè viuit. 942
Mundi & vitæ finem Deus nobis occultauit, vt finem culpis faceremus. 1691
Sanctorum innocens vita, quantum in impios poſſit. 1561
Ægrè Deo viuere poſſunt, illis adhærentes qui Deo mortui ſunt. 348
Vita quæ verè vita ſola æterna, temporaria vitæ nomen non meretur. 989
Præſens hæc vita nos æternitati parturit. 345
Vitæ incertitudo terrenorum ſollicitudinem auferat. 466
Multos ſibi huius vitæ dies promittere quàm noxium, præſertim iis qui præſunt. 1163
Inuitus ab hac vita impius diſcedit, iuſtus lubens. Tactus Lucas. 198
Extremus vitæ dies longius abeſſe non putetur. 1159
Vita iſta quam breuis. 1159
Ab eo qui futuram vitam non cogitat nihil boni ſperare poſſumus. 180
Præſentis vitæ labilitas. 5
Qui diuturnum ſibi vitæ ſpatium promittit, ſegnis & torpens eſt. 1015
Humanæ vitæ incertitudo. 442
Spiritualis vitæ dulcedinem qui deguſtat, cætera omnia faſtidit. 906

Vitium.

Auditis Dei verbis vitia in nobis pullulare non debent. 367
Suorum vitia retegenda ſine cauſa non ſunt. 1133
Inanis gloriæ vitium ad alia allicit. 1120
A principio vſque ad finem contra vitia pugnandum. 32
Luxuriæ vitium, etiam ſeclusâ pœnâ, fugiendum. 390

Index in Matthæum,

Vitiis & peccatis quilibet iraſcatur. 382
Vel vitij vmbra abeſſe à factis doctoribus debet. 609
Vitiorum origines amputandæ. 193
Vitium dimiſſum non ampliùs reuocetur. 528

Vltio.

Supremum virtutis facinus, vltionis inſtrumenta deponere. 607

Vnctio, Vnguentum.

Cur vnctum Ieſum rurſùs Mariæ vnxerint. 1748
Vnguentorum luxus fugiendus. 1213

Vnitas.

Doctor & præſul animarum vnitas & pax. 373
Coniugum vnitas, animorumque ſimilitudo. 43
In Eccleſia vnitas quærenda. 907

Vocari, Vocatio.

Apud Deum vocari & eſſe idem eſt. Mundus nudis nominibus ſuis imponit. 1057
Vocationis diuinæ vis, 573

Voluntas, Voluntas diuina.

Nihil propria voluntate tentandum. 741
Malorum extrema timenda, quum hominum voluntas impletur, Dei voluntate neglectâ. 1735
Perficere diuinam voluntatem non noſtri ſtudij tantùm, ſed maximè Dei gratiæ eſt. 438
Voluntatis ſit ieiunium, non neceſſitatis. 245
Qui Dei filius audire vult Dei voluntatem perficiat. 911
Iuſti diuinam perficere voluntatem ſtudent & ab ea dirigi. 121
Orantis voluntas immigret in diuinam. 439
Dei voluntatem à nobis fieri, quàm ingentia bona claudat. 439
Ad hoc viuimus vt diuina voluntas in nobis impleatur. 440

Voluptas.

Terrenæ voluptates ad ſepulchrum ducunt. 589
Ieiunaturus à cæteris quoque voluptatibus abſtineat. 233
Proni ad voluptates homines ferè ſunt. 484

Vox.

Efficax præcipientis vox, ſi præſter, quod iubet. 205

Vterus.

Quid, in vtero habere; varia lectio. 37

Vti.

Dei obſequium diuitiæ non impediunt, ſi diuitiis quis vtatur in obſequium Dei. 462

Vtile, Vtilitas.

Hominum vtilitatem vt Deus ſpectet. 386
Vtilia maturè percipienda. 762
Manſuetudinis vtilitas quàm magna. 675
Hominum vtilitatem vt Deus ſpectet. 386

Vulnus.

Chriſti vulnera piè oſculantur mulieres. 1399
Infirmorum vulnera quanta charitate contrectanda. 502

Vxor.

Vxoris ſuperfluus ornatus quanta damna familiis inferat. 957
Dolentibus vxoribus viri nimis quandoque compatiuntur. 1334
Mariti malum, ac familiæ ſuum vxor proba ducat. 1334
Vxor non facilè repudianda. 972

Z

Zelus.

Zelus, & mititas Chriſtum ſapiat, & ſpectet. 900

FINIS.

VA1 1521414